


LELAND · STANFORD · JVNIOR · VNIVERSITY



MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO III. CONCILIA.

TOMI II. PARS II.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCVIII.

CONCILIA

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMVS II.

CONCILIA AEVI KAROLINI I.

PARS II.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCVIII.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

CONCILIA

AEVI KAROLINI

TOMVS I.

PARS II.

RECENSVIT

ALBERTVS WERMINGHOFF.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCVIII.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBUS RERUM GERMANICARUM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

In praefatione, quae anno 1906. parti primae tomi II. Conciliorum vel tomi I. Conciliorum aevi Karolini praemissa est, spem professi eramus alteram partem brevi spatio interiecto prelum relicturam esse. Quam nunc proponimus continentem conciliorum acta genuina inde ab anno 819. usque ad annum 842., spuria, quae annis 710. usque ad annum 839. attribuuntur, nonnullos indices, omissis tamen fontibus, quibus de illis synodis agitur, quarum decreta non ad nostram aetatem pervenerunt, quoniam talem tabulam conficere ab officio huius editionis alienum visum est (cf. 'Neues Archiv' XXIV, 1899, p. 459): itaque nunc praesto sunt in hoc volumine gesta synodalia aevi Karolini, quotquot ante imperium anno 843. divisum conscripta temporum iniuriam evaserunt.

Sicut in priore parte ita in altera quoque non pauci viri docti nos adiuverunt. Praeter bibliothecarum praefectos, quorum erga nos studium pridem laudatum non modo non diminutum, immo auctum est, hi viri doctissimi eximie de hoc opere meriti sunt: O. Cartellieri Heidelbergensis, F. Kern, M. Krammer, M. Tangl Berolinenses, W. Levison et A. Schulte Bonnenses, G. Meier Einsiedlensis, G. Milchsack Guelferbytanus, A. V. Müller Romanus, H. Omont Parisiensis, J. Schwalm Hamburgensis. Quorum unusquisque aut rogatus codices inspexit contulitve aut quae nova ipse invenerat nobiscum

benigne communicavit. Sagacitatem, qua praeter alios E. Seckel v. cl. res gravissimas, quibus ornantur Addenda, enucleavit, praedicare numquam desinam neque praeteream Ricardum Salomon v. d., cui concordantiae editionum debentur, neque Marium Krammer v. d., qui omnes plagulas summa cum industria perlustravit, neque Karolum Zeumer v. cl., quo optimo duce eodemque huius Conciliorum sectionis curatore benevolentissimo hanc editionem mihi licuit et inchoare et perficere: huic prae reliquis ex animi sententia gratias et refero et a legentibus relatum iri spero. Utinam quicumque hoc opus, cui per duodecim annos inservivi, ad extrema Karolini aevi tempora perducturus est, quique illud ad investigandam historiam, dum indivisum Francorum imperium erat, adhibiturus est, labore nostro tamquam fundamento non prorsus abiecto utatur.

Data Regiomonti mense Novembri 1908.

Albertus Werminghoff.

ALTERA HAC TOMI PARTE CONTINENTUR.

(Sub numeris asterisco notatis nonnisi regesta actorum synodalium praebentur).

APPENDIX.

ACTA SPURIA.

1) *De tempore huius concilii dubio v. quae in Addendis proferemus.*

INDICES
TOMI II. CONCILIORUM.

*41. CONCILIUM AQUISGRANENSE.

819. Ianuario.

In annalibus q. d. Einhardi ad annum 819. (ed. Kurze p. 150) haec leguntur: Conventus Aquisgrani post natalem Domini habitus, in quo multa de statu ecclesiarum et monasteriorum tractata atque ordinata sunt, legibus etiam quaedam pernecessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt[1]; *inscriptio deinde capitulorum, quae infra sub littera B allegabimus, in codice Parisiensi latino 4626 saec. X. haec praebet:* Anno DCCCXVIII. incarnationis Iesu Christi Luduvicus imperator christianissimus hac piissimus ex omnibus (*corr.* omni) imperio suo secum (*supple:* fecit) conventum episcoporum, abbatum, comitum vel maiorum natu Francorum, ut sancirent capitula pro utilitate ecclesiae. Quod ita factum est. *Videtur ergo cum conventu saeculari coniuncta fuisse synodus ecclesiastica. Illi tribuemus 1)* capitula legibus, quae addenda sunt, quae et missi et comites habere et ceteris nota facere debent *(MG. Capit. I, 280; Mühlbacher[2] n. 675), 2)* alia capitula, quae per se scribenda et ab omnibus observanda sunt *(l. l. I, 285; Mühlbacher[2] n. 676), 3)* capitula praecipue ad legationem missorum nostrorum ob memoriae causam pertinentia, de quibus videlicet causis ipsi agere debeant *(l. l. I, 288; Mühlbacher[2] n. 677). Concilii vero decreta subesse suspicamur non solum prooemio generali Hludowici ad capitula tam ecclesiastica quam mundana, sed etiam capitulis ad episcopos vel ad ordines quosque ecclesiasticos pertinentibus.*

A. HLUDOWICI PROOEMIUM GENERALE AD CAPITULARIA TAM ECCLESIASTICA QUAM MUNDANA[2].

Exstat notis Tironianis scriptum in codice[3] *Parisiensi latino 2718 (antea Colbertino, tum regio) saec. IX. fol. 77'.*

Edd.: Baluze I, 561. Georgisch 807. Bouquet VI, 415. Hartzheim I, 542. Mansi XIV, app. 379. Carpentier, Alphabetum tironianum 3. Walter II, 298. MG. LL. I, 204. Migne, Patrol. lat. XCVII, 393. Schmitz, Monumenta tachygraphica I, 45. MG. Capit. I, 273. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 673. 'Neues Archiv' XXIV, 484.

1) *Cf. praeterea Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 142 sqq. Mühlbacher*[2] *n. 672g.* 2) *V. supra p. 456 ann. 3.* 3) *Minus recte de codicis aetate egimus MG. Capit. II, p. XXI, ubi praeterea pro 2178 legendum est 2718.*

B. CAPITULA PROPRIE AD EPISCOPOS VEL AD ORDINES QUOSQUE ECCLESIASTICOS PERTINENTIA.

Inveniuntur[1] *in his codicibus: 1) in codice Parisiensi latino 2718 (antea Colbertino, tum regio) saec. IX. fol. 78'; 2) in codice Parisiensi latino 18238 (antea 'Fond de Notre Dame') saec. IX. X. fol. 1; 3) in codice Parisiensi latino 4280 A (antea s. Remigii Remensis, deinde Colbertino, tum regio) saec. X. fol. 90'; 4) in codice Parisiensi latino 4788 (antea s. Vincentii Laudunensis, deinde Baluziano, tum regio) saec. IX. X. fol. 70'; 5) in codice Montispessulano 136 (antea Pithoeano, tum collegii Trecensis) saec. IX. fol. 156'; 6) in codice Parisiensi latino 4626 (antea Matisconensi, deinde Bigotiano, tum regio) saec. X. XI. p. 68*[2]*; 7) in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 102; 8) in codice Gothano membr. I No. 84 (antea ecclesiae s. Martini Moguntini) saec. X. XI. fol. 377; 9) in codice Eporediensi 34 circa annum 830. conscripto fol. 45; 10) in codice Berolinensi 162, Phill. 1737 (antea collegii Claramontani, tum Meermanniano) saec. X. ex. Accedunt praeterea codices 11) Gentensis 83 (antea s. Maximini Treverensis) saec. X. (cc. 1—6); 12) Havniensis inter codices antiquae collectionis regiae 1943 saec. IX. Ansegisus denique in collectione sua (lib. I cc. 77—104, MG. Capit. I, 405 sqq.) exhibet cc. 1—29; de aliis collectionibus cf. Mühlbacher*[2] *n. 674.*

Edd.: Sirmond II, 148. Coll. reg. conc. XX, 627. Labbe-Cossart VII, 1478; ed. Coleti IX, 569. Baluze I, 563. Harduin IV, 1213. Georgisch 811. Carpentier, Alphabetum Tironianum 5. Hartzheim I, 542. Mansi XIV, app. 381. Walter II, 300. MG. LL. I, 206. Migne, Patrol. lat. XCVII, 395. Schmitz, Monumenta tachygraphica I, 47. MG. Capit. I, 275. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 674. 'Neues Archiv' XXIV, 484.

1) *V. supra p. 456 l. 16 sqq.* 2) *V. supra p. 467 l. 7 sqq. eius inscriptionem.*

---

42. CONCILIUM ATTINIACENSE.

822. mense Augusto.

De Hludowici imperatoris conventu Attiniacensi annales q. d. Einhardi ad annum 822. (ed. Kurze p. 158) referunt haec: Domnus imperator consilio cum episcopis et optimatibus suis habito fratribus suis, quos invitos tondere iussit, reconciliatus est et tam de hoc facto quam et de his, quae erga Bernhardum, filium fratris sui Pippini, necnon et his, quae circa Adalhardum abbatem[1] et fratrem eius Walahum[2] gesta sunt, publicam confessionem fecit et paenitentiam egit. Quod tamen in eo conventu, quem eodem anno mense Augusto Attiniaci habuit, in praesentia totius populi sui peregit;

1) *Scil. monasterii Corbeiensis († 826).* 2) *Inde ab anno 814. monachum Corbeiensem, tum Adalhardi successorem († 836).*

in quo quicquid similium rerum vel a se vel a patre suo factum invenire potuit summa devotione emendare curavit; *cf. Mühlbacher² n. 758a. 760. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 178 sqq.*

Ad hunc conventum ea quoque pertinent, quae Hincmarus narrat: Quidam nostrum tempore sanctae memoriae domni Hludovici Pii augusti in Attiniaco palatio tunc fuerunt, quando in universali synodo totius imperii etiam cum sedis Romanae legatis et in generali placito femina quaedam non ignobilis genere, nomine Northildis, de quibusdam inhonestis inter se et virum suum, vocabulo Agembertum, ad imperatorem publice proclamavit. Quam imperator ad synodum destinavit, ut inde episcopalis auctoritas quid agendum esset decerneret. Sed episcoporum generalitas ad laicorum ac coniugatorum eam remisit iudicium, ut ipsi inter illam et suum coniugem iudicarent, qui de talibus erant cogniti et legibus saeculi sufficientissime praediti, eorumque legalibus iudiciis eadem femina se subiiceret et quod de quaestione sua decrevissent sine repetitione teneret; si vero crimen aliquod esset, inde poenitentiae modum post illorum iudicium ab episcopali auctoritate deposceret, secundum quod sacri canones praefixerunt, ei imponere non negarent. Nobilibus autem laicis sacerdotalis discretio placuit, quia de suis coniugibus eis non tollebatur iudicium nec a sacerdotali ordine inferebatur legibus civilibus praeiudicium, et legem proclamationi feminae protulerunt ac legali iudicio quaestioni terminum contulerunt *(De divortio Lotharii ed. Sirmond, Opp. Hincmari I, 594).*

Apparet una cum placito concilium episcoporum congregatum fuisse. In eorum autem numero fuit Agobardus Lugdunensis archiepiscopus (814—840), cuius in libello de rerum ecclesiasticarum dispensatione (c. 2—4; MG. Epp. V, 166 sqq.) ita expositum est: In illis diebus, quando sacer et religiosus domnus noster imperator evocato conventu in Attiniaco agebat, strenue providens de omnibus utilitatibus commissorum sibi populorum, pervenit ad sublimiorem inquisitionem pernecessarii consilii; cupiens scilicet invenire, qualiter congruentissime profectum doctrinę et abolitionem neglegentiarum sacerdotibus et cunctis honoratis suis commendare potuisset: quod utique laudabiliter inspirante Dei gratia quęsivit, ęleganter invenit, fideliter ore suo annuntiavit. Quę cuncta nunc replicare nimis prolixum est, quia et tunc distinctis capitulis *(quae infra edentur)* comprehensa sunt et omnibus nota esse debent. *(c. 3)* Hanc igitur rem cum miris tunc laudibus adhuc inchoatam magistri nostri efferrent, et precipue venerandus senex Adalardus *(Corbeiensis abbas),* qui etiam dicebat se numquam sublimius vel gloriosius causam profectus publici moveri et cogitari vidisse a tempore regis Pippini *(751—768)* usque ad diem illum; tantum ne respondentium et oboedientium negle- *(p. 167)* gentia humiliaretur; addidit ipse et ceteri primores, dicentes omni concilio, quicquid utile potuerit reperire sagacitas vestra ad cavenda peccata, ad vitanda pericula, ad erigendam religionem, ad inlustrandam doctrinam, ad corroborandam fidem, ad excolendum studium sanctitatis, confidenter edicite, et ad explenda pariturum Deo domnum imperatorem minime dubitetis. Qui, quoniam, ut scripturę sacrę docent, peccata contrahunt infelicitates, perturbationes, clades et sterilitates im populos, tota sollicitudine curat, ut bona quidem statuendo, mala vero destruendo optineat una vobiscum apud Dominum, ut, remotis adversis casibus, regnum sibi commissum prospere Deo favente valeat gubernare. *(c. 4)* Haec et his similia cum primores nostri iocundissime loquerentur, ego, ut scilicet humillimus omnium et extremus, coepi quodammodo pedetemptim, utpote magnis viris, ita suggerere: 'Ecce omnipotens Deus preparavit animos domni imperatoris, ut sollicite velit agnoscere temporis vires consonas vel dissonas equitati. Expedit vero, ut ea, quę dissona sunt, si possibilitas suppetit, emendentur. In quantum autem possibilitas non suffragatur, cum timore Dei tolerentur,

quatinus, dum inlicitum quippiam ex necessitate agitur, quod declinari non potest, timor saltim faciat excusabilem, quem exsecutio non constituit absolutum. Necesse est ergo, ut vestra industria magnanimitati eius suggerat pericula de rebus ecclesiasticis, quas contra vetitum et contra canones tractant et in usus proprios expendunt homines laici. Postquam enim diffusa est ęcclesia Dei toto orbe terrarum et cepit exaltari ac magnificari per omnes regiones et nationes, ceperuntque templa erigi a fidelibus imperatoribus ac regibus atque episcopis vel ceteris potentibus ditarique rebus et thesauris ornari, fuit etiam consequens, ut principum providentia leges promulgarentur, et episcoporum sollicitudine canones statuerentur de rebus sanctificatis, id est sacris locis deputatis, qualiter tuerentur ab improbis, tuerentur a gubernatoribus vel expenderentur. Convenerunt episcopi, viri sancti, quibus tunc habundabat ecclesia, statuerunt inlibatos conservari debere sacros canones, qui firmati sunt spiritu Dei, consensu totius mundi, oboedientia principum, consonantia scripturarum. Ex quo tempore acceptum et receptum est non aliud esse agere cuiquam adversus canones quam adversus Deum et adversus eius universalem ęcclesiam, neque sensum est umquam a quibusque fidelibus, ut talia statuta absque periculo religionis violarentur. Quod ergo Deo auctore statutum est, nova necessitas, quę tunc temporis non accidit, excusabilem facere non potest violatorem, quia omnipotenti Deo omnia tempora omniaque volumina seculorum presentia sunt et stantia sunt; neque aliquid preteriti potest recordari nec futurum aliquid expectare. Quam ob rem iste, quas nunc homines pretendunt, necessitates, et quarum causa se impune putant res sacras in usus communes vertere, licet tunc hominibus futurae essent, Deo tamen presentes erant: quodque spiritu suo statuit ęcclesia tenendum cunctis diebus usque in finem seculi voluit custodiri. Sed quoniam quod de sacris rebus in laicales usus inlicite translatis dicimus, non fecit iste domnus imperator, sed precessores eius et propterea isti impossibile est omnia emendare, quę antecedentes male usurpata dimiserunt. Saltim admonentibus vobis recogitare dignetur periculum, quod licet vitare nequeat, tamen dum pensat, timet ac dolet, apud misericordem Dominum fiat per haec excusabilis. Et vos communicate pondus periculi sublevateque portantem, in quantum fieri potest, ut, dum vos illi communicantes im periculis et ille vobis compatiens extiterit in tristibus ac defensor in persecutionibus dumque unum sapitis tantumque periculum communiter toleratis, avertatur ab illo *(p. 168)* necnon et a vobis huiuscemodi prevaricationis vindicta'. Cum haec igitur a me dicerentur, responderunt pie reverentissimi viri Adalardus et Helisacar *(s. Richarii et s. Albini Andegavensis)* abbates. Utrum vero audita retulerint domno imperatori, nescio; *cf. J. F. Marcks, 'Die politisch-kirchliche Wirksamkeit des Erzbischofs Agobard von Lyon (Jahresbericht über das Real-Progymnasium der Stadt Viersen' 1888), p. 22 sq.* [1]

1) *Cf. quae Agobardus refert l. l. cc. 5 et 6 (ib. p. 168) de conventu Compendiensi anno 823. habito, ubi* post multa colloquia . . . ratiocinia sunt perducta, ut primum intellectibus omnium inculcarentur delicta de rebus sacris inlicite usis; post vero cum Dei timore in illis, quas habent, laici cautiores effecti, etiam in his, quę remanserunt ęcclesiis, fideliores atque clementiores existerent, ita ut et suis adhiberent pietatem, ut et ecclesiis defensionem, fieretque compatienti concordia remediabilis ac veniabilis offensio, quę quomitante pietate de indulgentia quoque esset secura. *(c. 6)* Hanc rem cum domnus imperator audiret atque perpenderet, volens eam deducere ad tranquillitatem pacis, quę ad modicum turbata fuerat, quantum in se fuit, fecit uniri episcopos et comites in consensum et pacem. Ex hoc itaque putavi ego, quod eodem modo, quo domnus imperator pensavit atque intellexit rationem sopirique fecit dissensionem, omnes etiam comites vel honorati eius intellexissent atque voluissent. Sed e contrario, ut audio, isti, de quibus nobis

Capitula autem ab episcopis proposita, quae ex actis synodalibus exstant, leguntur in codicibus 1) Einsiedlensi 191 saec. VIII. IX. (= E) fol. 232. 232', ubi ea manu saec. IX. exarata contulit v. d. G. Meier; 2) Guelferbytano inter Blankenburgenses 130 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. (= G) fol. 105, ubi inscribuntur: Item alia capitula Hludowici imperatoris.

Edd.: MG. LL. I, 231. Migne, Patrol. lat. XCVII, 445. MG. Capit. I, 357. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 484.

I. Dei igitur omnipotentis inspiratione vestro piissimo studio ammoniti vestroque saluberrimo exemplo provocati confitemur nos in pluribus locis, quam modo aut ratio aut possibilitas enumerare permittat, tam in vita quamque doctrina et ministerio neglegentes extitisse. Quamobrem, sicut hactenus in his nos neglegentes fuisse non denegamus, ita abhinc Domino opitulante, data nobis a vestra benignitate congruenti facultate vel libertate, diligentiorem curam in his omnibus pro captu intellegentiae nostrae nos velle adhibere profitemur.

II. Quia vero liquido constat, quod salus populi maxime in doctrina et praedicatione consistat, et praedicatio eadem impleri ita ut oportet non potest nisi a doctis, necesse est, ut ordo talis in singulis sedibus inveniatur, per quem et presens emendatio et futura utilitas sanctae ecclesiae preparetur. Qualiter autem hoc fieri debeat et possit, in sequenti capitulo demonstrabitur.

III. Scolas itaque, de quibus hactenus minus studiosi fuimus quam debueramus, omnino studiosissime emendare cupimus, qualiter omnis homo sive maioris sive minoris aetatis, qui ad hoc nutritur, ut in aliquo gradu in ecclesia promoveatur, locum denominatum et magistrum congruum habeat. Parentes tamen vel domini singulorum de victu vel substantia corporali, unde subsistant, providere studeant, qualiter ita solatium habeant, ut propter rerum inopiam a doctrinae studio non recedant. Si vero necessitas fuerit propter amplitudinem parrochiae, eo quod in uno loco colligi non possunt, propter amministrationem, quam eis procuratores eorum providere debent, fiat locis duobus aut tribus vel prout necessitas et ratio dictaverit[1].

IIII. Sed quia huiusmodi doctrina minus utiliter agitur, si aequaliter his, qui docere debent, discendi oportunitas non ordinatur, necesse est, ut his presulibus,

I. 8 vestro] vestroque *G.* vestroque] etiam *add. G.* 10 ministerio] monasterio *G.* 12 Domino] Deo *G.*

II. 17 quem] quam *G.*

III. 20 itaque] autem *G.* hactenus] hocha hactenus *G.* 24 ita *deest G.* 25 a *deest G.* 26 parroechiae *G.* collegi *E.* 27 possint *E.* providere] fiere *E.* 28 duabus *E.* prout] etiam ut *G.*

IIII. 29 huiusmodi] omnimodis *G.* aequaliter] *ita e coni.*, qualiter *E. G.* 30 debeant *G.*

sermo est, incoatam discordiam magnificant et de concordia in conspectu domni imperatoris nihil se audisse vel intellexisse dicunt; *v. praeterea Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 204 sq. Mühlbacher*[2] *n. 783a.* 1) *Cf. Hludowici admonitio ad omnes regni ordines 825 c. 6:* Scolae sane ad filios et ministros ecclesiae instruendos vel edocendos, sicut nobis praeterito tempore ad Attiniacum promisistis et vobis iniunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum est, ad multorum utilitatem et profectum a vobis ordinari non neglegantur *(MG. Capit. I, 304; Mühlbacher*[2] *n. 798). V. etiam concil. Cabill. 813 c. 3 (supra p. 274), infra concil. Parisiense 829 lib. I c. 30, lib. III c. 1.*

quibus omnimodis agendi facultas aut funditus aut certe magna ex parte per dioceses suas deest, a dominis rerum, ut id fieri congrue possit, provideatur. Hi autem, qui res ecclesiasticas aut baptismales ecclesias iure suo in promptu habent, officium praedicationis inexcusabiliter implere valent.

V. De potentibus, qui ad praedicationem venire nolunt, et idcirco multi eos imitantes vel sequentes ad audiendum verbum divinum non veniunt, qui interdum etiam familiam suam his diebus, quibus ad audiendum verbum divinum venire debuerant, servitiis propriis detinent. Nonnulli etiam ex ipsis presbyteros absque consensu episcopi in ecclesiis constituunt vel expellunt[1].

VI. Ut heresis simoniaca ita caveatur, ut non solum propter munerum acceptionem, sed neque consanguinitatis, familiaritatis aut cuiuslibet amicitiae aut obsequii causa deinceps ullus provehatur.

IIII. 2 a dominis] ad hominis *G.* ut] qualiter *G.* 4 inexcusabiliter *deest G.* implere] *ita G,* emplere *E, fort.* explere *legendum est.* valent] curent *vel* faciant *emendandum censet Boretius.*

V. 6 ad audiendum — diebus quibus *desunt G.* 8 detinentur *G.*

VI. 10 hereses *E.* munerum] numerum *G.* 11 consanguinitate *G.* 12 provehatur] prebeat *G.*

1) *Cf. Hludowici capitula ad episcopos etc. pertinentia 819 c. 9:* Statutum est, ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur; et si laici clericos probabilis vitae et doctrinae episcopis consecrandos suisque in ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos reiciant *(MG. Capit. I, 277; Mühlbacher[2] n. 674); v. etiam U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 257.*

---

*43. CONCILIUM OLONNENSE.

825. mense Maio.

Hlotharius imperator mense Maio anni 825. sicut decretis placiti generalis nisus capitulare de comitum causis (MG. Capit. I, 339; Mühlbacher[2] n. 1026) edidit, ita constitutiones quoque synodi, quam eodem tempore ac loco, in curte scilicet Holonna (hodie Corte Olona apud Ticinum) celebravit, per duo capitularia promulgavit (cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 237).

A. CAPITULARE PRIMUM DE EPISCOPORUM CAUSIS.

Legitur in his codicibus: 1) in codice Eporediensi 34 circa annum 830. conscripto fol. 54; 2) in codice Romano bibliothecae Chisianae F. IV. 75 versus annum 1000. conscripto fol. 93 (desunt cc. 6. 7); 3) in codice Cavensi 22 circa annum 1005. conscripto

fol. 251' (desunt cc. 6. 7); 4) in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 112'; 5) in codice Mutinensi ecclesiae cathedralis ord. I. 2 anno 991. conscripto fol. 179'; 6) in codice Gothano membr. I No. 84 (antea s. Martini Moguntini) saec. X. XI. fol. circa 389. Alii codices sicut 7) codex Monacensis latinus 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 293, eiusque exemplaria, 8) codex monasterii Sanctae Crucis (Heiligenkreuz in Austria) 217 saec. X. et 9) codex Parisiensis latinus 3878 (antea Faurianus, tum regius) saec. X., exhibent cc. 1. 4. 5. 8. 10; c. 10 denique transiit in codices 10) Romanum bibliothecae Vaticanae 5359 (antea Theoderici a Malsen Ultraiectini, deinde ut videtur ex bibliotheca Ursiniana in Vaticanam translatum) saec. IX. X. et 11) Vercellensem 175 saec. IX., in legem denique, quae dicitur Lex Romana canonice compta; cf. Maassen, 'Geschichte der Quellen und Literatur des canonischen Rechts' I, 891. — Recepta sunt in libro Papiensi, Hloth. cc. 15—21 (MG. LL. IV, 542) capita 1—5. 8. 10.

Edd.: Muratori, SS. rer. Ital. I, 2, 251. Mansi XIV, 483. Canciani I, 210. MG. LL. I, 248. Migne, Patrol. lat. XCVII, 473. Cod. dipl. Cavensis IV, 2, 53. MG. Capit. I, 326. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 1024. 'Neues Archiv' XXIV, 484.

B. CAPITULARE ALTERUM ECCLESIASTICUM[1].

Exstat in his codicibus: 1) in codice Eporediensi 34 circa annum 830. conscripto fol. 53'; 2) in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 111'; 3) in codice Romano bibliothecae Chisianae F. IV. 75 versus annum 1000. conscripto fol. 94; 4) in codice Cavensi 22 circa annum 1005. conscripto fol. 252; 5) in codice Vercellensi 174 saec. IX. X.

Edd.: MG. LL. I, 250. Migne, Patrol. lat. XCVII, 447. Cod. dipl. Cavensis IV, 2, 54. MG. Capit. I, 328. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 1025. 'Neues Archiv' XXIV, 485.

1) *Ex capite 6. apparet capitulare emissum esse* post hoc sinodale concili... *duplici forma capitis 7. et de eius dubia indole cf. MG. Capit. I, 328; de a... Hlotharii ecclesiasticis cum hoc capitulari cohaerentibus (MG. Capit. I, 331) cf. ... n. 1025.*

---

44. CONCILIUM PARISIENSE.

825. mense Novembri.

In prooemio concilio Francofurtensi a. 794. praemisso (v. supra p. 110 sq.) exposuimus quaestionem de imaginibus bis agitatam esse in synodis saeculo octavo in Francia habitis, scilicet in Gentiliacensi anno 767. et in Francofurtensi anno 794. Quibus tertia accedit sub Hludowico imperatore anno 825. congregata, quam inter concilia numerare licet, etsi episcopi, qui ei interfuerunt quasi oratores[1], *in forma epistolae ab imperatore Romam*

1) *Cf. Simson, l. l. I, 248 ann. 4. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. III, 531 ann. 2. V. etiam Bismarck, 'Gedanken und Erinnerungen' II, 165.*

dirigendae amplo de imaginibus apparatui addita haec Hludowicum afferre volunt: Nos . . . non synodum congregando, sed, quemadmodum a vobis postulavimus licentiamque agendi percepimus, una cum familiaribus nostris, filiis vestris, quantum pro multiplicibus sollicitudinibus regni diversis occupati per intervalla potuimus, considerare studuimus, quid almitati vestrae de tanta necessitate significare potuissemus. *Quae cum ita sint, conventum illum Parisiensem non verum concilium, sed magis colloquium de imaginibus cum familiaribus quibusdam habitum nominare fortasse poterimus* [1]. *Haec autem scribit Walafridus Strabo:* Ipsa . . . querela Grecorum *(scil. de imaginibus)* temporibus bonae memoriae Ludowici imperatoris in Frantiam perlata eiusdem principis providentia scriptis synodalibus est confutata *(De exordiis et incrementis rerum ecclesiasticarum c. 8; MG. Capit. II, 483). Ad eundem denique conventum alludit Dungal:* De hac . . . imaginum pictarum ratione . . . inquisitio diligentius ante ut reor biennium apud gloriosissimos et religiosissimos principes habita est in palatio, ubi divinae scripturae, sanctorum librorum et probatissimorum, qui eos scripserunt, virorum exemplis atque auctoritate, cum quanta et quali moderatione ac discretione sint habendae, inventum, confirmatum satisque evidenter diffinitum est, ut nemo posthac, quamvis stolido et obtuso desipiens sit corde, nec angelis nec hominibus licet sanctis nec eorum imaginibus nec cuipiam penitus in mundo creaturae excusabiliter divinum possit honorem deferre nisi soli omnium creatori, uni Deo patri et filio et Spiritui sancto *(Responsa contra perversas Claudii Taurinensis episcopi sententias; Bibl. patrum Lugdun. XIV, 200); cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 248 sqq. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 487 sqq.*

Quomodo concilium institutum et actum sit, ex ipsis actis inferius edendis efficitur. Anno 824. die 17. mensis Novembris in civitate Rotomagensi Hludowicus imperator susceperat legationem a Michaele II. Balbo imperatore Constantinopolitano (820—829) eiusque filio Theophilo Caesare ad se directam (cf. Annales q. d. Einhardi 824 ed. Kurze p. 165, infra p. 480 l. 13 sqq. O. Harnack, 'Die Beziehungen des fränkisch-italischen zu dem byzantinischen Reiche', Diss. Gotting. 1880, p. 63 sqq. Mühlbacher² n. 793 a). Quid legati retulerint, ex epistola Michaelis et Theophili patet (infra A). Paulo post Hludowicus Freculfum Lexoviensem episcopum et Adegarium quendam (cf. Simson, l. l. I, 247 ann. 10) Eugenio II. papae (824—827) direxit, eorum autem laborem successu caruisse ex his verbis synodalium Parisiensium apparet: Venerabilis . . . Freculfus episcopus subtiliter prudenterque, qualiter ipse et Adegarius socius illius de hac re cum domno apostolico et cum venerandis episcopis illius egissent, viva voce parvitati nostrae innotuit. Sed cum prudenti relatu illius cuncta cognovissemus, qualiter partim veritatis ignorantia, partim pessimae consuetudinis usu huius superstitionis pestis illis in partibus inolevisset, et priora et posteriora studiosissime considerassemus, intelleximus, quantum nobis res patuit, quo zelo ad haec consideranda vestra sancta devotio fuerit. *Haec causa fuit congregandae synodi die 1. mensis Novembris anni 825., a qua,* prout temporis angustia permisit, *collectis contra imaginum adorationem venerationemque argumentis liber ille synodalis (infra B) Hludowico et Hlothario imperatoribus per Halitgarium Cameracensem et Amalarium Mettensem episcopos missus est* [2]. *Addiderat huic*

1) *Cf. quae Simson, l. l. contra Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 42 exponit.*
2) *Eichner, 'Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie' XLI, 559 demonstrare conatus est Agobardi archiepiscopi Lugdunensis (814—840) librum* contra eorum superstitionem, qui picturis et imaginibus sanctorum adorationis obsequium deferendum putant *(Opp. ed. Baluze I, 221—268) orationem esse ab illo in ipsa synodo Parisiensi habitam; id quod nobis non probavit.*

libro synodus duas appendices, formam epistolae ab imperatore ad Eugenium II. dirigendae et insuper formam epistolae a papa Constantinapolim mittendae, cui insuper insertus erat libellus episcoporum Franciae, quo Eugenium in conscribenda ad Michaelem et Theophilum epistola uti volebant synodales. Librum satis copiosum Hludowicus et Hlotharius die 6. mensis Decembris anni 825. in Aquisgrani palatio susceperunt; statim mittuntur legati, Hieremias Senonensis archiepiscopus et Ionas Aurelianensis episcopus, qui non solum Eugenio deferrent litteras imperiales (infra D), sed etiam specialiter instruebantur, ut ea, quae melius et aptius . . . negotio convenire *reperirent, ex collectione synodali excerperent et tum demum papae legenda offerent (infra C). Haec autem epitome felici casu servata est: multos ex libro illo repetit locos, paucos addit — hos Hieremias et Ionas utrum ex suo addiderint an invenerint in libro synodali, quem non integrum ad nostra usque tempora pervenisse dolendum est, diiudicare non ausim —, praemittit denique epistolam nomine Hludowici et Hlotharii imperatorum conscriptam; ne longum faciam argumenta a synodo Parisiensi collecta coartat, ut Eugenius de veritate qualem cognoscebant episcopi Franciae imperatoresque convincatur (infra E; cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXVII, 590 sq.). Quid effectum sit, non constat.*

A. MICHAELIS ET THEOPHILI IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM EPISTOLA AD HLUDOWICUM IMPERATOREM DIRECTA.

824. April. 10.

Servatur in codice Parisiensi latino 1597 A (antea s. Remigii Remensis, tum Pithoeano) saec. IX. (= P) fol. 5—11'.

Edd.: Synodus Parisiensis de imaginibus habita a. Chr. DCCCXXIV. ex vetustissimo codice descripta et nunc primum in lucem edita apud heredes Wecheli etc. (Francofurti ad Moenum 1596), p. 8, cuius libri editio secunda saec. XVII. confecta locum bibliopolae annumque primae editionis retinuit, numerum paginarum illam epistolam continentium non indicavit. Baronius 824 n. 17. Goldast, Decreta de cultu imaginum 611. Goldast, Const. imp. I, 151. Vorburg, Hist. XI, 127. Delalande, Suppl. conc. 106. Bouquet VI, 386 (fragm.). Mansi XIV, 417. Migne, Patrol. lat. CIV, 1314 (fragm.). — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 485.

In nomine patris et filii et Spiritus sancti, unius soli veri Dei. Michahel et Theophilus[1], fideles in ipso Deo imperatores Romanorum, dilecto et honorabili fratri Hludowico, glorioso regi Francorum et Langobardorum et vocato eorum imperatori[2].

Notum esse non ambigimus vestrae spiritali dilectioni scriptum esse: *Omne datum* Iac. 1, 17.
optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum; et iterum
ait Spiritus sanctus per sapientissimum Salomonem: *Per me reges regnant et potentes* Prov. 8, 15. 16.
scribunt iustitiam, et per quendam prophetam ait: *Ego suscitavi eis cum iustitia regem.* Is. 45, 13.
Nam quidem haec a Deo data Domini et salvatoris nostri dona suscepimus. Propter hoc dignum putamus omnibus unius tribus nostrae fidelibus et orthodoxis Christianis et maxime vestrae Christo dilectae et pacificae gloriae omnia, si possibile est, subtiliter adnuntiare; attamen, ut non multa loquamur, brevem in sermone hoc rationem vobiscum faciemus.

1) *Qui anno 820. a Michaele patre Caesar factus est; cf. F. Chr. Schlosser, 'Geschichte der bilderstürmenden Kaiser' p. 432.* 2) *Cf. O. Harnack, l. l. p. 65 sq.*

Duo enim capitula magna et praecipua est nobis cordi intimare, unum quia dispositor omnium bonarum rerum, dominus Iesus Christus verus Deus, nos adduxit ad imperii dignitatem, alterum quia permisit propter quaedam peccata subiecti populi sui provenire quasdam tribulationes. Sed ut facilius intelligi possit, breviori sermone conprehendi potest. Attamen necesse nobis videtur, ut initium rei, quam prosecuturi sumus, tractare inchoemus hoc modo.

Igitur[1] tempore Leonis[2], qui ante nos hoc imperium tenuit, quidam homo, Thomas nomine, antiqui diaboli discipulus et eius operum promptus perpetrator fuit. Is, cum esset cuidam ex maximis patriciis subiectus, tempore, quo Herena imperium tenuit[3], fraudem operatus est in dominum suum, scilicet concubuit cum uxore domini sui. Cum haec res ad notitiam pervenisset, profugit in Persas, timens legalem subire sententiam. Qui cum illic moras fecisset a diebus praefatae Herenae usque ad praedictum Leonem, fidem Christi abnegans et hoc modo proditor fidei Christianae fuit, quo facilius potuisset multos infideles Sarracenorum et ceterarum aliarum gentium ad suam perducere voluntatem, suggerebatque eis, quod ipse esset Constantinus[4], filius saepe dictae Herenae imperatricis, et quod alter pro eo esset oculis privatus et ipse inlesis oculis sanus evasisset. Pro qua re praedicti gentiles ei adhaeserunt. Primum quidem coepit cum eis exercere latrocinia et alios vi sibimet sociare, quosdam vero per dationem pecuniarum, quosdam quidem honorum et dignitatum promissionibus sollicitavit. Et ut haec conpendiosius expediamus, cum idem Thomas exiens de Perside cum Sarracenis et Persis, Hiberis, Armeniis et Avasgis et reliquis gentibus alienigenarum tempore praedicti Leonis subito cum praedicta manu valida perproeliaret, direptione sibi subdidit totum Armoeniae ducatum, simul et ducatum Chaldeae, quae gens montem Caucasum incolit, necnon et ducem Armeniacorum cum manu valida devicit.

His ergo ita gestis, ut plurima omittamus propter superfluitatem verborum, quae in hac tempestate tribulationum contigerunt, eius tyranni impetum non valens memoratus Leo imperator sustinere et in his angustiis constitutus, de recuperatione desperans, a quibusdam inprobis, coniuratione in eum facta, subito occisus est[5]. Quo interfecto et cum nemo tunc imperasset, per adiutorium patris et filii et Spiritus sancti, unius consubstantialis divinitatis, et per intercessiones dominatricis et intemeratae Dei genitricis et omnium sanctorum convenit universa multitudo secundum antiquum morem, videlicet beatissimus patriarcha[6], gloriosi patricii nostri, inlustres senatores et principes, qui illic tunc affuerunt, diversarum provinciarum. Quorum omnium consensu ad hoc imperium elevati sumus, maxime propter imminentes angustias et tribulationes, quas faciebat homicida ille et proditor patriae. Fuimus enim noti inlustribus principibus nostris et cari.

Hoc modo ad imperium provecti, invenimus Christianos divisos et discordantes et, ut verius dicamus, plurimos invenimus illius impii tyranni errorem et impietatem

2 nos] noster *P.* 3 quia *suppl. e coni.* 19 per dationem] *ita e coni.*, perditione *P*, praebitione *edd.* 20 expediam *P.* cum *suppl. e coni.* 27 eius] cuius *P.*

1) *De Michaelis II. Balbi (820—829) initiis et seditione Thomae cf. Schlosser, l. l. p. 431 sqq. 437 sqq. H. Gelzer apud K. Krumbacher, 'Geschichte der byzantinischen Litteratur' ed. 2. p. 967.* 2) *V. Armenius (813—820).* 3) *797—802; cf. Gelzer, l. l. p. 964 sq.* 4) *VI. (780—797), filius Leonis IV. (775—780) et Irenes, cuius iussu 797 Aug. 15 excaecatus est; cf. Schlosser, l. l. p. 325 sqq.* 5) *Anno 820.; cf. Schlosser, l. l. p. 428 sqq.* 6) *Antonius I. Kassimatas (821—834); cf. Hefele, l. l. IV, 2. 39. Gelzer, l. l. p. 1149.*

sequentes et ob hoc non potuimus facile illos fideles nostros Christianos ad hoc adunare, ut eum expugnare valuissemus. Quibus casibus nos impediti, ille hac occasione accepta sollicitando sibi plurimos sociavit et ex classibus nostris et dromoniis[1] collectis potestatem habuit veniendi ex partibus Thraciae et Macedoniae et sic festinus veniens civitatem nostram obsedit et navali exercitu circumdedit eam in mense Decembrio, XV. indictione[2]. Nos autem, quamvis nobiscum paucitas militum et pugnatorum esset, non praetermisimus, quin semper cum eis congrederemur in certamine et eos a civitate repelleremus. Sed cum ille, ut superius dictum est, hostium validam manum habuisset — non solum de his, quos supra memoravimus, sed etiam de Asiae et Europae partibus, Thraciae, Macedoniae, Thessaloniae, et circumiacentibus Sclaviniis —, haec causa prolongavit obsidionem nostram: haec eadem obsidio, modo propior, modo longior, usque ad unius anni spatium perseveravit.

Nos autem videntes illius diaboli et homicidae longam pertinaciam et ignaviam et seductionem Christianorum, qui ab eo seducti sunt, posuimus spem nostram et virtutem in Christum, verum Deum, nostrum adiutorem et corroboratorem, atque cum sincera fide civitatem nostram ingressi sumus adversus illum tyrannum, qui tunc fere triginta milibus ab urbe nostra residebat. Cumque proelium committeremus, ipse dominus Deus noster, qui semper adiutor et protector imperii nostri est, misit principem militiae virtutis suae, sicut legitur fecisse Iesu Nave, et dissolvit ac dissipavit virtutem cf. Ios. 5, 14; Eccli. 46, 1.
eorum et praevalere nos fecit adversus eum. Volentes Christianis parcere, receptui canere iussimus et nostros a caede coercuimus; et hac occasione pagani et alienigenae, qui cum Thoma, perditionis eorum auctore, fuerant, evaserunt et in fugam versi sunt et a nobis persecuti in quadam civitate provinciae Thraciae, nomine Archadiopoli[3], inclusi sunt. Quidam autem ipsorum dispersi in montibus se occultaverunt; pars autem eorum intraverunt in Panadus[4] civitatem.

Nos autem missis exercitibus nostris eos obsideri fecimus. Sed ipsa civitas, in qua Deo odibilis et inmemorabilis erat cum suis sequacibus, per quinque menses obsessa est. Volentes, sicut diximus, populo nostro parcere et civitati, vivum eum cepimus et omnes, qui cum eo erant, tam contribules quam etiam alienigenas, et ipsum quidem Thomam, amputatis manibus et pedibus, patibulo suspendi iussimus[5]. Duo vero, qui dicebantur ei filii esse adoptivi, alter eorum in Asia a fidelibus nostris interemptus est, et alterum eadem morte qua pseudopatrem eius condemnare iussimus. Et hoc modo deleta est memoria eorum de terra in saeculorum saecula iuxta id, quod scriptum est: *Inimici defecerunt frameae in finem.* Sarracenos quoque omnes et Ps. 9, 7.
Armenios et reliquos, qui de proelio evaserunt, omnes vivos coepimus et secundum Dei dispositionem nos in eis ulti sumus. Deinde profecti pervenimus ad castellum, quod dicitur Panidus, in quod supra memoratam partem inimicorum nostrorum confugisse diximus, quibus nos vitam promisimus, si ad fidem nostram venire voluissent. Sed illi nostris iussionibus parere nolentes, quia magis mori quam in deditionem venire maluerunt, inmisit eis Deus terrae motum, qui concussit civitatem, a quo muri eius

4 ex *suppl. e coni.* 29 coepimus *P.*

1) *Dromonium est navis cursoria, ut exponit Ducange s. v. dromones, ubi ex Constantino (de admin. imp. c. 61) laudantur βασιλικὰ δρομώνια.* 2) *De obsidione urbis Constantinopolitanae anni 821., in quem optime quadrat indictio XV., cf. Schlosser, l. l. p. 441 sq.* 3) *De hac urbe cf. O. Hirschfeld, 'Paulys Realencyclopädie der classischen Alterthumswissenschaft' ed. Wissowa II, 1156 sq. Schlosser, l. l. p. 446 ann.* *. 4) *De Panado vel Panido, ut infra l. 37 legitur, nihil inveni.* 5) *Anno 823.; cf. Schlosser, l. l. p. 446 sq.*

cf. Ios. 6, 20. diruti sunt, sicut de Hiericho accidisse legitur, et eo modo traditi sunt in manus nostras. Et hoc omnipotentis Dei miraculum in nobis factum est, quod miraculum nequaquam existimavimus esse celandum, sed ubique gloriam Dei et magnalia eius adnuntiandum. Et hoc modo cum triumpho victoriae ad palatium nostrum reversi sumus, et ex eo tempore omnes Christiani imperii nostri ad unitatem pacis et pristinam concordiam redierunt, glorificantes et magnificantes propugnatorem nostrum dominum Iesum Christum, qui ad unitatem fidei coadunare populum suum dignatus est, in subiectionem, quod ab eo est, imperii nostri.

Quocirca dignum existimavimus haec quasi pacifico amico et spiritali fratri nostro et, ut credimus, socio gaudii a Deo imperii nostri manifesta facere, quae nobiscum acta sunt, ut pariter, sicut unius eiusdemque fidei et religionis cultoribus facere oportet, laudibus et hymnis conlaudemus et glorificemus salvatorem nostrum dominum Iesum Christum. Oportuerat enim statim in exordio imperii nostri sicut spiritali fratri nostro et pacifico amico per veros apices nostros quae erga nos gesta sunt vobis manifestare, sed, sicut supra dictum est, praefati tyranni et rebellis ac turpi morte condemnati Thomae seditio nos facere prohibuit.

At vero nunc dedit Deus nobis hoc praesens oportunum tempus post eius interfectionem et coadunationem et concordiam populi nostri. Et ideo iustum existimavimus mittere ad vestram gloriam Theodotum protospatharium nostrum et stratigon, Nicetam sanctissimum metropolitanum Myrensem[1] Liciae, Fortunatum archiepiscopum Veneciae[2], Theodorum reverentissimum diaconum et oeconomum istius sanctissimae Dei catholicae et magnae ecclesiae sanctae Sophiae et Leonem nostrum candidatum[3]. Et non tantum per has syllabas, sed et per ipsos viros adnuntiamus vestrae gloriae omnia, quae praeposita sunt, ut tam per eos quamque et per missos vestros iterum scire possimus vestrae dilectionis sanitatem simulque fidelium vestrorum incolomitatem necnon et omnium rerum vestrarum apud vos consistentum prosperitatem. Porro nunc per has nostras veras et fideles syllabas corroboramus et confirmamus priorem pacem et amicitiam inter vos et nos constitutam[4], deprecantes mediatorem eiusdem pacis Do-
Ioh. 14, 27. minum, qui dixit: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis,* eandem pacem et caritatem splendidiorem et robustiorem facere et ostendere temporibus et potestatibus praeteritis, quoniam et nos sic tenemus et speramus, quod et vestra gloriosissima potestas ita consentiat sicut et nostra. Caritas enim et pax utramque potestatem secundum dominicam vocem potest et servatrices mandatorum eius efficere. Dixit
ib. 14, 21. ib. 13, 35. enim: *Qui diligit me mandata mea custodit* et iterum: *In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.*

Sed et hoc vestrae Christo amabili dilectioni manifestamus, quia multi de ecclesiasticis seu et laicis viris, alieni de apostolicis traditionibus facti et neque paternos terminos custodientes, facti sunt inventores malarum rerum. Primum quidem honorificas et vivificas cruces de sacris templis expellebant et in eadem loca imagines statuebant ponebantque lucernas coram eis, simul et incensum adolebant atque eas in tali honore habebant sicut honorificum et vivificum lignum, in quo Christus, verus Deus noster, crucifigi dignatus est propter nostram salutem. Psallebant et adorabant atque

30 splendidorem *P.*

1) *Hodie Dembre in Asia minore meridionali.* 2) *De Fortunato patriarcha Gradensi, qui paulo post mortuus est, cf. Simson, l. l. I, 175. 218 ann. 11. 222. Harnack, l. l. p. 65.* 3) *Cf. Ducange s. v.* 4) *Cf. Mühlbacher² n. 589a. 793a. Simson, l. l. I, 220 sq. Harnack, l. l. p. 64.*

ab eisdem imaginibus auxilium petebant. Plerique autem linteaminibus easdem imagines circumdabant et filiorum suorum de baptismatis fonte susceptrices faciebant. Similiter et in tonsura puerorum, cum capillos praeciderent, eosdem capillos desinere super imagines sinebant. Alii vero, religiosum habitum monasticum sumere volentes, religiosiores personas postponebant, qui prius comam capitis eorum suscipere solebant, adhibitis imaginibus quasi in sinum earum decidere capillos illorum sinebant. Quidam vero sacerdotum et clericorum colores de imaginibus radentes inmiscuerunt oblationibus et vino et ex hac oblatione post missarum celebrationem dabant communicare volentibus. Alii autem corpus Domini in manus imaginum ponebant, unde communicare volentes accipere fecerunt. Nonnulli vero spreta ecclesia in communibus domibus tabulis imaginum pro altariis utebantur et super eas sacrum ministerium celebrabant; et alia multa his similia inlicita et nostrae religioni contraria in ecclesiis fiebant, quae doctioribus et sapientioribus viris satis indigna esse videbantur.

Propterea statuerunt orthodoxi imperatores et doctissimi sacerdotes locale adunare concilium[1] ad inquisitionem super his habendam. Qui in id ipsum convenerunt sancto Spiritu inspirante talia ubique communi consilio fieri prohibuerunt et imagines de humilioribus locis auferri fecerunt et eas, quae in sublimioribus locis positae erant, ut ipsa pictura pro scriptura haberetur, in suis locis consistere permiserunt, ne ab indoctioribus et infirmioribus adorarentur, sed neque eis lucernas accenderent neque incensum adolerent prohibuerunt. Quemadmodum et nos nunc sentimus et tenemus, abicientes de ecclesia Christi eos, qui huiusmodi malignis inventionibus student.

Propterea quidam illorum, qui noluerunt suscipere concilia localia et a veritate redargui, fugerunt hinc et venerunt ad antiquam Romam a Deo conservatam, iniuriam et calumnias ecclesiae inferentes et verae religioni detrahentes, quorum pessima verba et blasphemiis plena postponentes nostra potius orthodoxa gloriae tuae manifesta facimus, quia nos symbolum sanctarum et universalium sex synodorum, quod ab omnibus orthodoxis Christianis tenetur, non tantum praedicamus, sed etiam inviolabiliter corde tenemus: trinitatem in tribus personis divisam colimus, unitatem unius divinitatis naturam confitentes, ex virgine temporalem verbi nativitatem praedicamus, divinitatis et humanitatis duas voluntates et operationes gloriamur, postulantes intercessiones et interpellationes inviolatae dominatricis nostrae, Dei genitricis, semper virginis Mariae, et omnium sanctorum; gloriosas autem et sanctas reliquias eorum cum fide veneramur et quicquid aliud a beatissimis apostolis traditum et a sanctissimis patribus in eisdem sex synodis constitutum est et confitemur et tenemus.

Unde honorem ecclesiae Christi quaerentes fecimus litteras ad sanctissimum papam[2] antiquae Romae et eas misimus per praedictos missos nostros ad eum, dantes eis evangelium aureum ex lapidibus pretiosis ornatum, similiter et patenam auream et ipsam ex lapidibus pretiosis ornatam et calicem simili modo ornatum, ambobus inscripta imperii nostri nomina, ut Deo iubente illuc pervenientes offerant ea ad templum sanctissimi et beatissimi apostolorum principis Petri, qui intercedat pro nobis et vobis.

De cetero ordinet vestra spiritalis dilectio, ut cum omni honore et illesione ad eum veniant, auxilium eis ferentes in his, quae Deo placeant et ad honorem eius pertineant, in satisfactionem caritatis, quae inter nos est, iubentes ei, ut, si amodo

3 desinere] *ita P, in marg. add. man. rec.* f(ortasse) decidere. 12 quae] quae a *P*. 30 gloriamur] *ita P, in marg. add. man. rec.* Bar(onius) glorificamus. 42 eum] *scil. papam.* 43 ei] eis *edd.*

1) *Anno 821.; cf. Mansi XIV, 399 sqq. Hefele, l. l. IV, 38 sq.* 2) *Eugenium II. (824—827).*

manifesti fuerint quidam seductores pseudochristiani, ecclesiae calumniatores, illico eos Deut. 21, 21. inde expellere, ut quod scriptum est de his adimpleatur. Dicit enim scriptura: *Eicite malum de medio vestri,* ut non tantum in republica ad invicem concordemus, sed etiam et de magna re, quae ad salutem animae pertinet, id est ecclesiastica et Deo amabili, consentiamus. Causa memoriae dilectionis, quae inter nos est, misimus per praedictos missos nostros prasinovultim [1] unum, milinovultim unum, tyrea [2] II, blattas [3] veras II, dirodina [4] II, diventa [5] II.

Absol. mens. April. [6] die X. indict. II. a Deo conservata regia urbe [7].

1 illico] illuc *P.* 4 amabilia *P.* 8 urbe] ur. *P.*

1) *Cf. de hoc verbo et sequenti Ducange s. v. prasinovultis et melinus.* 2) *Cf. ib. s. v. tyrium.* 3) *Cf. ib. s. v. blatta.* 4) *Cf. ib. s. v. Rhodinus.* 5) *Cf. ib. s. v., quod incognitum dicitur. — Munera constabant ex variis generibus pannorum pretiosorum.* 6) *824 April. 10 (ind. 2).* 7) *V. etiam quae exhibent annales q. d. Einhardi ad a. 824 (l. l. p. 165):* . . . illuc *(in civitatem Rotomagensem, 'Rouen')* legatos Michahelis imperatoris, qui ad eum *(Hludowicum)* mittebantur, sibi occurrere iussit, cum quibus et Fortunatus patriarcha Veneticorum regressus ad eius venit praesentiam. Sed legati imperatoris litteras et munera *(v. supra l. 5 sqq.)* deferentes, pacis confirmandae causa se missos esse dicentes pro Fortunato nihil locuti sunt; inter caetera tamen ad legationem suam pertinentia quaedam de imaginum veneratione protulerunt, propter quae se Romam ire atque apostolicae sedes praesulem consulere debere dixerunt. Quos cum legatione eorum audita ac responso reddito absolveret, Romam, ut se velle dicebant, ducere iussit; Fortunatum etiam de causa fugae ipsius percontatus ad examinandum eum Romano pontifici direxit; *v. etiam Iohannis diaconi chronicon (MG. SS. VII, 16), ubi verba fiunt de Fortunato, qui* Franciam cum Grecorum missis repetebat. Ibique aliquamdiu moratus diem finivit supremum; *supra p. 478 ann. 2.*

B. LIBELLUS SYNODALIS PARISIENSIS.

825. Nov. 1.

Libellus synodalis, quem frustra pro spurio putatum esse iam inter omnes constat (v. irritam refutationem a Bellarmino editam apud Mansi XIV, 473 sqq. Migne, Patrol. lat. XCVIII, 1293 sqq.; cf. Hefele, l. l. IV, 42 ann. 5) legitur in unico codice Parisiensi latino 1597 A (antea s. Remigii Remensis, tum Pithoeano) saec. IX. (= P) fol. 11'—103, ita tamen ut fragmenta quaedam lexici Tironiani, quae sicut fol. 2—4' eiusdem codicis ita fol. 16'. 51. 51'. 78'—83'. 105'—107' inveniuntur, nonnullas lacunas implere videantur, quas scriptorem libri iam in fonte repperisse crediderim. Utut est, ex ipso libelli contextu, praecipue versus finem, nonnulla deesse efficitur, quae fortasse in libello legebantur, antequam epitome illa (infra E) compilaretur, nisi ei Hieremiam Senonensem et Ionam Aurelianensem ex suo pauca addidisse statueris. Quae tradit liber scriptus, ea nos praebituros integra vix est quod moneamus.

Edd.: Synodus Parisiensis (cf. supra p. 475 l. 23 sqq.) p. 19; ed. 2. p. 1. Flacius, Catalogus testium veritatis ed. 4. II, 199; ed. 5. p. 1123 (fragm.). Baronius, Ann. eccl. 825 n. 7. 15. 24. 37 (prooemium, formae epistolarum, finis). Goldast, Decreta de cultu imaginum 626. Goldast, Const. imp. I, 154. Vorburg, Hist. XI, 137 (fragm.). Delalande, Suppl. conc. 109. Bouquet VI, 338 (prooemium). Mansi XIV, 421. Migne, Patrol. lat. XCVIII, 1299. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 485.

Excellentissimis ac victoriosissimis Deoque amabilibus Augustis domnis Hludowico et Hludhario serenissimis imperatoribus.

Nos servi ac fidelissimi oratores vestri, qualiter proximis Kalendis Novembris [1] apud Parisiorum urbem iuxta praeceptum vestrae magnitudinis in unum convenimus qualiterque de negotio a vestra pietate nobis iniuncto, de causa videlicet imaginum, egerimus, ad memoriam vestrae celsitudinis reducimus. Sed ut melius nobis manifestum fieret, ob quam causam vestra pietas, quae erga Dei sanctaeque suae ecclesiae amorem ardentissime flagrat, ad hoc inquirendum primum accensa fuerit, necessarium duximus initium huiusce rei cognoscere et ideo primum epistolam domni Hadriani papae, quam pridem pro imaginibus erigendis Constantino imperatori et Herenae matri eius ad eorum deprecationem in transmarinis partibus direxit [2], coram nobis legi fecimus; et quantum nostrae parvitati res patuit, sicut iuste reprehendit illos, qui imagines sanctorum temerario ausu in illis partibus confringere et penitus abolere praesumpserunt, sic indiscrete noscitur fecisse in eo, quod superstitiose eas adorare iussit. Pro quarum etiam causa synodum congregari praecepit et sua auctoritate sub iureiurando censuit, ut erigerentur et adorarentur et sanctae nuncuparentur, cum eas erigere licitum, adorare vero nefas sit. Inseruit etiam in eadem epistola quaedam testimonia sanctorum patrum, quantum nobis datur intelligi, valde absona et ad rem, de qua agebatur, minime pertinentia.

Ex huius namque epistolae textu imperator et clerus simulque et populus auctoritatem sumentes synodum fecerunt [3], in qua, sicut illi multum deviaverunt, qui imagines sanctorum in illa alia synodo, quae sub Constantino, avo memorati Constantini, facta est [4], penitus abdicandas esse decreverunt, sic isti non mediocriter erraverunt, qui eas non solum coli et adorari et sanctas nuncupari sancxerunt, verum etiam sanctimoniam ab eis se adipisci professi sunt [5]. Et ut id verum esse, quod nitebantur astruere, demonstrarent, quaedam sanctarum scripturarum testimonia et sanctorum patrum dicta ad suum superstitiosum errorem confirmandum violenter sumpserunt et eidem suo operi incompetenter aptaverunt, quoniam non eo sensu, quo dicta, nec eo intellectu, quo a sanctis patribus exposita, ab illis esse produntur prolata vel intellecta.

Eandem porro synodum cum sanctae memoriae genitor vester [6] coram se suisque perlegi fecisset et multis in locis, ut dignum erat, reprehendisset et quaedam capitula, quae reprehensioni patebant, praenotasset eaque per Angilbertum abbatem [7] eidem Hadriano papae direxisset, ut illius iudicio et auctoritate corrigerentur, ipse rursus favendo illis, qui eius instinctu tam superstitiosa tamque incongrua testimonia memorato operi inseruerant, per singula capitula in illorum excusationem respondere quae voluit, non tamen quae decuit conatus est [8]. Talia quippe quaedam sunt, quae in illorum obiectionem opposuit, quae remota pontificali auctoritate et veritati et auctoritati refra-

29 exposita] *supple:* erant. 34 istinctu *P.*

1) *Die 1. mensis Novembris synodus coepit.* 2) *Cf. Hadriani I. papae epistola ad Constantinum et Irenem directa; Mansi XII, 1055 (Jaffé-E. n. 2448).* 3) *De concilio Nicaeno II. a. 787. congregato cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 457 sqq.* 4) *De concilio Constantinopolitano III. a. 754. habito cf. ibidem III, 410 sqq. — Cf. Conc. Nic. act. VI. tom. 1, Mansi XIII, 205 sqq.* 5) *Cf. conc. Nic. act. VII., ib. XIII, 373. MG. Epp. V, 17.* 6) *Karolus Magnus.* 7) *Scil. s. Richarii Centulensis monasterii. — De capitulis Karoli Magni cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 98 sq.* 8) *Cf. Hadriani I. papae epistola ad Karolum directa; MG. Epp. V, 5 (Jaffé-E. n. 2483—85).*

gantur. Sed licet in ipsis obiectionibus aliquando absona, aliquando inconvenientia, aliquando etiam reprehensione digna testimonia defensionis gratia proferre nisus sit, in fine tamen eiusdem apologiae sic se sentire et tenere et praedicare ac praecipere de his, quae agebantur, professus est, sicut a beato papa Gregorio institutum esse constabat[1]. Quibus verbis liquido colligitur, quod non tantum scienter quantum ignoranter in eodem facto a recto tramite deviaverit. Nisi enim in conclusione obiectionum suarum retinaculis veritatis, beati scilicet Gregorii institutis, astrictus iter devium praecavisset, in superstitionis praecipitium omnino labi potuisset.

His igitur pro captu ingenii animadversis et intellectis, ut plenius etiam nobis cuncta patescerent, fecimus epistolam nobis relegi, quam vobis legati Graecorum anno praeterito detulerunt[2]. Venerabilis namque Freculfus episcopus[3] subtiliter prudenterque, qualiter ipse et Adegarius[4], socius illius, de hac re cum domno apostolico et cum venerandis episcopis et ministris illius egissent, viva voce parvitati nostrae innotuit. Sed cum prudenti relatu illius cuncta cognovissemus, qualiter partim veritatis ignorantia, partim pessimae consuetudinis usu huius superstitionis pestis illis in partibus inolevisset, et priora et posteriora studiosissime considerassemus, intelleximus, quantum nobis res patuit, quo zelo ad haec consideranda vestra sancta devotio excitata fuerit. Non enim ignoramus animum vestrum magno taedio posse affici, cum illos a recto tramite quoquomodo conspicitis deviare, qui summa auctoritate praediti deviantes quosque debuerant corrigere. Illo nempe zelo accensi estis, de quo beatus Paulus
2. Cor. 11, 29. apostolus dicit: *Quis scandalizatur, et ego non uror?* Cum enim duos in periculo constitutos conspexistis et a via regia declinantes, unum scilicet ad sinistram in abruptum confringendarum imaginum prolapsum, alterum vero ad dexteram in superstitiosam videlicet earundem imaginum adorationem proclivem, voluistis vos affectu pietatis medium opponere et utriusque partis morbo salutiferam medicinam conferre.

Sed quoniam maximum vobis in eo obstaculum erat, eo quod pars illa, quae debebat errata corrigere suaque auctoritate huiusce superstitionis errori obniti, ipsa prorsus eidem superstitioni non solum resistere, verum etiam incauta defensione contra auctoritatem divinam et sanctorum patrum dicta nitebatur suffragari, aperuit vobis
cf. Col. 4, 3. Dominus ostium iuxta optatum vobis desiderium, ut licentia vobis ab eadem tribueretur auctoritate tantae rei cum vestris quaerendi familiariter veritatem, ut, quoniam inerat vobis voluntas consulendi et deerat auctoritas quaerendi, eius auctoritate quaereretis veritatem, cuius auctoritas deviare videbatur ab ipsa veritate, quatenus, sancto vestro desiderio ac vigilanti studio veritas patefacta, dum se in medium ostenderet, etiam ipsa auctoritas volens nolensque veritati cederet atque succumberet. Verum quoniam fratrum salus non est neglegenda et eminens auctoritas non est facile reprehendenda, visum est extremitati nostrae, ut omnis vestrae serenitatis sermo ad illos specialiter ex apostolicarum auctoritate litterarum dirigatur, quorum primum causa ad haec quaerenda estis excitati, et quicquid reprehensione in utrisque partibus dignum cognoscitur ad illorum personam potius referatur, qui libere admoneri possunt et quorum scandalum, si pro veritate ortum fuerit, facilius tolerari potest.

Credimus itaque, quod illos reprehendendo illisque conpatiendo, istos vero demulcendo, laudando et praeferendo eorumque auctoritatem magnis laudum praeconiis efferendo et sanctae Romane ecclesiae condignam laudem deferendo, veritatem tamen

34 veritas patefacta *nomin. absol.*

1) *Cf. MG. Epp. V, 56.* 2) *V. supra p. 475 sqq.* 3) *Lexoviensis (c. 822—850).* 4) *De Adegario cf. Simson, l. l. I, 247 ann. 10.*

ex testimoniis sanctarum scripturarum et sententiis sanctorum patrum in medium proferendo et veraciter sobrieque exponendo poterit vestra sanctissima devotio, sicut optat, utrisque consulere. Sic quippe refragator vinculis veritatis modo blandiendo, modo honorando, modo secundum rationem veritatem demonstrando subtiliter astrictus non audebit aliter docere, quam quod veritas habet, nec poterit aliter tenere, quam quod veritatis documentum aliis tenendum tradiderit.

Tali nempe modo visum est nostrae mediocritati, ut utriusque partis saluti commodissime prodesse magnamque vobis a Domino remunerationem huius rei gratia praeparare possitis. Credimus sane, quia, quamquam aliqua ex parte superstitiosam sibi consuetudinem forte vindicare velint, nullatenus tamen ab eadem sede aliter, quam auctoritas et veritas se habet, mandari in aliquam partem praesumetur. Verebitur siquidem potestatem vestram, auctoritatem sedis et testimonia veritatis. Cum igitur a vestra sancta devotione ita peracta fuerint, licet, quod non optamus, in aliquo aut isti aut illi deviare voluerint et vestram saluberrimam admonitionem, quae tota ex auctoritate veritatis profertur, audire contempserint, non minor ob id vobis a Domino reconpensatio fiet, quia totum secundum verba beati Heliae prophetae quod vestrum (cf. 3. Reg. 19, 20.) fuit facere studuistis.

Nos denique servi vestri, sicut superius praemissum est, in unum convenientes et de nobis iniunctis pro captu intelligentiae nostrae familiariter conferentes testimonia ex auctoritate divina et sententias sanctorum patrum, quas prout temporis angustia permisit, collegimus et coram nobis legi fecimus et quicquid in his de negotio, de quo agitur, necessarium aptumque iudicavimus et in unum congerere studuimus vestraeque imperiali potentiae per venerabiles viros Halitgarium[1] et Amalarium[2] dirigere praesumpsimus, ut videlicet vestra a Deo vobis conlata sapientia ex his eligat quicquid necessarium dignumque ad idem negotium pertinens iudicaverit. Obsecramus itaque humiliter abundantissimam pietatem vestram, ut non nobis ascribatur quicquid ibi minus aut indecens inventum fuerit. Vere enim fatemur, quia angustia temporis praepediente nec quanta voluimus nec quanta potuimus collegimus, sed tantum vestris sacris iussionibus, ut decet et oportet, totis nisibus parere cupientes quae parvo in tempore ad manus nobis occurrere potuerunt breviatim collegimus et huic operi usque ad vestram sagacissimam examinationem inseruimus. Nam quidam nostrorum de longe venientes[3] non habuerunt spatium temporis quaerendi; quidam vero nec causam, pro qua ad hunc conventum venire iussi sunt, donec pervenerunt, veraciter nosse potuerunt; Moduinus[4] namque infirmitate, in qua diutissime laborat, detentus venire nequivit.

Scit itaque plenissime excellentia vestra, quia illud, quod per omnes catholicorum libros indagari necessitas urget, prolixi temporis spatio ad legendum indiget. Nam si sufficiens spatium temporis nobis attributum fuisset, tanta Domino opitulante poteramus colligere, quae huic operi copiose poterant abundare. Tamen in his, quae collecta sunt, summam huius negotii, de quo agitur, discrete conprehensam esse iuxta auctoritatem divinam et sanctorum patrum sententias arbitramur, ita videlicet ut unusquisque fidelis ea perlegens et intelligens animadvertere queat, quod imagines sanctorum stulta

6 documento *P*. 11 mandare — praesumet *P*.

1) *Episcopus Cameracensis (817—831); v. infra sub C epistolam Hludowici et Hlotharii ad Hieremiam Senonensem archiepiscopum et Ionam Aurelianensem episcopum directam.* 2) *De Amalario Mettensi cf. Mönchemeier, 'Amalar von Metz' 21 sq.* 3) *Cf. Simson, l. l. I, 248 sq.* 4) *Episcopus Augustodunensis (815 — c. 840).*

praesumptione non sunt confringendae et ad iniuriam sanctorum abolendae et penitus dispiciendae nec assertione superstitiosa colendae aut adorandae, sed potius huiuscemodi superstitione remota iuxta veram religionem memoriae et amoris causa, ob recordationem eorum, quorum sunt imagines, habendae, sicut a beatissimo Gregorio satis catholice perspicueque dictum declaratur [1].

Quia igitur nos his, qui in sacra sede beati Petri apostoli resident, dignam honoris reverentiam iure tribuendam non dubitamus et illorum erga imagines superstitiosam venerationem quidam visu, omnes vero aliorum relatu cognoscimus, voluimus primum contra illos sententias ponere, quod imagines praesumptiosa temeritate confringere praesumpserunt, quatinus inde isti animati aliorum errata valentius vobiscum corrigerent et ad suam superstitionem cognoscendam veritatis testimonia suscipienda animum facilius flecterent. Sicut igitur nobis videtur et superius praemisimus, aperte sermo vestrae correctionis contra illos usquequaque dirigi potest, a quibus vobis illa epistola, quam relegimus, directa esse cognoscitur, quoniam eius textus utramque partem reprehensione dignam demonstravit, et illam scilicet, quae indebito ac superstitioso cultu imagines venerabatur, et illam, quae ab inferioribus locis easdem imagines evertere ac delere praecepit. Et ideo credimus, quamquam cetera alia secundum auctoritatem veritatis, sicut in suis scriptis continetur, idem imperator fecerit, propter hoc tamen factum quosdam illarum partium infirmos scandalizasse necnon quosdam nostrae urbis Romanae perturbasse.

Ad exaltationem et pacem sanctae suae ecclesiae humillimam Deoque amabilem ac Christianae religioni necessariam dominationem serenitatis vestrae dominus Iesus Christus incolumem dextera suae pietatis tueri ac felici protectione per inmensum conservare et post huius vitae cursum supernis civibus consortem dignetur efficere.

Caput I. Congruum necessariumque iudicavimus primum sententias sanctorum patrum colligere contra eos, qui imagines non solum ab aedibus, sed etiam a sacris vasis indiscrete abolere praesumunt.

Ex libro Eusebii ecclesiasticae historiae VII. cap. XV.: Verum [2] quia urbis huius fecimus mentionem, iustum videtur commemorare etiam illud in ea gestum, quod historia dignum duximus. Mulierem, quam sanguinis profluvio laborantem a salvatore curatam evangelia tradi-
cf. Marc. 5, 25 sqq. derunt, huius urbis civem constat fuisse, domusque eius in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius basis quaedam in loco aeditiore conlocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus provolutae palmasque suppliciter tendentis imago aere videtur expressa. Astat vero alia ex aere nihilominus fusa statua habitu virili, stola compte circumdata et dexteram mulieri porrigens; huius ad pedem statuae e basi herba quaedam nova specie nascitur, quae, cum exorta fuerit, excrescere usque ad stolae illius aerei indumenti fimbriam solet. Quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquirit, ita ut quaecumque illa fuerit infirmitas corporis haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens, si, antequam aereae fimbriae summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant, quae permansit ad nostra usque tempora, sicuti ipsi oculis nostris inspeximus; et nihil mirum si hi, qui ex gentibus crediderunt, pro beneficiis, quae a salvatore fuerant consecuti,

14 textu *P*. 24 efficere] *in P sequitur fragmentum lexici Tironiani, textus libri synodalis pergit in fol. 17.*

I. 28 Ex] Eusebii *in marg. P.* 33 suppliciter] simpliciter *P.* 34 ex *deest P.*

1) *V. infra p. 487 sq.* 2) *Eusebii historia ecclesiastica Rufino interprete VII c. 14 ed. Basileae 1523, p. 165.*

huiusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nunc et apostolorum Petri vel Pauli et ipsius salvatoris imagines designari tabulisque depingi: sed et antiquas ipsorum imagines a quibusdam conservatas nos vidimus. Quod mihi videtur ex gentili consuetudine indifferenter observatum, quod ita soleant honorare quos honore dignos duxerunt; insignia etenim veterum reservari ad posterorum memoriam illorum honoris, horum vero amoris indicium est.

II. In actibus Silvestri papae leguntur apparuisse[1] Constantino imperatori in visione apostoli sancti Petrus et Paulus eique ita dixisse: Quoniam flagitiis tuis posuisti terminum et effusionem innocentum sanguinis horruisti, missi sumus a Christo Iesu domino dare tibi sanitatis recuperandae consilium. Audi ergo monita nostra et fac omnia, quaecumque indicamus tibi. Silvester episcopus civitatis Romanae ad montem Syrapti[2] persecutiones tuas fugiens et cavernis petrarum cum suis clericis latebram fovet. Hunc cum ad te adduxeris, iste tibi pietatis piscinam ostendet, in qua, dum te tertio merserit, omnis te valetudo ista deseret leprae. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem tuo salvatori conpensa, ut omnes iussu tuo per totum orbem Romanum ecclesiae restaurentur, tu autem in hac parte purifica te, ut relicta superstitione idolorum Deum unum, qui verus et solus est, adores et excolas et ad eius voluntatem attingas. Exsurgens itaque a somno statim convocat eos, qui observabant palatium, et secundum tenorem somnii sui misit ad montem Syrapti, ubi sanctus Silvester in cuiusdam Christiani agrum persecutionis causa cum suis clericis receptus lectionibus et orationibus insistebat. At ubi a militibus se conventum vidit, credidit se ad martyrii coronam evocari. Et conversus ad clerum, qui cum eo erat, dixit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies* 2. Cor. 6, 2.
salutis. Profectus itaque, ut dictum est, pervenit ad regem, cui nuntiatus cum tribus presbiteris et duobus diaconibus ingressus dixit: Pax tibi et victoriae de caelo ministrentur. Quem cum rex alacri animo et vultu placidissimo suscepisset, omnia, quae illi facta, quae dicta sunt, quae etiam relata, secundum textum superius conprehensum exposuit. Post finem vero narrationis suae percontabatur, qui isti essent dii Petrus et Paulus, qui illum visitarent; ob quam causam salutis suae eius latebram detexissent. Silvester respondit: Hos quidem Deus noster sibi idoneos servos Christi et apostolos elegit ab eo missos ad invitationem gentium, ut credentes salutem consequantur. Cumque haec et his similia augusto diceret papa, interrogare coepit augustus, utrumnam istos haberet aliqua imago expressos, ut ex pictura disceret hos esse, quos revelatio docuisset. Tunc sanctus Silvester misso diacone imaginem apostolorum exhiberi praecepit, quam imperator aspiciens ingenti clamore coepit dicere ipsos esse, quos viderat, nec debere iam differre episcopum ostensionem piscinae, quam istos promisisse suae saluti memorabat.

III. Iohannes Chrysostomus in omelia de superscriptione psalmi quinquagesimi: Pictores[3] imitantur arte naturam et colores coloribus permiscentes visibiles corporum depingunt imagines et faciunt homines et animalia et arbores et reges et rusticos et barbaros et pugnas et rixas torrentes sanguinum et lanceas et loricas et scuta et sedem regalem et imperatorem sedentem et barbarum subditum et gladium acutum et fluvios decurrentes et campos variis floribus adornatos et omnia, quae videntur, per artem imitantes mirabilem historiam videntibus praestant.

II. 6 In] Silvester *in marg. P.* 12 qua] quam *P.*
III. 35 Pictores] Johannes Chrysostomus *in marg. P.*

1) *Cf. Hadriani epist., Mansi XII, 1057. V. Libr. Carolin. II c. 13.* 2) *Cf. P. Scheffer-Boichorst, 'Gesammelte Schriften' I (Berolini 1903), p. 19 ann. 75.* 3) *Iohannes Chrysostomus, Homilia spuria in titulum psalmi quinquagesimi § 1; Opp. ed. Montfaucon V, 572. V. Hadriani epist., MG. Epp. V, 48.*

IIII. Paulinus in libro VIIII.: **Nunc[1] volo picturas fucatis agmine longo
Porticibus videas pauloque supina fatiges
Colla, reclinato dum perlegas omnia vultu.
Qui videt haec vacuis agnoscens vera figuris
Non vacua fidam sibi pascit imagine mentem.
Omnia namque tenet serie pictura fideli,
Quae senior scripsit per quinque volumina Moses,
Quae gessit Domini signatus nomine Iesus.**
Et post pauca: **Forte[2] requiratur, quanam ratione gerendi
Sederit haec nobis sententia, pingere sanctas
Raro domus animantibus assimulatis?
Accipe et paucis temptabo exponere causas.
Quos agit huc sancti Felicis gloria coetus,
Obscurum nulli; sed turba frequentior his est
Rusticitas non cassa fide neque docta legendi.
Haec assueta diu sacris servire profanis
Ventre Deo, tandem convertitur advena Christo,
Dum sanctorum opera in Christo mirantur aperta.
Cernite quam multi comeant ex omnibus agris
Quamque pie rudibus decepti mentibus errent.
Longinquas liquere domos, sprevere ruinas,
Non gelidi fervente fide; et nunc ecce frequentes
Per totam vigiles extendunt gaudia noctem,
Laetitia somnos, tenebras funalibus arcent.**
Et paulo post: **Dum[3] fallit pictura famem; sanctasque legendi
Historias castorum operum subrepit honestas
Exemplis inducta piis; potatur hianti
Sobrietas, nimii subeunt oblivia vini.
Dumque diem ducunt spatio maiore tuentes,
Pocula rarescunt, quia per miracula tracto
Tempore iam paucae suberunt epulantibus horae.**
Et infra: **De[4] Genesi, precor, hunc orandi collige sensum,
Ne maneam terrenus Adam, sed virgine terra
Nascar et exposito veteri nova former imago.**

V. Beatus Gregorius Nysenus episcopus inter cetera, ubi de Abraham sermonem instituit: **Vidi[5], inquit, imaginem passionis et non sine lacrimis visionem praeterii, opere artis ad faciem deducens historiam** et cetera.

VI. Item idem in interpretatione cantici canticorum: **Qui[6], inquit, imaginem conspicit ex eadem arte per colores completam tabulam, non tincturis praefert contemplationem, sed ad visionem depictam conspicit tantummodo, quam per colores magister demonstravit.**

IIII. 1 Nunc] Paulinus *in marg. P.* 10 Sederit] Sed sit *P.*
V. 36 Vidi] Gregorius Nysenus *in marg. P.*
VI. 38 Qui] Gregorius Nysenus *in marg. P.*

1) *Paulinus Nolanus, Carmen XXVII v. 511—18; Opp. ed. Hartel II, 285.* 2) *Ibidem v. 542—57; l. l. II, 286.* 3) *Ibidem v. 589—95; l. l. II, 288.* 4) *Ibidem v. 607—9; l. l. II, 289.* 5) *Hunc et sequentem locum inter opera Gregorii Nysseni non inveni, sed leguntur in Hadriani epist., Mansi XII, 1065. Cf. Conc. Nic. act. IV., ibid. XIII, 9.* 6) *Mansi XII, 1065.*

VII. Augustinus in libro XVI. de civitate Dei: Quosdam[1] sine cervice oculos habentes in humeris et cetera hominum quasi genera hominum, quae in maritima platea Cartaginis musivo picta sunt, ex libro deprompta velut curiosioris historiae.

Item ipse post pauca: Quapropter[2] aut illa, quae et alia de quibusdam gentibus scripta sunt, omnino nulla sunt aut, si sunt, homines non sunt. Apparet liquido, quoniam sicut per picturam utiles et verae recordationes ad memoriam aliquando redeunt, quae conpunctionem ingerant, ita etiam nocive et falsae humanis mentibus semper imagines ludificando ingerunt.

VIII. Item Augustinus in libro de decem chordis inter cetera ita ait: Quomodo[3] facio ipsi Deo iniuriam? Corrumpis teipsum. Et unde iniuriam Deo facio, quia corrumpo me ipsum? Unde tibi facit iniuriam qui voluerit forte lapidare tabulam tuam pictam, in qua tabula imago tua est, in domo tua inaniter posita ad vanum honorem tuum nec sentiens nec loquens nec videns. Si quis illam lapidet, nonne tibi facit contumeliam?

VIIII. In libro tripertitae historiae X. cap. XXX.: Neque[4] enim sanctus Paulus, dum venisset Athenas et civitatem repletam idolis conspexisset, aras ab illis honoratas destruxit, cf. Act. 17, 23.
sed ratione ignorantiam redarguit, veritatis iura monstravit.

X. Item in eodem libro VI.: Illud[5] quoque, quod sub Iuliano provenit, narrare non sileo. Fuit enim signum quidem virtutis Christi et indicium contra principem iracundiae Dei. Cum enim agnovisset in Caesarea Phylippi civitate Pheniciae, quam Paneam vocabant, insigne Christi esse simulacrum, quod sanguinis liberata profluvio constituerit, eo deposito suam ibi statuam collocavit. Quae violento igne de caelo cadente circa eius pectus divisa est et caput cum cervice una parte deiectum atque in terra fixum; reliqua vero pars hactenus restitit et fulminis indicia reservavit. Statuam vero Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt. Postea vero Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt, quo hactenus reservatur.

Nunc qualis discretio sit tenenda erga sanctorum imagines habendas et historiarum picturas, sanctissimi et egregii atque admirabilis totiusque catholicae ecclesiae doctissimi viri beati Gregorii papae sequentia dicta declarant.

XI. Scribit autem ad Serenum Massiliensem episcopum: Indico[6], inquit, ad nos dudum pervenisse, quod fraternitas vestra, quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem ab ecclesiis imagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid manu factum adorari possit, habuisse laudavimus, sed frangere easdem imagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi, qui litteras nesciunt, saltim in parietibus videndo legant quae legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas et illas servare et ab earum adoratu populum prohibere debuit, quatinus et litterarum nescii haberent unde scientiam historiae colligerent et populus in picturae adoratione minime peccaret.

VII. 1 Aug. *hic et infra P.* Quosdam] Aug. *in marg. P.* 7 et *deest P.*
VIII. 9 Quomodo] Aug. *in marg. P.*
VIIII. 14 Neque] Eusebius *in marg. P.*
X. 17 Illud] Eusebius *in marg. P.* 21 et] ut *P.* 24 quo] quod *P.* 25 Nunc] *ita e coni.*, Nam *P*, Caput II. *praemittunt edd.*
XI. 28 Indico] Greg(orius) *in marg. P.* 29 ab *deest P.* 32 qui] qua *P.* 33 illa *P.* earum] eorum *P.*

1) *Augustinus, De civitate Dei XVI c. 8 § 1; Opp. VII, 422.* 2) *Ibidem § 2; l. l. VII, 423.* 3) *Augustinus, Sermo IX. de decem chordis § 15; Opp. V, 59.* 4) *Cassiodorus, Historia tripartita X c. 30; Opp. ed. Garet I, 363.* 5) *Ibidem VI c. 42; l. l. I, 297.* 6) *Gregorius M., Epistola ad Serenum episcopum Massiliensem; MG. Epp. II, 195 (Jaffé-E. n. 1736).*

XII. Item idem ad eundem: Perlatum[1], inquit, siquidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confringeres. Et quidem quia eas adorare vetuisses, omnino laudavimus; fregisse vero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non debuit revocare, ut despectis aliis fratribus solum te sanctum et esse crederes sapientem. Aliud est enim picturam adorare, aliud picturae historia quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde praecipue gentibus pro lectione pictura est, quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, attendi decuerat, ne, dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit quod non ad adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum; et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condisses, sine dubio et ea, quae intendebas, salubriter obtinere et collectum gregem non dispergere, sed potius poteras congregare, ut pastoris in te merito nomen excelleret, non culpa dispersoris incumberet. Hinc autem, dum in hoc animi tui incaute nimis motus exsequeris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, ut maxima eorum pars a tua se communione suspenderet. Quando ergo ad ovile dominicum errantes oves adducas, qui quas habes detinere non praevales? Proinde hortamur, ut vel nunc studeas esse sollicitus atque ab hac te praesumptione conpescas et eorum animos, quos a tua disiunctos unitate cognoscis, paterna ad te dulcedine, omni annisu omnique studio revocare festines. Convocandi enim sunt diversi ecclesiae filii, eisque scripturae est testimoniis ostendendum, quia omne manu factum adorare non
Matth. 4, 10 liceat, quoniam scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies,* ac deinde subiungendum, quia, quoniam picturas imaginum, quae ad aedificationem imperiti populi factae fuerant, ut nescientes litteras ipsam historiam intendentes quod dictum sit discerent, transisse in adorationem videras, idcirco commotus es, ut eas imagines frangi praeciperes atque eis dicendum: si ad hanc instructionem, ad quam imagines antiquitus factae sunt, habere vultis in ecclesiis, eas modis omnibus et offerri et haberi permittas. At indica, quod non tibi ipsa visio historiae, quae pictura teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quae picturis fuerat incompetenter exhibita, atque in his verbis eorum mentes demulcens eos ad concordiam tuam revoca. Et si quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines omnimodis devita. Sed hoc sollicite fraternitas tua ammoneat, ut ex visione rei gestae ardorem conpunctionis percipiant et in adorationem solius omnipotentis sanctae trinitatis humiliter prosternantur.

XIII. Item idem ad Ianuarium episcopum: Iudaei[2], inquit, de civitate vestra huc venientes, questi nobis sunt, quod synagogam eorum, quae Caralis sita est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad Christianae fidei cultum Deo volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis sequenti die baptismatis sui, hoc est dominica ipsa festivitate paschali, cum gravi scandalo sine vestra occupaverit voluntate atque imaginem illic genetricis Dei Dominique nostri et venerandam crucem vel birrum album, qua fonte surgens indutus fuerat, apposuisset.

Et post pauca: Considerantes[3], inquit, hac de re vestrae voluntatis intentum ac magis iudicium his hortamur affatibus, ut sublata exinde cum ea, qua dignum est veneratione, imagine atque cruce debeatis quod violenter ablatum est reformare.

XII. 1 Perlatum] *Greg. in marg. P.* 9 a *deest P.* 23 quoniam *deest P.* 24 discere *P.*
XIII. 33 Iudaei] *Greg. in marg. P.* 40 affectibus *P.* qua] quia *P.*

1) *Gregorius M., Epistola ad Serenum Massiliensem; MG. Epp. II, 270 (Jaffé-E. n. 1800). Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 42. 48. 55. Libr. Carolin. II c. 23.* 2) *Gregorius M., Epistola ad Ianuarium; MG. Epp. II, 183 (Jaffé-E. n. 1722). Cf. Hadriani epist., l. l. V, 38.* 3) *Ibidem.*

XIIII. Item idem ad Secundinum servum Dei inclausum: Imagines[1], inquit, quas a nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconum tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quaeris, cuius imaginem prae oculis habere desideras, ut visio corporalis cotidiana reddat exortum, ut, dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cuius te imaginem videre consideras. Ab re non facimus, si per visibilia invisibilia demonstramus. Sic homo, qui alium ardenter videre desiderat aut sponsam amando desiderat, quam videre conatur, si contingit eam ad balneum ire aut ad ecclesiam procedere, festinus in via se praeparat, ut de visione hilaris recedat. Scimus, quia tu imaginem salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei, ut in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum vel in throno sedentem recordamur et, dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione laetificat aut de passione mulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas, imaginem salvatoris et sanctae Mariae Dei genetricis, beati Petri et Pauli apostolorum per supradictum filium nostrum diaconem et unam crucem, clavem pro benedictione, ut ab ipso maligno defensus sis, cuius sancto ligno te esse munitum credis.

Haec contra eos, qui imagines sanctorum abhominando evertunt, breviter dicta sufficere credimus. Nunc contra eos, qui indebito cultu eas colunt et adorant et sanctas nuncupant et sanctimoniam se per eas adsequi fatentur, sicut in illa synodo Grecorum insertum invenimus, sanctorum patrum dicta adnectendo subiecimus. Sed unde primum adorandarum imaginum origo inoleverit, ponere necessarium iudicavimus.

XV. Scribit itaque beatus Augustinus in libro de diversis haeresibus: Simoniani[2] a Simone mago, qui baptizatus a Philippo diacono, sicut in actibus apostolorum legitur, pecunia cf. Act. 8, 18.
voluit a sanctis apostolis emere, ut etiam per inpositionem manus ei daretur Spiritus sanctus. Hic magicis fallaciis deceperat multos. Docebat autem detestandam turpitudinem indifferenter utendi feminis nec Deum mundum fecisse dicebat; negabat etiam carnis resurrectionem et asseverabat se Christum idemque Iovem se credi volebat, Minervam vero meritricem quandam Helenam, quam sibi sociam scelerum fecerat, imaginesque et suam et Helenae discipulis suis praebebat adorandas, quas et Romae tamquam deorum simulacra auctoritate publica constituerat, in qua urbe apostolus Petrus eum vera virtute Dei omnipotentis extinxit.

XVI. Item idem post pauca: Sectae[3] Carpocratis fuisse creditur quaedam Marcellina, quae colebat imaginem Iesu et Pauli et Homeri et Pithagorae adorando incensumque ponendo.

XVII. Item ipse in epistola ad Dioscorum inter cetera demonstrat[4] quondam Epicurum imagines plures finxisse et suis tradidisse. Democritus etiam iuste reprehenditur, qui per imagines, quamvis aliter quam Epicurus sentiret, ad interiorem cultum pervenire arbitratus est.

Item post pauca de Epicuro: Quae[5] tamen ut cogitet, imagines dicit ab ipsis rebus, quas athomis formari putat, defluere atque in animum introire subtiliores quam sunt illae ima-

XIIII. 1 Imagines] Greg. *in marg. P.* 13 syrterias *P.* 15 una cruce clavim (*e* clavem *corr.*) *P.* 17 Haec] Caput III. *praemittunt edd.*
XV. 22 Simoniani] Aug. *in marg. P.*
XVI. 31 Sectae] Aug. *in marg. P.*
XVII. 33 demonstrat] Aug. *in marg. P.* quoniam *P.* 34 Epicurus *P.* imagines plures] per imagines plures se *P.* 37 Quae] Aug. *in marg. P.*

1) *Gregorius M., Epistola ad Secundinum interpolata, MG. Epp. II, 147 (Jaffé-E. n. 1673). Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 20. 43. 46. 55.* 2) *Augustinus, Liber de haeresibus § 1; Opp. VIII, 5.* 3) *Ibidem § 7; l. l. VIII, 7.* 4) *Cf. Augustinus, Epistola 118 ad Dioscorum § 27. 28; Opp. II, 340.* 5) *Ibidem § 28; l. l. II, 340.*

gines, quae ad oculos veniunt. Nam et videndi causam hanc esse dicit quasdam imagines, ita ut universum mundum complectantur extrinsecus.

Item post pauca: Ille[1] quare non vidit non opus esse nec fieri posse, ut incorporeus animus adventu atque contractu corporearum imaginum cogitet? De visu certe oculorum ambo pariter redarguuntur.

XVIII. Item ipse in libro VIII. de civitate Dei: Ermes[2] Aegyptius, quam Trismegiston vocant, sensit ita et scripsit: Quoniam ergo proavi nostri increduli et non animadvertentes ad cultum religionemque divinam invenerunt artem, qua efficerent deos; cui inventae adiunxerunt virtutem de mundi natura convenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non potuerunt, evocantes animas daemonum vel angelorum, eas indiderunt imaginibus sanctis divinisque mysteriis, per quas idola et bene faciendi et male vires habere potuissent.

XVIIII. Idem ipse in epistola ad Marcellinum: Quando[3] primum insuevit exercitus populi Romani amare, portare signa, tabulas pictas, vasa celata, mirari ea, privatim et publice rapere, tunc coepit perire laudabile illud decus salusque reipublicae.

XX. Item ipse in libro VII. de civitate Dei: Unum[4] verum Deum, id est omnis animae corporisque creatorem, colere se quisque contendat; non ideo peccat, quia non est colendus quem colit, sed quia colendum non ut colendus est colit. Qui vero et rebus talibus, id est turpibus et scelestis, et non Deum verum, id est animae corporisque factorem, sed creaturam quamvis non vitiosam colit, sive illa sit anima sive corpus sive anima simul et corpus, bis peccat in Deum, quod et pro ipso colit, quod non est ipse, et talibus rebus colit, qualibus nec ipse colendus est.

Et paulo post: Unde[5] remotis constat ambagibus nefarios daemones atque inmundissimos spiritus hac omni civili theologia in visendis stolidis imaginibus et per eas possidendis etiam stultis cordibus invitatos.

Haec de initiis adorandarum imaginum dicta sint. Nunc vero, quid nostri doctores de indebito superstitionis cultu sentiant, breviter exsequendum est.

XXI. Origenis in omelia VIII. de initio decalogi inter cetera: Ego[6] sic arbitror accipiendum, quod verbi causa, si quis in quolibet metallo auri vel argenti vel ligni vel lapidis facit speciem quadrupedis alicuius vel serpentis vel avis et statuat illam adorandam, non idolum, sed similitudinem fecit; vel etiam si picturas ad hoc ipse statuat, ipse nihilominus similitudinem fecisse dicendus est.

Et infra: Sermo[7] Dei universa complectens simul abiurat et abicit et non solum fieri idolum vetat, sed et similitudinem omnium, quae in terra sunt et in aquis et in caelo; addit
Exod. 20, 5. autem et dicit: *Non adorabis ea neque coles.* Aliud est colere, aliud adorare. Potest quis et interdum et invitus adorare, sicut nonnulli regibus adulantes, cum eos in huiusmodi studia deditos viderint; adorare se simulant idola, cum in corde ipsorum certum sit, quia nihil sit idolum.

XVII. 3 Ille] Aug. *in marg. P.*
XVIII. 6 Ermes] Aug. *in marg. P.*
XVIIII. 12 Quando] Aug. *in marg. P.*
XX. 15 Unum] Aug. *in marg. P.* 25 Haec] Caput IV. *praemittunt edd.*
XXI. 27 Ego] Orig. *in marg. P.*

1) *Cf. Augustinus, Epistola 118 ad Dioscorum § 29; Opp. II, 341.* 2) *Augustinus, De civitate Dei VIII c. 23 § 1* (— scripsit), *c. 24 § 1* (— potuissent *l. 7—11*), *c. 26 § 2* (cui inventae — potuissent *l. 8—19*); *Opp. VII, 210. 212. 216.* 3) *Augustinus, Epistola 138 ad Marcellinum § 16; Opp. II, 416. Cf. Sallustius, Bell. Catil. c. 11 ed. Kritz 49.* 4) *Augustinus, De civitate Dei VII c. 27 § 2; Opp. VII, 183.* 5) *Ibidem; l. l. VII, 184.* 6) *Origenes, In Exodi c. 20. homilia 8; Opp. ed. Basileae 1536, p. 94.* 7) *Ibidem.*

Colere vero est toto vis affectu et studio mancipare. Utrumque ergo resecat sermo divinus, ut neque affectu colas neque specie adores.

XXII. Hieronimus in expositione Danihelis prophetae: *Notum*[1] *tibi sit,* inquit, Dan. 3, 18. *rex, quia deos tuos non colimus et statuam aeream, quam erexisti, non adoramus.* Sive statuam ut Simmachus sive imaginem auream, ut ceteri transtulerunt, voluerimus legere, cultores Dei eam adorare non debent. Ergo iudices et principes saeculi, qui imperatorum statuas adorant et imagines, hoc se facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes placuerunt Deo; et notanda proprietas, deos coli, imaginem adorari dicunt, quod utrumque servis Dei non convenit.

XXIII. Idem Origenis in omelia VI. de cantico, quod cantavit Moyses: Licet[2] apostolus Iohannes dicat: *Filioli, nondum scimus quod futuri sumus. Sin autem revelatum nobis* 1. Ioh. 3, 2. *fuerit de Deo,* scilicet dicens, *similes illi erimus.* Similitudo tamen haec non ad naturam, sed ad gratiam revocatur. Verbi causa, ut si dicamus picturam similem esse eius, cuius imago in pictura videtur expressa, quantum ad gratiam pertinet, visus similis dicitur, quantum ad substantiam longe dissimilis. Illa enim species carnis est et corporis vivi, ista colorum fucus est et cera tabulis sensu carentibus superposita.

XXIIII. Isidori ex libro aethimologiarum: Pictura[3] autem est imago exprimens speciem rei alicuius, quae, dum visa fuerit, ad recordationem mentem reducit. Pictura autem dicta quasi fictura. Est enim imago ficta, non veritas, hinc et fucata, id est quodam fuco inlita, nihil fidei et veritatis habentia. Unde et sunt quaedam picturae, quae corpora veritatis studio coloris excedunt et fidem, dum augere contendunt, ad mendacium provehunt.

XXV. Item ipse post pauca: Picturam[4] autem Aegyptii excogitaverunt primum umbram hominis lineis circumductam; itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea diversis sicque paulatim sese ars ipsa distendit et invenit lumen atque umbras, differentias colorum et cetera.

XXVI. Item Hieronimus in expositione Ezechihelis prophetae: *Et*[5] *septuaginta* Ezech. 8, 11. *viri de senioribus domus Israhel et Iechonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas, et unusquisque habebat turibulum in manu sua, et vapor nebulae de ture consurgebat.* Quando dicit septuaginta viros fuisse de senioribus domus Israhel, qui tenerent turibula manibus, ostendit multos et alios fuisse presbyteros, qui hoc non faciebant, sed forsitan peccatis aliis tenebantur, unumque nomen Iechoniam filium Saphan stetisse in medio eorum quasi principem sceleris eorum atque sacrilegii, qui omissa religione Dei colebant idola et in templo non adorabant Deum, cuius erat templum, sed picturas parietum.

XXVII. Firmianus Lactantius in libro primo de falsa religione inter cetera inquit: Illa[6], quae sunt extra hominem, quid opus est ea colere, quibus careas? Virtus enim colenda est, non imago virtutis; et colenda est non sacrificio aliquo aut ture aut precatione sollemni, sed voluntate sola atque proposito. Nam religio ac veneratio nulla alia nisi unius Dei tenenda est. Quid igitur opus est, o vir sapientissime, tantos sumptus vel fingendis vel colendis imagi-

XXII. 3 Notum] Hier. *in marg. P.*
XXIII. 9 Licet] Orig. *in marg. P.*
XXIIII. 16 Pictura] Isid(o)r(i) *in marg. P.*
XXV. 21 Picturam] Isid(ori) *in marg. P.*
XXVI. 24 Et] Hier. *in marg. P.* 29 Iethoniam *P.*
XXVII. 33 Illa] Firmiani Lactantii *in marg. P.*

1) *Hieronymus, Comment. in Danielem c. 3 v. 18; Opp. V, 638. Cf. Libr. Carolin. III c. 15.* 2) *Origenes, In Exodi c. 15. homilia 6; Opp. ed. Basileae 1536, p. 84.* 3) *Isidorus, Etymolog. XIX c. 16 § 1; Opp. IV, 436.* 4) *Ibidem § 2; l. l. IV, 436.* 5) *Hieronymus, Comment. in Ezechielem c. 8 v. 11; Opp. V, 86 sq.* 6) *Lactantius, Institut. divin. I c. 20 § 20—24; Opp. ed. Brandt I, 75 sq.*

nibus inpendere? Firmius et incorruptius templum est pectus humanum: hoc potius ornetur, hoc veris illis numinibus impleatur. Has enim falsas consecrationes sequitur quod necesse est: qui enim sic virtutes colunt, id est qui umbras et imagines virtutum consectantur, ea ipsa, quae vera sunt, tenere non possunt et cetera.

XXVIII. Augustinus in libro quaestionum veteris et novi testamenti: Christiani[1], inquit, utpote pauperes, quos stultos vocant, unum Deum colunt in mysterio, ex quo sunt omnia, nec aliquid, quod ab eo conditum est, venerantur. Ipsum enim solum sufficere sibi et abundare sciunt ad salutem.

Item idem post pauca: Non[2] ergo nobis videtur, ut quod homo facit adorari debeat; factor enim a factura, non factura a factore adorari iudicatur.

XXVIIII. Item Firmiani Lactantii de falsa religione libro II.: Duplici[3] ergo ratione peccatur ab insipientibus, primum quod elementa, id est Dei opera, Deo praeferunt; deinde quod elementorum ipsorum figuras humana specie conprehensas colunt.

Item ipse in eodem libro: Nihil[4] aliud adoremus, nihil colamus nisi solius artificis parentisque nostri unicum nomen.

Item ipse in eodem libro: Supra[5] ergo, non infra est Deus nec in ima potius, sed in summa religione, qua quaerendus est.

Et infra: Nihil[6] potest esse caeleste in ea re, quae fit ex terra; quicquid enim simulatur falsum esse necesse est nec potest umquam veri nomen accipere quod veritatem fuco et imitatione mentitur.

Item ipse in eodem libro: Ut[7] intellegat nihil colendum esse, quod oculis mortalibus cernitur.

XXX. Augustinus in psalmo CXIII.: Noli[8] ergo addere manus hominum, ut ex eo metallo, quod fecit verus Deus, velis facere falsum deum, immo falsum hominem, quem pro vero venereris deo, quem quisquis pro vero homine in amicitiam reciperet insaniret. Ducit enim et affectu quodam infirmo rapit infirma corda mortalium formae similitudo et membrorum imitata conpago.

XXXI. Fulgentius in libro de fide ad Donatum: Quia[9] ipse Deus sibi soli praecipiens tantummodo serviendum seque iubens a fidelibus adorandum prorsus interdixit, ne quis audeat creaturam adorare creaturaeque servire, propterea in fine illius primi praecepti de omnibus,
Exod. 20, 5. quae creavit, ita loquitur: *Non adorabis ea nec servies eis.*

Et post pauca: Vera[10] enim religio in unius constat Dei servitio.

Item ipse post pauca: Sic[11] veraciter unum Deum cum patre filium vera fides adorat, quae sic Deo novit a creaturis omnibus serviendum, ut noverit creaturae non deberi divinae servitutis obsequium.

XXXII. Augustinus in epistola ad Maximum grammaticum: Scies[12] a Christianis catholicis, quorum in vestro oppido etiam ecclesia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil

XXVIII. 5 Christiani] Aug. *in marg. P.* 9 Non] Aug. *in marg. P.*
XXVIIII. 11 Duplici] Firmiani Lactantii *in marg. P.*
XXX. 23 Noli] Aug. *in marg. P.*

1) *Non inveni.* 2) *Frustra quaesivi.* 3) *Lactantius, Institut. divin. II c. 6 § 1; Opp. ed. Brandt I, 121.* 4) *Ibidem c. 17 § 9; l. l. I, 173.* 5) *Ibidem c. 18 § 1; l. l. I, 174.* 6) *Ibidem c. 18 § 2. 3; l. l. I, 175.* 7) *Ibidem c. 3 § 7; l. l. I, 104.* 8) *Augustinus, Enarr. in psalm. 113. sermo 2 § 1; Opp. IV, 1260.* 9) *Fulgentius, De fide orthodoxa epist. 8 c. 4 § 9; Opp. ed. Mangeant 200.* 10) *Ibidem; l. l. p. 201.* 12) *Ibidem c. 7 § 15; l. l. p. 203.* 12) *Augustinus, Epistola 17 ad Maximum § 5; Opp. II, 22.*

denique adorari, quod sit factum et conditum a Deo, sed unum ipsum Deum, qui fecit et condidit omnia.

XXXIII. Item Augustinus in libro de anime quantitate: Deus[1] autem inmortalem animam fecit, ut opinor, nisi forte tibi aliter videtur. Ergo tu velles talia fieri ab hominibus, qualia Deus fecit? Non equidem hoc dixerim. Sed quemadmodum ipse inmortalis inmortale quiddam fecit ad similitudinem suam, sic et nos inmortales a Deo facti ad similitudinem nostram quod facimus inmortale esse deberet. Recte diceres, si ad eius imaginem pingeres tabulam, quod in te inmortale esse credis; nunc vero in ea exprimis similitudinem corporis, quod profecto mortale est. Quomodo ergo sum similis Deo, cum inmortalia nulla possum facere ut ille? Quomodo nec imago corporis tui potest hoc valere, quod tuum corpus valet, sic anima non mirandum est, si potentiam tantam non habet quantam ille, ad cuius similitudinem facta est et cetera.

Si enim imago humani corporis nec tantum valere asseritur, quantum veraciter ipsum corpus valere perhibetur, qua causa sibi suffragari posse putant nonnulli reprehensione digni, qui in illa synodo Grecorum mediationem imaginum sibi necessariam esse dicere praesumpserunt?

XXXIIII. Augustinus in libro VIII. de civitate Dei: Quapropter[2] merito homo deficit ab illo, qui eum fecit, cum sibi praeficit ipse quod fecit.

Demonstrat[3] enim idem Ermes, quod homines mortui divino colebantur honore velut Aesculapius atque Mercurius, quem suum esse dicit avum, et reliqui. Hac enim occasione accepta daemones ut intercessores existerent apud bonos deos, quos nos angelos sanctos seu archangelos vel potestates dicimus. Tali enim ratione nubiloso velamine sapientes gentilium sua numina obtexere nitebantur.

XXXV. Ambrosius in expositione epistolae ad Romanos: Numquid[4] tam demens est aliquis aut salutis suae inmemor, ut honorificentiam regis vindicet comiti, cum de hac re, si qui etiam tractare fuerint inventi, iure ut rei damnantur maiestatis, et isti se non cogitant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturae et relicto Domino conservos adorant, quasi sit aliquid, quod plus reservetur Deo? Nam ideo ad regem per tribunos aut comites itur, quia homo utique est rex et nescit quibus debeat rempublicam credere. Ad Deum autem promerendum, quem nihil utique latet — omnium enim merita novit —, suffragatione non opus est, sed mente devota.

XXXVI. Item Augustinus in libro de vera religione inter cetera dicit: Ad[5] percipiendam veritatem nihil magis impedire quam vitam libidinibus deditam et falsas imagines rerum sensibilium, quae nobis ab hoc sensibili mundo per corpus impressae varias opiniones erroresque generant. Nec errorem ullum in religione esse potuisse, si anima pro Deo suo non coleret animam aut corpus aut fantasmata sua, quae nihil sunt aliud quam de specie corporis corporeo sensu attracta figmenta.

Item in eodem: Non[6] sit nobis religio humanorum operum cultus. Meliores enim sunt ipsi artifices, qui talia fabricant, quos tamen colere non debemus. Non sit nobis religio in fantasmatibus nostris. Melius enim qualecumque verum quam omne quicquid pro arbitrio fingi

XXXIII. 3 XXXIII *deest P.*
XXXIIII. 16 in *deest P.* Quapropter] Aug. *in marg. P.*
XXXV. 23 Numquid] Ambrosii *in marg. P.*
XXXVI. 30 Ad] Aug. *in marg. P.* 36 Non] Aug. *in marg. P.*

1) *Augustinus, De quantitate animae c. 2; Opp. I, 402.* 2) *Augustinus, De civitate Dei VIII c. 23 § 2; Opp. VII, 211.* 3) *Cf. ibidem VIII c. 24 § 3; l. l. VII, 214.* 4) *Ps.-Ambrosius, Comment. in epist. ad Romanos; Opp. Ambrosii II, app. 33.* 5) *Augustinus, De vera religione c. 1 § 3 (—* generant *l. 33), c. 10 § 18; Opp. I, 748. 754.* 6) *Ibidem c. 54 § 108; l. l. I, 786.*

potest, et tamen animam ipsam, quamvis anima vera sit, cum falsa imaginatur, colere non debemus. Melior est vera stipula quam lux inani cogitatione pro suspicantis voluntate formata, et tamen stipulam, quam sentimus et tangimus, dementis est credere colendam.

XXXVII. Item idem in libro X. de civitate Dei: Multa[1] denique de cultu divino usurpata sunt, quae honoribus deferrentur humanis, sive humilitate nimia sive adulatione pestifera, ita tamen ut quibus ea deferrentur homines haberentur, qui dicuntur colendi et venerandi, si autem multum eis additur, adorandi. Quis vero sacrificandum censuit nisi ei, quem Deum aut scivit aut putavit aut finxit?

XXXVIII. Item Augustinus in libro quaestionum LXXXIIII.: Minoribus[2] rebus intenta anima, quas per corpus corporaliter facit, minus inhaeret ipsi summae sapientiae; qui vero talia opera colunt quantum deviaverint a veritate, hinc intelligi potest, quia, si ipsa animalium corpora colerent, quae multo excellentius fabricata sunt et quorum sunt illa imitamenta, quid eis infelicius diceremus?

Qua ratione quave auctoritate imagines angelorum vel aliorum sanctorum adorandae sint eisque, ut fertur, incensum ponendum, cum ipsi sancti angeli vel sancti homines vivos se adorari noluerint.

XXXVIIII. Unde beatus Augustinus in libro X. de civitate Dei inter cetera sic ait: Putaverunt[3] quidam deferendum angelis honorem vel adorando vel sacrificando, qui debetur Deo, et eorum sunt ammonitione prohibiti iussique hoc ei deferre, cui uni fas esse noverunt. Imitati sunt angelos sanctos etiam sancti homines Dei. Nam Paulus et Barnabas in
cf. Act. 14, 10 sqq. Licaonia facto quodam miraculo sanitatis putati sunt dii, eisque Licaonii victimas immolare voluerunt, quod a se humili pietate removentes eis, in quem crederent, adnuntiaverunt Deum.

Et post pauca: Quaecumque[4] igitur immortalis potestas, quantalibet virtute praedita, si nos diligit sicut se ipsam, ei vult esse subditos, ut beati simus, cui et ipsa subdita beata est. Si ergo non colit Deum, misera est, quia privatur Deo. Si autem colit Deum, non vult se coli pro Deo. Illi enim potius divinae sententiae suffragatur et dilectionis viribus favet, qua
Exod. 22, 20. scriptum est: *Sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli.* Nam, ut alia nunc taceam, quae pertinent ad religionis obsequium, quo colitur Deus, sacrificium certe nullus hominum est qui audeat dicere deberi nisi Deo.

XL. Item idem in psalmo XCVI. inter cetera: Homines[5] autem sanctos attendite, qui sunt similes angelis. Cum inveneris hominem aliquem sanctum servum Dei, si volueris illum colere et adorare pro Deo, prohibet te, non vult sibi arrogare honorem Dei, non vult tibi esse pro Deo, sed tecum esse sub Deo.

Et post pauca: Sic[6] et sancti angeli illius gloriam quaerunt, quem diligunt, ad eius cultum, ad eius orationem, ad eius contemplationem omnes, quos diligunt, rapere et inflammare student, ipsum illis adnuntiant, non se, quoniam angeli sunt, et, quia milites sunt, non norunt gloriam quaerere nisi imperatoris sui.

Item post pauca: Nemo[7] dicat: Timeo, ne irascatur mihi angelus, si non illum colo pro

XXXVII. 4 in *deest P.* Multa] Aug. *in marg. P.*
XXXVIII. 9 Minoribus] Aug. *in marg. P.* 14 Qua] Caput V. *praemittunt edd.* 15 sint] *intellige:* nunc exponitur. 16 adorare *P.*
XXXVIIII. 17 X.] XI *P.* 18 Putaverunt] Aug. *in marg. P.* quidem *P.* 23 immortalis] mortalis *P.* 26 quia *P.*
XL. 30 Homines] Aug. *in marg. P.*

1) *Augustinus, De civitate Dei X c. 4; Opp. VII, 241.* 2) *Non inveni.* 3) *Augustinus, De civitate Dei X c. 19; Opp. VII, 255.* 4) *Ibidem X c. 3 § 2* (-soli *l. 27*), *c. 4; l. l. VII. 240. 241.* 5) *Augustinus, Enarratio in psalm. 96 § 12; Opp. IV, 1048.* 6) *Ibidem.* 7 *Ibidem; l. l. IV, 1049.*

deo meo. Tunc tibi irascitur, quando ipsum colere volueris. Bonus est enim et Deum amat. Quomodo daemones irascuntur, si non colantur, sic angeli indignantur, si pro Deo colantur.

XLI. Item idem in libro X. de civitate Dei: Non[1] itaque debemus metuere, ne inmortales et beatos uni Deo subditos non eis sacrificando offendamus. Quod enim nonnisi uni vero Deo deberi sciunt, cui et ipsi adhaerendo beati sunt, procul dubio neque per ullam significantem figuram neque per ipsam rem, quae sacramentis significatur, sibi exhiberi volunt. Daemonum est haec arrogantia superborum atque miserorum, a quibus longe diversa est pietas subditorum Deo.

Item idem in eodem: Nos[2] autem martyribus nostris non templa sicut diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo et martyrum et nostro, ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco, vice et ordine nominantur; non tamen a sacerdote, qui sacrificat, invocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamvis in memoria sacrificet eorum, quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt et ipsi.

XLII. Item Augustinus in sermone evangelico de potestate, quam dedit daemonibus, ut abirent in porcos: Noli[3] inclinari angelis, ut eis sacrificandum putes, nec bonis et sanctis; nolunt enim; quando facis, non te diligunt. Diligunt autem, si cum eis adores quem adorant. cf. Luc. 8, 32 sq.

XLIII. Item idem in libro de quantitate animae: Homo[4] autem quilibet alius quamquam sapientissimus et perfectissimus vel prorsus quaelibet anima rationis compos atque beatissima et amanda tantummodo imitanda est eique pro merito atque ordine quod ei congruit deferendum. Nam *dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Matth. 4, 10.

XLIIII. Origenis in epistola ad Romanos: Cum[5] possent homines Deum agnoscere, ab eius cultu declinantes ad imagines hominum adorandas et animalium deverterunt. Ut enim breviter et omni in unum collecta definitione dicamus, adorare alium praeter patrem et filium et Spiritum sanctum impietatis est crimen.

XLV. Item Augustinus in libro de vera religione: Non[6] sit ergo nobis religio cultus corporum aetheriorum atque caelestium, sed eius, cuius contemplatione beati sunt. Neque enim et nos videndo angelum beati sumus, sed videndo veritatem, qua etiam ipsos diligimus angelos; nec invidemus, quod ea paratiores et nullis molestiis interpedientibus perfruuntur, sed magis eos diligimus, quoniam et nos tale aliquid sperare a communi Domino iussi sumus. Quare honoramus eos caritate, non servitute nec eis templa constituimus; nolunt enim sic honorari a nobis, quia nos ipsos, cum boni sumus, templa summi Dei esse noverunt. cf. 2. Cor. 6, 16.

XLVI. Item ipse in libro VIII. de civitate Dei: Sane[7] nec martyribus templa, sacerdotia, sacra et sacrificia constituimus, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Hono-

XLI. 3 Non] Aug. *in marg. P.*
XLII. 17 Noli] Aug. *in marg. P.*
XLIII. 20 Homo] Aug. *in marg. P.*
XLIIII. 24 Cum] Orig(e)n(is) *in marg. P.*
XLV. 28 Non] Aug. *in marg. P.*
XLVI. 35 Sane] Aug. *in marg. P.*

1) *Augustinus, De civitate Dei X c. 26; Opp. VII, 260 sq.* 2) *Ibidem XXII c. 10; l. l. VII, 673.* 3) *Non inveni.* 4) *Augustinus, De quantitate animae c. 34 § 78; Opp. I, 438.* 5) *Origines, Explanat. in epist. Pauli ad Romanos I c. 1; Opp. ed. Basileae 1536, p. 336.* 6) *Augustinus, De vera religione c. 55 § 109* (— caelestium *l. 29*), *110* (— noverunt); *Opp. I, 786.* 7) *Augustinus, De civitate Dei VIII c. 27 § 1; Opp. VII, 217.*

ramus sane memorias eorum tamquam sanctorum hominum Dei, qui usque ad mortem corporum suorum pro veritate certarunt, ut innotesceret vera religio, falsis fictisque convictis; quod etiam, si qui antea sentiebant, timendo reprimebant. Quis autem audivit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare etiam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumque constructum dicere in precibus: Offero tibi sacrificium, Petre vel Paule vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos et homines et martyres fecit et sanctis suis angelis caelesti honore sociavit, ut ea celebritate et Deo vero de illorum victoriis gratias agamus et nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem invocato in auxilium ex illorum memoriae renovatione adhortemur? Quaecumque igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum tamquam deorum.

XLVII. Hieronimus ad Riparium presbyterum: Acceptis[1] primum litteris tuis non respondere superbiae est, respondere temeritatis. De his enim rebus interrogas, quas et proferre et audire sacrilegium est. Ais Vigilantium, qui *ΚΑΤΑ ΑΝΤΙΦΡΑCΙΝ* hoc vocatur nomine, nam Dormitantius rectius diceretur, os faetidum rursus aperire et putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum proferre reliquias et nos, qui eas suscepimus, appellare cinerarios et idolatras, qui mortuorum hominum ossa veneramur. O infelicem hominem et omni lacrimarum fonte plangendum, qui haec dicens non se intelligit esse Samaritam et Iudaeum, qui corpora mortuorum pro inmundis habent et etiam vasa, quae in eadem domo fuerint, pollui suspicantur, cf. 2. Cor. 3, 6. sequentes occidentem litteram et non spiritum vivificantem. Nos autem non dico martyrum reliquias, sed ne solem quidem et lunam, non angelos, non archangelos, non Seraphim, non Cherubim et omne nomen, quod nominatur et in praesenti saeculo et in futuro, colimus et adoramus, ne serviamus creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. Honoramus autem reliquias martyrum, ut eum, cuius sunt martyres, adoremus; honoramus servos, ut honor Matth. 10, 40. servorum redundet ad Dominum, quit ait: *Qui vos suscipit me suscipit.*

XLVIII. Item ipse adversus Vigilantium: Quis[2] enim, o insanum caput, aliquando martyres adoravit? Quis hominem putavit Deum? Nonne Paulus et Barnabas, cum a Licaonibus Iuppiter et Mercurius putarentur et eis vellent hostias immolare, sciderunt vestimenta sua (cf. Act. 14, 10 sqq.) et se homines esse dixerunt, non quo meliores non essent olim mortuis hominibus Iove atque Mercurio, sed quo sub gentilitatis errore honor eis Deo debitus deferretur, quod et de Petro Ib. 10, 26. legimus, qui Cornelium se adorare cupientem manu sublevavit et dixit: *Surge; nam et ego homo sum.*

XLVIIII. Augustinus in libello de solutione quaestionum capite III.: Proinde[3] sicut impia superbia sive hominum sive daemonum sibi hos divinos honores exhiberi vel iubet vel cupit, ita pia humilitas vel hominum vel angelorum sanctorum haec sibi oblata recusavit et cui deberentur ostendit.

L. In libro XVIIII. de civitate Dei dicit Augustinus: Sed[4] Deus ille, quem coluerunt sapientes Hebraeorum, etiam caelestibus sanctis angelis et virtutibus Dei, quos beatissimos tamquam cives in hac nostra peregrinatione mortali veneramur et amamus, sacrificari vetat et coli, Exod. 22, 20. intonans in lege sua: *Sacrificans diis eradicabitur.*

XLVII. 11 Acceptis] Hier. *in marg. P.* 12 quas] quae *P.* 18 fuerint] ruerint *P.* 23 eum] eius *P.*
XLVIII. 25 Quis] Hier. *in marg. P.* 26 a *deest P.*
XLVIIII. 32 Proinde] Aug. *in marg. P.*
L. 36 Sed] Aug. *in marg. P.*

1) *Hieronymus, Epistola 109 ad Riparium; Opp. I, 719.* 2) *Hieronymus, Liber adversus Vigilantium § 5; Opp. II, 391.* 3) *Non inveni.* 4) *Augustinus, De civitate Dei XIX c. 23 § 4; Opp. VII, 569.*

Haec contra eos, qui annorum numero superstitionem imaginum vindicare volunt et consuetudinem sequi cupiunt potius quam veritatis auctoritatem.

LI. Augustinus in libro quaestionum veteris et novi testamenti: Inrationabile [1], inquit, vulgus aut apparentes umbras aut daemonia aut simulacra mortuorum ut deos colere coeperunt. Quae res in consuetudine vetustatis deducta arbitratur rationis sibi veritatem posse defendi, cum veritatis ratio non ex consuetudine atque ex vetustate, sed ex Deo sit, quia non vetustate Deus probatur, sed aeternitate. Quamobrem fides non cepta res, sed sine initio est. In Deum enim credere nostrum incipere est. Nam quod creditur aeternum est.

Et post pauca: Quod [2] colunt pagani post Deum est; opus post opificem est; pagani colunt opera, nos opificem, illi creaturam, nos creatorem. Factus homo coepit venerari suum conditorem, quia et dignum est et causa hoc exegit.

LII. Hieremias propheta: *Post Baalim,* inquit, *abierunt, quod didicerunt a patribus* Ierem. 9, 14.
suis. Unde Hieronimus: Ergo [3] nec parentum nec maiorum error sequendus est, sed auctoritas scripturarum et Dei docentis imperium.

LIII. Augustinus in psalmo CXIII.: Videntur [4] autem sibi purgatioris esse religionis qui dicunt: Nec simulacrum nec daemonium colo, sed effigiem corporalem eius rei signum intueor, quam colere debeo.

Item post pauca: Audent [5] respondere non ipsa corpora colere, sed, quae illis regendis praesident, numina.

Si enim, sicut praemissa sanctorum patrum documenta declarant, sancti angeli et sancti viri non sunt colendi nec adorandi, hoc enim et ipsi refugiunt, sed sola caritate, non autem servitute honorandi, nec sanctis martyribus templa, sacra et sacrificia, sed soli Deo constituenda, praesertim cum honorandi sint propter imitationem, non adorandi propter religionem, qua ratione aut qua auctoritate adoratio, incensum, luminaria et cetera, quae in epistola Graecorum adnumerantur, eorum imaginibus exhibenda sunt? Quapropter omissa omni superstitione convenit sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae religioni erga sanctorum imagines hanc discretionem tenere, sicut eximius doctor beatus papa Gregorius docuit et in suis scriptis nobis tenendum sequendumque reliquit.

Ne igitur ex superstitione aut ex qualibet alia occasione scandala infirmioribus fratribus provenire possent, hoc summopere sancti viri provida consideratione vitare studuerunt et dictis factisque suis nobis vitandum usquequaque evidenter ostendunt.

LIIII. Hinc enim beatus Augustinus in libro IIII. de civitate Dei: Maiores [6], inquit, nostri superstitionem a religione separaverunt.

LV. Item idem in libro X. de civitate Dei eiusdem operis: Legimus [7] serpentum morsus mortiferos poenam iustissimam peccatorum in ligno exaltato atque prospecto aeneo serpente sanatos, ut et populo subveniretur afflicto et mors morte destructa velut crucifixae mortis cf. Numer. 21, 9.

L. 1 Haec] Caput VI. *praemittunt edd.* 2 et *add. e coni.*
LI. 3 Inrationabile] Aug. *in marg. P.*
LII. 12 Post] Hier. *in marg. P.* quod] quos *P.*
LIII. 15 Videntur] Aug. *in marg. P.* 30 Ne] Caput VII. *praemittunt edd.*
LIIII. 33 Maiores] Aug. *in marg. P.*
LV. 35 Legimus] Aug. *in marg. P.*

1) *Frustra quaesivi.* 2) *Non inveni.* 3) *Hieronymus, Comment. in Ieremiam c. 9 v. 14; Opp. IV, 907.* 4) *Augustinus, Enarr. in psalm. 113. sermo 2 § 4; Opp. IV, 1261.* 5) *Ibidem; l. l. IV, 1262.* 6) *Augustinus, De civitate Dei IV c. 30; Opp. VII, 110.* 7) *Ibidem X c. 8; l. l. VII, 245.*

similitudine signaretur. Quem sane serpentem propter facti memoriam reservatum, cum postea cf. 4. Reg. 18, 4. populus errans tamquam idolum colere coepisset, Ezechias rex religiosa potestate Deo serviens cum magna pietatis laude contrivit.

Tale quid et beatum Epiphanium virum sanctissimum et doctissimum zelo divino succensum in epistola, quam ad Iohannem Constantinopolitanum episcopum scribit et beatus Hieronimus de Greco in Latinum sermonem transtulit, legimus fecisse.

LVI. Audivi[1], inquit, quosdam murmurare contra me. Quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, et venissem ad villam, quae dicitur Anablatha, vidissemque ibi praeteriens lucernam ardentem et interrogassem, qui locus esset, didicissemque esse ecclesiam et intrassem, ut orarem, inveni ibi velum pendens in foribus eiusdem ecclesiae tinctum atque depictum et habens imaginem quasi Christi vel sancti cuiusdam. Non enim satis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in ecclesia Christi contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud et magis dedi consilium custodibus eiusdem, ut pauperem mortuum eo obvolverent et efferrent, illique contra murmurantes dixerunt, si scindere voluerat, iustum erat, ut aliud daret velum atque commutaret. Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum et ilico esse missurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum quaero optimum velum pro eo mittere; arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi quod potui reperire et precor, ut iubeas presbytero ipsius loci suscipere velum a lectore, quod a nobis missum est, et deinceps praecipere in ecclesia Christi istiusmodi vela, quae contra religionem nostram veniunt, non appendi.

LVII. Nam et beatus Paulus apostolus in epistola prima ad Corinthios ob scan- 1. Cor. 8, 1. dalum infirmorum fratrum vitandum ita scripsit: *De his autem, quae idolis sacrificantur, scimus, quia omnes scientiam habemus, et quia idolum nihil est.*

Quod beatus Ambrosius ita exponit: Hi[2], inquit, inflati erant per scientiam, qui idolo contra salutem fratrum imperitorum carnes sacrificatorum edebant, scientes licere carnem edere et, quod nihil est idolum, ideo non contaminari edentem. Hi scandalum fratribus erant caritatem prae oculis non habentes, quia plus erat carnem contemnere quam fratri scandalum facere.

ib. 8, 13. Et post pauca: Propter[3] quod *si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ut non fratrem meum scandalizem,* in tantum caritati studendum docet, ut licita pro inlicitis habeantur, ne obsint fratri; quantum enim mali est per inlicita non delinquere et per ea, quae concessa sunt, offendere, ut lex servetur in inlicitis et in licitis non custodiatur, dum inconsiderate edunt.

ib. 6, 12. Unde beatus apostolus dicit: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*

Quod beatus Augustinus ita exponit: Potest[4] ergo aliquid licere et non expedire. Expedire autem quod non licet non potest; ac per hoc non omnia licita expediunt, omnia autem inlicita non expediunt. Sunt quippe licita quae non expediunt, sicut apostolo teste didicimus, sed inter id, quod inlicitum est et ideo non expedit, atque quod licitum est nec tamen expedit, quid intersit, aliqua universali regula diffinire difficile est.

Et infra: Quapropter[5] quia verum dixisse apostolum dubitare non possumus et aliqua peccata esse licita dicere non audemus, restat, ut dicamus fieri aliquid, quod non expediat, et

LVI. 7 Audivi] Epiph. *in marg. P.* 15 dixerunt] dicerent *P.*
LVII. 21 LVII.] *Numerum hoc loco e coni. posuimus, cum in P desit.* 37 inter id quod inlicitum] id quod inter inlicitum *P.*

1) *Hieronymus, Epistola 51 vel S. Epiphanii ad Iohannem § 9; Opp. I, 251.* 2) *Ps.-Ambrosius, Comment. in epist. Pauli ad Corinthios I.; Opp. Ambrosii II, app. 138 sq.* 3) *Ibidem; l. l. II, app. 140.* 4) *Augustinus, De coniugiis adulterinis § 16* (— expediunt *l. 36,* — didicimus *l. 36*), *§ 17; Opp. VI, 396.* 5) *Ibidem § 17; l. l. VI, 396.*

tamen, si licitum est, non esse peccatum, quamvis, quoniam non expedit, non sit utique faciendum.

Et post pauca: Ut[1] igitur, si possumus, enitamur inter id, quod licet et non expedit, et id, quod non licet atque ideo nec expedit, aliquo certo fine distinguere, ea mihi videntur licere et non expedire, quae per iustitiam quidem, quae coram Deo est, permittuntur, sed (cf. Is. 54, 17.) propter offensionem hominum, ne impediantur a salute, vitanda sunt; ea vero non licere et ideo non expedire, quae sic ipsa iustitia vetantur, ut facienda non sint, etiamsi ab eis, quibus in notitiam fuerint perlata, non laudentur.

Item post pauca: Expedit[2] tunc, quando non solum per iustitiam, quae coram Deo est, (cf. Is. 54, 17.) permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis infertur. Tunc autem non expedit id, quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis affert impedimentum salutis.

Haec ideo inseruntur, ut hi, qui imagines erigunt memoriae causa et amoris, illud caveant, ne quod ab illis forte devote et licite fit infirmis in scandalum evenire contingat, ut sic suae devotioni satisfaciant, quatenus salutem infirmorum non obliviscantur et infirmam conscientiam fratrum occasione superstitionis praebendae commaculent.

Propter eos autem, qui sibi ob hoc suffragari adorationem imaginum putant, quod dicunt adorasse Iacob Ioseph filium suum vel certe adorasse fastigium virgae eius, necessarium duximus, qualiter id a beato Hieronimo et beato Augustino exponatur, subnectendum.

LVIII. Scribit itaque beatus Hieronimus in libro Hebraicarum quaestionum: Postquam[3], inquit, iuraverat ei filius, securus de petitione, quam rogaverat, adoravit Deum contra caput lectuli sui; sanctus et Deo deditus vir, oppressus senectute, habebat lectulum positum, ut ipse iacentis habitus absque difficultate ulla ad orationem esset paratus. (cf. Gen. 47, 29–31.)

LVIIII. Augustinus in libro quaestionum Geneseos cap. CLXII.: Quod[4] habent Latini codices: *Et*[5] *adoravit super caput virgae eius,* nonnulli emendantes habent: *Adoravit super caput virgae suae* vel *in capite virgae suae* sive *in cacumen* vel *super cacumen.* Fallit enim eos Graecum verbum, quod eisdem litteris scribitur sive 'eius' sive 'suae'; sed accentus dispares sunt et ab eis, qui ista noverunt in codicibus, non contemnuntur; valent enim ad magnam discretionem, quamvis et unam plus litteram habere posset, et si esset 'suae', ut non esset autu, sed eautu. Ac per hoc merito quaeritur, quid sit hoc, quod dictum est. Nam facile intelligeretur senem, qui virgam ferebat eo more, quo illa aetas baculum solet, ut se inclinavit ad Dominum adorandum, id utique fecisse super cacumen virgae suae, quam sic ferebat, ut super eam caput inclinando adoraret Deum. Quid est ergo: *Adoravit super cacumen virgae eius,* id est filii sui Ioseph? An forte tulerat ab eo virgam, quando ei iurabat idem filius, et, dum eam tenet, post verba iurantis nondum illa reddita mox adoravit Deum? Non enim pudebat eum ferre tantisper insigne potestatis filii sui, ubi figura magnae rei futurae praesignabatur, quamvis in Hebraeo facillima huius quaestionis absolutio esse dicatur, ubi scriptum perhibent:

LVII. 18 Propter] Caput VIII. *praemittunt edd.*
LVIII. 23 Postquam] Hier. *in marg. P.*
LVIIII. 26 CLXII] LXII *P.* Quod] Aug. *in marg. P.* 32 autu] *AYTOY superscriptum est P.* eautu] *EAYTOY superscriptum est P.* 34 fecisse] fecerit *P.* 37 illam redditam *P.*

1) *Augustinus, De coniugiis adulterinis c. 15 § 18; Opp. VI, 398.* 2) *Ibidem § 22; l. l. VI, 398.* 3) *Hieronymus, Quaest. Hebraic. in Genesim c. 47 v. 31; Opp. III, 371 sq.* 4) *Augustinus, Quaest. in Genesim liber I quaest. 162; Opp. III, 1, 418. Cf. Libr. Carol. I c. 13.* 5) *Gen. 47, 31 (Vulg.): . . . adoravit Israel Deum conversus ad lectuli caput.*

Gen. 47, 31. *Et adoravit Israhel ad caput lecti,* in quo utique senex iacebat et sic positum habebat, ut in eo sine labore, quando vellet, adoraret.

Contra illos, qui hoc se adiuvare putant, quod dicitur in Regum, quia adoraverit cf. 3. Reg. 1, 23. Nathan propheta David, aliquid respondendum est.

LX. De hac enim adoratione ita beatus Gregorius in libro X. explanationum in cf. Iob 11, 6. Iob loquitur: Bene[1] ergo lex Dei multiplex dicitur, quia nimirum, cum una eademque sit caritas, si mentem plene coeperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit, cuius diversitatem breviter exprimimus, si in electis singulis bona illius perstringendo numeremus. Haec cf. Gen. 4, 3 sqq. 5, 24; Heb. 11, 5. namque per Abel et electa Deo munera obtulit et fratris gladium non reluctando toleravit. Haec Enoc et inter homines vivere spiritaliter docuit et ad sublimem vitam ab hominibus etiam corporaliter abstraxit.

Et paulo post: Haec[2] Nathan et contra peccantem regem auctoritate liberae increpationis sustulit et, cum regis culpa deesset, in petitione humiliter stravit. Claret namque, quod talis esset haec adoratio, sicuti et nos ante honorabiliores personas, cum eas salutemus, prosternimur humilitatis gratia et eas adorasse dicimur, dum eis nullum divini honoris cf. Gen. 33, 3. cultum exhibemus; eodemque modo adorasse Iacob Esau fratrem suum haud dubium non est.

Contra illos etiam, qui imagines adorare se profitentur, quia sacra ab illis nuncupantur et sacris vasis eas aequiperant, aliquid dicendum est.

Ps. 113, 4. 134, 15. LXI. Augustinus in psalmo CXIII.: *Simulacra*[3], inquit, *gentium argentum et aurum,* sed Deus fecit argentum et aurum, *opera,* inquit, *manuum hominum.* Hoc enim venerantur, quod ipsi ex auro argentoque fecerunt, sed enim et nos pleraque instrumenta et vasa ex huiuscemodi materia vel metallo habemus in usu celebrandorum sacramentorum, quae ipso ministerio consecrata sancta dicantur in eius honore, cui pro salute nostra inde servitur. Et sunt profecto etiam ista instrumenta vel vasa quid aliud quam opera manuum hominum? Verumtamen numquid os habent et non loquentur, numquid oculos et non videbunt, numquid eis supplicamus, quia per eas supplicamus Deo? Illa maxima causa est impietatis insanae, quod plus valet in affectibus miserorum viventi similis forma, quae sibi efficit supplicari, quam quod eam manifestum est non esse viventem, ut debeat a vivente contempni.

Contra eos etiam dicendum est, qui pro imaginum adoratione duo Cherubim adsumunt in testimonium, quae in signo mysterii ducta fuerunt.

LXII. Unde beatus Augustinus in libro de doctrina Christiana tertio inter cetera inquit: Mirabilis[4] est animae servitus signa pro rebus accipere et supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum aeternum lumen levare non posse. Quae[5] tamen servitus in Iudaeorum populo longe a ceterarum gentium more distabat, quando quidem rebus temporalibus ita subiugati erant, ut unus eis in omnibus commendaretur Deus; et quamquam signa rerum spiritalium pro ipsis rebus observarent, nescientes quo referrentur, id tamen insitum habebant, quod tali servitute uni cf. Galat. 3, 24. 25. omnium, quem non videbant, placerent Deo. Quam custodiam tamquam sub pedagogo parvulorum

3 Contra] Caput IX. *praemittunt edd.*
LX. 6 Bene] Grg. *in marg. P.* 15 dicamur *P.*
18 Contra] Caput X. *praemittunt edd.*
30 Contra] Caput XI. *praemittunt edd.*
LXII. 33 Miserabilis] Aug. *in marg. P.*

1) *Gregorius M., Moralia X c. 6 § 9; Opp. I, 341.* 2) *Ibidem; l. l. I, 342.* 3) *Augustinus, Enarr. in psalm. 113 sermo 2 § 5* (-fecerunt *l. 22*), *§ 6* (-contempni); *Opp. IV, 1262.* 4) *Augustinus, De doctrina Christiana III c. 5 § 9; Opp. III, 1, 47.* 5) *Ibid. c. 6 § 10; l. l. III, 1, 47 sq.*

fuisse scribit apostolus, et ideo qui talibus signis pertinaciter inhaeserunt contemnentem ista Dominum, cum iam tempus revelationis eorum venisset, ferre non potuerunt atque inde calumnias, quod *cf. Matth. 12, 10.* sabbato curasset, moliti sunt principes eorum, populusque signis illis tamquam rebus adstrictus non credebat Deum esse vel a Deo venisse qui ea, sicut a Iudaeis observabantur, nolebat attendere. Sed qui crediderunt, ex quibus facta est prima ecclesia Hierosolymitana, satis ostenderunt, quanta utilitas fuerit eo modo sub pedagogo custodiri, ut signa, quae temporaliter inposita erant servientibus, ad unius Dei cultum, qui fecit caelum et terram, opinionem observantium religarent. Si[1] ergo signum utiliter institutum pro ipsa re sequi, cui significandae institutum est, carnalis est servitus, quanto magis inutilium rerum signa instituta pro rebus accipere? Quae si retuleris ad ea ipsa, quae his significantur, eisque colendis animum obligaveris, nihilominus servili carnalique onere atque velamine non carebis. Quamobrem[2] Christiana libertas eos, quos invenit sub signis utilibus tamquam prope inventos interpretatis signis, quibus subditi erant, elevatos ad eas res, quarum illa signa sunt, liberavit. Ex his factae sunt ecclesiae sanctorum Israhelitarum. Quos autem invenit sub signis inutilibus, non solum servilem operationem sub talibus signis, sed etiam ipsa signa frustravit removitque omnia, ut a corruptione multitudinis simulacrorum deorum, quam saepe ac proprie scriptura fornicationem vocat, ad unius Dei cultum gentes converterentur nec sub ipsis *cf. Ezech. 16, 29.* iam signis utilibus serviturae, sed exercitaturae potius animum in eorum intelligentia spiritali. Sub[3] signo enim servit qui operatur aut veneratur aliquam rem significantem, nesciens quid significet; qui vero aut operatur aut veneratur utile signum divinitus institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur, quod videtur et transit, sed illud potius, quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritalis et liber est etiam tempore servitutis, quo carnalibus animis nondum oportet signa illa revelari, quorum iugo edomandi sunt; tales autem spiritales erant patriarchae et prophetae omnesque in populo Israhel, per quos nobis sanctus Spiritus ipsa scripturarum et auxilia et solatia ministravit. Hoc vero tempore, posteaquam resurrectio Domini nostri manifestissimum indicium nostrae libertatis inluxit, ne eorum quidem signorum, quae iam intelligimus, operatione gravi onerati sumus, sed quaedam pauca pro multis eademque factu facillima et intellectu augustissima et observatione castissima ipse Dominus et apostolica tradidit disciplina, sicuti est baptismi sacramentum et celebratio corporis et sanguinis Domini, quae unusquisque, cum percipit, quo referantur, imbutus agnoscit, ut ea non carnali servitute, sed spiritali potius libertate veneretur. Ut autem litteram sequi et signa pro rebus, quae his significantur, accipere servilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari male vagantis erroris. Qui autem non intellegit, quid significet signum, et tamen signum esse intellegit nec ipse premitur servitute. Melius est autem vel premi incognitis, sed utilibus signis, quam inutiliter ea interpretando a iugo servitutis eductam cervicem laqueis erroris inserere.

De cultu debito, quem Greci latriam dicunt, vel religione cultuque, quae uno vocabulo Greci thresciam[4] vocant, vel quod non sit manufactum colendum nec adorandum.

LXIII. Augustinus in libro decimo de civitate Dei: Hic[5] est enim divinitati vel, si expressius dicendum est, deitati debitus cultus, propter quem uno verbo significandum, quoniam mihi satis idoneum non occurrit Latinum, Graeco, ubi necesse est, insinuo quid velim dicere. Latrian quippe nostri, ubicumque sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt servi-

LXII. 5 Sed qui *Aug.*; sequi *P.*
35 De] Caput XII. *praemittunt edd.*
LXIII. 38 Hic] Aug. *in marg. P.*

1) *Augustinus, De doctrina Christiana III c. 7 § 11; Opp. III, 1, 48.* 2) *Ibid. c. 8 § 12; l. l. III, 1, 48.* 3) *Ibid. c. 9 § 14; l. l. III, 1, 48 sq.* 4) = *ϑρησκείαν.* 5) *Augustinus, De civitate Dei X c. 1 § 2; Opp. VII, 237 sq.*

Eph. 6, 5. tutem: sed ea servitus, quae debetur hominibus, secundum quam praecepit apostolus servis dominis suis subditos esse debere, alio nomine Graece nuncupari solet. Latria vero secundum consuetudinem, qua locuti sunt qui nobis divina eloquia condiderunt, aut semper aut tam frequenter aut pene semper ea dicitur servitus, quae pertinet ad colendum Deum. Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur, non soli Deo deberi videtur; dicimur enim colere etiam homines, quos honorificatione vel recordatione vel praesentia frequentamus, nec solum ea, quibus nos religiosa humilitate subicimus, sed quaedam etiam, quae subiecta sunt nobis, perhibentur coli. Nam ex hoc verbo et agricolae et coloni et incolae vocantur et ipsos deos non ob aliud appellant caelicolas, nisi quod caelum colant, non utique venerando, sed inhabitando tamquam caeli quosdam colonos, non sicut appellantur coloni, qui conditionem debent genitali solo propter agriculturam sub dominio possessoris, sed sicut ait quidam Latini eloquii magnus auctor: Urbs[1] antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni. Ab incolendo enim colonos vocavit, non ab agricultura. Hinc et civitates a maioribus civitatibus velut populorum examinibus conditae coloniae nuncupantur; ac per hoc cultum quidem non deberi nisi Deo propria quadam notione verbi huius omnino verissimum est.

LXIIII. Item Augustinus in libro locutionum in Genesi de lapide, quem erexit cf. Gen. 28, 18. Iacob, ita dicit: Quod[2] statuit lapidem Iacob, quem sibi ad caput posuerat, constituit eum titulum et perfudit illum oleo, non aliquid idolatriae simile fecit. Non enim vel tunc vel postea frequentavit lapidem adorando vel ei sacrificando, sed signum fuit in prophetia evidentissima constitutum, quae pertinet ad unctionem, unde Christi nomen a chrismate est.

ib. 31, 45. Post pauca: *Sumpsit*[3] *autem Iacob lapidem et constituit eum titulum.* Diligenter animadvertendum est, quomodo istos titulos in rei cuiusque testimonium constituebant, non ut eos pro diis colerent, sed ut aliquid significarent.

Contra eos etiam, qui eadem auctoritate in illa synodo Grecorum se imagines adorare professi sunt sicut et vivificam crucem, debito honore et tropheo virtutis, pauca inserenda necessarium iudicavimus, ut convincantur non se hac occasione suae superstitioni posse suffragari.

LXV. De cruce ecclesiastica historia pangit cap. VIIII. de Constantino: Erat[4] quidem iam tunc Christianae religionis fautor verique Dei venerator, nondum tamen, ut est sollemne nostris initiari, signum dominicae passionis acceperat. Cum igitur anxius et multa secum de imminentis belli necessitate pervolvens iter ageret atque ad caelum saepius oculos elevaret et inde sibi divinum precaretur auxilium, vidit per soporem ad orientis partem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare; cumque tanto visu fuisset exterritus ac novo perturbaretur aspectu, astare sibi vidit angelos dicentes: Constantine, in hoc vince. Tum vero laetus redditus et de victoria iam securus, signum crucis, quod in caelo viderat, in sua fronte designat et ita caelitus Act. 9, 4. 5. invitatus ad fidem non mihi illo videtur inferior, cui similiter de caelo dictum est: *Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus Nazarenus*, nisi quia hic non adhuc persequens, sed etiam exconsequens invitatur. Exin signum, quod in caelo sibi fuerat demonstratum, in militaria vexilla transformat ac Labarum, quem dicunt, in speciem crucis dominicae exaptat et ita armis vexillisque religionis instructus adversum impiorum arma proficiscitur. Sed in dextera sua manu signum nihilominus crucis ex auro fabrefactum habuisse perhibetur.

LXIIII. 16 Quod] Aug. *in marg. P.*
23 Contra] Caput XIII *praemittunt edd.*
LXV. 27 Erat] Euseb. *in marg. P.* 35 IIII *P, P.*

1) *Vergilius, Aen. I v. 12.* 2) *Augustinus, Quaest. in Genesim liber I quaest. 84; Opp. III, 1, 398.* 3) *Ibid. quaest. 100; l. l. III, 1, 401.* 4) *Eusebius, Historia ecclesiastica Rufino interprete IX c. 9, ed. Basileae 1523, p. 205.*

LXVI. Item in tripertita historia libro I. cap. IIII.: In[1] his igitur sollicitudinibus constitutus in somno vidit crucis signum caelo splendide collocatum mirantique visionem astiterunt angeli dicentes: O Constantine, in hoc vince. Fertur autem et ipsum Christum apparuisse ei, signum crucis monstrasse ac praecepisse, ut figuram similem faceret et in proeliis auxilium hoc haberet, quo victoriae iura conquireret. Eusebius itaque Pamphyli cum iureiurando ipso imperatore dicente audisse se refert, quia circa meridiem declinante iam sole crucis signum ex lumine factum et scripturam consertam ei dicentem: 'In hoc vince' vidisset ipse et milites, qui cum eo tunc essent. Pergenti namque aliquo cum exercitu per iter hoc, inquid, ei miraculum est ostensum, dumque cogitaret quid esset, nox supervenit et dormienti Christus apparuit cum signo, quod vidit in caelo, iussitque, ut fieret eius signi figuratio, quae foret auxilium in congressibus proeliorum.

LXVII. Legitur in eodem libro cap. V.: Hoc[2] enim signum bellicum inter alia pretiosius erat, eo quod imperatorem praecedere et adorari eum a militibus moris esset. Unde praecipue Constantinum reor nobilissimum decus imperii Romani in signum mutasse crucis, ut frequenti visione atque cura desuescerent a priore more subiecti et eum solum arbitrarentur Deum, quem coleret imperator vel quo duce atque auxiliatore uterentur adversus hostes. Semper enim hoc signum proponebatur ante ordines universos, quod maxime laborantibus aciebus in proeliis adesse praecipiebat. Constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarent, quorum opus erat, ut vicibus humeris eum veherent et omnes acies ita lustrarent. Fertur enim, quod aliquando quidam ferens hoc signum repente hostibus invadentibus expavisset dedissetque illud alteri vehendum cumque se de proelio subtraxisset et iacula declinasset, subito percussus interiit; ille vero, qui sacrum suscepit tropheum, multis se iaculantibus permansit inlesus. Mirabiliter enim divina regente virtute sagittae hostium figebantur in signo, a signifero autem inter pericula protinus evolabant. Dicitur autem neque alium quam huius signi ministrum, ut solet, in bello vulnere mortuum aut cladem captivitatis perpessum.

LXVIII. Item in eodem libro secundo cap. XVIII.: Dicitur[3] autem, quia etiam mortuus crucis tactu surrexit. De hoc ligno sybilla dixit apud paganos: O ter beatum lignum, in quo Deus extensus est.

LXVIIII. Item in eodem libro cap. XVIIII.: Audivi[4] enim et Probianum, virum in palatio habentem militiam medicorum crudeli podagra passione detentum, ibi doloribus liberatum eique apparuisse sanctam mirabiliter visionem. Cum enim dudum paganus esset, factus postea Christianus aliquatenus dogma sequebatur, totius vero salutis causam, id est sacratissimam crucem, nolebat adorare. Hanc habenti sententiam divina virtus apparens signum monstravit crucis, quod erat positum in altario eius ecclesiae, et aperte palam fecit, quia, ex quo crucifixus est Christus, omnia, quae ad utilitatem humani generis facta sunt, quolibet modo praeter virtutem adorandae crucis gesta non essent neque ab angelis sanctis neque a piis hominibus.

LXX. Legitur in eodem libro VIIII. cap. XLVI.: Ea[5] siquidem tempestate plurimi inter episcopos effulgebant, sicut Donatus Euriae Epyri, de quo, dum provinciales miracula multa testentur, maximum tamen est, quod de dracone gessit. Is enim circa pontem in via publica

LXVI. 1 In] Eusb. *in marg. P.* 7 consertam] conservatam *P.*
LXVII. 12 Legitur] Igitur *P.* Hoc] Eus. *in marg.*
LXVIII. 26 Dicitur] Eus. *in marg. P.*
LXVIIII. 29 XVIIII] VIIII *P.* 30 podragra *P.*
LXX. 37 Legitur] Igitur *P (v. supra l. 12 et 41).*

1) *Cassiodorus, Historia tripartita I c. 4; Opp. ed. Garet I, 207.* 2) *Ibid. I c. 5; l. l. I, 208.* 3) *Ibid. II c. 18; l. l. I, 232.* 4) *Ibid. II c. 19; l. l. I, 233.* 5) *Ibid. IX c. 46; l. l. I, 351.*

maxime cibum habebat oves, capras, equos, boves et homines arripiens devorabat. Ad quam bestiam Donatus sine gladio, sine quolibet iaculo veniens, dum illa levasset caput quasi voratura verum, tunc ille vexillum crucis ante faciem eius digito designans in aere, in os eius expuit; bestia vero sputum mox ore suo suscipiens expiravit.

LXXI. Iohannis Chrysostomi in omelia XI. de cruce et latrone: Hodierna [1] die noster Dominus pependit in cruce, et nos festivitatem eximia laetitia celebramus, ut discamus crucem totius spiritalis gratulationis esse substantiam. Etenim ante ipsum vocabulum crucis poena fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur; antea condemnationis ferebat horrorem, nunc salutis indicium est. Crux enim nobis totius beatitudinis causa est; haec nos a caecitate liberavit erroris, haec et ex tenebris reddidit luci, haec ebellatos quieti sociavit, haec alienatos Deo coniunxit, longe constitutos proximos praesentavit, haec peregrinantes cives ostendit, haec discordiae amputatio est, haec pacis firmamentum, haec bonorum omnium abunda largitio.

Et post pauca in eadem omelia: Volo [2] et alia ratione cognoscas, crucem solam non reliquit in terra, sed secum eam levavit ad caelum. Sed, ais, hoc unde demonstratur? Et ideo audi, quod, cum ipsa veniet, cum ipsa secundam gloriosam suam praesentiam faciet, ideo gloriosam crucem nuncupavit.

Matth. 24, 30. **Item post pauca in eadem omelia:** *Et* [3] *tunc signum videbitur filii hominis in caelo.* Vidisti gloriam signi, id est crucis, solis lumen reddetur obscurum, lunae non dabitur gratia, sed illud radiabit et lucebit; et sicut imperatorem regalis pompa praecedit et militaris ordo praeunte vexilla humeris portare consueverunt et his eius declaratur adventus, sic Domino de caelo veniente angelorum coetus et archangelorum multitudo illud signum humeris portant excelsis et regalem nobis adventum nuntiant. Sola enim Christi crux est, quae dissolvit tenebras et regnum daemonum dissipavit et omnem terrorem malignantium abstulit: crux sanctitatem providit, crux nobis sed iustitiae facta est, ut inluminati misericordia eius glorificemus patrem et filium et Spiritum sanctum in saecula saeculorum. Amen.

LXXII. Item Iohannis Chrysostomi in omelia XIII. de cruce dominica: Et [4] si nosse desideras, carissime, virtutem crucis et quanta ut possum ad eius laudem dicere, audi: Crux spes Christianorum, crux resurrectio mortuorum, crux caecorum dux, crux desperatorum via, crux claudorum baculus, crux consolatio pauperum, crux refrenatio divitum, crux destructio superborum, crux male viventium poena, crux adversus daemones triumphus, crux devictio diaboli, crux adolescentum pedagogus, crux sustentatio inopum, crux spes desperatorum, crux navigantium gubernator, crux periclitantium portus, crux obsessorum murus, crux pater orfanorum, crux defensor viduarum, crux iustorum consiliarius, crux tribulatorum requies, crux parvulorum custos, crux virorum caput, crux senum finis, crux lumen in tenebris sedentium, crux regum magnificentia, crux scutum perpetuum, crux insensatorum sapientia, crux libertas servorum, crux imperatorum philosophia, crux lex impiorum, crux prophetarum praeconatio, crux adnuntiatio apostolorum, crux martyrum gloriatio, crux monachorum abstinentia, crux virginum castitas, crux gaudium sacerdotum, crux ecclesiae fundamentum, crux orbis terrae cautela, crux templorum destructio, crux idolorum repulsio, crux scandalum Iudaeorum, crux perditio impiorum, crux invalidorum virtus, crux aegrotantium medicus, crux emundatio leprosorum, crux paralyticorum requies, crux esurientium panis,

LXXI. 5 Hodierna] Ioh. Chr. [illegible] P. 6 festivitate — [illegible] P. 15 audivi P. [illegible] P. 19 lucet P.
LXXII. 26 Et Iohan. Crisst. [illegible] P. 30 [illegible] P. 38 praeconatio] preconatio P.

1) [illegible] II. 403. 2) [illegible] sunt ex homilia 2 [illegible] 4) [illegible] crucem; [illegible]

crux sitientium fons, crux nudorum protectio. Nuditatem autem cum dixero, non corpoream aestimes, sed infidelitatis per poenam; cum autem in Christum crediderit, vestitus invenietur.

LXXIII. Item Augustinus in libro XXII. de civitate Dei: In[1] Cartagine Innocentia religiosissima femina de primariis ipsius civitatis in mamilla cancrum habebat. Huius morbi, ut ferunt, omnis omittenda est curatio. Haec illa a perito medico acceperat et ad solum Deum se orando converterat. Admonetur in somnis propinquante Pascha, ut in parte feminarum observanti ad baptisterium, quaecumque illi baptizata primitus occurrisset, signaret ei locum signo crucis Christi: fecit; confestim sanitas consecuta est.

LXXIIII. Sedulius in quarto libro paschalis carminis:

Pax[2] crucis ipse fuit, violentaque robora membris
Inlustrans propriis poenam vestivit honore,
Suppliciumque dedit signum magis esse salutis,
Ipsaque sanctificans in se tormenta beavit.
Neve quis ignoret speciem crucis esse colendam,
Quae Dominum portavit ovans, ratione potenti,
Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous,
Occiduo sacrae lambuntur sidere plantae,
Arcton dextra tenet, medium leva subrigit axem,
Cunctaque de membris vivit natura creantis,
Et cruce complexum Christus regit undique mundum.

LXXV. Item Paulinus in libro VIII. natalis Felicis:

Nos[3] crucis invictae signum et confessio munit,
Armatique Deo mentem; non quaerimus arma
Corporis; et quamquam membris videamur inermes,
Arma tamen gerimus, quibus et sub pace serena
Contra incorporeos animis decernimus hostes.

LXXVI. Item idem in libro X.:

Ipse[4] domum remeans modicum, sed grande saluti
De crucis aeternae sumptum mihi fragmine lignum
Promo tenensque manu adversis procul ingero flammis,
Ut clipeum retinens pro pectore, quo tegerem me
Arceremque hostem collato umbone relisum.
Credite nec donate mihi et reddite Christo
Grates et iustas date laudes omnipotenti;
Nostra salus etenim in cruce Christi et nomine constat,
Inde fides nobis et in hac cruce nixa periclo
Profuit, et nostram cognovit flamma salutem.
Nec mea vox aut dextra illum, sed vis crucis ignem
Terruit inque loco, de quo surrexerat ipso,

LXXIII. 3 In] Aug. *in marg. P.* 6 ut] et *P.* observantia *P.* 7 signum *P.*
LXXIIII. 10 Pax] Sedulii *in marg. P.*
LXXV. 23 Nos] Pau. *in marg. P.*
LXXVI. 29 Ipse] Pau. *in marg. P.* 32 Ut] Et *P.*

1) *Augustinus, De civitate Dei XXII c. 8 § 4; Opp. VII, 665.* 2) *Sedulius, Carmin. lib. V v. 184—95; Opp. ed. Huemer 128.* 3) *Paulinus Nolanus, Carmen XXVI v. 106—10; Opp. ed. Hartel II, 250.* 4) *Ibid. XXVIII v. 115—37: l. l. II, 296 sq.*

Ut circumseptam praescripto limite flammam
Sidere et extingui fremitu moriente coegit
Et cinere exortam cineri remeare procellam.
Quanta crucis virtus! Ut se natura relinquat,
Omnia ligna vorans ligno crucis uritur ignis.
Multa manus crebris tunc illa incendia vasis
Aspergens largis cupiebat vincere limphis;
Sed licet exhaustis pensarent fontibus imbres,
Vi maiore tamen lassis spargentibus omnem
Vicerat ignis aquam. Nos ligno extinguimus ignem,
Quamque aqua non poterat vicit brevis astula flammam.

Contra eos, qui signum sanctae crucis in testimonium adsumunt, ut eis ita licitum sit adorare imagines sicuti lignum sanctae crucis.

Cultores igitur imaginum venerationem, adorationem seu exaltationem sanctae crucis in defensionem sensus sui opponere soliti sunt, cur non ita imagines sicut cruces adorari liceat. Quibus primo respondendum est, quia Christus non in imagine, sed in cruce suspendi elegit, quando genus humanum redimere voluit, et ideo sancta mater ecclesia toto orbe terrarum inter cetera innumera crucis sacramenta, quae a sanctis patribus multipliciter longe lateque per universum mundum enumerata sunt, decrevit licitum esse universis catholicis ob amorem solius passionis Christi, ubicumque eas viderint, inclinando, si voluerint, venerari et insuper die sancto, quo passio Domini in universo mundo specialiter celebratur, cum omni devotione universum ordinem sacerdotalem seu cunctum populum prostratum adorare. Deinde etiam illud specialiter non contra licite habentes, sed contra inlicitum cultum imaginibus exhibentes opponendum est, quod supradicta universalis ecclesia tam sacris fontibus consecrando quamque etiam baptizandis vel baptizatis eodem signo sanctae crucis consignando vel benedicendo uti decrevit omniumque fidei catholicae cultoribus frontes et pectora sua post abrenuntiationem satanae pompis et operibus eius certissima fide contra omnes insidias diaboli munire docuit gladioque inexpugnabili dextras cunctorum fidelium armare studuit. Dic, quaeso, contra fas ecclesiasticum adorator imaginum, quid tale vel huic simile ab ecclesia catholica in toto orbe terrarum de imaginibus sancitum est? Et licet haec magna sint, quid de consecratione corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi dicturi sumus, quae utraque in sacris missarum sollemniis, ex quo consecrari coeperint, usque in finem pene sine intermissione crucis signaculo benedicuntur? Nec est quisquam tam sapiens vel insipiens, qui ullo modo hanc consecrationem aliter se posse perficere Deo placite praesumat, nisi hoc semper eiusdem sanctae crucis signaculo consecrare studeat. Quid etiam sicut de universo humano genere, ita pene de cunctis humani generis operibus seu cotidianis actibus eius complectendo dicere valebimus in omnibus, que die, nocte, mane, vespere et — melius fortasse dicitur — omni tempore agere consuevit? Quid est, quod in his omnibus, quod ad salutem eius sive in hoc saeculo sive in futuro pertinere possit, sine eiusdem crucis signaculo incipere, actitare vel consummare velit?

Haec tibi hactenus, imaginum si quis es indiscretus cultor, et haec tibi inantea econtra, si quis es intemperans distructor: vide ne haec audiens putes temeritati tuae licentiam dari, ut ubicumque non propter inlicitum cultum, sed propter discretum et

LXXVI. 7 cupiebant *P.*
12 Contra] Caput XIV. *praemittunt edd.* 14 exultationem *P.* 43 Haec] Caput XV. *praemittunt edd.*

ob hoc propter licitum mentis affectum pictas vel fictas similitudines sanctorum videris, ut illas aut destruas aut inridendo subsannare debeas.

Quamobrem uterque monendus est, ut neuter vestrum sicut quondam Bardesanus[1], novarum adinventionum superstitiosus amator, sed sicut vere catholicus studiosissime matrem virtutum, discretionem in omnibus servans zelumque Dei non secundum fatuitatem insipientium, sed secundum virtutem sapientium in Domino habens, nec ille diligendo nec iste contempnendo, ultra quam oporteat dextra levaque transiliendo, viam rectitudinis amittat. Sed quia ita plerique pertinaces sunt, ut ratione flecti nequaquam possint, hi merito sancta auctoritate quassandi sunt, ut saltim fracti medicinam quaerant.

Epistola beati Gregorii papae. Gregorius Sereno episcopo Massiliensi: Litterarum[2] tuarum primordia ita sacerdotalem in te esse benivolentiam demonstrabant, ut maior nobis fieret de fraternitate tua laetitia; sed tantum earum finis a suis dissensit initiis, ut non unius, sed diversarum esse mentium talis crederetur epistola.

Et post pauca in eadem scribitur epistola: Perlatum[3] siquidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confringeres. Et quidem, quia eas adorari vetuisses, omnino laudavimus, fregisse vero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud vel illud te non debuit revocare? Dispectis aliis fratribus solum te sanctum et esse credis sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud picturae historia quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde praecipue gentibus pro lectione pictura est, quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, adtendi decuerat, ne, dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit quod non ad adorandum in ecclesiis, sed instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum; et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historiam non sine ratione vetustas admisit.

Et post pauca sequitur: Convocandi[4] enim sunt diversi ecclesiae filii eisque scripturae sacrae est testimoniis ostendendum, quod omne manu factum adorare non liceat, quoniam scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies,* ac deinde subiungendum, qui picturas Matth. 4, 10.
imaginum, quae ad aedificationem imperiti populi factae fuerant, ut nescientes litteras ipsam historiam intendentes quid actum sit discerent.

Et item: Si[5] ad hanc instructionem, ad quae imagines antiquitus factae sunt, habere vultis in ecclesiis, eas modis omnibus et offerri et habere permittas atque indica, quod non tibi ipsa visio historiae, quae pictura teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quae picturis fuerat incompetenter exhibita, atque in his verbis eorum mentes demulcens ad concordiam tuam revoca. Et si quis imagines facere voluerit, minime prohibeas, adorare vero imagines omnimodis devita. Sed hoc sollicite fraternitas tua ammoneat, ut ex visione rei gestae ardorem conpunctionis percipiant et in adorationem solius omnipotentis sanctae trinitatis humiliter prosternantur.

Item Gregorii papae. Gregorius Secundino servo Dei inclauso: Dilectionis[6] tuae litteras suscepi, quae in meo sensu amoris melle conditae sapuerunt, et cetera.

9 quaerant] *in P fol. 51. 51' sequuntur fragmenta lexici Tironiani.* 10 Maxiliensi *P.* 17 factum] facto *P.* 22 a *deest P.* 40 condita *P.*

1) *De Bardesano vel Bardesane cf. O. Bardenhewer, 'Patrologie (Freiburg i. Br.' 1894), p. 357.* 2) *Gregorius M., Epistola ad Serenum episcopum Massiliensem; MG. Epp. II, 269 (Jaffé-E. n. 1800).* 3) *Ibid.; l. l. II, 270. V. supra p. 488 l. 1 sqq. 20 sqq. 25 sqq.* 4) *Gregorius M., Epist. laud.; l. l. II, 271.* 5) *Ibidem.* 6) *Gregorius M., Epistola ad Secundinum interpolata; l. l. II, 142 (Jaffé-E. n. 1673).*

Et post quaedam interposita inquit: Imagines[1] enim, quas nobis tibi dirigendas per Dulcitium diaconem tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quaeris, cuius imaginem prae oculis habere desideras, ut visio corporalis cotidiana semper reddat exortum, ut, dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cuius te imaginem videre consideras. Ab re non facimus, si per visibilia visibilibus invisibilia demonstramus. Sic homo, qui alium ardenter videre desiderat aut sponsam amando desiderat, quam videre conatur, si contingit, ut ad balneum ire aut ad ecclesiam procedere existimet, viam tendentibus se praeparet, ut de visione hilaris recedat. Scimus namque, quia tu imaginem salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non* quasi ante divinitatem ante ipsas prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum vel in throno sedentem recordamur et, dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione laetificat aut de passione emulcet. Ideoque direximus tibi syrtaria duo, imaginem salvatoris, sanctae Dei genetricis Mariae et beatorum apostolorum Petri et Pauli per supradictum filium nostrum diaconem et unam crucem cum clavi pro benedictione, ut ab ipso a maligno defensus sis, cuius sancto ligno munitum esse te credis, et cetera.

Item Gregorii papae. Gregorius Ianuario episcopo: Iudaei[2] de civitate vestra huc venientes questi nobis sunt, quod synagogam eorum, quae Carali sita est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad Christianae fidei cultum Domino volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis sequenti die baptismi sui, hoc est dominica ipsa festivitate paschali, cum gravi scandalo sine vestra occupaverit voluntate atque imaginem illic genetricis Dei Dominique nostri et venerandam crucem vel byrrum album, quo fonte surgens indutus fuerat, posuisset, et cetera.

Et post pauca inquit: Considerantes[3] hac de re vestrae voluntatis intentum ac magis iudicium his hortamur affatibus, ut sublata exinde cum ea, qua dignum est, veneratione imagine atque cruce debeatis quod violenter ablatum est reformare, et cetera.

Item[4] epistola Gregorii papae ad Germanum patriarcham Constantinopolitanum: Qualis[5] et quae libatio meum sic scit laetificare animum sicut de te venerabili nempe mihi et super laudabile nomen sanctissime et Deo dilectae gratificatae nuntiationis, et cetera.

Deinde post quaedam interposita adiunxit: At[6] ubi sic coepisti conflictum sicut Deus ipse tibi monstravit? Praeesse praecipiens in castra Christi et regni gloriosum certe et notum signum, vivificam dico crucem, magnum adversus mortem eius magnitudinis triumphum, ubi mundi

*) *In codice sequuntur haec eodem atramento deleta verba:* suscepta sunt et hae imagines oportune suscipiuntur, quoniam secundum Deum fiunt unde et operantur, sicuti et arca in multis miraculis. Nam et aurea Cherubim et haec sine anima erant et manufacta et sculpta, sed sicut illic per illa operabatur, Deus et glorificabatur, ita et nunc in istis, quoniam. *Unde deprompta sint, statuere non potui.*

15 clavo *P.* 16 sis *deest P.* sanctum lignum *P.* 22 posuisse *P.* 24 imagine *deest P.* 25 crucem *P.* 27 laetificari *P.* 29 conflictui *P.*

1) *V. supra p. 489 l. 1 sqq.* 2) *V. supra p. 488 l. 33 sqq.* 3) *V. supra p. 488 l. 39 sqq.* 4) *Gregorii II. (715—731) epistola anno c. 729. ad Germanum patriarcham missa servatur Graeca lingua concepta inter acta concilii Nicaeni (a. 787.) act. IV.; Mansi XIII, 92 sqq. (Jaffé-E. n. 2181). Sine dubio adhibuerunt synodales Parisienses versionem illam actorum synodalium mendis refertissimam, de qua cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 86 sqq.; quare ex textu Graeco genuino errores, quibus sensus magnopere laborat, corrigere necesse est. Altera eiusdem epistolae versio, ab Anastasio bibliothecario saec. IX. ex. confecta (Mansi XIII, 91 sqq., cf. Hefele, l. l. III, 486), hoc loco nullius est momenti.* 5) *Mansi XIII, 92.* 6) *Ibid. XIII, 93.*

quadripertiti orbem terrarum perscripsit distinguens perscriptis, ita et sanctam imaginem omnium dominae et sanctae Dei genitricis, cuius vultum deprecantur divites plebis. [cf. Ps. 45, 13.] Etenim sancta, sicut patribus videtur, quae sic a vobis pie honorata donavit retributiones. Nam imaginis honor ad primam formam transit secundum magnum Basilium [1] et sicut inquit Chrysostomus: Ego [2] et cerae perfusae dilexi picturam pietate repletam.

Et post pauca in eadem epistola: Si [3] enim propheticae dispositiones non acceperunt finem, non scribantur causae ad ostensionem, quae necdum factae sunt; videlicet nisi incarnatus est Dominus, non signetur, quae secundum carnem signatur, sancta imago eius. Nisi natus est in Bethleem de semper gloriosa virgine et Dei genitrice, et magi munera obtulerunt, et pastoribus apparuit angelus, et multitudo caelestis militiae nato laudem retulit, nisi in ulnis genitricis ut infans portatus, qui portat omnia, et lactis nutrimento pastus est, *qui dat escam omni carni,* [Ps. 135, 25.] neque hoc signetur. Nisi [4] mortuos suscitavit et paraliticos erexit et leprosis purgationem dedit et oculos caecorum aperuit et daemones effugavit et nisi aperuit aures surdorum et omnia operatus est, quae gloriose ut Dei miracula perfecit, non scribantur. Nisi passionem voluntarie suscepit et infernum expoliavit et surgens in caelos ascendit, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, [cf. 2. Tim. 4, 1.] non scribantur neque designentur, quia haec recitantur et per litteras et per colores scripturae et historiae. Si enim haec omnia facta sunt — et magnum est pietatis mysterium —, utinam fuisset possibile caelum et terram et mare et animalia omnia enarrare ea et per voces et per litteras et historias. Non existentium enim designatio idolica scriptura nominatur, quae non fuerunt in essentia delirate factura. Et ne una condescensio ecclesiae Christi cum idolis? Absit; neque enim vitulos adoravimus neque vitulum in Choreb fudimus neque Deum nobis mundum existimavimus neque iterum in sculptili inclinati sumus et Beelphegor consecrati sumus neque filios nostros aut filias aliquando daemonibus inmolavimus. Non [5] sunt haec nobis, non sunt, nullus accusetur, quoniam nihil, quae existunt aut facta sunt, praeter nomen, quod est super omne nomen, [cf. Phil. 2, 9.] vivificam trinitatem populus Christi usque hodie servivit aut veneratus est; absit. Si [6] enim quis Iudaice motus ad calumniandum, quae olim idolorum culturis acclamantia profanatur et idolorum cultura ascribere ecclesiae nostrae de venerabilibus imaginibus divinis et mirabilibus ad meliora directis, existimemus nihil aliud aut canem latrantem et acsi in fundibula procul eicientem, audiat sicut Iudaeus: Utinam esset, et Israhel per visibilium, quam deputatus est, offerre Deo adorationem et per exempla memorari factorem et non vitulum tenere et muscas super tabulas testamenti; utinam sanctum altare diligeret et non vitulas Samariae. Bonum [7] illi esset simul et iustum rorissimam divinam petram amplectere et non Beel. Utinam esset illi ad virgam Moysi magis aspicere et ad urnam auream et arcam et propitiatorium, laminas, ephod, mensam, tabernaculum interius et exterius, quae omnia in gloria facta Dei etsi manufacta, sed magis sancta sanctorum dicebantur, et Cherubin sculpta, quorum memoriam faciens apostolus inquit: *Cherubin gloriae obumbrantis propitiatorium,* [Hebr. 9, 5.] quibus et divina vegitari gloria et

1 perscripsi *P.* 2 sancta] *supple:* est. 14 ut] et *P.* 19 designatio] designantium *P.* nominatur] *post hoc verbum quaedam excidisse videntur, fortasse:* quae etiam Graeca ars fingendi fabulas simulavit *(ἃ καὶ Ἑλληνικὴ μυθοποιία ἀνέπλαττε).* 23 accusetur] *intellige:* accuset. 24 praeter nomen] *intellige:* contra voluntatem nominis, quod est super omne nomen, *scil.* Dei. 25 servivit] *intellige:* serviendo honoravit. quae — profanatur] *intellige:* ea, quae antea idolorum cultoribus opprobrio dabantur, de novo obicit. 26 et idolorum — directis] *intellige:* et idolorum culturam ecclesiae nostrae obicit, propterea quod ipsis venerabilibus imaginibus ad meliora deducimur ratione quadam monstrandi viam divinam et admirabilem. 27 existimemus] *scil.* eum, qui talia profert, cum sit Iudaico more inclinatus ad calumniam (Iudaice motus ad calumniandum). 28 et acsi — eicientem] *intellige:* et quasi per fundibula procul eiciendum. 29 quam deputatus est] *coniungenda sunt cum* adorationem *et intelligenda:* ad quam faciendam populus Israheliticus vocatus est. 33 lamminae *P.*

1) *V. infra p. 511 l. 2 sq.* 2) *Cf. infra p. 510 l. 30 sq.* 3) *Mansi XIII, 95.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibid. XIII, 97.* 6) *Ibidem.* 7) *Ibidem.*

iacens cibum habebat oves, capras, equos, boves et homines arripiens devorabat. Ad quam bestiam Donatus sine gladio, sine quolibet iaculo veniens, dum illa levasset caput quasi voratura virum, tunc ille vexillum crucis ante faciem eius digito designans in aere, in os eius expuit; bestia vero sputum mox ore suo suscipiens expiravit.

LXXI. Iohannis Chrysostomi in omelia XI. de cruce et latrone: Hodierna[1] die noster Dominus pependit in cruce, et nos festivitatem eximia laetitia celebramus, ut discamus crucem totius spiritalis gratulationis esse substantiam. Etenim ante ipsum vocabulum crucis poena fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur; antea condemnationis ferebat horrorem, nunc salutis indicium est. Crux enim nobis totius beatitudinis causa est; haec nos a caecitate liberavit erroris, haec et ex tenebris reddidit luci, haec ebellatos quieti sociavit, haec alienatos Deo coniunxit, longe constitutos proximos praesentavit, haec peregrinantes cives ostendit, haec discordiae amputatio est, haec pacis firmamentum, haec bonorum omnium abunda largitio.

Et post pauca in eadem omelia: Volo[2] et alia ratione cognoscas, crucem solam non reliquit in terra, sed secum eam levavit ad caelum. Sed, ais, hoc unde demonstratur? Et ideo audi, quod, cum ipsa veniet, cum ipsa secundam gloriosam suam praesentiam faciet, ideo gloriosam crucem noncupavit.

cf. Luc. 21, 25. 27. Item post pauca in eadem omelia: *Et*[3] *tunc signum videbitur filii hominis in caelo.* Vidisti gloriam signi, id est crucis, solis lumen reddetur obscurum, lunae non dabitur gratia, sed illud radiabit et lucebit; et sicut imperatorem regalis pompa praecedit et militaris ordo praeunte vexilla humeris portare consueverunt et his eius declaratur adventus, sic Domino de caelo veniente angelorum coetus et archangelorum multitudo illud signum humeris portant excelsis et regalem nobis adventum nuntiant. Sola enim Christi crux est, quae dissolvit tenebras et regnum daemonum dissipavit et omnem terrorem malignantium abstulit; crux sanctitatem providit, crux nobis sol iustitiae facta est, ut inluminati misericordia eius glorificemus patrem et filium et Spiritum sanctum in saecula saeculorum. Amen.

LXXII. Item Iohannis Chrysostomi in omelia XIII. de cruce dominica: Et[4] si nosse desideras, carissime, virtutem crucis et quanta ut possum ad eius laudem dicere, audi: Crux spes Christianorum, crux resurrectio mortuorum, crux caecorum dux, crux desperatorum via, crux claudorum baculus, crux consolatio pauperum, crux refrenatio divitum, crux destructio superborum, crux male viventium poena, crux adversus daemones triumphus, crux devictio diaboli, crux adolescentum pedagogus, crux sustentatio inopum, crux spes desperatorum, crux navigantium gubernator, crux periclitantium portus, crux obsessorum murus, crux pater orfanorum, crux defensor viduarum, crux iustorum consiliarius, crux tribulatorum requies, crux parvulorum custos, crux virorum caput, crux senum finis, crux lumen in tenebris sedentium, crux regum magnificentia, crux scutum perpetuum, crux insensatorum sapientia, crux libertas servorum, crux imperatorum phylosophia, crux lex impiorum, crux prophetarum praecentio, crux adnuntiatio apostolorum, crux martyrum gloriatio, crux monachorum abstinentia, crux virginum castitas, crux gaudium sacerdotum, crux ecclesiae fundamentum, crux orbis terrae cautela, crux templorum destructio, crux idolorum repulsio, crux scandalum Iudaeorum, crux perditio impiorum, crux invalidorum virtus, crux aegrotantium medicus, crux emundatio leprosorum, crux paraliticorum requies, crux esurientium panis,

LXXI. 5 Hodierna] Ioh. Chr. *in marg. P.* 6 festivitate — laetitiam *P.* 15 audivi *P.* secundum *P.* 19 lucet *P.*

LXXII. 26 Et] Iohan. Crisst. *in marg. P.* 30 daemonas *P.* 36 praecentio] prȩconatio *P.*

1) *Iohannes Chrysostomus, Homilia 1 de cruce et latrone § 1; Opp. ed. Montfaucon II, 403.* 2) *Ib. § 4; l. l. II, 407.* 3) *Ibid. § 4* (-nuntiant *l. 22*), *reliqua compilata sunt ex homilia 2 de cruce et latrone § 1; l. l. II, 408. 411.* 4) *Ps.-Chrysostomus, Sermo in venerabilem crucem; Opp. Chrysostomi II, 812 sq.*

crux sitientium fons, crux nudorum protectio. Nuditatem autem cum dixero, non corpoream aestimes, sed infidelitatis per poenam; cum autem in Christum crediderit, vestitus invenietur.

LXXIII. Item Augustinus in libro XXII. de civitate Dei: In[1] Cartagine Innocentia religiosissima femina de primariis ipsius civitatis in mamilla cancrum habebat. Huius morbi, ut ferunt, omnis omittenda est curatio. Haec illa a perito medico acceperat et ad solum Deum se orando converterat. Admonetur in somnis propinquante Pascha, ut in parte feminarum observanti ad baptisterium, quaecumque illi baptizata primitus occurrisset, signaret ei locum signo crucis Christi: fecit; confestim sanitas consecuta est.

LXXIIII. Sedulius in quarto libro paschalis carminis:

Pax[2] crucis ipse fuit, violentaque robora membris
Inlustrans propriis poenam vestivit honore,
Suppliciumque dedit signum magis esse salutis,
Ipsaque sanctificans in se tormenta beavit.
Neve quis ignoret speciem crucis esse colendam,
Quae Dominum portavit ovans, ratione potenti,
Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous,
Occiduo sacrae lambuntur sidere plantae,
Arcton dextra tenet, medium leva subrigit axem,
Cunctaque de membris vivit natura creantis,
Et cruce complexum Christus regit undique mundum.

LXXV. Item Paulinus in libro VIII. natalis Felicis:

Nos[3] crucis invictae signum et confessio munit,
Armatique Deo mentem; non quaerimus arma
Corporis; et quamquam membris videamur inermes,
Arma tamen gerimus, quibus et sub pace serena
Contra incorporeos animis decernimus hostes.

LXXVI. Item idem in libro X.:

Ipse[4] domum remeans modicum, sed grande saluti
De crucis aeternae sumptum mihi fragmine lignum
Promo tenensque manu adversis procul ingero flammis,
Ut clipeum retinens pro pectore, quo tegerem me
Arceremque hostem collato umbone relisum.
Credite nec donate mihi et reddite Christo
Grates et iustas date laudes omnipotenti;
Nostra salus etenim in cruce Christi et nomine constat,
Inde fides nobis et in hac cruce nixa periclo
Profuit, et nostram cognovit flamma salutem.
Nec mea vox aut dextra illum, sed vis crucis ignem
Terruit inque loco, de quo surrexerat ipso,

LXXIII. 3 In] Aug. *in marg. P.* 6 ut] et *P.* observantia *P.* 7 signum *P.*
LXXIIII. 10 Pax] Sedulii *in marg. P.*
LXXV. 23 Nos] Pau. *in marg. P.*
LXXVI. 29 Ipse] Pau. *in marg. P.* 32 Ut] Et *P.*

1) *Augustinus, De civitate Dei XXII c. 8 § 4; Opp. VII, 665.* 2) *Sedulius, Carmin. lib. V v. 184—95; Opp. ed. Huemer 128.* 3) *Paulinus Nolanus, Carmen XXVI v. 106—10; Opp. ed. Hartel II, 250.* 4) *Ibid. XXVIII v. 115—37: l. l. II, 296 sq.*

Ut circumseptam praescripto limite flammam
Sidere et extingui fremitu moriente coegit
Et cinere exortam cineri remeare procellam.
Quanta crucis virtus! Ut se natura relinquat,
Omnia ligna vorans ligno crucis uritur ignis.
Multa manus crebris tunc illa incendia vasis
Aspergens largis cupiebat vincere limphis;
Sed licet exhaustis pensarent fontibus imbres,
Vi maiore tamen lassis spargentibus omnem
Vicerat ignis aquam. Nos ligno extinguimus ignem,
Quamque aqua non poterat vicit brevis astula flammam.

Contra eos, qui signum sanctae crucis in testimonium adsumunt, ut eis ita licitum sit adorare imagines sicuti lignum sanctae crucis.

Cultores igitur imaginum venerationem, adorationem seu exaltationem sanctae crucis in defensionem sensus sui opponere soliti sunt, cur non ita imagines sicut cruces adorari liceat. Quibus primo respondendum est, quia Christus non in imagine, sed in cruce suspendi elegit, quando genus humanum redimere voluit, et ideo sancta mater ecclesia toto orbe terrarum inter cetera innumera crucis sacramenta, quae a sanctis patribus multipliciter longe lateque per universum mundum enumerata sunt, decrevit licitum esse universis catholicis ob amorem solius passionis Christi, ubicumque eas viderint, inclinando, si voluerint, venerari et insuper die sancto, quo passio Domini in universo mundo specialiter celebratur, cum omni devotione universum ordinem sacerdotalem seu cunctum populum prostratum adorare. Deinde etiam illud specialiter non contra licite habentes, sed contra inlicitum cultum imaginibus exhibentes opponendum est, quod supradicta universalis ecclesia tam sacris fontibus consecrando quamque etiam baptizandis vel baptizatis eodem signo sanctae crucis consignando vel benedicendo uti decrevit omniumque fidei catholicae cultoribus frontes et pectora sua post abrenuntiationem satanae pompis et operibus eius certissima fide contra omnes insidias diaboli munire docuit gladioque inexpugnabili dextras cunctorum fidelium armare studuit. Dic, quaeso, contra fas ecclesiasticum adorator imaginum, quid tale vel huic simile ab ecclesia catholica in toto orbe terrarum de imaginibus sancitum est? Et licet haec magna sint, quid de consecratione corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi dicturi sumus, quae utraque in sacris missarum sollemniis, ex quo consecrari coeperint, usque in finem pene sine intermissione crucis signaculo benedicuntur? Nec est quisquam tam sapiens vel insipiens, qui ullo modo hanc consecrationem aliter se posse perficere Deo placite praesumat, nisi hoc semper eiusdem sanctae crucis signaculo consecrare studeat. Quid etiam sicut de universo humano genere, ita pene de cunctis humani generis operibus seu cotidianis actibus eius complectendo dicere valebimus in omnibus, que die, nocte, mane, vespere et — melius fortasse dicitur — omni tempore agere consuevit? Quid est, quod in his omnibus, quod ad salutem eius sive in hoc saeculo sive in futuro pertinere possit, sine eiusdem crucis signaculo incipere, actitare vel consummare velit?

Haec tibi hactenus, imaginum si quis es indiscretus cultor, et haec tibi inantea econtra, si quis es intemperans distructor: vide ne haec audiens putes temeritati tuae licentiam dari, ut ubicumque non propter inlicitum cultum, sed propter discretum et

LXXVI. 7 cupiebant *P.*
12 Contra] Caput XIV. *praemittunt edd.* 14 exultationem *P.* 43 Haec] Caput XV. *praemittunt edd.*

ob hoc propter licitum mentis affectum pictas vel fictas similitudines sanctorum videris, ut illas aut destruas aut inridendo subsannare debeas.

Quamobrem uterque monendus est, ut neuter vestrum sicut quondam Bardesanus[1], novarum adinventionum superstitiosus amator, sed sicut vere catholicus studiosissime matrem virtutum, discretionem in omnibus servans zelumque Dei non secundum fatuitatem insipientium, sed secundum virtutem sapientium in Domino habens, nec ille diligendo nec iste contempnendo, ultra quam oporteat dextra levaque transiliendo, viam rectitudinis amittat. Sed quia ita plerique pertinaces sunt, ut ratione flecti nequaquam possint, hi merito sancta auctoritate quassandi sunt, ut saltim fracti medicinam quaerant.

Epistola beati Gregorii papae. Gregorius Sereno episcopo Massiliensi: Litterarum[2] tuarum primordia ita sacerdotalem in te esse benivolentiam demonstrabant, ut maior nobis fieret de fraternitate tua laetitia; sed tantum earum finis a suis dissensit initiis, ut non unius, sed diversarum esse mentium talis crederetur epistola.

Et post pauca in eadem scribitur epistola: Perlatum[3] siquidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confringeres. Et quidem, quia eas adorari vetuisses, omnino laudavimus, fregisse vero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud vel illud te non debuit revocare? Dispectis aliis fratribus solum te sanctum et esse credis sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud picturae historia quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde praecipue gentibus pro lectione pictura est, quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, adtendi decuerat, ne, dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit quod non ad adorandum in ecclesiis, sed instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum; et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historiam non sine ratione vetustas admisit.

Et post pauca sequitur: Convocandi[4] enim sunt diversi ecclesiae filii eisque scripturae sacrae est testimoniis ostendendum, quod omne manu factum adorare non liceat, quoniam scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies*, ac deinde subiungendum, qui picturas Matth. 4, 10.
imaginum, quae ad aedificationem imperiti populi factae fuerant, ut nescientes litteras ipsam historiam intendentes quid actum sit discerent.

Et item: Si[5] ad hanc instructionem, ad quae imagines antiquitus factae sunt, habere vultis in ecclesiis, eas modis omnibus et offerri et habere permittas atque indica, quod non tibi ipsa visio historiae, quae pictura teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quae picturis fuerat inconpetenter exhibita, atque in his verbis eorum mentes demulcens ad concordiam tuam revoca. Et si quis imagines facere voluerit, minime prohibeas, adorare vero imagines omnimodis devita. Sed hoc sollicite fraternitas tua ammoneat, ut ex visione rei gestae ardorem conpunctionis percipiant et in adorationem solius omnipotentis sanctae trinitatis humiliter prosternantur.

Item Gregorii papae. Gregorius Secundino servo Dei inclauso: Dilectionis[6] tuae litteras suscepi, quae in meo sensu amoris melle conditae sapuerunt, et cetera.

9 quaerant] *in P fol. 51. 51' sequuntur fragmenta lexici Tironiani.* 10 Maxiliensi *P.* 17 factum] facto *P.* 22 a *deest P.* 40 condita *P.*

1) *De Bardesano vel Bardesane cf. O. Bardenhewer, 'Patrologie (Freiburg i. Br.' 1894), p. 357.* 2) *Gregorius M., Epistola ad Serenum episcopum Massiliensem; MG. Epp. II, 269 (Jaffé-E. n. 1800).* 3) *Ibid.; l. l. II, 270. V. supra p. 488 l. 1 sqq. 20 sqq. 25 sqq.* 4) *Gregorius M., Epist. laud.; l. l. II, 271.* 5) *Ibidem.* 6) *Gregorius M., Epistola ad Secundinum interpolata; l. l. II, 142 (Jaffé-E. n. 1673).*

Et post quaedam interposita inquit: Imagines[1] enim, quas nobis tibi dirigendas per Dulcitium diaconem tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quaeris, cuius imaginem prae oculis habere desideras, ut visio corporalis cotidiana semper reddat exortum, ut, dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cuius te imaginem videre consideras. Ab re non facimus, si per visibilia visibilibus invisibilia demonstramus. Sic homo, qui alium ardenter videre desiderat aut sponsam amando desiderat, quam videre conatur, si contingit, ut ad balneum ire aut ad ecclesiam procedere existimet, viam tendentibus se praeparet, ut de visione hilaris recedat. Scimus namque, quia tu imaginem salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non* quasi ante divinitatem ante ipsas prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum vel in throno sedentem recordamur et, dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione laetificat aut de passione emulcet. Ideoque direximus tibi syrtaria duo, imaginem salvatoris, sanctae Dei genetricis Mariae et beatorum apostolorum Petri et Pauli per supradictum filium nostrum diaconem et unam crucem cum clavi pro benedictione, ut ab ipso a maligno defensus sis, cuius sancto ligno munitum esse te credis, et cetera.

Item Gregorii papae. Gregorius Ianuario episcopo: Iudaei[2] de civitate vestra huc venientes questi nobis sunt, quod synagogam eorum, quae Carali sita est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad Christianae fidei cultum Domino volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis sequenti die baptismi sui, hoc est dominica ipsa festivitate paschali, cum gravi scandalo sine vestra occupaverit voluntate atque imaginem illic genetricis Dei Dominique nostri et venerandam crucem vel byrrum album, quo fonte surgens indutus fuerat, posuisset, et cetera.

Et post pauca inquit: Considerantes[3] hac de re vestrae voluntatis intentum ac magis iudicium his hortamur affatibus, ut sublata exinde cum ea, qua dignum est, veneratione imagine atque cruce debeatis quod violenter ablatum est reformare, et cetera.

Item[4] epistola Gregorii papae ad Germanum patriarcham Constantinopolitanum: Qualis[5] et quae libatio meum sic scit laetificare animum sicut de te venerabili nempe mihi et super laudabile nomen sanctissime et Deo dilectae gratificatae nuntiationis, et cetera.

Deinde post quaedam interposita adiunxit: At[6] ubi sic coepisti conflictum sicut Deus ipse tibi monstravit? Praeesse praecipiens in castra Christi et regni gloriosum certe et notum signum, vivificam dico crucem, magnum adversus mortem eius magnitudinis triumphum, ubi mundi

*) *In codice sequuntur haec eodem atramento deleta verba:* suscepta sunt et hac imagines oportune suscipiuntur, quoniam secundum Deum fiunt unde et operantur, sicuti et arca in multis miraculis. Nam et aurea Cherubim et haec sine anima erant et manufacta et sculpta, sed sicut illic per illa operabatur, Deus et glorificabatur, ita et nunc in istis, quoniam. *Unde deprompta sint, statuere non potui.*

15 clavo *P.* 16 sis *deest P.* sanctum lignum *P.* 22 posuisse *P.* 24 imagine *deest P.* 25 crucem *P.* 27 laetificari *P.* 29 conflictui *P.*

1) *V. supra p. 489 l. 1 sqq.* 2) *V. supra p. 488 l. 33 sqq.* 3) *V. supra p. 488 l. 39 sqq.* 4) *Gregorii II. (715—731) epistola anno c. 729. ad Germanum patriarcham missa servatur Graeca lingua concepta inter acta concilii Nicaeni (a. 787.) act. IV.; Mansi XIII, 92 sqq. (Jaffé-E. n. 2181). Sine dubio adhibuerunt synodales Parisienses versionem illam actorum synodalium mendis refertissimam, de qua cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 86 sqq.; quare ex textu Graeco genuino errores, quibus sensus magnopere laborat, corrigere necesse est. Altera eiusdem epistolae versio, ab Anastasio bibliothecario saec. IX. ex. confecta (Mansi XIII, 91 sqq., cf. Hefele, l. l. III, 486), hoc loco nullius est momenti.* 5) *Mansi XIII, 92.* 6) *Ibid. XIII, 93.*

quadripertiti orbem terrarum perscripsit distinguens perscriptis, ita et sanctam imaginem omnium dominae et sanctae Dei genitricis, cuius vultum deprecantur divites plebis. Etenim sancta, sicut (cf. Ps. 45, 13.) patribus videtur, quae sic a vobis pie honorata donavit retributiones. Nam imaginis honor ad primam formam transit secundum magnum Basilium[1] et sicut inquit Chrysostomus: Ego[2] et cerae perfusae dilexi picturam pietate repletam.

Et post pauca in eadem epistola: Si[3] enim propheticae dispositiones non acceperunt finem, non scribantur causae ad ostensionem, quae necdum factae sunt; videlicet nisi incarnatus est Dominus, non signetur, quae secundum carnem signatur, sancta imago eius. Nisi natus est in Bethleem de semper gloriosa virgine et Dei genitrice, et magi munera obtulerunt, et pastoribus apparuit angelus, et multitudo caelestis militiae nato laudem retulit, nisi in ulnis genitricis ut infans portatus, qui portat omnia, et lactis nutrimento pastus est, *qui dat escam omni carni,* neque hoc (Ps. 135, 25.) signetur. Nisi[4] mortuos suscitavit et paraliticos erexit et leprosis purgationem dedit et oculos caecorum aperuit et daemones effugavit et nisi aperuit aures surdorum et omnia operatus est, quae gloriose ut Dei miracula perfecit, non scribantur. Nisi passionem voluntarie suscepit et infernum expoliavit et surgens in caelos ascendit, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, non scribantur (cf. 2. Tim. 4, 1.) neque designentur, quia haec recitantur et per litteras et per colores scripturae et historiae. Si enim haec omnia facta sunt — et magnum est pietatis mysterium —, utinam fuisset possibile caelum et terram et mare et animalia omnia enarrare ea et per voces et per litteras et historias. Non existentium enim designatio idolica scriptura nominatur, quae non fuerunt in essentia delirate factura. Et ne una condescensio ecclesiae Christi cum idolis? Absit; neque enim vitulos adoravimus neque vitulum in Choreb fudimus neque Deum nobis mundum existimavimus neque iterum in sculptili inclinati sumus et Beelphegor consecrati sumus neque filios nostros aut filias aliquando daemonibus immolavimus. Non[5] sunt haec nobis, non sunt, nullus accusetur, quoniam nihil, quae existunt aut facta sunt, praeter nomen, quod est super omne nomen, vivificam trinitatem populus Christi usque (cf. Phil. 2, 9.) hodie servivit aut veneratus est; absit. Si[6] enim quis Iudaice motus ad calumniandum, quae olim idolorum culturis acclamantia profanatur et idolorum cultura ascribere ecclesiae nostrae de venerabilibus imaginibus divinis et mirabilibus ad meliora directis, existimemus nihil aliud aut canem latrantem et acsi in fundibula procul eicientem, audiat sicut Iudaeus: Utinam esset, et Israhel per visibilium, quam deputatus est, offerre Deo adorationem et per exempla memorari factorem et non vitulum tenere et muscas super tabulas testamenti; utinam sanctum altare diligeret et non vitulas Samariae. Bonum[7] illi esset simul et iustum rorissimam divinam petram amplectere et non Beel. Utinam esset illi ad virgam Moysi magis aspicere et ad urnam auream et arcam et propitiatorium, laminas, ephod, mensam, tabernaculum interius et exterius, quae omnia in gloria facta Dei etsi manufacta, sed magis sancta sanctorum dicebantur, et Cherubin sculpta, quorum memoriam faciens apostolus inquit: *Cherubin gloriae obumbrantis propitiatorium,* quibus et divina vegitari gloria et (Hebr. 9, 5.)

1 perscripsi *P.* 2 sancta] *supple:* est. 14 ut] et *P.* 19 designatio] designantium *P.* nominatur] *post hoc verbum quaedam excidisse videntur, fortasse:* quae etiam Graeca ars fingendi fabulas simulavit *(ἃ καὶ Ἑλληνικὴ μυθοποιία ἀνέπλαττε).* 23 accusetur] *intellige:* accuset. 24 praeter nomen] *intellige:* contra voluntatem nominis, quod est super omne nomen, *scil.* Dei. 25 servivit] *intellige:* serviendo honoravit. quae — profanatur] *intellige:* ea, quae antea idolorum cultoribus opprobrio dabantur, de novo obicit. 26 et idolorum — directis] *intellige:* et idolorum culturam ecclesiae nostrae obicit, propterea quod ipsis venerabilibus imaginibus ad meliora deducimur ratione quadam monstrandi viam divinam et admirabilem. 27 existimemus] *scil.* eum, qui talia profert, cum sit Iudaico more inclinatus ad calumniam (Iudaice motus ad calumniandum). 28 et acsi — eicientem] *intellige:* et quasi per fundibula procul eiciendum. 29 quam deputatus est] *coniungenda sunt cum* adorationem *et intelligenda:* ad quam faciendam populus Israheliticus vocatus est. 33 lamminae *P.*

1) *V. infra p. 511 l. 2 sq.* 2) *Cf. infra p. 510 l. 30 sq.* 3) *Mansi XIII, 95.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibid. XIII, 97.* 6) *Ibidem.* 7) *Ibidem.*

scriptura docemur. Si istis attenderet, numquam idolis inclinaretur. Omne enim opus in nomine Domini factum pretiosum et sanctum dictum est, et cetera.

Item Gregorii papae in synodica epistola: Si[1] contraria sentientibus et irrita facere quaerentibus antiquas patrum traditiones salutis occurreret conversio, sufficerent utique ea, quae superius a nobis ex patrum testimoniis vel sacris dicta sunt documentis. Sed quia videmus, quod merentes dicimus, plerosque turbatis mentibus statuta conturbare ecclesiae, ideo, fratres carissimi, extenditur sermo, et cupimus ad conpescendam erroris insaniam adhuc ex veteribus documentis ali-
Exod. 25, 1—3. quid dicere; forsan resipiscant inquieti. In libro enim Exodi sic legimus: *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israhel, ut tollant mihi primitias; ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas. Haec sunt autem, quae accipere debetis,* et cetera per ordinem usque ad
ib. 25, 22. *duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonii, cuncta quae mandabo per te filiis Israhel.*
3. Reg. 6, 23. Et iterum: Mandato[2] Dei a Salomone constructo templo, inter alia *fecit in oraculo duo*
ib. 6, 32. *Cherubin de lignis olivarum;* et infra usque: *Et sculpsit in eis picturas Cherubin et palmarum species et anoglyfa valde prominentia et texit ea auro et operuit tam Cherubin quam palmas et cetera.* Ecce, carissimi fratres, consideremus, quid Deo mandante Moyses fecerit, quidve Salomon sapientissimus divino iussu construxerit, et cetera.

Quanto[3] debemus puro cordis annisu ipsum Christum dominum nostrum sanctamque semper virginem eius genitricem Mariam, apostolos quoque vel omnes sanctos Dei per eorum sacras effigies atque imagines colere, adorare et ad propitiandum nobis petere et relaxare delicta. Nos non ob aliud nomen imagines facimus et adoramus, sed pro nobis incarnato verbo Dei. Si autem manufacta omnia abicienda sunt, neque arca foederis neque aurea et celata Cherubim eius debuerant
cf. Exod. 36, 1. recipi, quae per Beseleel et Eliab facta sunt iuxta praeceptum Dei. Si vero illa sicut similia invisibilia facta sunt, ita et haec simili modo secundum visiones et revelationes prophetarum coloribus distinctae efficiuntur, et cetera.

Item Iohannis archiepiscopi Constantinopolitani, qui et Chrysostomi. Iohannis Chrysostomi in sermone coenae Domini: Omnia[4] facta sunt propter gloriam Dei, usui autem nostro nubes ad imbrium ministerium, terra ad frumenti abundantiam, mare ad negotiandum copiose; absque invidia omnia famulantur homini, magis autem imagini Domini. Neque enim quando imperiales vultus et imagines in civitates introducuntur et obviant iudices et plebes cum laudibus, non tabulam honorantes neque effusas ex aere figuras, sed figuram imperatoris, sic et creatura non terrenam speciem honorat, sed eandem ipsam caelestem figuram reveretur.

Item beati Iohannis Chrysostomi de parabola seminis: Indumentum[5] imperiale si iniuriaveris, nonne eum, qui induitur, iniurias? Nescis, quia, si quis imaginem imperatoris iniuriat, ad eum ipsum imperatorem principaliter dignitati eius adfert iniuriam? Nescis, quia, si quis imaginem ex ligno aut ex colore detrahit, non sicut ad elementum sine anima ausus iudicatur, sed sicut adversus imperatorem dissegregatam imaginem totidem imperatoris gestans eius iniuriam ad imperatorem deducit?

Sancti Basilii ex libro ad Amphilochium de Spiritu sancto in capitulo septimo decimo: Quoniam[6] imperator dicitur, et imperatoris imago et non duo imperatores. Neque enim

21 arcam *P.* 25 Item — Chrysostomi *ex nota marginali in textu recepta crediderim.* 30 effusae cerae scripturae *P.*

1) *Gregorii III. (731—741) synodica anni 731. (cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 111) servatur in Hadriani epist., MG. Epp. V, 19.* 2) *Ibidem.* 3) *Ibidem; v. quae K. Hampe exponit Epp. V, 46 ann. 6.* 4) *Hunc locum inter opera Iohannis Chrysostomi non inveni, sed legitur in Hadriani epist., Mansi XII, 1068. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 47.* 5) *Ibid.; Mansi XII, 1068. In altera epistola (MG. Epp. V, 47; v. ibid. p. 641) idem locus Severiano Gabalensi adscribitur. Cf. Libri Carolini II c. 19.* 6) *Basilius, De Spiritu sancto c. 18 § 45; Opp. ed. Bened. III, 38. Cf. concil. Nicaen. 787 act. IV.; Mansi XIII, 69.*

fortitudo scinditur neque gloria dividitur. Sicut enim quae tenet noster principatus et potestas una, sic et quae erga nos glorificatio una et non multae, quoniam imaginis honor ad primam formam transit.

Item sancti Basilii in epistola ad Iulianum imperatorem missa: Secundum[1] id, quod divinitus datam, haereditariam nobis, inmaculatam Christianorum fidem confiteor et promitto, credo in unum Deum patrem omnipotentem, Deum patrem, Deum filium, Deum Spiritum sanctum, unum Deum. Haec tria adoro et glorifico. Confiteor autem et filii incarnati dispensationem et Dei genitricem, quae secundum carnem eum genuit, sanctam Mariam. Suscipio vero et sanctos apostolos, prophetas et martyres et ad Deum deprecationem, quae per eos — scilicet illis mediantibus — propitiatorem mihi efficit misericordissimum Deum et remissionem mihi facinorum condonari, pro quo et figuras imaginum eorum honoro et adoro, specialiter hoc traditum tam a sanctis apostolis et non prohibitum, sed in omnibus ecclesiis nostris eorum designantes historiam.

Item ipse in sermone sanctorum XL martyrum: Nam[2] et bellorum triumphos ac victoriae et sermonum conscriptores multotiens et pictores significant, quidam autem verbo adornantes, quidam vero tabulis praesignantes et multos uterque ad virilitatem excitaverunt. Quae enim sermo historiae per auditum, haec conscripta silens admonitio per imitationem demonstrat.

Item sancti Athanasii. Interrogatio Antiochi ad sanctum Athanasium pro imaginibus: Quomodo, lex et prophetae dicentes: 'Statuas et similitudines non adoretis' quare ergo vos facitis imagines et adoratis eas? Responsio Athanasii: Non[3] ut Deos imagines adoramus, nos fideles sicut pagani. Absit. Sed tantummodo affectu et caritatis nostrae animae ad vultum faciei imagines apparentes. Unde multoties vultu deleto sicut lignum purum atque commune, iam quod dudum fuerat imago, comburimus. Sicut enim Iacob aproximans morti cf. Gen. 47, 31.
summitatem virgae Ioseph adoravit, non virgam honorificans, sed qui eam tenebat, sic et fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, non pro desiderio effigie declarata.

Item beati Cyrilli Alexandrini episcopi in sermone Matthei evangelistae: Depingitur[4] enim fides, quod in forma Dei existit verbum, sicut et nostrae vitae redemptione oblatus est Deo secundum nostram similitudinem indutus et factus homo.

Et idem ipse post pauca: Imaginum[5] nobis explent opus parabolae significantium virtutem, cuidam, quomodo et oculorum adhiberi et palpatu manus afferri, in vestigiis, mentibus, inapparabiliter habens visionem.

Item sancti Cyrilli: Quemadmodum[6] imaginem quis designatam iocundam respexerit, mirabitur quidem regis figuram, et quae illo apparet: haec et eius noscens conscriptionem pariter cernens delectabitur, ut ipsum regem aspiciat, et cetera.

Item sancti Epyphanii episcopi Constantiae Cypri: Etenim[7] imperatores pro eo, quod habent imagines, non duo sunt imperatores, sed imperator unus cum imagine.

Item sancti Stephani episcopi Bostron ad quosdam de imaginibus sanctorum: De[8] imaginibus sanctorum confidimus, quoniam omne opus, quod fit in Dei nomine, bonum est et sanctum. Aliud est enim imago et aliud simulacrum, id est statunculum. Quando enim Deus Adam plasmavit, videlicet et condidit, dicebat: *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem,* Gen. 1, 26.

1 tenetur *P; corr. e coni.* 18 lex — dicentes *nomin. absol.* 39 condidisset *P.*

1) *Ps.-Basilius, Epistola 360; Opp. Basilii III, 462. Cf. Hadriani epist., Mansi XII, 1065. Concil. Nicaen. act. IV., ibid. XIII, 72.* 2) *Basilius, Homilia XIX. in quadraginta martyres § 2; Opp. II, 149. Cf. Hadriani epist., Mansi XII, 1067.* 3) *Athanasius, Quaestiones ad Antiochum quaest. 39; Opp. ed. Giustiniani II, 225. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 31.* 4) *Hunc et duos subsequentes locos inter opera Cyrilli frustra quaesivi; primus (l. 25—27) legitur in Hadriani epistola, Mansi XII, 1068.* 5) *Ibidem. Cf. Libri Carolini II c. 20.* 6) *Legitur in Hadriani epistola, MG. Epp. V, 33.* 7) *Legitur in Hadriani epistola, Mansi XII, 1069.* 8) *Ibid.; l. l. XII, 1069. 1072 (col. 1070 sq. versione Graeca occupantur).*

et fecit hominem imagini Dei. Quid enim? Ergo quia imago est homo Dei, idolatria est, id est idolorum cultura est et impietas? Nequaquam fiat. Si enim Adam imago daemonum, abiectus fuit et inacceptabilis; sed quia imago Dei est, honorabilis est et acceptabilis. Omnis enim imago in nomine Domini aut angelorum aut prophetarum aut apostolorum aut martyrum aut iustorum sancta est; non enim lignum adoratur, sed is, qui in ligno commemoratur et contemplatur, honoratur. Omnes enim nos honoramus iudices et salutamus, etiamsi peccatores sint. Quid ergo? Numquid non debemus adorare sanctos Dei servos et propter memoriam eorum constituere et erigere imagines, quod non obliviscantur? Sed dices, quia ipse Deus praecepit et non adorare nos manufactos. Dic itaque, o Iudaee, quale super terram non est manufactum post facturam Dei? Quid ergo? Arca Dei, quae ex lignis Sethim fabricata atque constructa est, non fuit manufacta, et altare et propitiatorium et urna, quae habuit manna, et mensa et lucerna et tabernaculum interius et exterius non fuerunt ex operibus manuum hominum, quae Salomon fecit? Et cur sancta sanctorum vocantur, manufacta existentia? Ita Cherubim et senarum alarum in circuitu propitiatorii non fuerunt statuae et imagines angelorum, opera manuum hominum? Et quomodo non abiciuntur? Sed quia per praeceptum Dei imagines factae sunt angelorum, sancta sunt, licet statuae fuerint. Etenim idola gentium, quia imagines fuerunt daemonum, Deus prohibuit et condemnavit ea. Nos autem ad memoriam sanctorum imagines facimus Abrahae, Moysi et Heliae, Isaiae et Zachariae et reliquorum prophetarum, apostolorum et martyrum sanctorum, qui propter Deum interempti sunt, ut omnis, qui videt eos in imagine, memoretur eorum et glorificet Deum, qui glorificavit eos. Decet enim eos honor et adoratio et commendatio secundum iustitiam eorum, ut omnes, qui vident eos, festinent et ipsi imitatores effici actionum eorum. Quae enim est adoratio nisi honor tantummodo, sicut et nos peccatores adoramus et salutamus nos alterutrum secundum honorem et dilectionem? Etenim Deum nostrum non aliter adoramus et glorificamus et contremiscimus. Imago est similitudo eius, qui in ea conscriptus est. Impii autem, qui bonum non agunt, neque sanctorum commemorantes non prohibeant neque scandalizent eos, qui benefaciunt et honorant sanctos et servos Dei et commemorantur eorum; mercedem enim bonae operationis accipient. Impii vero secundum quod cogitaverunt habebunt desolationis inhonorationem sicut id, quod iustum erat, negligentes et a Domino recedentes. Propter memoriam namque in imaginibus conscribuntur et honorantur, immo et adorantur sancti sicut servi Dei, ut pro nobis divinitatem sint exorantes atque implorantes; dignum enim est commemorari doctorum nostrorum et gratias referre Deo.

Item sancti Dyonisii Ariopagitae Atheniensis episcopi in epistola, quam scripsit ad sanctum Iohannem evangelistam, inter cetera inquid: Quid[1] mirabile, si Christus verax, et discipulos iniqui de civitatibus eiciunt, ipsi digne sibi iudicantes, et de sacro scelerati interdicunt et recedentes? In veritate et manifeste imagines sunt visibiles invisibilium; nec enim in saeculis supervenientibus culpabilis erit ex eius iustitia respectus Dei.

Item eiusdem de caelesti militia et infra: Praedicta[2] enim incorporea agmina diversis coloribus effigurantur, conpositionibus variis, quatinus sic tacite nosmetipsos per sacratissimas effigies ad simplices et incorporales pia mente transeamus. Etenim impossibile est nostrae menti ad incorporea illa pertingere, caelestis militiae imitationem visionemque, nisi per elementorum poterimus visibilem decorem ad invisibilem pulcherrimamque attingi effigiem et visibiles odoriferasque imagines rationali traditione invisibiles praefulgi, et cetera.

2 daemonum] *scil.* esset. 5 contemplatus *P.* 11 inferius *P.* 14 imagines] magines *P.* 16 eas *P.* 19 eis *P.* 23 non *deest P.* 27 erat *deest P.* 30 refferre *P.* 33 iniqui] inquid *P.* 34 In] a *P.* 39 nisi] nisi si *P.*

1) *Dionysius Areopagita, Epist. 10 ad Iohannem evang.; Opp. ed. Corderius I, 620. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 32.* 2) *Dionysius Areopagita, De caelesti hierarchia I § 3; Opp. I, 2. Cf. Hadriani epist., MG. Ep. V, 32 sq.*

In definitione sancti sexti et magni concilii cap. LXXXII.: In[1] quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus digito praecursoris monstratus designatur, qui in signum relictus est gratiae, verum nobis per legem praemonstrans agnum Christum Deum nostrum, qui abstulit peccata mundi.

Et post pauca: Secundum[2] humanam figuram et in imaginibus nunc pro veteri agno retitulari decernimus, per ipsum humilitatis altitudinem Dei verbi considerantes et ad memoriam quae in carne actionis quique passionis eius et salutiferae mortis manibus educati et quae abhinc facta est mundi redemptio et cetera.

Unde et beatus Augustinus in nonagesimo secundo psalmo inquit: Si[3] autem non adoras in Christo ista terrena, quamvis de illis similitudo quaedam data est ad significandum sanctos, de quacumque creatura ducta fuerit similitudo, tu intellige similitudinem creaturae et adora artificem creaturae et cetera.

Item sancti Athanasii episcopi Alexandrini de humanatione Domini, cuius initium: Sufficienter[4] quidem de his multis pauca sumentes intimavimus.

Et post: Sicut[5] ea, quae scribitur in lignis, forma abolita exterioribus sordibus, iterum necesse id ipsum recuperari atque uniri ei, cuius est forma, ut innovari possit imago in eadem materia atque elemento. Per eius enim formam et ipsa materia, ubi et conscribitur, non deicitur, sed in ea ipsa configuratur.

Item beati Ambrosii Mediolanensis episcopi ad Gratianum imperatorem, ex libro tertio cap. nono: Numquidnam[6], quando et deitatem et carnem eius adoramus, dividimus Christum? Aut quando in ipso et Dei imaginem et crucem adoramus, dividimus eum? Absit.

Item beati Gregorii Nyseni episcopi inter plura, ubi de Abraham sermonem instituit: Vidi[7] imaginem passionis et non sine lacrimis visionem transivi opus artis ad faciem deducens historiam et cetera.

Item ipse in interpretatione in cantica canticorum: Sicut[8] vero conscripta doctrina materia quaedam est, ita omnino in diversis tincturis, quae complent animantis imitationem. Qui vero imaginem conspicit ex eadem arte per colores completam tabulam, non tincturis praefert contemplationem, sed visionem depictam conspicit tantummodo, quam per colores magister demonstravit.

Leontii episcopi Neapoli Cypri in quinto sermone propter Christianorum responsum adversum Iudaeos et de imaginibus sanctorum: Nunc[9] vero de venerandis pietisque imaginibus responsum faciamus, ut obstruantur ora loquentium iniquitatem. Legalis enim est haec traditio, et audi Deum dicentem ad Moysen: *Imagines duas Cherubim aureas sculptas construe* Exod. 25, 18
obumbrantes propitiatorium. Et iterum, templum quod ostendit Deus Ezechieli: *Facies,* dixit, *pal-* cf. Ezech. 41, 19. 20.
marum et leonum et hominum et Cherubim a pavimento eius, usque ad cameram tecti. Certe terribilis sermo, qui praecepit Israheli, ne faceret quodlibet sculptile neque imaginem neque simili- cf. Exod. 20, 4.
tudinem, quae sunt in caelo et quae sunt in terra: ipse praecepit Moysi facere sculptilia animalia et Cherubim. Unde et Salomon ex lege suscipiens signum plenum fecit templum aere et sculptile cf. 3 Reg. 6, 1 sqq. 7, 1 sqq.

16 ei] is *P.* 20 Numquidne *P.* 23 opus] opere *P.* 27 vero] vero ad *P.* 32 est] et *P.* 34 Ezechielo *P.*

1) *Synodi quinisextae sive Trullanae 692 (cf. Hefele, l. l. III, 329) c. 82; Mansi XI, 977. Cf. Conc. Nic. act. IV., ibid. XIII, 40. V. Libr. Carolin. II c. 18.* 2) *Ibid.; Mansi XI, 980.* 3) *Augustinus, Enarr. in psalm. 93 § 4; Opp. IV, 1001. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 32.* 4) *Athanasius, De incarn. verbi Dei § 1; Opp. ed. Giustiniani I, 1, 38.* 5) *Ibidem § 14; l. l. I, 1, 47. Cf. Hadriani epist., Mansi XII, 1069.* 6) *Ambrosius, De incarn. domin. sacramento c. 7 § 75; Opp. II, 720. Cf. Hadriani epistolae, Mansi XII, 1068 et MG. Epp. V, 52. V. Libr. Carolin. II c. 15.* 7) *Mansi XII, 1065. V. supra p. 486, l. 35 sqq.* 8) *Mansi XII, 1065.* 9) *Cf. Conc. Nic. act. IV., Mansi XIII, 44.*

et fusile, leonum, boum et palmarum et hominum et non est reprehensus a Deo. Si enim me reprehendere vis pro imaginibus, reprehende Deum, qui haec fieri iussit, in memoria eius esse erga nos. Iudaeus dixit: Sed non adorabantur illae sicut dii similitudines, sed memoria tantummodo fiebat. Christianus dixit: Bene dixisti, neque a nobis ut dii adorantur sanctorum effigies et imagines et signa. Si enim ut Deum adorant lignorum imagines, debebunt omnino et cetera ligna adorare; si vero ut Deum adorarent lignum, non omnino deleta effigie imaginem incenderent.

Et iterum: Damus[1] que sunt annexa duo ligna crucis, adoro signum propter Christum, qui in ea crucifixus est; at ubi divisa fuerint ab alterutrum, proicio ea et incendo. Et sicut qui iussionem imperatoris suscipiens et osculatus est signum, non lutum honorat aut cartam aut plumbum, sed imperatori salutem et venerationem reddidit, sic et Christianorum pueri signum crucis adorantes non naturam ligni veneramur, sed signum et figuram Christi. Ipsum videntes per ipsum, qui in ea crucifixus est, osculamur et adoramus et cetera.

Et post pauca: Sicut[2] enim virgam Christi, crucem adoramus, sicut enim sedem et lectum eius, sanctum sepulchrum, sicut enim domum, praesepium et Betleem, et cetera sancta eius tabernacula, sicut enim amicos eius, apostolos eius et sanctos martyres et reliquos sanctos, Christi vero passionem in ecclesiis et in domibus et in plateis et in imaginibus et in velis et in cubiculis et in vestibus et in omni loco designamus, ut indesinenter aspicientes haec recordemur et non obliviscamur, sicut tu oblitus es domini Dei tui et sicut tu adorans librum legis non naturam pellium et atramenti adoras, sed verba Dei, quae in eo continentur, sic et ego imaginem Christi adorans non naturam lignorum aut colorum adoro, absit; sed inanimata in figuram Christi tenens per eam Christum spero tenere et adorare.

Et infra sequitur: Nam[3] et ipsos filios nostros et patres factos existentes et peccatores saepius osculamur et non in hoc consideramus; non ut deos eos osculamur, sed amorem nostrae naturae, quem erga eos habemus, per osculum ostendimus. Sicut enim [illegible] dixit: Mens scrutatur in omni osculo et in omni adoratione et cetera, sic [illegible] Christianorum populi, quanti[illegible] signa crucis et imaginum osculantur, non ipsis [illegible] lignis aut lapidibus proferunt aut auro aut corruptae imagini aut [illegible], sed per illa Deo [illegible] et omnium [illegible] est, gloriam et osculum et venerationem [illegible].

Et infra: Qui[4] enim diligit amicum [illegible] sive filium eius videns sive virgam sive sedem sive [illegible] osculatur et [illegible] per hos benefactorem et magis Deum. Quanto [illegible] Christiani [illegible] crucem, [illegible] Christo adorationem [illegible] ligno. Nam si naturam ligni [illegible] et arbores et nemora adorare [illegible] Israhel, adorantes [illegible] arbor et [illegible] es Deus et tu [illegible] cruci [illegible] sanctorum. Dii nostri estis. Non enim [illegible] et imagines Christi et sanctorum eius et ad memoriam et [illegible] et [illegible]. Qui enim honorat martyrem Deum honorat [illegible] ipsi Deo [illegible] apostolos honorat [illegible] et cetera.

Item beati Augustini de eo, quod [illegible] Deus [illegible] virga et manu [illegible] et aqua in sanguinem et post quaedam interposita [illegible]. Sicut[5] Moyses [illegible] in eo [illegible] peccatorum [illegible]

[illegible]

[illegible] 3 *Ibid.*: [illegible] opp. V. 36. [illegible]

Item eiusdem sancti Augustini super Iohannem evangelistam de eodem sermone omelia inter cetera: Interim[1] modo, fratres, ut a peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur, quia, *sicut Moyses exaltavit serpentem in heremo, ita exaltari oportet filium hominis.* Hoc enim Ioh. 3, 14. 15. interest inter figuram sive imaginem et rem ipsam: figura praestabat vitam temporalem, res ipsa, cuius illa figura erat, praestabat vitam aeternam et cetera.

Item sancti Augustini de libro tertio sanctae trinitatis inter cetera: Nam[2] sicut unctio lapidis Christum in carne, in qua unctus est oleo exaltationis prae participibus suis, ita virga Moysi conversa in serpentem ipsum Christum factum oboedientem usque ad mortem eius, unde ait: *Sicut exaltavit Moyses serpentem in heremo.* Ioh. 3, 14.

Et post cetera: Si[3] intuentes illum serpentem exaltatum in heremo serpentum morsibus non peribunt, vetus homo noster crucifixus est cruci cum illo. Per serpentem autem mors intelligitur, quae facta est a serpente in paradyso, modo locutionis per efficientem id, quod efficitur, demonstrante. Ergo virga in serpente, Christus in morte et serpens rursus in virga, Christus in resurrectione, totus in corpore suo, quod est ecclesia et cetera.

Item beati Augustini in libro Exodi inter cetera: Facta[4] credimus, quemadmodum facta legimus; et tamen ipsa facta umbram fuisse futurorum apostolica doctrina cognoscimus. cf. Col. 2, 17. Putamus ergo spiritaliter esse investiganda quae facta sunt; facta tamen esse negare non possumus et cetera.

Item ipse in psalmo septuagesimo tertio: Immo[5] iam in nomine Christi venire gaudeamus, iam tenentes sceptrum subduntur ligno crucis, iam fit quod praedictum est: *Adorabunt eum omnes* Ps. 71, 11. *reges terrae, omnes gentes servient illi.* Iam enim in frontibus regum pretiosius est signum crucis quam gemma diadematis.

Item Augustini de filio Abrahae ducto ad sacrificium inter cetera: Non[6] enim frustra moti estis, cum hoc dicerem: Crux cornua habet. Sic enim duo ligna compinguntur in se, ut speciem crucis reddant. Sicut ergo imagine crucis multis locis videmus, ut fiant duo cornua, quibus infigantur manus, cornibus haerentem arietem, crucifixum Dominum, video et cetera.

Item sancti Severiani Gabalensis de sermone sanctae crucis inter cetera: Putas[7] non erat iustum dici: Si quis vestrum morsus fuerit, respiciat in caelum sursum ad Deum et salvabitur? Ut enim et attendi caelo relinquat, non potuit dicere: Si quis morsus fuerit, aspiciat lucernam luminis et salvabitur? aut aspiciat ad mensam propositionis sanctorum panum et salvabitur? aut ad altare aut ad velum aut in arcam aut in imaginem Cherubim aut in propitiatorium? Sed nihil horum ad medium adduxit legislator magnus, sed solam fixit crucis imaginem et hanc per maledictum serpentem. Dic mihi ut fidelis famulus: Quod interdicis facis? quod abrenuntias aedificas? Qui dicis: *Non facies sculptile,* et fusilem sculpis serpentem? Sed illa quidem lege Exod. 20, 4 Levit. 26, posui, ut materias abscidam impietatis et populum hunc eruam omni idolorum cultura; nunc autem effundo serpentem, ut praefigurem imaginem salvatoris et cetera.

Item sancti Augustini ad Dulcitium in quaestione sexta de Samuhelis imagine: Solent[8] enim in scripturis imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt, sicut

7 exultationis *P.* 34 fusile *P.*

1) *Augustinus, Tractat. in evang. Iohannis XII § 11; Opp. III, 2, 388 sq. Cf. cum hoc loco et duobus subsequentibus Hadriani epist., MG. Epp. V, 28.* 2) *Augustinus, De trinitate l. III c. 10 § 20; Opp. VIII, 804.* 3) *Ibidem.* 4) *Hunc locum non inveni, sed legitur in Hadriani epist., MG. Epp. V, 36.* 5) *Augustinus, Enarr. in psalm. 73 § 6; Opp. IV, 772. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 27.* 6) *Hunc locum frustra quaesivi, sed legitur in Hadriani epist., MG. Epp. V, 43.* 7) *Severianus Gabalensis, Homilia de serpente c. 2; Opp. Chrysostomi ed. Montfaucon VI, 513. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 28.* 8) *Augustinus, De octo Dulcitii quaestionibus quaest. 6 § 3; Opp. VI, 134.*

omnia, quae pinguntur atque finguntur ex aliqua materie metalli aut ligni vel cuiuscumque rei aptae ad opera huiusmodi, quae etiam videntur in somnis et omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. Quis enim est, qui hominem pictum dubitet vocare hominem? Quandoquidem et singulorum quorumque picturam cum aspicimus, propria quoque nomina incunctanter adhibemus, velut cum intuentes tabulam aut parietem dicimus: Ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Symois, illa Roma, cum aliud nihil sint quam pictae imagines. Unde Cherubim cum sint caelitus potestates, factae tamen ex metallo, quod imperavit Deus, super arcam testamenti magnae rei significandae gratia, non aliud quam Cherubim illa quoque figmenta vocitantur. Item quisquis videt somnium, non dicit: Vidi imaginem Augustini aut Simpliciani, sed vidi Augustinum aut Simplicianum, cum eo tempore, quo tale aliquid vidit, nos ignoraremus. Usque adeo manifestum est non ipsos homines, sed imagines eorum videri; et Pharao cf. Genes. 41, 2. 5. spicas se dixit vidisse in somnis et boves, non spicarum aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari, non mirum est, quod cf. 1. Reg. 28, 11 sqq. scriptura dicit Samuhelem visum et cetera.

Item Augustini in libro de doctrina Christiana secundo: Signum[1] est enim res praeter speciem, quam ingerit, sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire, sicut vestigio viso transisse animal, cuius vestigium est, cogitamus et viso fumo ignem subesse cognoscimus. Signorum[2] igitur alia sunt naturalia, alia data. Signa[3] data sunt, quae divinitus in scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea conscripserunt et cetera.

Ante[4] omnia igitur opus est Dei timore converti ad cognoscendam eius voluntatem, quid nobis appetendum fugiendumque praecipiat.

Et infra: Illud[5] quod est secundum institutiones hominum, partim superstitiosum est, partim non est. Superstitiosum[6] est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda et colenda idola pertinens vel ad colendam sicut Deum creaturam.

Et post pauca in eodem sequitur libro: Appetunt[7] tamen omnes quandam similitudinem in significando, ut ipsa signa, in quantum possunt, rebus, quae significantur, similia sint. Sed quia multis modis simile aliquid alicui potest esse, non constant talia signa inter homines, nisi consensus accedat. In[8] picturis vero et statuis ceterisque huiusmodi simulatis operibus maxime peritorum artificum nemo errat, cum similia viderit, ut agnoscat, quibus sint rebus similia. Et hoc totum genus inter superflua hominum instituta numerandum est, nisi cum interest, quid eorum, qua de causa et ubi et quando et cuius auctoritate fiat et cetera.

Item Augustini in libro tertio eiusdem: Qui[9] vero aut operatur aut veneratur utile signum divinitus institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur, quod videtur et transit, sed illud potius, quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritalis et liber est etiam tempore servitutis, quo carnalibus animis nondum oportet signa illa revelari, quorum iugo edomandi sunt. Tales autem spiritales erant patriarchae ac prophetae omnesque in populo Israhel, per quos nobis Spiritus sanctus ipsa scripturarum et auxilia et solatia ministravit et cetera.

Item sancti Athanasii in sermone quarto adversum Arrianos: Arriomanitae[10], ut dictum est, iudicantes semel transgressores fieri.

6 Salustius *P.* 28 ceteris *P.*

1) *Augustinus, De doctrina Christiana II c. 1 § 1; Opp. III, 1, 19.* 2) *Ibid. § 2; l. l.* 3) *Ibid. § 3; l. l.* 4) *Ibid. II c. 7 § 9; l. l. III, 1, 22.* 5) *Ibid. II c. 19 § 29; l. l. III, 1, 31.* 6) *Ibid. c. 20 § 30; l. l.* 7) *Ibid. II c. 25 § 38; l. l. III, 1, 37.* 8) *Ibid. § 39; l. l.* 9) *Ibid. III c. 9 § 13; l. l. III, 1, 48.* 10) *Athanasius, Oratio 3 adversus Arrianos c. 1; Opp. ed. Giustiniani I, 1, 435. Cf. cum hoc loco et subsequenti Conc. Nic. act. IV., Mansi XIII, 69.*

Et post cetera: Hoc[1] et ab exemplo imaginis imperatoris attentius quis considerare poterit. Igitur in imagine imperatoris similitudo et forma est: et in imperatore quidem quae in imagine similitudo est; immutabilis enim est quae in imagine imperatoris similitudo, quatinus qui conspicit imaginem videt in ipsa imperatorem; et iterum qui vidit imperatorem cognoscit, quoniam hic est, qui in imagine. Ideo quod non immutetur similitudo qui voluerit cum imagine videre imperatorem, dicat namque: Ego et imperator unum sumus; ego enim in eo sum et ille in me, et quod conspicis in me, hoc in illo vides, et quod vidisti in illo, hoc vides et in me. Qui enim salutat imaginem in ipsa salutat imperatorem. Enimvero illius forma et species est imago et cetera.

Item sancti Anastasii episcopi Theopoleos ad Symeonem episcopum Bostrae: Si[2], patres, oportet secundum eloquium, ut tu asseris, interrogare, insuper autem et seniores.

Et post pauca: Sicut[3] enim absente quidem imperatore imago eius pro eo adoratur, praesente ergo ipso superfluum est relinquere primam formam et adorare imaginem, nonne quia praefertur propter praesentiam pro quo adoratur, inhonorari eam oportet?

Et iterum: Sicut[4] enim qui iniuriat imaginem imperatoris poenam iustam sustinebit sicuti eum ipsum imperatorem inhonorans. Etenim imagine nihil aliud existente nisi lignum cum coloribus cerae mixtis et contemperatis, simili modo qui signum cuiuslibet inhonorat in eum ipsum, cuius signum est, refert iniuriam et cetera.

In historia tripertita libri sexti cap. quadragesimo primo Sozomenus inquit: Illud[5] quoque, quod sub Iuliano provenit, narrare non sileo. Fuit enim signum quidem virtutis Christi et indicium contra principem iracundiae Dei. Cum enim agnovisset in Caesarea Philippi civitate Pheniciae, quam Paneam vocabant, insigne Christi esse simulacrum, quod sanguinis liberata profluvio constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocavit. Quae violento igne de caelo cadente circa eius pectus divisa est et caput cum cervice una parte deiectum atque in terra fixum; reliqua vero pars hactenus restitit et fulminis indicium reservavit. Statuam vero Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt. Postea vero Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt, quo hactenus reservatur.

Item ipse cap. XLII.: Hoc[6] itaque simulacrum, sicuti refert Eusebius, omnium passionum et aegritudinum noscitur esse medicamentum, iuxta quod quaedam herba germinat, cuius speciem nullus nostrae terrae medicus licet expertus agnovit; mihi namque videtur, quia adveniente Domino nullum miraculum nullumque beneficium putari debet incredulum et cetera.

In historia Anglorum libri primi cap. XXV., cuius initium: Roboratus[7] confirmatione beati patris Gregorii Augustinus, confamulus Christi, qui erat cum eo, rediit in opus verbi pervenitque Britanniam. Erat eo tempore rex Edilbereth in Cantia potentissimus.

Et post pauca in eadem sequitur epistola: Post[8] dies ergo venit ad insulam rex et residens sub divo iussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire conloquium. Caverat enim, ne in aliquam domum ad se introirent veteri usus augurio, ne superventu suo, si quid maleficii artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non daemonica, sed divina virtute praediti veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam et imaginem Domini salvatoris in tabula depictam laetaniasque canentes pro sua simul et eorum, propter quos et ad quos venerant, salute aeterna Domino supplicabant.

Item sequitur: Fertur[9] autem, quia appropinquantes civitati more suo cum cruce sancta et imagine magni regis domini nostri Iesu Christi hanc laetaniam consona voce modularentur: Depre-

6 dicat] *sc.* imago. 18 quadragesimo *deest P.* Sozomenus] Zosemenus *P.*

1) *Athanasius, Oratio 3 adversus Arrianos c. 5; Opp. I, 1, 439.* 2) *Cf. Conc. Nic. act. IV.; l. l. XIII, 56.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem; l. l. XIII, 57.* 5) *Cassiodorus, Historia tripartita VI c. 41; Opera ed. Garet I, 297. V. supra p. 487 l. 17 sqq.* 6) *Ibid. c. 42; l. l.* 7) *Beda, Historia Anglorum I c. 25; Opp. ed. Giles II, 100.* 8) *Ibidem.* 9) *Ibid.; l. l. II, 102.*

camur te, Domine, in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira tua a civitate ista et a domo sancta tua, quoniam peccavimus et cetera.

In epistola beati Germani patriarchae Constantinopolitani ad Iohannem episcopum Synadorum, postquam litteras beati Gregorii papae[1] suscepit, inter cetera inquit: Epistolam[2] vestrae sanctitatis suscepi, in qua referebatur de episcopo Nacholiae. Significamus enim nunc vobis, sicut et pridem quam susciperemus litteras vestrae sanctitatis, coniungente hic eodem Deo amabili episcopo in verbis, venimus cum ipso sciscitantes sensum eius, unde nobis relatum fuerat de illo. Ipse vero nobis hunc dedit responsum — oportunum enim est singillatim omnia intimare
Exod. 20, 4. vestrae sanctitati — quoniam audiens divina scriptura dicente: *Non facies tibi omnem similitudinem, ut adores ea, quanta in caelo sursum et quanta in terra deorsum.* Secundum hoc dixi, quoniam non debetur manufactis adoratio. Nam sanctos Christi martyres, qui verae sunt margaritae fidei, omni honore dignos putamus et intercessiones eorum invocamus. Ad haec quidem nos illi responsum reddidimus, quoniam Christianorum fides venerationem et adorationem ad unum et solum Deum
Matth. 4, 10. refert, sicut scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Glorificatio enim nostra et servitium ipsi soli offertur.

Et post pauca: In[3] sanctis vero, qui in caelis sunt, et invisibilibus et incorporeis virtutibus sancta laudatur et glorificatur trinitas in singulari dominatione et deitate, sicut et unus Deus a nobis
Ps. 65, 7. confitetur et non est praeter illum, *qui dominetur in virtute sua in aeternum.*

Et post pauca: Neque[4] enim divinae dominationis venerationem in confamulos transferimus; neque enim imperatores aut principes in terra adorantes similitudinem ut ad Deum adorationem facere videmur; neque imaginum facturam, quae per caeram et colores designantur, in transmutationem divinae venerationis suscepimus; neque enim invisibilem deitatem imagine aut similitudine aut habitu aut forma aliqua designamus — etiam neque ipsorum angelorum, quibus existunt ordinibus, aut sentiri vel investigari ullo modo possunt —, sed quoniam unigenitus filius, qui est in sinu patris, revocans propriam creaturam a morte iudicii bonae voluntatis patris et Spiritus sancti homo
cf. Philip. 2, 6—9. fieri dignatus est, sicut inquit apostolus, per omnia similis nobis factus absque peccato, humanum eius vultum et secundum carnem eius humanam similitudinem imagine designantes et non incomprehensibilem aut invisibilem eius deitatem et cetera.

Simili[5] enim modo secundum carnem eius incontaminatae matris sanctae Dei genitricis ipso modo similitudinem demonstrantes, quoniam, mulieris natura existente et non aliena nostrae massae facta, Deum invisibilem et omnia manu continentem in suo concepit utero et genuit incarnatum. Etenim ut proprie et vere matrem Dei veri veneramur eam et magnificamus. Sanctos enim martyres Christi apostolosque et prophetas miramur et beatificamus et ad memoriam fortitudinis eorum similitudines imaginum ipsorum describimus, non ut divinae naturae socios eos aestimemus, neque quae debetur deitati gloriae quidem et potestati, honorem et adorationem illis impendimus, sed amorem nostrum, quem in ipsis habemus, per haec manifestamus et ea, quae per auditum veraciter credidimus, designamus. Nam et ipsi sancti Dei in unum et solum Deum servitutem et glorificationem et adorationem observantes et ad hoc omnes convocantes atque docentes eorum effuderunt sanguinem et in veritate confessionis coronam adepti sunt. Iste est modus in imaginum picturis; et non sicut invisibili deitati in spiritu et veritate adorationem inmutamus in manufactis imaginibus, sed caritatem nostram, quam iuste habemus ad veros servos Dei nostri, tali modo ostendentes; et in eorum honore glorificatur Deus, qui glorificavit eos et cetera.

In actione septima de significatione adorationis: Adoratio[6] multis modis intelligitur. Est enim adoratio secundum honorem et amorem et timorem, sicuti adorantur principes et illorum

1) *Sc. Gregorii II. epist. (J.- E. n. 2181), unde supra p. 508 l. 27 sqq. excerpta legebantur.* 2) *Germani patriarchae epistola ad Iohannem Synadensem episcopum inter acta concilii Nicaeni act. IV. (Mansi XIII, 100) invenitur.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibidem.* 6) *Epistola concilii Nicaeni ad Constantinum et Irenem; Mansi XIII, 405.*

potestas. Est alia adoratio timoris proprie, sicut Iacob adoravit Esau. [cf. Gen. 33, 3.] Est iterum adoratio secundum gratiam, sicut Abraham propter agrum, quem accepit a filiis Eth in sepulturam Sarae mulieris eius, [cf. ib. 23, 7.] et adoravit eos. Est iterum adoratio, cum creditur aliqua protectio adipisci a supereminentibus, sicut Iacob Pharaonem. [cf. ib. 47, 10(?).] Est vera et certissima adoratio, quae soli debetur omnipotenti et divinae maiestati, sicut dicit scriptura: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* [Matth. 4, 10.] Hanc autem adorationem ad nullam creaturam licet transferre nec in manufactis inmutare et cetera.

Augustinus in libro primo sanctae trinitatis, cum de Spiritu sancto loqueretur, inter cetera inquit: Patri[1] et filio prorsus Spiritus sanctus aequalis et in trinitatis unitate consubstantialis et coaeternus. Maxime vero illo loco satis apparet, quod Spiritus sanctus non sit creatura, ubi iubemur non servire creaturae, sed creatori, [cf. Rom. 1, 25.] non eo modo, quo iubemur per caritatem servire invicem, [cf. Gal. 5, 13.] quod est Graece duleuin, sed eo modo, quo tantum Deo servitur, quod est Graece latreuin, unde idolatrae dicuntur, qui simulacris eam servitutem exhibent, quae debetur Deo. Secundum hanc enim servitutem dictum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* [Matth. 4, 10.] Nam hoc distinctius in Graeca scriptura invenitur: latreusis enim habet. Porro si tali servitute creaturae servire prohibemur, quandoquidem dictum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies,* [ib.] unde et apostolus detestatur eos, qui coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori —, [cf. Rom. 1, 25.] non est utique creatura Spiritus sanctus, cui ab omnibus sanctis talis servitus exhibetur dicente apostolo: *Nos enim sumus circumcisio Spiritui Dei servientes,* [Phil. 3, 3.] quod est in Graeco latreuontes. Plures enim codices etiam Latini sic habent, *qui spiritu Dei servimus.* Nam latria Grece, Latine servitus dicitur, quae quantum ad veram religionem attinet, non nisi uni et soli Deo debetur et cetera.

Item Augustini in libro de animae quantitate: Deus[2] autem inmortalem animam fecit, ut opinor, nisi forte tibi aliter videtur. Ergo tu velles talia fieri ab hominibus, qualia Deus fecit? Non equidem hoc dixerim, sed quemadmodum ipse inmortalis inmortale quiddam fecit ad similitudinem suam, sic et nos, inmortales a Deo facti, ad similitudinem nostram quod facimus inmortale esse deberet. Recte diceres, si ad eius imaginem pingeres tabulam, quod in te inmortale esse credis, nunc vero in ea exprimis similitudinem corporis, quod profecto mortale est. Quomodo ergo sum similis Deo, cum inmortalia nulla possum facere ut ille? Quomodo nec imago corporis tui potest hoc valere, quod tuum corpus valet, sic anima non mirandum est, si potentiam tantam non habet quantam ille, ad cuius similitudinem facta est et cetera.

Isydori episcopi de pictura: Pictura[3] autem est imago exprimens speciem rei alicuius, quae, dum visa fuerit, ad recordationem mentem reducit.

Item: Picturam[4] enim Aegyptii excogitaverunt primum umbram hominis lineis circumductam; itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea diversis sicque paulatim sese ars ipsa distinxit et invenit lumen atque umbras differentiasque colorum. Unde[5] et nunc pictores prius umbras quasdam et lineas futurae imaginis ducunt, deinde coloribus complent tenentes ordinem inventae artis.

Item: Colores[6] autem dictos, quod calore ignis vel solis perficiuntur sive quod initio colabantur, ut summae subtilitatis existerent et cetera.

Unde primum exorta sit in ecclesiis Orientalium imaginum destructio: Tyrannos[7] quidam fuit Seleman nomine, Aggarenus genere. Quo defuncto successit Humarus in regno, cui iterum successit Ezidus, vir valde levis et insipiens. Huius enim temporibus erat quidam in Beriade

11 duleuin] *δουλεύειν al. man superscr. P.* 12 latreuin] *λατρεύειν al. man superscr. P.* 18 Spiritui *e corr. P.* 37 cetera] *in edd. sequuntur illa ex Augustino desumpta* (Item Augustinus — illustratur et fruitur et cetera, *infra p. 520 l. 14—31), quae in codice post verba* Unde primum — cum honore restitutae et cetera, *supra l. 38 — p. 520 l. 13, leguntur.*

1) *Augustinus, De trinitate I c. 6 § 13; Opp. VIII, 756.* 2) *V. supra p. 493 l. 3 sqq.* 3) *V. supra p. 491 l. 16 sqq.* 4) *V. supra p. 491 l. 21 sqq.* 5) *Isidorus, Etymol. XIX c. 16 § 2; Opp. IV, 436.* 6) *Ibid. c. 17 § 2; l. l.* 7) *Concil. Nicaen. act. V.; Mansi XIII, 197. Cf. Hefele, l. l. III, 374.*

maleficus ac divinus, Serantapicus nomine, praeceptor iniquorum Hebraeorum et inimicus Dei ecclesiae, qui, ut comperit levitatem Ezidi protosymboli, accessit ad eum coepitque illi quaedam divinare et praecinere. Illi autem ex hoc acceptabilis factus ac non multo post ei dicere coepit: Benignitati tuae exponere volo, unde, me si audieris, addatur tibi longitudo vitae et perseveres in hoc principatu annos XXX, si quidem impleveris sermones meos. Ille vero insipiens tyrannus obscuratus mente [illegible] longaevae vitae: Quicquid mihi, inquit, praeceperis paratus ad perficiendum existo et, si consecutus fuero, quod pollicitus es, maximos tibi honores retribuam. Maleficus vero et divinus ait [illegible] iube mox generalem scribere epistolam, quatinus omnis imaginaria pictura deleatur in [illegible] Christianorum ecclesiis sive in parietibus sive in vasis sacris et in vestibus altarium et non [illegible] haec, sed quae in civitatum plateis sunt adornatae. Quod audiens perfidus ille tyrannus prae[illegible] praecepturae in cunctis locis ecclesiarum imagines et ceteras similitudines abolere et ita [illegible] ecclesias Dei. Abhinc enim coeperunt corruptores imaginum inveniri. Sed ipse tyrannus [illegible] est, et imagines in pristinum statum cum honore restitutae et cetera.

Item Augustinus in libro de magistro: De[1] his, quae intelleguntur, interiorem veritatem [illegible] dici potest, unde clareat: verbis nos aliquid discere praeter ipsum, qui [illegible] Namque omnia, quae percipimus, aut sensu corporis aut mente percipimus, [illegible] haec intellegibilia sive, ut more nostrorum auctorum loquar, illa carnalia, haec spiri[illegible] eum interrogamur, respondemus, si praesto sunt ea, quae sentimus, velut [illegible] lunam, qualis aut ubi sit: hic ille, qui interrogat, si non [illegible] credit, discit autem nullo modo, nisi et ipse quod dicitur videat, [illegible] et sensibus discit. Nam verba sonant videnti, quae non [illegible] de his, quae coram sentimus, sed de his, quae aliquando [illegible] imagines ab eis impressas memoriaeque mandatas [illegible] cum falsa intueamur, [illegible] nisi quia non nos ea [illegible] Ita illas imagines in memoriae penetralibus [illegible] conscientia non [illegible] Is enim, qui audit, si ea sensit atque [illegible] Si autem ille non [illegible] agitur, quae [illegible] praesentia contuemur, [illegible] et cetera[3].

[illegible] per caritatem Dei, quae ab ipso largiente diffusa est in cordibus [illegible] per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, universae ecclesiae notum esse non [illegible] quod omnia, quae [illegible] sanctam Dei ecclesiam ad perennem [illegible] salutem pertinentia aguntur, ita per eiusdem sancti Spiritus gratiam caute [illegible] ut illud praecipuae caritatis privilegium [illegible] ipse auctor et

[illegible] Caput XVI. [illegible] — p. 520 [illegible] 32 Quia [illegible] 36 sint P.

[illegible] I. 561. [illegible] quae [illegible] papam [illegible] Benigne est [illegible] sint.

largitor omnium bonorum Dominus de mundo corporaliter abscessurus pro summo atque altissimo munere fidelibus suis dando pariter et relinquendo largiri dignatus est, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis,* illud etiam apostoli pariter Ioh. 14, 27. attentissime cogitandum est: *Pacem sequimini et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum;* Hebr. 12, 14. et idcirco valde necesse est, ut quisquis ad illam patriam desiderat pervenire, ubi numquam discordia potuit vel poterit introire, illud summopere agere studeat, per quod et ipse illam Deo placitam caritatis pacem cum omnibus habere studeat et omnes contra illam pacem discordantes ad veram concordiam revocare contendat.

Certum est enim, quia, sicut quisquam, si eandem caritatem, illam Deo placitae fraternitatis caritatem, servare poterit et noluerit, ad palatium caritatis pervenire non poterit, ita, si illos, quos contra eandem dilectionis unitatem dissidentes cognoverit et illos ad tantae beatitudinis viam revocare poterit et virtute, qua valet, non certaverit, ipse sibi eiusdem beatitudinis ianuam seris validissimis claudit. Similiter quoque iustissimo Dei iudicio eandem calcandi semitam obstaculum sibi opponit, si secundum qualitatis suae modum, omnes in Deo unanimes ne in baratrum discordiae proruant, quantum reniti praevalet, viriliter non contendit. Haec ad hoc non humana argumentatione reperta, sed divina tota orbi terrarum docente auctoritate diffusa atque notissima ubique valere debent, ut, ubicumque fuerint discordantes, ad concordiam revocentur, concordes vero, ne in discordiam proruant, ab universis, qui praevalent, tueantur.

His ita summatim praemissis, series huius dictionis postulat, ut subsequens sermo, cur talia praemissa sint, lucide pandat.

Quia igitur, ut universo ecclesiastico ordini revelante Spiritu sancto notum est, inter cetera pietatis documenta testante apostolo fides, spes, caritas praeminent ipsaeque cf. 1 Cor. 13, 13. rursum virtutes per prudentiam, temperantiam, fortitudinem atque iustitiam auctore Deo inviolabiliter conservantur, ita rursus illae quattuor ad humanam derivatae sobriam conversationem per rationem, discretionem, honestatem atque utilitatem habentur atque utuntur; nullusque istis carens illas perfecte habere potuit nec eis rite, istis spretis, aliquando uti praevaluit. Et quamvis sint quaedam ex eis humanam rationem excedentes, ut sunt nonnulla, quae sola fide attingi possunt et ob hoc ineffabilia vel incomprehensibilia dicuntur, auctoritate tamen divina in sacris voluminibus, sanctorum etiam catholicorum patrum edictis, Deo revelante, qualiter eadem tenenda vel confitenda sint, sufficienter repperiuntur. Ideoque poene ab omnibus desideratur, optatur, quaeritur, ut ratione praeeunte, comitante vel subsequente in omnibus vel de omnibus, unde certus esse desiderat, salva et anteposita semper et ubique divina auctoritate, non prius qualibet humana adinventione opponatur quam utili ratione instruatur et, undecumque certus esse desiderat, pleniter imbuatur.

Idcirco ergo summopere cavendum est, ne homini rationali rationem desideranti atque poscenti ullo modo ratio interdicatur, nisi tantum in his, ut supra commemoratum est, ineffabilis tanta ac talis occurrat sublimitas, cui merito universa humana se substernat ratiocinationis humilitas. Quia vero uno pretio, Christi videlicet sanguine, redempti, fratres sumus et ipso miserante, cuius misericordia id simus, cognosci meruimus, cum omni mentis affectu, ut supra commemoratum est, necessitatem fratrum nostrorum, totius scilicet imperii Orientalium Romanorum, ad intima cordis nostri viscera admittere debemus, quorum inviolabilem caritatem ob nullam aliam disceptationis occasionem nimis duriter et, ut multis videtur, inrationabiliter scissam esse cognovimus, nisi quod quidam illorum una cum Michahele et Theophilo imperatoribus, carissimis fratribus nostris, imagines sanctorum non habere volunt, quidam vero econtra ex eadem

4 est *deest P.* 35 prius] *supple:* quidquam. instruatur] *intellige:* fidelis.

omnia, quae pinguntur atque finguntur ex aliqua materie metalli aut ligni vel cuiuscumque rei aptae ad opera huiusmodi, quae etiam videntur in somnis et omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. Quis enim est, qui hominem pictum dubitet vocare hominem? Quandoquidem et singulorum quorumque picturam cum aspicimus, propria quoque nomina incunctanter adhibemus, velut cum intuentes tabulam aut parietem dicimus: Ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Symois, illa Roma, cum aliud nihil sint quam pictae imagines. Unde Cherubim cum sint caelitus potestates, factae tamen ex metallo, quod imperavit Deus, super arcam testamenti magnae rei significandae gratia, non aliud quam Cherubim illa quoque figmenta vocitantur. Item quisquis videt somnium, non dicit: Vidi imaginem Augustini aut Simpliciani, sed vidi Augustinum aut Simplicianum, cum eo tempore, quo tale aliquid vidit, nos ignoraremus. Usque adeo manifestum est non ipsos homines, sed imagines eorum videri; et Pharao (cf. Genes. 41, 2. 5.) spicas se dixit vidisse in somnis et boves, non spicarum aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari, non mirum est, quod (cf. 1. Reg. 28, 11 sqq.) scriptura dicit Samuhelem visum et cetera.

Item Augustini in libro de doctrina Christiana secundo: Signum[1] est enim res praeter speciem, quam ingerit, sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire, sicut vestigio viso transisse animal, cuius vestigium est, cogitamus et viso fumo ignem subesse cognoscimus. Signorum[2] igitur alia sunt naturalia, alia data. Signa[3] data sunt, quae divinitus in scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea conscripserunt et cetera.

Ante[4] omnia igitur opus est Dei timore converti ad cognoscendam eius voluntatem, quid nobis appetendum fugiendumque praecipiat.

Et infra: Illud[5] quod est secundum institutiones hominum, partim superstitiosum est, partim non est. Superstitiosum[6] est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda et colenda idola pertinens vel ad colendam sicut Deum creaturam.

Et post pauca in eodem sequitur libro: Appetunt[7] tamen omnes quandam similitudinem in significando, ut ipsa signa, in quantum possunt, rebus, quae significantur, similia sint. Sed quia multis modis simile aliquid alicui potest esse, non constant talia signa inter homines, nisi consensus accedat. In[8] picturis vero et statuis ceterisque huiusmodi simulatis operibus maxime peritorum artificum nemo errat, cum similia viderit, ut agnoscat, quibus sint rebus similia. Et hoc totum genus inter superflua hominum instituta numerandum est, nisi cum interest, quid eorum, qua de causa et ubi et quando et cuius auctoritate fiat et cetera.

Item Augustini in libro tertio eiusdem: Qui[9] vero aut operatur aut veneratur utile signum divinitus institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur, quod videtur et transit, sed illud potius, quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritalis et liber est etiam tempore servitutis, quo carnalibus animis nondum oportet signa illa revelari, quorum iugo edomandi sunt. Tales autem spiritales erant patriarchae ac prophetae omnesque in populo Israhel, per quos nobis Spiritus sanctus ipsa scripturarum et auxilia et solatia ministravit et cetera.

Item sancti Athanasii in sermone quarto adversum Arrianos: Arriomanitae[10], ut dictum est, iudicantes semel transgressores fieri.

6 Salustius *P.* 28 ceteris *P.*

1) *Augustinus, De doctrina Christiana II c. 1 § 1; Opp. III, 1, 19.* 2) *Ibid. § 2; l. l.* 3) *Ibid. § 3; l. l.* 4) *Ibid. II c. 7 § 9; l. l. III, 1, 22.* 5) *Ibid. II c. 19 § 29; l. l. III, 1, 31.* 6) *Ibid. c. 20 § 30; l. l.* 7) *Ibid. II c. 25 § 38; l. l. III, 1, 37.* 8) *Ibid. § 39; l. l.* 9) *Ibid. III c. 9 § 13; l. l. III, 1, 48.* 10) *Athanasius, Oratio 3 adversus Arrianos c. 1; Opp. ed. Giustiniani I, 1, 435. Cf. cum hoc loco et subsequenti Conc. Nic. act. IV., Mansi XIII, 69.*

Et post cetera: Hoc[1] et ab exemplo imaginis imperatoris attentius quis considerare poterit. Igitur in imagine imperatoris similitudo et forma est: et in imperatore quidem quae in imagine similitudo est; immutabilis enim est quae in imagine imperatoris similitudo, quatinus qui conspicit imaginem videt in ipsa imperatorem; et iterum qui vidit imperatorem cognoscit, quoniam hic est, qui in imagine. Ideo quod non immutetur similitudo qui voluerit cum imagine videre imperatorem, dicat namque: Ego et imperator unum sumus; ego enim in eo sum et ille in me, et quod conspicis in me, hoc in illo vides, et quod vidisti in illo, hoc vides et in me. Qui enim salutat imaginem in ipsa salutat imperatorem. Enimvero illius forma et species est imago et cetera.

Item sancti Anastasii episcopi Theopoleos ad Symeonem episcopum Bostrae: Si[2], patres, oportet secundum eloquium, ut tu asseris, interrogare, insuper autem et seniores.

Et post pauca: Sicut[3] enim absente quidem imperatore imago eius pro eo adoratur, praesente ergo ipso superfluum est relinquere primam formam et adorare imaginem, nonne quia praefertur propter praesentiam pro quo adoratur, inhonorari eam oportet?

Et iterum: Sicut[4] enim qui iniuriat imaginem imperatoris poenam iustam sustinebit sicuti eum ipsum imperatorem inhonorans. Etenim imagine nihil aliud existente nisi lignum cum coloribus cerae mixtis et contemperatis, simili modo qui signum cuiuslibet inhonorat in eum ipsum, cuius signum est, refert iniuriam et cetera.

In historia tripertita libri sexti cap. quadragesimo primo Sozomenus inquit: Illud[5] quoque, quod sub Iuliano provenit, narrare non sileo. Fuit enim signum quidem virtutis Christi et indicium contra principem iracundiae Dei. Cum enim agnovisset in Caesarea Philippi civitate Pheniciae, quam Paneam vocabant, insigne Christi esse simulacrum, quod sanguinis liberata profluvio constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocavit. Quae violento igne de caelo cadente circa eius pectus divisa est et caput cum cervice una parte deiectum atque in terra fixum; reliqua vero pars hactenus restitit et fulminis indicium reservavit. Statuam vero Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt. Postea vero Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt, quo hactenus reservatur.

Item ipse cap. XLII.: Hoc[6] itaque simulacrum, sicuti refert Eusebius, omnium passionum et aegritudinum noscitur esse medicamentum, iuxta quod quaedam herba germinat, cuius speciem nullus nostrae terrae medicus licet expertus agnovit; mihi namque videtur, quia adveniente Domino nullum miraculum nullumque beneficium putari debet incredulum et cetera.

In historia Anglorum libri primi cap. XXV., cuius initium: Roboratus[7] confirmatione beati patris Gregorii Augustinus, confamulus Christi, qui erat cum eo, rediit in opus verbi pervenitque Britanniam. Erat eo tempore rex Edilbereth in Cantia potentissimus.

Et post pauca in eadem sequitur epistola: Post[8] dies ergo venit ad insulam rex et residens sub divo iussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire conloquium. Caverat enim, ne in aliquam domum ad se introirent veteri usus augurio, ne superventu suo, si quid maleficii artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non daemonica, sed divina virtute praediti veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam et imaginem Domini salvatoris in tabula depictam laetaniasque canentes pro sua simul et eorum, propter quos et ad quos venerant, salute aeterna Domino supplicabant.

Item sequitur: Fertur[9] autem, quia appropinquantes civitati more suo cum cruce sancta et imagine magni regis domini nostri Iesu Christi hanc laetaniam consona voce modularentur: Depre-

6 dicat] *sc.* imago. 18 quadragesimo *deest P.* Sozomenus] Zosemenus *P.*

1) *Athanasius, Oratio 3 adversus Arrianos c. 5; Opp. I, 1, 439.* 2) *Cf. Conc. Nic. act. IV.; l. l. XIII, 56.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem; l. l. XIII, 57.* 5) *Cassiodorus, Historia tripartita VI c. 41; Opera ed. Garet I, 297. V. supra p. 487 l. 17 sqq.* 6) *Ibid. c. 42; l. l.* 7) *Beda, Historia Anglorum I c. 25; Opp. ed. Giles II, 100.* 8) *Ibidem.* 9) *Ibid.; l. l. II, 102.*

camur te, Domine, in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira tua a civitate ista et a domo sancta tua, quoniam peccavimus et cetera.

In epistola beati Germani patriarchae Constantinopolitani ad Iohannem episcopum Synadorum, postquam litteras beati Gregorii papae[1] suscepit, inter cetera inquit: Epistolam[2] vestrae sanctitatis suscepi, in qua referebatur de episcopo Nacholiac. Significamus enim nunc vobis, sicut et pridem quam susciperemus litteras vestrae sanctitatis, coniungente hic eodem Deo amabili episcopo in verbis, venimus cum ipso sciscitantes sensum eius, unde nobis relatum fuerat de illo. Ipse vero nobis hunc dedit responsum — oportunum enim est singillatim omnia intimare
Exod. 20, 4. vestrae sanctitati — quoniam audiens divina scriptura dicente: *Non facies tibi omnem similitudinem, ut adores ea, quanta in caelo sursum et quanta in terra deorsum.* Secundum hoc dixi, quoniam non debetur manufactis adoratio. Nam sanctos Christi martyres, qui verae sunt margaritae fidei, omni honore dignos putamus et intercessiones eorum invocamus. Ad haec quidem nos illi responsum reddidimus, quoniam Christianorum fides venerationem et adorationem ad unum et solum Deum
Matth. 4, 10. refert, sicut scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Glorificatio enim nostra et servitium ipsi soli offertur.

Et post pauca: In[3] sanctis vero, qui in caelis sunt, et invisibilibus et incorporeis virtutibus sancta laudatur et glorificatur trinitas in singulari dominatione et deitate, sicut et unus Deus a nobis
Ps. 65, 7. confitetur et non est praeter illum, *qui dominetur in virtute sua in aeternum.*

Et post pauca: Neque[4] enim divinae dominationis venerationem in confamulos transferimus; neque enim imperatores aut principes in terra adorantes similitudinem ut ad Deum adorationem facere videmur; neque imaginum facturam, quae per caeram et colores designantur, in transmutationem divinae venerationis suscepimus; neque enim invisibilem deitatem imagine aut similitudine aut habitu aut forma aliqua designamus — etiam neque ipsorum angelorum, quibus existunt ordinibus, aut sentiri vel investigari ullo modo possunt —, sed quoniam unigenitus filius, qui est in sinu patris, revocans propriam creaturam a morte iudicii bonae voluntatis patris et Spiritus sancti homo
cf. Philip. 2, 6—9. fieri dignatus est, sicut inquit apostolus, per omnia similis nobis factus absque peccato, humanum eius vultum et secundum carnem eius humanam similitudinem imagine designantes et non incomprehensibilem aut invisibilem eius deitatem et cetera.

Simili[5] enim modo secundum carnem eius incontaminatae matris sanctae Dei genitricis ipso modo similitudinem demonstrantes, quoniam, mulieris natura existente et non aliena nostrae massae facta, Deum invisibilem et omnia manu continentem in suo concepit utero et genuit incarnatum. Etenim ut proprie et vere matrem Dei veri veneramur eam et magnificamus. Sanctos enim martyres Christi apostolosque et prophetas miramur et beatificamus et ad memoriam fortitudinis eorum similitudines imaginum ipsorum describimus, non ut divinae naturae socios eos aestimemus, neque quae debetur deitati gloriae quidem et potestati, honorem et adorationem illis impendimus, sed amorem nostrum, quem in ipsis habemus, per haec manifestamus et ea, quae per auditum veraciter credidimus, designamus. Nam et ipsi sancti Dei in unum et solum Deum servitutem et glorificationem et adorationem observantes et ad hoc omnes convocantes atque docentes eorum effuderunt sanguinem et in veritate confessionis coronam adepti sunt. Iste est modus in imaginum picturis; et non sicut invisibili deitati in spiritu et veritate adorationem inmutamus in manufactis imaginibus, sed caritatem nostram, quam iuste habemus ad veros servos Dei nostri, tali modo ostendentes; et in eorum honore glorificatur Deus, qui glorificavit eos et cetera.

In actione septima de significatione adorationis: Adoratio[6] multis modis intelligitur. Est enim adoratio secundum honorem et amorem et timorem, sicuti adorantur principes et illorum

1) *Sc. Gregorii II. epist. (J.- E. n. 2181), unde supra p. 508 l. 27 sqq. excerpta legebantur.* 2) *Germani patriarchae epistola ad Iohannem Synadensem episcopum inter acta concilii Nicaeni act. IV. (Mansi XIII, 100) invenitur.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibidem.* 6) *Epistola concilii Nicaeni ad Constantinum et Irenem; Mansi XIII, 405.*

potestas. Est alia adoratio timoris proprie, sicut Iacob adoravit Esau. Est iterum adoratio secundum cf. Gen. 33, 3. gratiam, sicut Abraham propter agrum, quem accepit a filiis Eth in sepulturam Sarae mulieris eius, cf. ib. 23, 7. et adoravit eos. Est iterum adoratio, cum creditur aliqua protectio adipisci a supereminentibus, sicut Iacob Pharaonem. Est vera et certissima adoratio, quae soli debetur omnipotenti et divinae cf. ib. 47, 10 (?). maiestati, sicut dicit scriptura: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Hanc autem Matth. 4, 10. adorationem ad nullam creaturam licet transferre nec in manufactis inmutare et cetera.

Augustinus in libro primo sanctae trinitatis, cum de Spiritu sancto loqueretur, inter cetera inquit: Patri[1] et filio prorsus Spiritus sanctus aequalis et in trinitatis unitate consubstantialis et coaeternus. Maxime vero illo loco satis apparet, quod Spiritus sanctus non sit creatura, ubi iubemur non servire creaturae, sed creatori, non eo modo, quo iubemur per caritatem cf. Rom. 1, 25. servire invicem, quod est Graece duleuin, sed eo modo, quo tantum Deo servitur, quod est Graece cf. Gal. 5, 13. latreuin, unde idolatrae dicuntur, qui simulacris eam servitutem exhibent, quae debetur Deo. Secundum hanc enim servitutem dictum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Nam Matth. 4, 10. hoc distinctius in Graeca scriptura invenitur: latreusis enim habet. Porro si tali servitute creaturae servire prohibemur, quandoquidem dictum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies,* ib. unde et apostolus detestatur eos, qui coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori —, non est cf. Rom. 1, 25. utique creatura Spiritus sanctus, cui ab omnibus sanctis talis servitus exhibetur dicente apostolo: *Nos enim sumus circumcisio Spiritui Dei servientes,* quod est in Graeco latreuontes. Plures enim Phil. 3, 3. codices etiam Latini sic habent, *qui spiritu Dei servimus.* Nam latria Grece, Latine servitus dicitur, quae quantum ad veram religionem attinet, non nisi uni et soli Deo debetur et cetera.

Item Augustini in libro de animae quantitate: Deus[2] autem inmortalem animam fecit, ut opinor, nisi forte tibi aliter videtur. Ergo tu velles talia fieri ab hominibus, qualia Deus fecit? Non equidem hoc dixerim, sed quemadmodum ipse inmortalis inmortale quiddam fecit ad similitudinem suam, sic et nos, inmortales a Deo facti, ad similitudinem nostram quod facimus inmortale esse deberet. Recte diceres, si ad eius imaginem pingeres tabulam, quod in te inmortale esse credis, nunc vero in ea exprimis similitudinem corporis, quod profecto mortale est. Quomodo ergo sum similis Deo, cum inmortalia nulla possum facere ut ille? Quomodo nec imago corporis tui potest hoc valere, quod tuum corpus valet, sic anima non mirandum est, si potentiam tantam non habet quantam ille, ad cuius similitudinem facta est et cetera.

Isydori episcopi de pictura: Pictura[3] autem est imago exprimens speciem rei alicuius, quae, dum visa fuerit, ad recordationem mentem reducit.

Item: Picturam[4] enim Aegyptii excogitaverunt primum umbram hominis lineis circumductam; itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea diversis sicque paulatim sese ars ipsa distinxit et invenit lumen atque umbras differentiasque colorum. Unde[5] et nunc pictores prius umbras quasdam et lineas futurae imaginis ducunt, deinde coloribus complent tenentes ordinem inventae artis.

Item: Colores[6] autem dictos, quod calore ignis vel solis perficiuntur sive quod initio colabantur, ut summae subtilitatis existerent et cetera.

Unde primum exorta sit in ecclesiis Orientalium imaginum destructio: Tyrannos[7] quidam fuit Seleman nomine, Aggarenus genere. Quo defuncto successit Humarus in regno, cui iterum successit Ezidus, vir valde levis et insipiens. Huius enim temporibus erat quidam in Beriade

11 duleuin] *δουλεύειν al. man superscr. P.* 12 latreuin] *λατρεύειν al. man superscr. P.* 18 Spiritui *e corr. P.* 37 cetera] *in edd. sequuntur illa ex Augustino desumpta* (Item Augustinus — illustratur et fruitur et cetera, *infra p. 520 l. 14—31), quae in codice post verba* Unde primum — cum honore restitutae et cetera, *supra l. 38 — p. 520 l. 13, leguntur.*

1) *Augustinus, De trinitate I c. 6 § 13; Opp. VIII, 756.* 2) *V. supra p. 493 l. 3 sqq.* 3) *V. supra p. 491 l. 16 sqq.* 4) *V. supra p. 491 l. 21 sqq.* 5) *Isidorus, Etymol. XIX c. 16 § 2; Opp. IV, 436.* 6) *Ibid. c. 17 § 2; l. l.* 7) *Concil. Nicaen. act. V.; Mansi XIII, 197. Cf. Hefele, l. l. III, 374.*

et fusile, leonum, boum et palmarum et hominum et non est reprehensus a Deo. Si enim me reprehendere vis pro imaginibus, reprehende Deum, qui haec fieri iussit, in memoria eius esse erga nos. Iudaeus dixit: Sed non adorabantur illae sicut dii similitudines, sed memoria tantummodo fiebat. Christianus dixit: Bene dixisti, neque a nobis ut dii adorantur sanctorum effigies et imagines et signa. Si enim ut Deum adorant lignorum imagines, debebunt omnino et cetera ligna adorare; si vero ut Deum adorarent lignum, non omnino deleta effigie imaginem incenderent.

Et iterum: Damus[1] que sunt annexa duo ligna crucis, adoro signum propter Christum, qui in ea crucifixus est; at ubi divisa fuerint ab alterutrum, proicio ea et incendo. Et sicut qui iussionem imperatoris suscipiens et osculatus est signum, non lutum honorat aut cartam aut plumbum, sed imperatori salutem et venerationem reddidit, sic et Christianorum pueri signum crucis adorantes non naturam ligni veneramur, sed signum et figuram Christi. Ipsum videntes per ipsum, qui in ea crucifixus est, osculamur et adoramus et cetera.

Et post pauca: Sicut[2] enim virgam Christi, crucem adoramus, sicut enim sedem et lectum eius, sanctum sepulchrum, sicut enim domum, praesepium et Betleem, et cetera sancta eius tabernacula, sicut enim amicos eius, apostolos eius et sanctos martyres et reliquos sanctos, Christi vero passionem in ecclesiis et in domibus et in plateis et in imaginibus et in velis et in cubiculis et in vestibus et in omni loco designamus, ut indesinenter aspicientes haec recordemur et non obliviscamur, sicut tu oblitus es domini Dei tui et sicut tu adorans librum legis non naturam pellium et atramenti adoras, sed verba Dei, quae in eo continentur, sic et ego imaginem Christi adorans non naturam lignorum aut colorum adoro, absit; sed inanimata in figuram Christi tenens per eam Christum spero tenere et adorare.

Et infra sequitur: Nam[3] et ipsos filios nostros et patres factos existentes et peccatores saepius osculamur et non in hoc condemnabimur; non ut deos eos osculamur, sed amorem nostrae naturae, quem erga eos habemus, per osculum ostendimus. Sicut enim multotiens dixi: Mens scrutatur in omni osculo et in omni adoratione et cetera, sic, o homo, Christianorum populi, quanticumque signa crucis et imaginum osculantur, non ipsis venerationem lignis aut lapidibus proferunt aut auro aut corruptae imagini aut lypsanis, sed per illa Deo creatori, qui et eorum et omnium creator est, gloriam et osculum et venerationem offerunt.

Et infra: Qui[4] enim diligit amicum suum aut regem et magis bene merentem, sive filium eius videns sive virgam sive sedem sive coronam sive domum sive servum tenens, osculatur et honorat per hos benefactorem et magis Deum. Quando enim vides Christianos adorantes crucem, cognosce, quoniam crucifixo Christo adorationem proferunt et non ligno. Nam si naturam ligni venerati essent, omnino et arbores et nemora adorarent, sicut et tu aliquando, Israhel, adorabas dicens arbori et ligno: Tu mihi es Deus et tu me genuisti. (cf. Ierem. 2, 27.) Ergo non sic dicimus cruci neque figuris sanctorum: Dii nostri estis. Non enim sunt dii nostri, sed similitudines et imagines Christi et sanctorum eius et ad memoriam et honorem et decorem ecclesiarum adiacentium et adorantium. Qui enim honorat martyrem Deum honorat et qui matrem eius honorat ipsi Deo honorem offert et qui apostolum honorat qui misit eum honorat et cetera.

Item beati Augustini de eo, quod apparuit Deus Moysi, et de virga et manu colorata et aqua in sanguinem et post quaedam interposita subiunxit: (Ioh. 3, 14. 15.) *Sicut*[5] *Moyses exaltavit serpentem in heremo, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Hoc est: quicumque percussus fuerit a serpentibus peccatorum Christum intueatur et habebit sanitatem in remissionem peccatorum.

27 lypsanis] *al. man. in marg. adscripsit* id est reliquiis *P.* 29 merenti *P.* 40 Sicut] De cruce *in marg. P.*

1) *Cf. Conc. Nic. act. IV., Mansi XIII, 44.* 2) *Ibid.; l. l. XIII, 45.* 3) *Ibid.; l. l. XIII, 49.* 4) *Ibid.; l. l. XIII, 52.* 5) *Augustinus, Sermo 6 c. 5 § 7; Opp. V, 36. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 28.*

Item eiusdem sancti Augustini super Iohannem evangelistam de eodem sermone omelia inter cetera: Interim[1] modo, fratres, ut a peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur, quia, *sicut Moyses exaltavit serpentem in heremo, ita exaltari oportet filium hominis.* Hoc enim Ioh. 3, 14. 15. interest inter figuram sive imaginem et rem ipsam: figura praestabat vitam temporalem, res ipsa, cuius illa figura erat, praestabat vitam aeternam et cetera.

Item sancti Augustini de libro tertio sanctae trinitatis inter cetera: Nam[2] sicut unctio lapidis Christum in carne, in qua unctus est oleo exaltationis prae participibus suis, ita virga Moysi conversa in serpentem ipsum Christum factum oboedientem usque ad mortem eius, unde ait: *Sicut exaltavit Moyses serpentem in heremo.* Ioh. 3, 14.

Et post cetera: Si[3] intuentes illum serpentem exaltatum in heremo serpentum morsibus non peribunt, vetus homo noster crucifixus est cruci cum illo. Per serpentem autem mors intelligitur, quae facta est a serpente in paradyso, modo locutionis per efficientem id, quod efficitur, demonstrante. Ergo virga in serpente, Christus in morte et serpens rursus in virga, Christus in resurrectione, totus in corpore suo, quod est ecclesia et cetera.

Item beati Augustini in libro Exodi inter cetera: Facta[4] credimus, quemadmodum facta legimus; et tamen ipsa facta umbram fuisse futurorum apostolica doctrina cognoscimus. cf. Col. 2, 17. Putamus ergo spiritaliter esse investiganda quae facta sunt; facta tamen esse negare non possumus et cetera.

Item ipse in psalmo septuagesimo tertio: Immo[5] iam in nomine Christi venire gaudeamus, iam tenentes sceptrum subduntur ligno crucis, iam fit quod praedictum est: *Adorabunt eum omnes* Ps. 71, 11. *reges terrae, omnes gentes servient illi.* Iam enim in frontibus regum pretiosius est signum crucis quam gemma diadematis.

Item Augustini de filio Abrahae ducto ad sacrificium inter cetera: Non[6] enim frustra moti estis, cum hoc dicerem: Crux cornua habet. Sic enim duo ligna compinguntur in se, ut speciem crucis reddant. Sicut ergo imagine crucis multis locis videmus, ut fiant duo cornua, quibus infigantur manus, cornibus haerentem arietem, crucifixum Dominum, video et cetera.

Item sancti Severiani Gabalensis de sermone sanctae crucis inter cetera: Putas[7] non erat iustum dici: Si quis vestrum morsus fuerit, respiciat in caelum sursum ad Deum et salvabitur? Ut enim et attendi caelo relinquat, non potuit dicere: Si quis morsus fuerit, aspiciat lucernam luminis et salvabitur? aut aspiciat ad mensam propositionis sanctorum panum et salvabitur? aut ad altare aut ad velum aut in arcam aut in imaginem Cherubim aut in propitiatorium? Sed nihil horum ad medium adduxit legislator magnus, sed solam fixit crucis imaginem et hanc per maledictum serpentem. Dic mihi ut fidelis famulus: Quod interdicis facis? quod abrenuntias aedificas? Qui dicis: *Non facies sculptile,* et fusilem sculpis serpentem? Sed illa quidem lege Exod. 20, 4 Levit. 26, posui, ut materias abscidam impietatis et populum hunc eruam omni idolorum cultura; nunc autem effundo serpentem, ut praefigurem imaginem salvatoris et cetera.

Item sancti Augustini ad Dulcitium in quaestione sexta de Samuhelis imagine: Solent[8] enim in scripturis imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt, sicut

7 exultationis *P.* 34 fusile *P.*

1) *Augustinus, Tractat. in evang. Iohannis XII § 11; Opp. III, 2, 388 sq. Cf. cum hoc loco et duobus subsequentibus Hadriani epist., MG. Epp. V, 28.* 2) *Augustinus, De trinitate l. III c. 10 § 20; Opp. VIII, 804.* 3) *Ibidem.* 4) *Hunc locum non inveni, sed legitur in Hadriani epist., MG. Epp. V, 36.* 5) *Augustinus, Enarr. in psalm. 73 § 6; Opp. IV, 772. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 27.* 6) *Hunc locum frustra quaesivi, sed legitur in Hadriani epist., MG. Epp. V, 43.* 7) *Severianus Gabalensis, Homilia de serpente c. 2; Opp. Chrysostomi ed. Montfaucon VI, 513. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 28.* 8) *Augustinus, De octo Dulcitii quaestionibus quaest. 6 § 3; Opp. VI, 134.*

omnia, quae pinguntur atque finguntur ex aliqua materie metalli aut ligni vel cuiuscumque rei aptae ad opera huiusmodi, quae etiam videntur in somnis et omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. Quis enim est, qui hominem pictum dubitet vocare hominem? Quandoquidem et singulorum quorumque picturam cum aspicimus, propria quoque nomina incunctanter adhibemus, velut cum intuentes tabulam aut parietem dicimus: Ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Symois, illa Roma, cum aliud nihil sint quam pictae imagines. Unde Cherubim cum sint caelitus potestates, factae tamen ex metallo, quod imperavit Deus, super arcam testamenti magnae rei significandae gratia, non aliud quam Cherubim illa quoque figmenta vocitantur. Item quisquis videt somnium, non dicit: Vidi imaginem Augustini aut Simpliciani, sed vidi Augustinum aut Simplicianum, cum eo tempore, quo tale aliquid vidit, nos ignoraremus. Usque adeo manifestum est non ipsos homines, sed imagines eorum videri; et Pharao

cf. Genes. 41, 2. 5.

spicas se dixit vidisse in somnis et boves, non spicarum aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari, non mirum est, quod

cf. 1. Reg. 28, 11 sqq.

scriptura dicit Samuhelem visum et cetera.

Item Augustini in libro de doctrina Christiana secundo: Signum[1] est enim res praeter speciem, quam ingerit, sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire, sicut vestigio viso transisse animal, cuius vestigium est, cogitamus et viso fumo ignem subesse cognoscimus. Signorum[2] igitur alia sunt naturalia, alia data. Signa[3] data sunt, quae divinitus in scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea conscripserunt et cetera.

Ante[4] omnia igitur opus est Dei timore converti ad cognoscendam eius voluntatem, quid nobis appetendum fugiendumque praecipiat.

Et infra: Illud[5] quod est secundum institutiones hominum, partim superstitiosum est, partim non est. Superstitiosum[6] est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda et colenda idola pertinens vel ad colendam sicut Deum creaturam.

Et post pauca in eodem sequitur libro: Appetunt[7] tamen omnes quandam similitudinem in significando, ut ipsa signa, in quantum possunt, rebus, quae significantur, similia sint. Sed quia multis modis simile aliquid alicui potest esse, non constant talia signa inter homines, nisi consensus accedat. In[8] picturis vero et statuis ceterisque huiusmodi simulatis operibus maxime peritorum artificum nemo errat, cum similia viderit, ut agnoscat, quibus sint rebus similia. Et hoc totum genus inter superflua hominum instituta numerandum est, nisi cum interest, quid eorum, qua de causa et ubi et quando et cuius auctoritate fiat et cetera.

Item Augustini in libro tertio eiusdem: Qui[9] vero aut operatur aut veneratur utile signum divinitus institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur, quod videtur et transit, sed illud potius, quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritalis et liber est etiam tempore servitutis, quo carnalibus animis nondum oportet signa illa revelari, quorum iugo edomandi sunt. Tales autem spiritales erant patriarchae ac prophetae omnesque in populo Israhel, per quos nobis Spiritus sanctus ipsa scripturarum et auxilia et solatia ministravit et cetera.

Item sancti Athanasii in sermone quarto adversum Arrianos: Arriomanitae[10], ut dictum est, iudicantes semel transgressores fieri.

6 Salustius *P.* 28 ceteris *P.*

1) *Augustinus, De doctrina Christiana II c. 1 § 1; Opp. III, 1, 19.* 2) *Ibid. § 2; l. l.* 3) *Ibid. § 3; l. l.* 4) *Ibid. II c. 7 § 9; l. l. III, 1, 22.* 5) *Ibid. II c. 19 § 29; l. l. III, 1, 31.* 6) *Ibid. c. 20 § 30; l. l.* 7) *Ibid. II c. 25 § 38; l. l. III, 1, 37.* 8) *Ibid. § 39; l. l.* 9) *Ibid. III c. 9 § 13; l. l. III, 1, 48.* 10) *Athanasius, Oratio 3 adversus Arrianos c. 1; Opp. ed. Giustiniani I, 1, 435. Cf. cum hoc loco et subsequenti Conc. Nic. act. IV., Mansi XIII, 69.*

Et post cetera: Hoc[1] et ab exemplo imaginis imperatoris attentius quis considerare poterit. Igitur in imagine imperatoris similitudo et forma est: et in imperatore quidem quae in imagine similitudo est; immutabilis enim est quae in imagine imperatoris similitudo, quatinus qui conspicit imaginem videt in ipsa imperatorem; et iterum qui vidit imperatorem cognoscit, quoniam hic est, qui in imagine. Ideo quod non immutetur similitudo qui voluerit cum imagine videre imperatorem, dicat namque: Ego et imperator unum sumus; ego enim in eo sum et ille in me, et quod conspicis in me, hoc in illo vides, et quod vidisti in illo, hoc vides et in me. Qui enim salutat imaginem in ipsa salutat imperatorem. Enimvero illius forma et species est imago et cetera.

Item sancti Anastasii episcopi Theopoleos ad Symeonem episcopum Bostrae: Si[2], patres, oportet secundum eloquium, ut tu asseris, interrogare, insuper autem et seniores.

Et post pauca: Sicut[3] enim absente quidem imperatore imago eius pro eo adoratur, praesente ergo ipso superfluum est relinquere primam formam et adorare imaginem, nonne quia praefertur propter praesentiam pro quo adoratur, inhonorari eam oportet?

Et iterum: Sicut[4] enim qui iniuriat imaginem imperatoris poenam iustam sustinebit sicuti eum ipsum imperatorem inhonorans. Etenim imagine nihil aliud existente nisi lignum cum coloribus cerae mixtis et contemperatis, simili modo qui signum cuiuslibet inhonorat in eum ipsum, cuius signum est, refert iniuriam et cetera.

In historia tripertita libri sexti cap. quadragesimo primo Sozomenus inquit: Illud[5] quoque, quod sub Iuliano provenit, narrare non sileo. Fuit enim signum quidem virtutis Christi et indicium contra principem iracundiae Dei. Cum enim agnovisset in Caesarea Philippi civitate Pheniciae, quam Paneam vocabant, insigne Christi esse simulacrum, quod sanguinis liberata profluvio constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocavit. Quae violento igne de caelo cadente circa eius pectus divisa est et caput cum cervice una parte deiectum atque in terra fixum; reliqua vero pars hactenus restitit et fulminis indicium reservavit. Statuam vero Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt. Postea vero Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt, quo hactenus reservatur.

Item ipse cap. XLII.: Hoc[6] itaque simulacrum, sicuti refert Eusebius, omnium passionum et aegritudinum noscitur esse medicamentum, iuxta quod quaedam herba germinat, cuius speciem nullus nostrae terrae medicus licet expertus agnovit; mihi namque videtur, quia adveniente Domino nullum miraculum nullumque beneficium putari debet incredulum et cetera.

In historia Anglorum libri primi cap. XXV., cuius initium: Roboratus[7] confirmatione beati patris Gregorii Augustinus, confamulus Christi, qui erat cum eo, rediit in opus verbi pervenitque Britanniam. Erat eo tempore rex Edilbereth in Cantia potentissimus.

Et post pauca in eadem sequitur epistola: Post[8] dies ergo venit ad insulam rex et residens sub divo iussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire conloquium. Caverat enim, ne in aliquam domum ad se introirent veteri usus augurio, ne superventu suo, si quid maleficii artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non daemonica, sed divina virtute praediti veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam et imaginem Domini salvatoris in tabula depictam laetaniasque canentes pro sua simul et eorum, propter quos et ad quos venerant, salute aeterna Domino supplicabant.

Item sequitur: Fertur[9] autem, quia appropinquantes civitati more suo cum cruce sancta et imagine magni regis domini nostri Iesu Christi hanc laetaniam consona voce modularentur: Depre-

6 dicat] *sc.* imago. 18 quadragesimo *deest P.* Sozomenus] Zosemenus *P.*

1) *Athanasius, Oratio 3 adversus Arrianos c. 5; Opp. I, 1, 439.* 2) *Cf. Conc. Nic. act. IV.; l. l. XIII, 56.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem; l. l. XIII, 57.* 5) *Cassiodorus, Historia tripartita VI c. 41; Opera ed. Garet I, 297. V. supra p. 487 l. 17 sqq.* 6) *Ibid. c. 42; l. l.* 7) *Beda, Historia Anglorum I c. 25; Opp. ed. Giles II, 100.* 8) *Ibidem.* 9) *Ibid.; l. l. II, 102.*

scriptura docemur. Si istis attenderet, numquam idolis inclinaretur. Omne enim opus in nomine Domini factum pretiosum et sanctum dictum est, et cetera.

Item Gregorii papae in synodica epistola: Si[1] contraria sentientibus et irrita facere quaerentibus antiquas patrum traditiones salutis occurreret conversio, sufficerent utique ea, quae superius a nobis ex patrum testimoniis vel sacris dicta sunt documentis. Sed quia videmus, quod merentes dicimus, plerosque turbatis mentibus statuta conturbare ecclesiae, ideo, fratres carissimi, extenditur sermo, et cupimus ad conpescendam erroris insaniam adhuc ex veteribus documentis ali-
Exod. 25, 1—3. quid dicere; forsan resipiscant inquieti. In libro enim Exodi sic legimus: *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israhel, ut tollant mihi primitias; ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas. Haec sunt autem, quae accipere debetis,* et cetera per ordinem usque ad
ib. 25, 22. *duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonii, cuncta quae mandabo per te filiis Israhel.*
3. Reg. 6, 23. Et iterum: Mandato[2] Dei a Salomone constructo templo, inter alia *fecit in oraculo duo*
ib. 6, 32. *Cherubin de lignis olivarum;* et infra usque: *Et sculpsit in eis picturas Cherubin et palmarum species et anoglyfa valde prominentia et texit ea auro et operuit tam Cherubin quam palmas et cetera.* Ecce, carissimi fratres, consideremus, quid Deo mandante Moyses fecerit, quidve Salomon sapientissimus divino iussu construxerit, et cetera.

Quanto[3] debemus puro cordis annisu ipsum Christum dominum nostrum sanctamque semper virginem eius genitricem Mariam, apostolos quoque vel omnes sanctos Dei per eorum sacras effigies atque imagines colere, adorare et ad propitiandum nobis petere et relaxare delicta. Nos non ob aliud nomen imagines facimus et adoramus, sed pro nobis incarnato verbo Dei. Si autem manufacta omnia abicienda sunt, neque arca foederis neque aurea et celata Cherubim eius debuerant
cf. Exod. 36, 1. recipi, quae per Beseleel et Eliab facta sunt iuxta praeceptum Dei. Si vero illa sicut similia invisibilia facta sunt, ita et haec simili modo secundum visiones et revelationes prophetarum coloribus distinctae efficiuntur, et cetera.

Item Iohannis archiepiscopi Constantinopolitani, qui et Chrysostomi. Iohannis Chrysostomi in sermone coenae Domini: Omnia[4] facta sunt propter gloriam Dei, usui autem nostro nubes ad imbrium ministerium, terra ad frumenti abundantiam, mare ad negotiandum copiose; absque invidia omnia famulantur homini, magis autem imagini Domini. Neque enim quando imperiales vultus et imagines in civitates introducuntur et obviant iudices et plebes cum laudibus, non tabulam honorantes neque effusas ex aere figuras, sed figuram imperatoris, sic et creatura non terrenam speciem honorat, sed eandem ipsam caelestem figuram reveretur.

Item beati Iohannis Chrysostomi de parabola seminis: Indumentum[5] imperiale si iniuriaveris, nonne eum, qui induitur, iniurias? Nescis, quia, si quis imaginem imperatoris iniuriat, ad eum ipsum imperatorem principaliter dignitati eius adfert iniuriam? Nescis, quia, si quis imaginem ex ligno aut ex colore detrahit, non sicut ad elementum sine anima ausus iudicatur, sed sicut adversus imperatorem dissegregatam imaginem totidem imperatoris gestans eius iniuriam ad imperatorem deducit?

Sancti Basilii ex libro ad Amphilochium de Spiritu sancto in capitulo septimo decimo: Quoniam[6] imperator dicitur, et imperatoris imago et non duo imperatores. Neque enim

21 arcam *P.* 25 Item — Chrysostomi *ex nota marginali in textu recepta crediderim.* 30 effusae cerae scripturae *P.*

1) *Gregorii III. (731—741) synodica anni 731. (cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 111) servatur in Hadriani epist., MG. Epp. V, 19.* 2) *Ibidem.* 3) *Ibidem; v. quae K. Hampe exponit Epp. V, 46 ann. 6.* 4) *Hunc locum inter opera Iohannis Chrysostomi non inveni, sed legitur in Hadriani epist., Mansi XII, 1068. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 47.* 5) *Ibid.; Mansi XII, 1068. In altera epistola (MG. Epp. V, 47; v. ibid. p. 641) idem locus Severiano Gabalensi adscribitur. Cf. Libri Carolini II c. 19.* 6) *Basilius, De Spiritu sancto c. 18 § 45; Opp. ed. Bened. III, 38. Cf. concil. Nicaen. 787 act. IV.; Mansi XIII, 69.*

fortitudo scinditur neque gloria dividitur. Sicut enim quae tenet noster principatus et potestas una, sic et quae erga nos glorificatio una et non multae, quoniam imaginis honor ad primam formam transit.

Item sancti Basilii in epistola ad Iulianum imperatorem missa: Secundum[1] id, quod divinitus datam, haereditariam nobis, inmaculatam Christianorum fidem confiteor et promitto, credo in unum Deum patrem omnipotentem, Deum patrem, Deum filium, Deum Spiritum sanctum, unum Deum. Haec tria adoro et glorifico. Confiteor autem et filii incarnati dispensationem et Dei genitricem, quae secundum carnem cum genuit, sanctam Mariam. Suscipio vero et sanctos apostolos, prophetas et martyres et ad Deum deprecationem, quae per eos — scilicet illis mediantibus — propitiatorem mihi efficit misericordissimum Deum et remissionem mihi facinorum condonari, pro quo et figuras imaginum eorum honoro et adoro, specialiter hoc traditum tam a sanctis apostolis et non prohibitum, sed in omnibus ecclesiis nostris eorum designantes historiam.

Item ipse in sermone sanctorum XL martyrum: Nam[2] et bellorum triumphos ac victoriae et sermonum conscriptores multotiens et pictores significant, quidam autem verbo adornantes, quidam vero tabulis praesignantes et multos uterque ad virilitatem excitaverunt. Quae enim sermo historiae per auditum, haec conscripta silens admonitio per imitationem demonstrat.

Item sancti Athanasii. Interrogatio Antiochi ad sanctum Athanasium pro imaginibus: Quomodo, lex et prophetae dicentes: 'Statuas et similitudines non adoretis' quare ergo vos facitis imagines et adoratis eas? Responsio Athanasii: Non[3] ut Deos imagines adoramus, nos fideles sicut pagani. Absit. Sed tantummodo affectu et caritatis nostrae animae ad vultum faciei imagines apparentes. Unde multoties vultu deleto sicut lignum purum atque commune, iam quod dudum fuerat imago, comburimus. Sicut enim Iacob aproximans morti cf. Gen. 47, 31.
summitatem virgae Ioseph adoravit, non virgam honorificans, sed qui eam tenebat, sic et fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, non pro desiderio effigie declarata.

Item beati Cyrilli Alexandrini episcopi in sermone Matthei evangelistae: Depingitur[4] enim fides, quod in forma Dei existit verbum, sicut et nostrae vitae redemptione oblatus est Deo secundum nostram similitudinem indutus et factus homo.

Et idem ipse post pauca: Imaginum[5] nobis explent opus parabolae significantium virtutem, cuidam, quomodo et oculorum adhiberi et palpatu manus afferri, in vestigiis, mentibus, inapparabiliter habens visionem.

Item sancti Cyrilli: Quemadmodum[6] imaginem quis designatam iocundam respexerit, mirabitur quidem regis figuram, et quae illo apparet: haec et eius noscens conscriptionem pariter cernens delectabitur, ut ipsum regem aspiciat, et cetera.

Item sancti Epyphanii episcopi Constantiae Cypri: Etenim[7] imperatores pro eo, quod habent imagines, non duo sunt imperatores, sed imperator unus cum imagine.

Item sancti Stephani episcopi Bostron ad quosdam de imaginibus sanctorum: De[8] imaginibus sanctorum confidimus, quoniam omne opus, quod fit in Dei nomine, bonum est et sanctum. Aliud est enim imago et aliud simulacrum, id est statunculum. Quando enim Deus Adam plasmavit, videlicet et condidit, dicebat: *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem,* Gen. 1, 26.

1 tenetur *P; corr. e coni.* 18 lex — dicentes *nomin. absol.* 39 condidisset *P.*

1) *Ps.-Basilius, Epistola 360; Opp. Basilii III, 462. Cf. Hadriani epist., Mansi XII, 1065. Concil. Nicaen. act. IV., ibid. XIII, 72.* 2) *Basilius, Homilia XIX. in quadraginta martyres § 2; Opp. II, 149. Cf. Hadriani epist., Mansi XII, 1067.* 3) *Athanasius, Quaestiones ad Antiochum quaest. 39; Opp. ed. Giustiniani II, 225. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 31.* 4) *Hunc et duos subsequentes locos inter opera Cyrilli frustra quaesivi; primus (l. 25—27) legitur in Hadriani epistola, Mansi XII, 1068.* 5) *Ibidem. Cf. Libri Carolini II c. 20.* 6) *Legitur in Hadriani epistola, MG. Epp. V, 33.* 7) *Legitur in Hadriani epistola, Mansi XII, 1069.* 8) *Ibid.; l. l. XII, 1069. 1072 (col. 1070 sq. versione Graeca occupantur).*

et fecit hominem imagini Dei. Quid enim? Ergo quia imago est homo Dei, idolatria est, id est idolorum cultura est et impietas? Nequaquam fiat. Si enim Adam imago daemonum, abiectus fuit et inacceptabilis; sed quia imago Dei est, honorabilis est et acceptabilis. Omnis enim imago in nomine Domini aut angelorum aut prophetarum aut apostolorum aut martyrum aut iustorum sancta est; non enim lignum adoratur, sed is, qui in ligno commemoratur et contemplatur, honoratur. Omnes enim nos honoramus iudices et salutamus, etiamsi peccatores sint. Quid ergo? Numquid non debemus adorare sanctos Dei servos et propter memoriam eorum constituere et erigere imagines, quod non obliviscantur? Sed dices, quia ipse Deus praecepit et non adorare nos manufactos. Dic itaque, o Iudaee, quale super terram non est manufactum post facturam Dei? Quid ergo? Arca Dei, quae ex lignis Sethim fabricata atque constructa est, non fuit manufacta, et altare et propitiatorium et urna, quae habuit manna, et mensa et lucerna et tabernaculum interius et exterius non fuerunt ex operibus manuum hominum, quae Salomon fecit? Et cur sancta sanctorum vocantur, manufacta existentia? Ita Cherubim et senarum alarum in circuitu propitiatorii non fuerunt statuae et imagines angelorum, opera manuum hominum? Et quomodo non abiciuntur? Sed quia per praeceptum Dei imagines factae sunt angelorum, sancta sunt, licet statuae fuerint. Etenim idola gentium, quia imagines fuerunt daemonum, Deus prohibuit et condemnavit ea. Nos autem ad memoriam sanctorum imagines facimus Abrahae, Moysi et Heliae, Isaiae et Zachariae et reliquorum prophetarum, apostolorum et martyrum sanctorum, qui propter Deum interempti sunt, ut omnis, qui videt eos in imagine, memoretur eorum et glorificet Deum, qui glorificavit eos. Decet enim eos honor et adoratio et commendatio secundum iustitiam eorum, ut omnes, qui vident eos, festinent et ipsi imitatores effici actionum eorum. Quae enim est adoratio nisi honor tantummodo, sicut et nos peccatores adoramus et salutamus nos alterutrum secundum honorem et dilectionem? Etenim Deum nostrum non aliter adoramus et glorificamus et contremiscimus. Imago est similitudo eius, qui in ea conscriptus est. Impii autem, qui bonum non agunt, neque sanctorum commemorantes non prohibeant neque scandalizent eos, qui benefaciunt et honorant sanctos et servos Dei et commemorantur eorum; mercedem enim bonae operationis accipient. Impii vero secundum quod cogitaverunt habebunt desolationis inhonorationem sicut id, quod iustum erat, negligentes et a Domino recedentes. Propter memoriam namque in imaginibus conscribuntur et honorantur, immo et adorantur sancti sicut servi Dei, ut pro nobis divinitatem sint exorantes atque implorantes; dignum enim est commemorari doctorum nostrorum et gratias referre Deo.

Item sancti Dyonisii Ariopagitae Atheniensis episcopi in epistola, quam scripsit ad sanctum Iohannem evangelistam, inter cetera inquid: Quid[1] mirabile, si Christus verax, et discipulos iniqui de civitatibus eiciunt, ipsi digne sibi iudicantes, et de sacro scelerati interdicunt et recedentes? In veritate et manifeste imagines sunt visibiles invisibilium; nec enim in saeculis supervenientibus culpabilis erit ex eius iustitia respectus Dei.

Item eiusdem de caelesti militia et infra: Praedicta[2] enim incorporea agmina diversis coloribus effigurantur, conpositionibus variis, quatinus sic tacite nosmetipsos per sacratissimas effigies ad simplices et incorporales pia mente transeamus. Etenim impossibile est nostrae menti ad incorporea illa pertingere, caelestis militiae imitationem visionemque, nisi per elementorum poterimus visibilem decorem ad invisibilem pulcherrimamque attingi effigiem et visibiles odoriferasque imagines rationali traditione invisibiles praefulgi, et cetera.

2 daemonum] *scil.* esset. 5 contemplatus *P.* 11 inferius *P.* 14 imagines] magines *P.* 16 eas *P.* 19 eis *P.* 23 non *deest P.* 27 erat *deest P.* 30 refferre *P.* 33 iniqui] inquid *P.* 34 In] a *P.* 39 nisi] nisi si *P.*

1) *Dionysius Areopagita, Epist. 10 ad Iohannem evang.; Opp. ed. Corderius I, 620. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 32.* 2) *Dionysius Areopagita, De caelesti hierarchia I § 3; Opp. I, 2. Cf. Hadriani epist., MG. Ep. V, 32 sq.*

In definitione sancti sexti et magni concilii cap. LXXXII.: In[1] quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus digito praecursoris monstratus designatur, qui in signum relictus est gratiae, verum nobis per legem praemonstrans agnum Christum Deum nostrum, qui abstulit peccata mundi.

Et post pauca: Secundum[2] humanam figuram et in imaginibus nunc pro veteri agno retitulari decernimus, per ipsum humilitatis altitudinem Dei verbi considerantes et ad memoriam quae in carne actionis quique passionis eius et salutiferae mortis manibus educati et quae abhinc facta est mundi redemptio et cetera.

Unde et beatus Augustinus in nonagesimo secundo psalmo inquit: Si[3] autem non adoras in Christo ista terrena, quamvis de illis similitudo quaedam data est ad significandum sanctos, de quacumque creatura ducta fuerit similitudo, tu intellige similitudinem creaturae et adora artificem creaturae et cetera.

Item sancti Athanasii episcopi Alexandrini de humanatione Domini, cuius initium: Sufficienter[4] quidem de his multis pauca sumentes intimavimus.

Et post: Sicut[5] ea, quae scribitur in lignis, forma abolita exterioribus sordibus, iterum necesse id ipsum recuperari atque uniri ei, cuius est forma, ut innovari possit imago in eadem materia atque elemento. Per eius enim formam et ipsa materia, ubi et conscribitur, non deicitur, sed in ea ipsa configuratur.

Item beati Ambrosii Mediolanensis episcopi ad Gratianum imperatorem, ex libro tertio cap. nono: Numquidnam[6], quando et deitatem et carnem eius adoramus, dividimus Christum? Aut quando in ipso et Dei imaginem et crucem adoramus, dividimus eum? Absit.

Item beati Gregorii Nyseni episcopi inter plura, ubi de Abraham sermonem instituit: Vidi[7] imaginem passionis et non sine lacrimis visionem transivi opus artis ad faciem deducens historiam et cetera.

Item ipse in interpretatione in cantica canticorum: Sicut[8] vero conscripta doctrina materia quaedam est, ita omnino in diversis tincturis, quae complent animantis imitationem. Qui vero imaginem conspicit ex eadem arte per colores completam tabulam, non tincturis praefert contemplationem, sed visionem depictam conspicit tantummodo, quam per colores magister demonstravit.

Leontii episcopi Neapoli Cypri in quinto sermone propter Christianorum responsum adversum Iudaeos et de imaginibus sanctorum: Nunc[9] vero de venerandis pietisque imaginibus responsum faciamus, ut obstruantur ora loquentium iniquitatem. Legalis enim est haec traditio, et audi Deum dicentem ad Moysen: *Imagines duas Cherubim aureas sculptas construe* (Exod. 25, 18) *obumbrantes propitiatorium.* Et iterum, templum quod ostendit Deus Ezechieli: *Facies,* dixit, *palmarum et leonum et hominum et Cherubim a pavimento eius, usque ad cameram tecti.* (cf. Ezech. 41, 19. 20.) Certe terribilis sermo, qui praecepit Israheli, ne faceret quodlibet sculptile neque imaginem neque similitudinem, quae sunt in caelo et quae sunt in terra: (cf. Exod. 20, 4.) ipse praecepit Moysi facere sculptilia animalia et Cherubim. Unde et Salomon ex lege suscipiens signum plenum fecit templum aere et sculptile (cf. 3 Reg. 6, 1 sqq. 7, 1 sqq.)

16 ei] is *P.* 20 Numquidne *P.* 23 opus] opere *P.* 27 vero] vero ad *P.* 32 est] et *P.* 34 Ezechielo *P.*

1) *Synodi quinisextae sive Trullanae 692 (cf. Hefele, l. l. III, 329) c. 82; Mansi XI, 977. Cf. Conc. Nic. act. IV., ibid. XIII, 40. V. Libr. Carolin. II c. 18.* 2) *Ibid.: Mansi XI, 980.* 3) *Augustinus, Enarr. in psalm. 93 § 4; Opp. IV, 1001. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 32.* 4) *Athanasius, De incarn. verbi Dei § 1; Opp. ed. Giustiniani I, 1, 38.* 5) *Ibidem § 14; l. l. I, 1, 47. Cf. Hadriani epist., Mansi XII, 1069.* 6) *Ambrosius, De incarn. domin. sacramento c. 7 § 75; Opp. II, 720. Cf. Hadriani epistolae, Mansi XII, 1068 et MG. Epp. V, 52. V. Libr. Carolin. II c. 15.* 7) *Mansi XII, 1065. V. supra p. 486, l. 35 sqq.* 8) *Mansi XII, 1065.* 9) *Cf. Conc. Nic. act. IV., Mansi XIII, 44.*

et fusile, leonum, boum et palmarum et hominum et non est reprehensus a Deo. Si enim me reprehendere vis pro imaginibus, reprehende Deum, qui haec fieri iussit, in memoria eius esse erga nos. Iudaeus dixit: Sed non adorabantur illae sicut dii similitudines, sed memoria tantummodo fiebat. Christianus dixit: Bene dixisti, neque a nobis ut dii adorantur sanctorum effigies et imagines et signa. Si enim ut Deum adorant lignorum imagines, debebunt omnino et cetera ligna adorare; si vero ut Deum adorarent lignum, non omnino deleta effigie imaginem incenderent.

Et iterum: Damus[1] que sunt annexa duo ligna crucis, adoro signum propter Christum, qui in ea crucifixus est; at ubi divisa fuerint ab alterutrum, proicio ea et incendo. Et sicut qui iussionem imperatoris suscipiens et osculatus est signum, non lutum honorat aut cartam aut plumbum, sed imperatori salutem et venerationem reddidit, sic et Christianorum pueri signum crucis adorantes non naturam ligni veneramur, sed signum et figuram Christi. Ipsum videntes per ipsum, qui in ea crucifixus est, osculamur et adoramus et cetera.

Et post pauca: Sicut[2] enim virgam Christi, crucem adoramus, sicut enim sedem et lectum eius, sanctum sepulchrum, sicut enim domum, praesepium et Betleem, et cetera sancta eius tabernacula, sicut enim amicos eius, apostolos eius et sanctos martyres et reliquos sanctos, Christi vero passionem in ecclesiis et in domibus et in plateis et in imaginibus et in velis et in cubiculis et in vestibus et in omni loco designamus, ut indesinenter aspicientes haec recordemur et non obliviscamur, sicut tu oblitus es domini Dei tui et sicut tu adorans librum legis non naturam pellium et atramenti adoras, sed verba Dei, quae in eo continentur, sic et ego imaginem Christi adorans non naturam lignorum aut colorum adoro, absit; sed inanimata in figuram Christi tenens per eam Christum spero tenere et adorare.

Et infra sequitur: Nam[3] et ipsos filios nostros et patres factos existentes et peccatores saepius osculamur et non in hoc condemnabimur; non ut deos eos osculamur, sed amorem nostrae naturae, quem erga eos habemus, per osculum ostendimus. Sicut enim multotiens dixi: Mens scrutatur in omni osculo et in omni adoratione et cetera, sic, o homo, Christianorum populi, quanticumque signa crucis et imaginum osculantur, non ipsis venerationem lignis aut lapidibus proferunt aut auro aut corruptae imagini aut lypsanis, sed per illa Deo creatori, qui et eorum et omnium creator est, gloriam et osculum et venerationem offerunt.

Et infra: Qui[4] enim diligit amicum suum aut regem et magis bene merentem, sive filium eius videns sive virgam sive sedem sive coronam sive domum sive servum tenens, osculatur et honorat per hos benefactorem et magis Deum. Quando enim vides Christianos adorantes crucem, cognosce, quoniam crucifixo Christo adorationem proferunt et non ligno. Nam si naturam ligni venerati essent, omnino et arbores et nemora adorarent, sicut et tu aliquando, Israhel, adorabas dicens arbori et ligno: Tu mihi es Deus et tu me genuisti. Ergo non sic dicimus cruci (cf. Ierem. 2, 27.) neque figuris sanctorum: Dii nostri estis. Non enim sunt dii nostri, sed similitudines et imagines Christi et sanctorum eius et ad memoriam et honorem et decorem ecclesiarum adiacentium et adorantium. Qui enim honorat martyrem Deum honorat et qui matrem eius honorat ipsi Deo honorem offert et qui apostolum honorat qui misit eum honorat et cetera.

Item beati Augustini de eo, quod apparuit Deus Moysi, et de virga et manu colorata et aqua in sanguinem et post quaedam interposita subiunxit: (Ioh. 3, 14. 15.) *Sicut*[5] *Moyses exaltavit serpentem in heremo, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Hoc est: quicumque percussus fuerit a serpentibus peccatorum Christum intueatur et habebit sanitatem in remissionem peccatorum.

27 lypsanis] *al. man. in marg. adscripsit* id est reliquiis *P.* 29 merenti *P.* 40 Sicut] De cruce *in marg. P.*

1) *Cf. Conc. Nic. act. IV., Mansi XIII, 44.* 2) *Ibid.; l. l. XIII, 45.* 3) *Ibid.; l. l. XIII, 49.* 4) *Ibid.; l. l. XIII, 52.* 5) *Augustinus, Sermo 6 c. 5 § 7; Opp. V, 36. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 28.*

Item eiusdem sancti Augustini super Iohannem evangelistam de eodem sermone omelia inter cetera: Interim[1] modo, fratres, ut a peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur, quia, *sicut Moyses exaltavit serpentem in heremo, ita exaltari oportet filium hominis.* Hoc enim (Ioh. 3, 14. 15.) interest inter figuram sive imaginem et rem ipsam: figura praestabat vitam temporalem, res ipsa, cuius illa figura erat, praestabat vitam aeternam et cetera.

Item sancti Augustini de libro tertio sanctae trinitatis inter cetera: Nam[2] sicut unctio lapidis Christum in carne, in qua unctus est oleo exaltationis prae participibus suis, ita virga Moysi conversa in serpentem ipsum Christum factum oboedientem usque ad mortem eius, unde ait: *Sicut exaltavit Moyses serpentem in heremo.* (Ioh. 3, 14.)

Et post cetera: Si[3] intuentes illum serpentem exaltatum in heremo serpentum morsibus non peribunt, vetus homo noster crucifixus est cruci cum illo. Per serpentem autem mors intelligitur, quae facta est a serpente in paradyso, modo locutionis per efficientem id, quod efficitur, demonstrante. Ergo virga in serpente, Christus in morte et serpens rursus in virga, Christus in resurrectione, totus in corpore suo, quod est ecclesia et cetera.

Item beati Augustini in libro Exodi inter cetera: Facta[4] credimus, quemadmodum facta legimus; et tamen ipsa facta umbram fuisse futurorum apostolica doctrina cognoscimus. (cf. Col. 2, 17.) Putamus ergo spiritaliter esse investiganda quae facta sunt; facta tamen esse negare non possumus et cetera.

Item ipse in psalmo septuagesimo tertio: Immo[5] iam in nomine Christi venire gaudeamus, iam tenentes sceptrum subduntur ligno crucis, iam fit quod praedictum est: *Adorabunt eum omnes* (Ps. 71, 11.) *reges terrae, omnes gentes servient illi.* Iam enim in frontibus regum pretiosius est signum crucis quam gemma diadematis.

Item Augustini de filio Abrahae ducto ad sacrificium inter cetera: Non[6] enim frustra moti estis, cum hoc dicerem: Crux cornua habet. Sic enim duo ligna compinguntur in se, ut speciem crucis reddant. Sicut ergo imagine crucis multis locis videmus, ut fiant duo cornua, quibus infigantur manus, cornibus haerentem arietem, crucifixum Dominum, video et cetera.

Item sancti Severiani Gabalensis de sermone sanctae crucis inter cetera: Putas[7] non erat iustum dici: Si quis vestrum morsus fuerit, respiciat in caelum sursum ad Deum et salvabitur? Ut enim et attendi caelo relinquat, non potuit dicere: Si quis morsus fuerit, aspiciat lucernam luminis et salvabitur? aut aspiciat ad mensam propositionis sanctorum panum et salvabitur? aut ad altare aut ad velum aut in arcam aut in imaginem Cherubim aut in propitiatorium? Sed nihil horum ad medium adduxit legislator magnus, sed solam fixit crucis imaginem et hanc per maledictum serpentem. Dic mihi ut fidelis famulus: Quod interdicis facis? quod abrenuntias aedificas? Qui dicis: *Non facies sculptile,* et fusilem sculpis serpentem? Sed illa quidem lege (Exod. 20, 4 Levit. 26,) posui, ut materias abscidam impietatis et populum hunc eruam omni idolorum cultura; nunc autem effundo serpentem, ut praefigurem imaginem salvatoris et cetera.

Item sancti Augustini ad Dulcitium in quaestione sexta de Samuhelis imagine: Solent[8] enim in scripturis imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt, sicut

7 exultationis *P.* 34 fusile *P.*

1) *Augustinus, Tractat. in evang. Iohannis XII § 11; Opp. III, 2, 388 sq. Cf. cum hoc loco et duobus subsequentibus Hadriani epist., MG. Epp. V, 28.* 2) *Augustinus, De trinitate l. III c. 10 § 20; Opp. VIII, 804.* 3) *Ibidem.* 4) *Hunc locum non inveni, sed legitur in Hadriani epist., MG. Epp. V, 36.* 5) *Augustinus, Enarr. in psalm. 73 § 6; Opp. IV, 772. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 27.* 6) *Hunc locum frustra quaesivi, sed legitur in Hadriani epist., MG. Epp. V, 43.* 7) *Severianus Gabalensis, Homilia de serpente c. 2; Opp. Chrysostomi ed. Montfaucon VI, 513. Cf. Hadriani epist., MG. Epp. V, 28.* 8) *Augustinus, De octo Dulcitii quaestionibus quaest. 6 § 3; Opp. VI, 134.*

omnia, quae pinguntur atque finguntur ex aliqua materie metalli aut ligni vel cuiuscumque rei aptae ad opera huiusmodi, quae etiam videntur in somnis et omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. Quis enim est, qui hominem pictum dubitet vocare hominem? Quandoquidem et singulorum quorumque picturam cum aspicimus, propria quoque nomina incunctanter adhibemus, velut cum intuentes tabulam aut parietem dicimus: Ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Symois, illa Roma, cum aliud nihil sint quam pictae imagines. Unde Cherubim cum sint caelitus potestates, factae tamen ex metallo, quod imperavit Deus, super arcam testamenti magnae rei significandae gratia, non aliud quam Cherubim illa quoque figmenta vocitantur. Item quisquis videt somnium, non dicit: Vidi imaginem Augustini aut Simpliciani, sed vidi Augustinum aut Simplicianum, cum eo tempore, quo tale aliquid vidit, nos ignoraremus. Usque adeo manifestum est non ipsos homines, sed imagines eorum videri; et Pharao (cf. Genes. 41, 2. 5.) spicas se dixit vidisse in somnis et boves, non spicarum aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari, non mirum est, quod (cf. 1. Reg. 28, 11 sqq.) scriptura dicit Samuhelem visum et cetera.

Item Augustini in libro de doctrina Christiana secundo: Signum[1] est enim res praeter speciem, quam ingerit, sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire, sicut vestigio viso transisse animal, cuius vestigium est, cogitamus et viso fumo ignem subesse cognoscimus. Signorum[2] igitur alia sunt naturalia, alia data. Signa[3] data sunt, quae divinitus in scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea conscripserunt et cetera.

Ante[4] omnia igitur opus est Dei timore converti ad cognoscendam eius voluntatem, quid nobis appetendum fugiendumque praecipiat.

Et infra: Illud[5] quod est secundum institutiones hominum, partim superstitiosum est, partim non est. Superstitiosum[6] est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda et colenda idola pertinens vel ad colendam sicut Deum creaturam.

Et post pauca in eodem sequitur libro: Appetunt[7] tamen omnes quandam similitudinem in significando, ut ipsa signa, in quantum possunt, rebus, quae significantur, similia sint. Sed quia multis modis simile aliquid alicui potest esse, non constant talia signa inter homines, nisi consensus accedat. In[8] picturis vero et statuis ceterisque huiusmodi simulatis operibus maxime peritorum artificum nemo errat, cum similia viderit, ut agnoscat, quibus sint rebus similia. Et hoc totum genus inter superflua hominum instituta numerandum est, nisi cum interest, quid eorum, qua de causa et ubi et quando et cuius auctoritate fiat et cetera.

Item Augustini in libro tertio eiusdem: Qui[9] vero aut operatur aut veneratur utile signum divinitus institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur, quod videtur et transit, sed illud potius, quo talia cuncta referenda sunt. Talis autem homo spiritalis et liber est etiam tempore servitutis, quo carnalibus animis nondum oportet signa illa revelari, quorum iugo edomandi sunt. Tales autem spiritales erant patriarchae ac prophetae omnesque in populo Israhel, per quos nobis Spiritus sanctus ipsa scripturarum et auxilia et solatia ministravit et cetera.

Item sancti Athanasii in sermone quarto adversum Arrianos: Arriomanitae[10], ut dictum est, iudicantes semel transgressores fieri.

6 Salustius *P.* 28 ceteris *P.*

1) *Augustinus, De doctrina Christiana II c. 1 § 1; Opp. III, 1, 19.* 2) *Ibid. § 2; l. l.* 3) *Ibid. § 3; l. l.* 4) *Ibid. II c. 7 § 9; l. l. III, 1, 22.* 5) *Ibid. II c. 19 § 29; l. l. III, 1, 31.* 6) *Ibid. c. 20 § 30; l. l.* 7) *Ibid. II c. 25 § 38; l. l. III, 1, 37.* 8) *Ibid. § 39; l. l.* 9) *Ibid. III c. 9 § 13; l. l. III, 1, 48.* 10) *Athanasius, Oratio 3 adversus Arrianos c. 1; Opp. ed. Giustiniani I, 1, 435. Cf. cum hoc loco et subsequenti Conc. Nic. act. IV., Mansi XIII, 69.*

Et post cetera: Hoc[1] et ab exemplo imaginis imperatoris attentius quis considerare poterit. Igitur in imagine imperatoris similitudo et forma est: et in imperatore quidem quae in imagine similitudo est; immutabilis enim est quae in imagine imperatoris similitudo, quatinus qui conspicit imaginem videt in ipsa imperatorem; et iterum qui vidit imperatorem cognoscit, quoniam hic est, qui in imagine. Ideo quod non immutetur similitudo qui voluerit cum imagine videre imperatorem, dicat namque: Ego et imperator unum sumus; ego enim in eo sum et ille in me, et quod conspicis in me, hoc in illo vides, et quod vidisti in illo, hoc vides et in me. Qui enim salutat imaginem in ipsa salutat imperatorem. Enimvero illius forma et species est imago et cetera.

Item sancti Anastasii episcopi Theopoleos ad Symeonem episcopum Bostrae: Si[2], patres, oportet secundum eloquium, ut tu asseris, interrogare, insuper autem et seniores.

Et post pauca: Sicut[3] enim absente quidem imperatore imago eius pro eo adoratur, praesente ergo ipso superfluum est relinquere primam formam et adorare imaginem, nonne quia praefertur propter praesentiam pro quo adoratur, inhonorari eam oportet?

Et iterum: Sicut[4] enim qui iniuriat imaginem imperatoris poenam iustam sustinebit sicuti eum ipsum imperatorem inhonorans. Etenim imagine nihil aliud existente nisi lignum cum coloribus cerae mixtis et contemperatis, simili modo qui signum cuiuslibet inhonorat in eum ipsum, cuius signum est, refert iniuriam et cetera.

In historia tripertita libri sexti cap. quadragesimo primo Sozomenus inquit: Illud[5] quoque, quod sub Iuliano provenit, narrare non sileo. Fuit enim signum quidem virtutis Christi et indicium contra principem iracundiae Dei. Cum enim agnovisset in Caesarea Philippi civitate Pheniciae, quam Paneam vocabant, insigne Christi esse simulacrum, quod sanguinis liberata profluvio constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocavit. Quae violento igne de caelo cadente circa eius pectus divisa est et caput cum cervice una parte deiectum atque in terra fixum; reliqua vero pars hactenus restitit et fulminis indicium reservavit. Statuam vero Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt. Postea vero Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt, quo hactenus reservatur.

Item ipse cap. XLII.: Hoc[6] itaque simulacrum, sicuti refert Eusebius, omnium passionum et aegritudinum noscitur esse medicamentum, iuxta quod quaedam herba germinat, cuius speciem nullus nostrae terrae medicus licet expertus agnovit; mihi namque videtur, quia adveniente Domino nullum miraculum nullumque beneficium putari debet incredulum et cetera.

In historia Anglorum libri primi cap. XXV., cuius initium: Roboratus[7] confirmatione beati patris Gregorii Augustinus, confamulus Christi, qui erat cum eo, rediit in opus verbi pervenitque Britanniam. Erat eo tempore rex Edilbereth in Cantia potentissimus.

Et post pauca in eadem sequitur epistola: Post[8] dies ergo venit ad insulam rex et residens sub divo iussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire conloquium. Caverat enim, ne in aliquam domum ad se introirent veteri usus augurio, ne superventu suo, si quid maleficii artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non daemonica, sed divina virtute praediti veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam et imaginem Domini salvatoris in tabula depictam laetaniasque canentes pro sua simul et eorum, propter quos et ad quos venerant, salute aeterna Domino supplicabant.

Item sequitur: Fertur[9] autem, quia appropinquantes civitati more suo cum cruce sancta et imagine magni regis domini nostri Iesu Christi hanc laetaniam consona voce modularentur: Depre-

6 dicat] *sc.* imago. 18 quadragesimo *deest P.* Sozomenus] Zosemenus *P.*

1) *Athanasius, Oratio 3 adversus Arrianos c. 5; Opp. I, 1, 439.* 2) *Cf. Conc. Nic. act. IV.; l. l. XIII, 56.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem; l. l. XIII, 57.* 5) *Cassiodorus, Historia tripartita VI c. 41; Opera ed. Garet I, 297. V. supra p. 487 l. 17 sqq.* 6) *Ibid. c. 42; l. l.* 7) *Beda, Historia Anglorum I c. 25; Opp. ed. Giles II, 100.* 8) *Ibidem.* 9) *Ibid.; l. l. II, 102.*

camur te, Domine, in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira tua a civitate ista et a domo sancta tua, quoniam peccavimus et cetera.

In epistola beati Germani patriarchae Constantinopolitani ad Iohannem episcopum Synadorum, postquam litteras beati Gregorii papae[1] suscepit, inter cetera inquit: Epistolam[2] vestrae sanctitatis suscepi, in qua referebatur de episcopo Nacholiac. Significamus enim nunc vobis, sicut et pridem quam susciperemus litteras vestrae sanctitatis, coniungente hic eodem Deo amabili episcopo in verbis, venimus cum ipso sciscitantes sensum eius, unde nobis relatum fuerat de illo. Ipse vero nobis hunc dedit responsum — oportunum enim est singillatim omnia intimare
Exod. 20, 4. vestrae sanctitati — quoniam audiens divina scriptura dicente: *Non facies tibi omnem similitudinem, ut adores ea, quanta in caelo sursum et quanta in terra deorsum.* Secundum hoc dixi, quoniam non debetur manufactis adoratio. Nam sanctos Christi martyres, qui verae sunt margaritae fidei, omni honore dignos putamus et intercessiones eorum invocamus. Ad haec quidem nos illi responsum reddidimus, quoniam Christianorum fides venerationem et adorationem ad unum et solum Deum
Matth. 4, 10. refert, sicut scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Glorificatio enim nostra et servitium ipsi soli offertur.

Et post pauca: In[3] sanctis vero, qui in caelis sunt, et invisibilibus et incorporeis virtutibus sancta laudatur et glorificatur trinitas in singulari dominatione et deitate, sicut et unus Deus a nobis
Ps. 65, 7. confitetur et non est praeter illum, *qui dominetur in virtute sua in aeternum.*

Et post pauca: Neque[4] enim divinae dominationis venerationem in confamulos transferimus; neque enim imperatores aut principes in terra adorantes similitudinem ut ad Deum adorationem facere videmur; neque imaginum facturam, quae per caeram et colores designantur, in transmutationem divinae venerationis suscepimus; neque enim invisibilem deitatem imagine aut similitudine aut habitu aut forma aliqua designamus — etiam neque ipsorum angelorum, quibus existunt ordinibus, aut sentiri vel investigari ullo modo possunt —, sed quoniam unigenitus filius, qui est in sinu patris, revocans propriam creaturam a morte iudicii bonae voluntatis patris et Spiritus sancti homo
cf. Philip. 2, 6—9. fieri dignatus est, sicut inquit apostolus, per omnia similis nobis factus absque peccato, humanum eius vultum et secundum carnem eius humanam similitudinem imagine designantes et non incomprehensibilem aut invisibilem eius deitatem et cetera.

Simili[5] enim modo secundum carnem eius incontaminatae matris sanctae Dei genitricis ipso modo similitudinem demonstrantes, quoniam, mulieris natura existente et non aliena nostrae massae facta, Deum invisibilem et omnia manu continentem in suo concepit utero et genuit incarnatum. Etenim ut proprie et vere matrem Dei veri veneramur eam et magnificamus. Sanctos enim martyres Christi apostolosque et prophetas miramur et beatificamus et ad memoriam fortitudinis eorum similitudines imaginum ipsorum describimus, non ut divinae naturae socios eos aestimemus, neque quae debetur deitati gloriae quidem et potestati, honorem et adorationem illis impendimus, sed amorem nostrum, quem in ipsis habemus, per haec manifestamus et ea, quae per auditum veraciter credidimus, designamus. Nam et ipsi sancti Dei in unum et solum Deum servitutem et glorificationem et adorationem observantes et ad hoc omnes convocantes atque docentes eorum effuderunt sanguinem et in veritate confessionis coronam adepti sunt. Iste est modus in imaginum picturis; et non sicut invisibili deitati in spiritu et veritate adorationem inmutamus in manufactis imaginibus, sed caritatem nostram, quam iuste habemus ad veros servos Dei nostri, tali modo ostendentes; et in eorum honore glorificatur Deus, qui glorificavit eos et cetera.

In actione septima de significatione adorationis: Adoratio[6] multis modis intelligitur. Est enim adoratio secundum honorem et amorem et timorem, sicuti adorantur principes et illorum

1) *Sc. Gregorii II. epist. (J.- E. n. 2181), unde supra p. 508 l. 27 sqq. excerpta legebantur.* 2) *Germani patriarchae epistola ad Iohannem Synadensem episcopum inter acta concilii Nicaeni act. IV. (Mansi XIII, 100) invenitur.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem.* 5) *Ibidem.* 6) *Epistola concilii Nicaeni ad Constantinum et Irenem; Mansi XIII, 405.*

potestas. Est alia adoratio timoris proprie, sicut Iacob adoravit Esau. Est iterum adoratio secundum [cf. Gen. 33, 3.] gratiam, sicut Abraham propter agrum, quem accepit a filiis Eth in sepulturam Sarae mulieris eius, [cf. ib. 23, 7.] et adoravit eos. Est iterum adoratio, cum creditur aliqua protectio adipisci a supereminentibus, sicut Iacob Pharaonem. Est vera et certissima adoratio, quae soli debetur omnipotenti et divinae [cf. ib. 47, 10(?).] maiestati, sicut dicit scriptura: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Hanc autem [Matth. 4, 10.] adorationem ad nullam creaturam licet transferre nec in manufactis inmutare et cetera.

Augustinus in libro primo sanctae trinitatis, cum de Spiritu sancto loqueretur, inter cetera inquit: Patri[1] et filio prorsus Spiritus sanctus aequalis et in trinitatis unitate consubstantialis et coaeternus. Maxime vero illo loco satis apparet, quod Spiritus sanctus non sit creatura, ubi iubemur non servire creaturae, sed creatori, non eo modo, quo iubemur per caritatem [cf. Rom. 1, 25.] servire invicem, quod est Graece duleuin, sed eo modo, quo tantum Deo servitur, quod est Graece [cf. Gal. 5, 13.] latreuin, unde idolatrae dicuntur, qui simulacris eam servitutem exhibent, quae debetur Deo. Secundum hanc enim servitutem dictum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Nam [Matth. 4, 10.] hoc distinctius in Graeca scriptura invenitur: latreusis enim habet. Porro si tali servitute creaturae servire prohibemur, quandoquidem dictum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies,* [ib.] unde et apostolus detestatur eos, qui coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori —, non est [cf. Rom. 1, 25.] utique creatura Spiritus sanctus, cui ab omnibus sanctis talis servitus exhibetur dicente apostolo: *Nos enim sumus circumcisio Spiritui Dei servientes,* quod est in Graeco latreuontes. Plures enim [Phil. 3, 3.] codices etiam Latini sic habent, *qui spiritu Dei servimus.* Nam latria Grece, Latine servitus dicitur, quae quantum ad veram religionem attinet, non nisi uni et soli Deo debetur et cetera.

Item Augustini in libro de animae quantitate: Deus[2] autem inmortalem animam fecit, ut opinor, nisi forte tibi aliter videtur. Ergo tu velles talia fieri ab hominibus, qualia Deus fecit? Non equidem hoc dixerim, sed quemadmodum ipse inmortalis inmortale quiddam fecit ad similitudinem suam, sic et nos, inmortales a Deo facti, ad similitudinem nostram quod facimus inmortale esse deberet. Recte diceres, si ad eius imaginem pingeres tabulam, quod in te inmortale esse credis, nunc vero in ea exprimis similitudinem corporis, quod profecto mortale est. Quomodo ergo sum similis Deo, cum inmortalia nulla possum facere ut ille? Quomodo nec imago corporis tui potest hoc valere, quod tuum corpus valet, sic anima non mirandum est, si potentiam tantam non habet quantam ille, ad cuius similitudinem facta est et cetera.

Isydori episcopi de pictura: Pictura[3] autem est imago exprimens speciem rei alicuius, quae, dum visa fuerit, ad recordationem mentem reducit.

Item: Picturam[4] enim Aegyptii excogitaverunt primum umbram hominis lineis circumductam; itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea diversis sicque paulatim sese ars ipsa distinxit et invenit lumen atque umbras differentiasque colorum. Unde[5] et nunc pictores prius umbras quasdam et lineas futurae imaginis ducunt, deinde coloribus complent tenentes ordinem inventae artis.

Item: Colores[6] autem dictos, quod calore ignis vel solis perficiuntur sive quod initio colabantur, ut summae subtilitatis existerent et cetera.

Unde primum exorta sit in ecclesiis Orientalium imaginum destructio: Tyrannos[7] quidam fuit Seleman nomine, Aggarenus genere. Quo defuncto successit Humarus in regno, cui iterum successit Ezidus, vir valde levis et insipiens. Huius enim temporibus erat quidam in Beriade

11 duleuin] δουλεύειν *al. man superscr. P.* 12 latreuin] λατρεύειν *al. man superscr. P.* 18 Spiritui *e corr. P.* 37 cetera] *in edd. sequuntur illa ex Augustino desumpta* (Item Augustinus — illustratur et fruitur et cetera, *infra p. 520 l. 14—31), quae in codice post verba* Unde primum — cum honore restitutae et cetera, *supra l. 38 — p. 520 l. 13, leguntur.*

1) *Augustinus, De trinitate I c. 6 § 13; Opp. VIII, 756.* 2) *V. supra p. 493 l. 3 sqq.* 3) *V. supra p. 491 l. 16 sqq.* 4) *V. supra p. 491 l. 21 sqq.* 5) *Isidorus, Etymol. XIX c. 16 § 2; Opp. IV, 436.* 6) *Ibid. c. 17 § 2; l. l.* 7) *Concil. Nicaen. act. V.; Mansi XIII, 197. Cf. Hefele, l. l. III, 374.*

maleficus ac divinus, Serantapicus nomine, praeceptor iniquorum Hebraeorum et inimicus Dei ecclesiae, qui, ut comperit levitatem Ezidi protosymboli, accessit ad eum coepitque illi quaedam divinare et praedicere. Illi autem ex hoc acceptabilis factus ac non multo post ei dicere coepit: Benignitati tuae exponere volo, unde, me si audieris, addatur tibi longitudo vitae et perseveres in hoc principatu annos XXX, si quidem impleveris sermones meos. Ille vero insipiens tyrannus obscuratus mente desiderii longaevae vitae: Quicquid mihi, inquit, praeceperis paratus ad perficiendum existo et, si consecutus fuero, quod pollicitus es, maximos tibi honores retribuam. Maleficus vero et divinus ait ad eum: Iube mox generalem scribere epistolam, quatinus omnis imaginaria pictura deleatur in omnibus Christianorum ecclesiis sive in parietibus sive in vasis sacris et in vestibus altarium et non solum haec, sed quae in civitatum plateis sunt adornatae. Quod audiens perfidus ille tyrannus praecepit omni praefecturae in cunctis locis ecclesiarum imagines et ceteras similitudines abolere et ita exornavit ecclesias Dei. Abhinc enim coeperunt corruptores imaginum inveniri. Sed ipse tyrannus anno altero mortuus est, et imagines in pristinum statum cum honore restitutae et cetera.

Item Augustinus in libro de magistro: De[1] his, quae intelliguntur, interiorem veritatem ratione consulimus quid dici potest, unde clareat; verbis nos aliquid discere praeter ipsum, qui aures percutit, sonum? Namque omnia, quae percipimus, aut sensu corporis aut mente percipimus, illa sensibilia, haec intelligibilia sive, ut more nostrorum auctorum loquar, illa carnalia, haec spiritalia nominamus. De illis cum interrogamur, respondemus, si praesto sunt ea, quae sentimus, velut cum a nobis quaeritur intuentibus novam lunam, qualis aut ubi sit: hic ille, qui interrogat, si non videt, credit verbis et saepe non credit, discit autem nullo modo, nisi et ipse quod dicitur videat, ubi iam non verbis, sed rebus ipsis et sensibus discit. Nam verba sonant videnti, quae non videnti etiam sonuerunt. Cum vero non de his, quae coram sentimus, sed de his, quae aliquando sensimus, quaeritur, non tam res ipsas, sed imagines ab eis inpressas memoriaeque mandatas loquimur; quae omnino quomodo vera dicamus, cum falsa intueamur, ignoro, nisi quia non nos ea videre ac sentire, sed vidisse ac sensisse narramus. Ita illas imagines in memoriae penetralibus rerum ante sensarum quaedam documenta gestamus, quae animo contemplantes bona conscientia non mentimur, cum loquimur, sed nobis sunt ista documenta. Is enim, qui audit, si ea sensit atque affuit, non discit meis verbis, sed recognoscit ablatis secum et ipse imaginibus. Si autem ille non sensit quis non eum credere potius verbis quam discere intelligat? Cum[2] vero de his agitur, quae mente conspicimus, id est intellectu atque ratione, ea quidem loquimur, quae praesentia contuemur
cf. Rom. 7,22. in illa interiore luce veritatis, qua ipse, qui dicitur homo interior, illustratur et fruitur et cetera[3].

Quia ergo per caritatem Dei, quae ab ipso largiente diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, universae ecclesiae notum esse non dubitatur, quod omnia, quae intra eandem sanctam Dei ecclesiam ad perennem capiendam salutem pertinentia aguntur, ita per eiusdem sancti Spiritus gratiam caute agenda sunt, ut illud praecipuae caritatis privilegium conservetur, quod ipse auctor et

18 sunt] est *P.* 24 omni *P.* 30 praesentiae *P.* 31 cetera] *in edd. sequuntur* Caput XVI. *(quae P desunt), deinde verba* Unde primum — cum honore restitutae et cetera, *supra p. 519 l. 38 — p. 520 l. 13, fortasse recte, cum Augustini verba potius cum Isidori (supra p. 519 l. 30 — 37) cohaereant quam cum illis ex concilio Nicaeno depromptis; in P sequuntur fol. 78'—83' fragmenta lexici Tironiani.* 32 Quia] Epistola nomine Ludovici imperatoris ad pontificem Romanum *quasi lemma praemittunt edd.* 36 sint *P.*

1) *Augustinus, Liber de magistro c. 12 § 39: Opp. I, 560 sq.* 2) *Ibid. § 40; l. l. I, 561.* 3) *Notatu dignum est collectionem excerptorum non expressis verbis clausulam adicere, quae omnium locorum quasi praebeat summam. Accedit, quod forma epistolae ab Hludowico ad papam dirigendae nihil dicat de consilio, quo eam composuerint synodales. Non obliviscendum denique est quinque folia codicis P (v. supra l. 40) obtineri fragmentis lexici Tironiani. Quae cum ita sint, non ita pauca excidisse fortasse statuendum est.*

largitor omnium bonorum Dominus de mundo corporaliter abscessurus pro summo atque altissimo munere fidelibus suis dando pariter et relinquendo largiri dignatus est, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis,* illud etiam apostoli pariter **Ioh. 14, 27.** attentissime cogitandum est: *Pacem sequimini et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum;* **Hebr. 12, 14.** et idcirco valde necesse est, ut quisquis ad illam patriam desiderat pervenire, ubi numquam discordia potuit vel poterit introire, illud summopere agere studeat, per quod et ipse illam Deo placitam caritatis pacem cum omnibus habere studeat et omnes contra illam pacem discordantes ad veram concordiam revocare contendat.

Certum est enim, quia, sicut quisquam, si eandem caritatem, illam Deo placitae fraternitatis caritatem, servare poterit et noluerit, ad palatium caritatis pervenire non poterit, ita, si illos, quos contra eandem dilectionis unitatem dissidentes cognoverit et illos ad tantae beatitudinis viam revocare poterit et virtute, qua valet, non certaverit, ipse sibi eiusdem beatitudinis ianuam seris validissimis claudit. Similiter quoque iustissimo Dei iudicio eandem calcandi semitam obstaculum sibi opponit, si secundum qualitatis suae modum, omnes in Deo unanimes ne in baratrum discordiae proruant, quantum reniti praevalet, viriliter non contendit. Haec ad hoc non humana argumentatione reperta, sed divina tota orbi terrarum docente auctoritate diffusa atque notissima ubique valere debent, ut, ubicumque fuerint discordantes, ad concordiam revocentur, concordes vero, ne in discordiam proruant, ab universis, qui praevalent, tueantur.

His ita summatim praemissis, series huius dictionis postulat, ut subsequens sermo, cur talia praemissa sint, lucide pandat.

Quia igitur, ut universo ecclesiastico ordini revelante Spiritu sancto notum est, inter cetera pietatis documenta testante apostolo fides, spes, caritas praeminent ipsaeque **cf. 1 Cor. 13, 13.** rursum virtutes per prudentiam, temperantiam, fortitudinem atque iustitiam auctore Deo inviolabiliter conservantur, ita rursus illae quattuor ad humanam derivatae sobriam conversationem per rationem, discretionem, honestatem atque utilitatem habentur atque utuntur; nullusque istis carens illas perfecte habere potuit nec eis rite, istis spretis, aliquando uti praevaluit. Et quamvis sint quaedam ex eis humanam rationem excedentes, ut sunt nonnulla, quae sola fide attingi possunt et ob hoc ineffabilia vel incomprehensibilia dicuntur, auctoritate tamen divina in sacris voluminibus, sanctorum etiam catholicorum patrum edictis, Deo revelante, qualiter eadem tenenda vel confitenda sint, sufficienter repperiuntur. Ideoque poene ab omnibus desideratur, optatur, quaeritur, ut ratione praeeunte, comitante vel subsequente in omnibus vel de omnibus, unde certus esse desiderat, salva et anteposita semper et ubique divina auctoritate, non prius qualibet humana adinventione opponatur quam utili ratione instruatur et, undecumque certus esse desiderat, pleniter imbuatur.

Idcirco ergo summopere cavendum est, ne homini rationali rationem desideranti atque poscenti ullo modo ratio interdicatur, nisi tantum in his, ut supra commemoratum est, ineffabilis tanta ac talis occurrat sublimitas, cui merito universa humana se substernat ratiocinationis humilitas. Quia vero uno pretio, Christi videlicet sanguine, redempti, fratres sumus et ipso miserante, cuius misericordia id simus, cognosci meruimus, cum omni mentis affectu, ut supra commemoratum est, necessitatem fratrum nostrorum, totius scilicet imperii Orientalium Romanorum, ad intima cordis nostri viscera admittere debemus, quorum inviolabilem caritatem ob nullam aliam disceptationis occasionem nimis duriter et, ut multis videtur, inrationabiliter scissam esse cognovimus, nisi quod quidam illorum una cum Michahele et Theophilo imperatoribus, carissimis fratribus nostris, imagines sanctorum non habere volunt, quidam vero econtra ex eadem

4 est *deest P.* 35 prius] *supple:* quidquam. instruatur] *intellige:* fidelis.

sancta plebe non solum habere, sed etiam adorare volunt. Quorum altercationis discordiae summa talis est, ut nolentes illas habere volentes nec habere consentiant, volentes vero nolentes etiam adorare compellant; qui hinc et inde in diversa tendentes adversus alterutrum, sive humana argumentatione vel ratione sive etiam ex divina auctoritate vel sanctorum patrum scriptis, voluntati suae excerpta vel coacervata habent, ut utrisque videtur, congrua plurima testimonia, quibus et isti suam et illi econtra vindicare et obtinere suam putant posse sententiam.

Unde, sicut dignum et vere dignum et iustum est, ut praeeunte Spiritus sancti virtute ille inter eos in nomine Domini talia correcturus et ad viam veritatis sanctissimo moderamine reducturus primus in hominibus arbiter occurrat, quem Deus omnipotens in sede apostolica collocare eorumque vicarium eidem sanctae suae ecclesiae dare dignatus est — et ob hoc ei nomen speciale in toto orbe terrarum ab eadem sancta Dei ecclesia prae omnibus pontificibus decretum est, ut solus non sua abusione, sed tantorum apostolorum auctoritate universalis papa dicatur, scribatur et ab
1. Ioh. 2, 18. omnibus habeatur — et quia, sicut omnibus notum est, dicente Iohanne apostolo: *Hora*
1. Cor. 10, 11. *novissima est* et Paulo: *Nos, in quos fines saeculorum devenerunt,* et ideo tempus instat, dies iudicii absque ulla diuturna dilatione appropinquat, nulli dubium, quin diabolus inter reliqua perditionis suae argumenta illud praecipue contendit, ut in novissimo die sanctae Dei ecclesiae caritatem mutuam scindat, unanimitatem per quamlibet occasionem findat, viscera dilectionis corrumpat, ut eam non in pace superius commemorata, sed discissam et laceratam dies ille horrendus inveniat. Sed nec illud latet, quod ipse infelix infelicium miserrimusque omnium miserorum non curat, per quamlibet occasionem corporalem, spiritalem, mundanam, ecclesiasticam id efficere possit, dum tamen quolibet argumento eius Deo placitam, mutuam in diligendo soliditatem scindere valeat; et cum universus ei ecclesiasticus ordo merito obviare debeat, nullus tamen sub hac conditione maiori constringitur debito quam ille, qui tanto in sede apostolica illorum auctoritate pro eorum reverentia in universali mundo ac tali honorari meruit privilegio; qui tamen universalis merito non dicitur, si pro universali ecclesiae statu viribus, quibus valet, non agonizatur.

Haec, domne pater ac toto mundo venerande atque reverende sanctissime pontifex, ad insinuandam in tanta re mentis nostrae devotionem praemittere studuimus.

Abhinc vero, si a Deo conservanda almitas vestra ita elegerit, non insinuando, sed admonendo, qualiter communis legatio nostra ad illam sanctam Dei ecclesiam corrigendam dirigi possit, subnectere curabimus, non ut sanctae et a Deo datae sapientiae vestrae, quod absit, altius sublimiusque progrediendi terminum ponere praesumpserimus, sed ne id, quod exinde nobis omnipotentis Dei misericordia ad obsequium vestrum et salutem nostram conferre dignata est, silentio tegeremus. Sicut filium decet patris, in gremio examinis vestri collocavimus, confisi in Domino, quod ipse vobis exinde quod sibi placitum et acceptabile est inspirare dignabitur.

Nos tamen non synodum congregando, sed, quemadmodum a vobis postulavimus licentiamque agendi percepimus[1], una cum familiaribus nostris, filiis vestris[2], quantum pro multiplicibus sollicitudinibus regni diversis occupati per intervalla potuimus, considerare studuimus, quid almitati vestrae de tanta necessitate significare potuissemus,

26 illorum] *scil.* apostolorum. 33 illam — ecclesiam] *scil.* imperii Orientalium. 37 et *deest P.*

1) *Cf. Simson, l. l. I, 248 ann. 3.* 2) *Synodo interfuerunt Hieremias Senonensis archiepiscopus, Ionas Aurelianensis, Freculfus Lexoviensis, Halitgarius Cameracensis, Amalarius Mettensis episcopi, Adegarius quidam; cf. Simson, l. l. I, 247 ann. 10. 249; v. etiam supra p. 473 l. 35 sqq.*

qualiter idem populus a Deo per vestram conservandus orthodoxam sanctitatem ad veram concordiam revocari potuisset, ut vera pace conglutinati et in hoc et in futuro saeculo omnium Domino placere potuissent. Et quicquid exinde salubre Domino inspirante invenire potuimus, paternitati vestrae per praesentes filios vestros, fratres nostros, quaedam dictis, quaedam scriptis intimando direximus[1]. —

Oro[2] autem et obsecro in universo mundo — ut beati praedecessoris mei domni Gregorii papae utar verbis, fratres et domni mei in quantum peccatores, fratres mei in quantum iusti domni mei, quantum ex me humiliter supplico, quantum vero ex tanta auctoritate sublimiter moneo —, ut nemo me hoc in loco propter me despiciat, quia, etsi ad invitandum nequaquam dignus appareo, magna est tamen virtus caritatis, pacis et unitatis, ad quam vos alta potestate in vice beatorum apostolorum Petri et Pauli in nomine domini nostri Iesu Christi invitare praesumo. Cum enim Paulus veridica voce dicat: *Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, quia sine illa nemo* Hebr. 12, 14. *videbit Deum,* quid felicius quam et in hoc saeculo desiderando et in illo fruendo Deum videre? Quid e diverso infelicius quam nec in hoc saeculo feliciter optando nec in illo felicius fruendo videre mereri Deum? Et cum huius assertionis vel veritatis in universo mundo tanta sint testimonia, quae in praesenti tempore nulla evolvere praevaleat lingua nullusque mortalium praescire valeat, quando vel uniuscuiusque vel, quod maius est, totius mundi occasus terminusve fieri debeat, magna me, ut in omnibus notum est, urget necessitas, ut id, quod ex debito reddere debeo, diutius differre non audeam, ne forte tanto caritatis debito subtracto in conspectu aeterni iudicis pro vobis omnibus reus appaream.

Quamobrem oro vel moneo, ut primo me, summi Dei ecclesiae filii, Michahel et Theophile, gloriosi vero et sublimiter a Deo exaltati imperatores Romanorum, una cum universo catholico nobilissimoque senatu ac populo vobis a Deo ad gubernandum credito, ut ea, quae pro salute vestra ex auctoritate beati Petri, cui dominus et Deus noster Iesus Christus claves committere dignatus est regni caelorum dicens: *Quod-* Matth. 16, 19. *cumque ligaveris super terram ligatum erit et in caelis, et quodcumque solveris super terram solutum erit et in caelis,* admonere et exhortari et insinuare necessarium duximus, patienter audiatis animumque Deo placitum vestrum non ad contemnendum, sed ad oboediendum et conservandum praeparare studeatis. Ideo autem ad oboediendum nobis hortamur, quia omnia, quae vobis de hac causa dicturi sumus, tribus hoc capitulis principaliter et ordinare et confirmare parati sumus, id est ratione, auctoritate et consilio[3], videlicet rationem texendo et eandem rationem in quantum rationabilis, discreta, honesta et utilis fuerit, auctoritate firmando, eandem vero auctoritatem secundum catholicae fidei veritatem et rectitudinem salubriter intelligendo, ad ultimum vero, quid in his ad salutem universalis ecclesiae tenendum sit, consilium Deo placitum dando et idem consilium confirmando. Et quamvis, ut dignum est, divina praecellat auctoritas, primo tamen ad mitigandos atque ad adunandos animos in diversa tendentes ratiocinando omnibus satisfacere volumus, ut eo facilius et divinam auctoritatem secundum sanum catholicae fidei intellectum concordes suscipiant ac deinde certum nobis consilium suavius amplectantur amplexumque in futuro custodiant.

5 direximus] *post septem linearum intervallum sequuntur in P:* Oro autem *etc., quibus praemittuntur in edd. quasi lemma:* Epistola nomine Romani pontificis ad Michaelem atque Theophilum imperatores Graecorum. 16 mereri] meruerit *P.* 20 deferre *P.* 26 ut] *repetitur* ut *in l. 23.* 29 exhortare *P.* 38 praecellet *P.*

1) *V. infra C—E inter acta huius synodi.* 2) *Formam epistolae ab Hludowico ad Eugenium dirigendae (p. 520 l. 32 — p. 523 l. 5) sequitur (— p. 532 l. 31) forma epistolae, qua papam, cum ad Michaelem scriberet, una cum libello huic formae inserto (p. 525 l. 27 — p. 526 l. 33) uti volebant synodales.* 3) *V. infra p. 524 l. 1 sqq. p. 526 l. 34 sqq. p. 529 l. 43 sqq.*

RATIO. Apud omnes igitur huius sanctae Occidentalis ecclesiae, quae se auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli, largiente Domino, fidei, spei et caritatis sumpsisse exordium gloriatur, ita hactenus per eosdem apostolos protegente Spiritu sancto et ipsis intercedentibus ac protegentibus ab omni heresi inlibata nunc usque conservata est, ut non solum ipsa ad quodlibet erroris diverticulum minime declinaret, sed potius omnes a recto fidei tramite quoquo modo deviantes per orthodoxos eorundem successores toto orbe terrarum ad rectitudinem potius revocaret. Testis enim huius rei non quilibet angulus, sed orbis terrarum universus, quia, quotiens tales per mundum quaestiones motae sunt, quae ad periculum fidei universalis ecclesiae imminere putabantur, ob inveniendam inventamque conservandam catholicae fidei veritatem semper hoc universalis ecclesia, ob praesente huius sanctitatem sedis pontifice aut certe cum consensu illius verbis vel litteris porrecto, corrigere correctumque ad conservandum statuere consuevit.

Simili modo etiam et in his, quae ad conservandum in humanis actibus eiusdem ecclesiae incontaminabilem statum, moderante non qualibet dolosa vel sophistica necnon duplici calliditate, sed veritate subnixa, simplici ratione ipsaque discretione, honestate, utilitate, pariter inradiata ratione, non solum noxia vel nociva, verum quoque et ipsa superflua et non necessaria resecare consuevit et ea, ut praedictum est, quae ad salutem totius ecclesiae pertinere et insuper merito caveri non debuissent, disserendo et ordinando sancire solita fuit, et hoc non tantummodo de causa fidei vel, sicut praemissum est, de statu humani generis vel cursu rectitudinis, verum quoque de omni dissensione in sancta Dei ecclesia, quae pacem illam turbare videbatur, quam Dominus apostolis
Ioh. 14, 27. et per apostolos nobis omnibus vicariam praesentiae suae dereliquit dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Ubicumque per quodlibet pietatis argumentum pertingere potuit, semper huius sanctae sedis vicarius apostolorum, quaedam mulcendo, quaedam vero, si ita res poposcisset, sublimi ac veneranda auctoritate, ut dignum erat, docendo pariterque praedicando, ad pacis concordiam revocare studuit.

Quorum vicem, qualescumque simus, ministerium tamen et auctoritatem subeuntes, caritate pariter et eadem auctoritate roborati dissensionem illam, quam inter ipsam semper Deo amabilem Romanorum Grecorumque ecclesiam exortam et durius eandem ecclesiam, quam saluti illius ullo modo convenire possit, scindentem diuturno tempore cognovimus, non audemus declinare, ut non illam ex auctoritate tantorum apostolorum ad pacis concordiam ipsis mediantibus debeamus advocare, maxime vero in eo, quod eiusdem miserrime dissensionis ea sit materia, sine qua, sicut multis videtur, salva per fidem, spem et caritatem incunctanter et in hoc saeculo et in futuro salvari potest ecclesia. Quorum sensus et sententia talis est: quid fidei, spei et caritati obesse potuisset, si imago nulla toto orbe terrarum picta vel ficta fuisset? Et quamquam idem filii nostri, qui haec dicunt, rationabiliter se ostendere posse nullatenus dubitant melius illud numquam fuisse, sine cuius cultu perfecta fide, spe et caritate universalis sancta Dei ecclesia salva potuisset consistere, quam sub hac occasione non dubium, sed certissimum illud malum discordiae debere incurrere, quod, nisi correctum fuerit, nullatenus cum hac dissensione ad Dominum, qui est pax omnium sibi placitam pacem habentium, numquam in perpetuo posset pertingere, et quamvis devotio illorum hoc constanter postulet, ut eis ratiocinando, qualiter de ipsis imaginibus discrete et rationa-

1 Apud omnes *etc.*] *loco fortasse corrupto frustra mederi conati sumus. Sensus videtur esse:* Ut apud omnes constat, fides huius sanctae ecclesiae . . . ab omni heresi inlibata . . . conservata est. 11 ob praesente] praesente ob *fortasse corrigendum est,* praesidente ob *edd.* 15 statum] *supple:* pertinent. 19 carere *P.* debuisset *P.* 25 vicarii *P.* 28 Quorum] *scil.* apostolorum. et *deest P.* 29 quae *P.* inter] infra *P.* 30 et *deest P.* 32 ut non] *intellige:* quasi non. 33 mediantibus] non *add. P.* 40 dubium] *scil.* esse. 43 posse *P.*

biliter sentiant, postea disserere [illegible] velit, salubre omni homini esse [illegible] eandem imaginum causam pro [illegible] qui est via, veritas et vita, duc[illegible]

Et idcirco cunctus chorus [illegible] imperii Francorum et universa [illegible] a Deo conservando imperio [illegible] inrevocabiliter postulant, ut [illegible] futuroque usque in finem saeculi [illegible] apostolorum confidimus, [illegible] nemus, ut, quia auctore Deo [illegible] sibi Deo placita caritate [illegible] ut pax Dei, quae exuperat [illegible]

Vociferantur enim in [illegible] inevitabiliter nobis incumbere [illegible] lorum, quorum doctrinis et [illegible] veram concordiam non [illegible] praecipuo coram Deo an[illegible] bilem tuitionem . . ., [illegible] cui simile in universa [illegible] integrumque caritatis ar[illegible] caritate et in nomine D[illegible] lectioni vestroque fasti[illegible] Deo placita mutua dil[illegible] unum colligi difficile p[illegible] imaginum reddenda ratio[illegible]

Aiunt enim: 'Ora[illegible] quorum patrum nostrorum [illegible] rationis ordo poposcerit [illegible] tenuerint, interserendo [illegible] veritatis veritatemque [illegible] veritatis, quae ab an[illegible] Dyonisio scilicet, qu[illegible] successore, extitit i[illegible] post aliquod tempus [illegible] regnum dispersis mar-[illegible] tyres, quidam etiam [illegible] quamvis cotidiano [illegible] minus cogniti forta[illegible] ecclesiasticum d[illegible] simos esse minim[illegible] vitae magisterio [illegible] *soli* Math. 4, 10. nos vel maiores [illegible] modi quaestio [illegible] antiquis temp[illegible] ex auctoritate [illegible]

1 quod [illegible] suscipere vel [illegible] toritate *P.* [illegible] eis quae. [illegible]

lenti pingere aut fingere prohiberet. Unde usque hodie eadem apud nos consuetudo tenetur, ut, quia hoc auctoritas nulla iubet, nemo iubeat, similiter, quia auctoritas nulla prohibet, nemo prohibeat. Quia vero propter praemissam rationem aliter esse non potest, nisi ratio inde habeatur, fortasse eadem ratio tale exordium non inconvenienter habere poterit. Si igitur imago in toto orbe terrarum nulla picta vel ficta esset, numquid aliquid fidei, spei vel caritati sanctae Dei ecclesiae obesset? Rursus si ita ut in quibusdam locis, maxime ecclesiis seu palatiis principum, ob nullum alium catholicae fidei seu religionis cultum, sed tantummodo scientibus pro amoris pii memoria seu ornamento eorundem locorum, nescientibus vero pro eiusdem pietatis doctrina pictae vel fictae sunt, ita per reliqua eiusdem imaginibus congrua domicilia ad eundem sensum pertinentes pictae vel fictae essent, quid praefatis virtutibus umquam aut usquam obesse potuisset? Et ideo, quia res ita se habet, quid superest, nisi ut qui nolunt, ita non faciant, ut tamen eis, qui illas eo sensu, ut praemissum est, habere volunt vel faciunt, in faciendo vel habendo minime contradicant, et illi similiter, qui illas habere volunt, nolentes ad habendum vel faciendum nullatenus cogant. Atque ita auctore Deo uterque inlaesus servatur, dum et habere volens propter cautelam inliciti cultus et habere nolens propter cautelam inliciti contemptus salvus permanere indubitanter poterit. Atque ita miserante Deo maiorum nostrorum de imaginibus vel picturis morem imitantes, in iubendo vel prohibendo, in habendo vel non habendo, in colendo vel non colendo, inlaesos hactenus hac de causa Domino opitulante nos transisse et ipso gubernante transituros nequaquam dubitamus. Quamobrem monendi sunt omnes, qui illas habere volunt, ne amando vel quolibet modo adorando vel complectendo ultra quam oportet cultum eis inlicitum ullatenus impendant. Similiter nec illi, qui eas habere noluerunt, sicubi eas aspexerint, qualibet ignominiosa vel probrosa detestatione spernere, contumeliare vel lacerare praesumant. Hinc ergo indubitanter colligi potest, quae illum ratio hoc cum periculo quocumque compellat habere, quod illum procul dubio sine ullo periculo licet non habere. Ideo ergo totius huius rationis talis est summa, ut qui volunt propria memoria vel sana doctrina in locis competentibus absque ullo inlicito cultu pictas vel fictas habeant imagines, qui autem nolunt absque ullo inlicito contemptu taliter habentes vel habitas imagines nullatenus spernant.

Essent utique plura, quae hic ratiocinando, his per omnia congrua, dici vel scribi potuissent, si aut brevitas temporis permitteret aut id aliqua ad ea confirmanda scribi necessitas poposcisset'.

AUCTORITAS. His etiam pro satisfactione praedictorum fratrum nostrorum vel ecclesiae superius commemorati regni in sua, quia aliter esse non potuit, separatim relatione vel serie competenter praemissis, ut quicumque ratiocinando animo suo satisfacere voluerit, cur eadem ecclesia tali se moderamine hac in re ex antiquis temporibus in habendis vel non habendis imaginibus tractare voluerit, tanto compendiosius facere possit, quanto non sparsim, sed simul sensum illorum oportune collectum legendo addiscere poterit, modo autem eadem ratio docet, sicut supra[1] significatum est, ut nunc ad auctoritatem sanctorum patrum, qui inde aliquid scripserunt nobisque scriptum reliquerunt, redeamus et videamus, si eadem auctoritas praemissam rationem congruendo affirmare debeat an non.

Videtur igitur nobis, quamvis plures inde in reliquis tractatibus suis, quos de statu sanctae Dei ecclesiae inspirante Spiritu sancto studiose texuerunt, nonnulla

12 ido *P*. 20 inlaesus *P*. 22 adorando] orando *P*. 23 nec illi] et illis *P*. 32 ad] si *P*. confirmando *P*.

1) *V. supra p. 523 l. 32 sqq.*

interserant, iuxta quod sensus ille postulat, unde agebatur, merito tamen illi ad huiusmodi examinationem primi ponantur, qui de hac re specialiter et ob hanc solummodo solvendam quaestionem scripsisse repperiuntur.

E quibus nobis beatus papa Gregorius huius sanctae Dei ecclesiae pontifex primus occurrit, qui ad Serenum Masiliensem episcopum hoc specialiter scripsit, sicut et in epistola illius ad eum facta in armario sanctae Dei nostrae ecclesiae continetur, eo quod audiret illum propter, ut sibi videbatur, superfluum imaginum cultum tali zelo succensum omnes imagines, quas in ecclesia sua repperérat, deposuisse, confregisse et extra eandem ecclesiam funditus proiecisse, ut hoc facto a cultura vel adoratione inlicita populum compesceret. Qua de re nil congruentius in hac causa posse fieri arbitrati sumus, quam ut primo eadem epistola huic nostro operi, quod maxime ob amorem vere pacis sanctae ecclesiae texere, ordinare, de meritis beatorum apostolorum confisi, fideli mente adgressi sumus, credentes per eos posse obtinere, ut tam per necessarium ecclesiasticum opus a Deo placitam consummationem debeamus perducere. Scribit enim ita: Indico[1], inquit, ad nos dudum pervenisse, quod fraternitas vestra, quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem ab ecclesiis imagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid manufactum adorari possit, habuisse laudavimus, sed frangere easdem imagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi, qui litteras nesciunt, saltem in parietibus videndo legant quae legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas et illas servare et ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatinus et litterarum nescii haberent unde scientiam historiae colligerent et populus in picturae adoratione minime peccaret.

Item idem ad eundem: Perlatum[2], inquit, siquidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confringeres. Et quidem, quia eas adorare vetuisses, omnino laudavimus, fregisse vero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud vel illud te non debuit revocare, ut dispectis aliis fratribus solum te sanctum et esse crederes sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud picturae historia quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde praecipue gentibus pro lectione pictura est, quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, attendi decuerat, ne, dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit quod non ad adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condisses, sine dubio et ea, quae intendebas, salubriter obtinere et collectum gregem non dispergere, sed potius poteras congregare, ut pastoris in te merito nomen excelleret, non culpa dispersoris incumberet. Hinc autem, dum in hoc animi tui incaute nimis motus exequeris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, ut maxima eorum pars a tua se communione suspenderet. Quando ergo ad ovile dominicum errantes oves adducas, qui quas habes detinere non praevales? Proinde hortamur, ut vel nunc studeas esse sollicitus atque ab hac te praesumptione compescas et eorum animos, quos a tua disiunctos unitate cognoscis, paterna ad te dulcedine omni adnisu omnique studio revocare festines. Convocandi enim sunt diversi ecclesiae filii, eisque scripturae testimoniis ostendendum, quia omne manufactum adorare non liceat, quoniam scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli* Matth. 4, 10.
servies, ac deinde subiungendum, quia, quoniam picturas imaginum, quae ad aedificationem imperiti populi factae fuerant, ut nescientes litteras ipsam historiam intendentes quod dictum sit discerent,

7 imaginum] imaginarium *e corr. P, v. supra p. 525 l. 47.* 11 epistola] *sensu aliquatenus hiante* inseratur *aut simile quid addendum est.* 16 ab *deest P.* 30 a *deest P.* 43 quoniam *deest P.* picturae *P.* 44 discere *P.*

1) *V. supra p. 487 l. 28 sqq.* 2) *V. supra p. 488 l. 1 sqq.; cf. p. 507 l. 14 sqq. 27 sqq. 32 sqq.*

transisse in adorationem videras, idcirco commotus es, ut eas imagines frangi praeciperes, atque eis dicendum: Si ad hanc instructionem, ad quam imagines antiquitus factae sunt, habere vultis in ecclesiis, eas modis omnibus et offerri et haberi permittas. At indica, quod non tibi ipsa visio historiae, quae pictura teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quae picturis fuerat incompetenter exhibita. Atque in his verbis eorum mentes demulcens eos ad concordiam revoca et, si quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines omnimodis devita. Sed hoc sollicite fraternitas tua admoneat, ut ex visione rei gestae ardorem compunctionis percipiant et in adorationem soli illius omnipotentis sanctae trinitatis humiliter prosternantur.

Item idem ad Ianuarium episcopum: Iudaei[1], inquit, de civitate vestra huc venientes questi nobis sunt, quod synagogam eorum, quae Caralis sita est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad Christianae fidei cultum Deo volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis sequenti die baptismatis sui, hoc est dominica ipsa festivitate paschali, cum gravi scandalo sine vestra voluntate occupasset atque imaginem illic genitricis Dei Dominique nostri et venerandam crucem vel birrum album, quo fonte surgens indutus fuerat, apposuisset.

Et post pauca: Considerantes[2], inquit, hac de re vestrae voluntatis intentum ac magis iudicium his hortamur affatibus, ut sublata exinde cum ea, qua dignum est, veneratione imagine atque cruce debeatis quod violenter ablatum est reformare.

Item idem ad Secundinum servum Dei inclausum: Imagines[3], inquit, quas a nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconum tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quaeris, cuius imaginem prae oculis habere desideras, ut visio corporalis cotidiana reddat exortum, ut, dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cuius te imaginem videre consideras. Ab re non facimus, si per visibilia invisibilia demonstramus. Sic homo, qui alium ardenter videre desiderat aut sponsam amando desiderat, quam videre conatur, si contingit aut ad balneum ire aut ad ecclesiam procedere, festinus in via se praeparat, ut de visione hilaris recedat. Scimus, quia tu imaginem salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei, ut in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum vel in throno sedentem recordamur. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filii Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione laetificat aut de passione mulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas et imaginem salvatoris et sanctae Mariae Dei genitricis, beati Petri et Pauli apostolorum per supradictum filium nostrum diaconem et una cum cruce clavem pro benedictione, ut ab ipso maligno defensus sis, cuius sancto ligno te esse munitum credis.

Huc usque epistola Gregorii. Sed quia hic ordo verborum ita praeposterus atque a non intelligentibus confusus videri potest, ut, nisi caute consideretur, ita a nonnullis minus capacibus intelligi possit, quasi beatus Gregorius id, quod prius omnibus inlicitum esse praedixit, se fecisse sibique faciendi licitum esse testetur, quod quam absurdum quamque contra sanctae Dei ecclesiae religionem de tanto ecclesiastico doctore sentire indignum sit, nullus, qui dicta eius scrutando vel legendo cognovit, ignorare permittitur. Nam ut sibimetipsi contrarius esse debeat, iustitia vel rectitudo sanctae Dei maximeque Romanae ecclesiae sustinere non valet, quod, etsi paupertas insipientiae nostrae id intelligere non valet, melius, ut contra insipientiam suam quam contra tantam a Deo datam sapientiam insurgere praesumat. Sed et si ipsum modicum sensum nostrum virtus misericordiae Dei aliquantulum inluminare dignatur, quomodo id ipsum contrarium sibi non sit, facillime intelligitur. Nam quia ab imaginum adora-

16 affectibus *P*. 29 filium *P*. 30 syrterias *P*.

1) *V. supra p. 488 l. 33 sqq. p. 508 l. 17 sqq.* 2) *V. supra p. 488 l. 39 sqq. p. 508 l. 23 sqq.* 3) *V. supra p. 489 l. 1 sqq. p. 508 l. 1 sqq.*

tione adorantes compescuerit, nulla dubitatio est. In eo vero, quod ad Secundinum scripsit: Nos[1] quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem natum aut passum vel in throno sedentem recordamur, ubi, ut praemissum est[2], ac si sibimet contraria dixerit, intelligentiae nostrae se caligo confundit. Sed ne nos non necessaria ignorantia id non intelligendo diutius torqueat, sensus eiusdem sententiae talis est: Nos quidem ante ipsam non prosternimur quasi ante divinitatem, sed illum adoramus et cetera. Quod tale est, acsi regi in throno sedenti dicas: Nos quidem, o rex, non quasi ante divinitatem ante te prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem tuam, quia homo es, dominum Iesum Christum hominem recordamur natum aut passum vel in throno sedentem, cuius imitator es tu sedens in throno. Numquid tali dicto mox consequens est, ut eundem regem adorare compellar sedentem in throno? Ita nec in eo, quod dicitur: Nos[3] quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus et cetera, ad imaginum adorationem invitamur, quia, sicut in multis divinae auctoritatis voluminibus sententias ordine verborum praepostero scriptas invenimus, ita quoque factum esse eo sensu, ut supra dictum est, hoc in loco minime dubitamus.

Cum enim ibi scriptum sit: Nos[4] quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, quis non animadvertat id ipsum magis refutando quam imperando vel adhortando eandem adorationem imaginum dictum esse, ita ut dictum est. Quanto magis, sicut supra factum est, ordo verborum si suo restituatur in ordine, omnem quemcumque ob nimiam simplicitatem errantem in eo, quod beatum sanctae Dei ecclesiae doctorem adversum seipsum sensisse aestimabat, corrigere poterit, insuper etiam, si quemquam subtilius intelligentem hoc neglegentius minusve intente legere contigisset, facillime seipsum diiudicantem, cur aliquando aliter senserit, ad sobrium intellectum revocare poterit. Si quis autem, quod quidem a sane sapientibus omnibus absit, magis suum sensum sequendo illum voluerit condemnare quam se corrigere, nulli dubium, quin merito ab universa, maxime tamen a sancta Dei Romana ecclesia debeat condemnari. Nequaquam enim fieri potest, ut hae duae sententiae sibimet contrariae non existant, una, qua populus ab adoratione imaginum, ne criminis id agendo reus appareat, prohibetur, altera vero, quae illum id ipsum egisse ceterosque, ut hoc faciant, docuisse perhibetur. Sed absit hoc a tanto talique generali catholicae ecclesiae magistro, ut qui universas perplexas scripturae quaestiones, quae sibi contrariae videbantur eique ad explanandum vel tractandum occurrerunt, numquam dissidentes relinquere consuevit, sua sibimet dicta discordantia reliquisset.

His ita propter vitandam huiusmodi temeritatem summatim praemissis nunc videndum, utrum ei quisquam catholicorum patrum, quamvis ei specialiter fortasse talis scribendi necessitas minime incumberet, in ceteris tractatibus suis tale aliquid inditum habeat, in quo eiusdem patris sensui de imaginibus concors esse videatur.

Ecce enim beatus Ambrosius, antiquus ecclesiae Dei probabilis doctor, ita in epistola Pauli ad Romanos tractans ait: Qua[5] ratione quave auctoritate imagines angelorum vel aliorum sanctorum adorandae sint, cum ipsi sancti angeli vel sancti homines vivos se adorari noluerint?

CONSILIUM[6]. Auctoritate ergo, ut proposuimus, secundo loco inserta non quidem, quantum ex thesauro uberrimo ecclesiastico potuit, sed quantum epistolaris

3 ubi] ibi *P.* 19 adorando *P.* 20 si *deest P.* 24 diiudicante *P.* 22 et 25 poterit] *scil. ille, qui probat interpretationem synodalium.* 42 noluerunt *P.*

1) *V. supra p. 528 l. 26 sqq.* 2) *Cf. supra p. 528 l. 40 sqq.* 3) *V. 528 l. 26 sq.* 4) *Ibidem.* 5) *Hunc locum apud Ambrosium non inveni, sed legitur supra p. 494 l. 14 sqq.* 6) *V. supra p. 523 l. 34 sqq.*

maleficus ac divinus, Serantapicus nomine, praeceptor iniquorum Hebraeorum et inimicus Dei ecclesiae, qui, ut comperit levitatem Ezidi protosymboli, accessit ad eum coepitque illi quaedam divinare et praedicere. Illi autem ex hoc acceptabilis factus ac non multo post ei dicere coepit: Benignitati tuae exponere volo, unde, me si audieris, addatur tibi longitudo vitae et perseveres in hoc principatu annos XXX, si quidem impleveris sermones meos. Ille vero insipiens tyrannus obscuratus mente desiderii longaevae vitae: Quicquid mihi, inquit, praeceperis paratus ad perficiendum existo et, si consecutus fuero, quod pollicitus es, maximos tibi honores retribuam. Maleficus vero et divinus ait ad eum: Iube mox generalem scribere epistolam, quatinus omnis imaginaria pictura deleatur in omnibus Christianorum ecclesiis sive in parietibus sive in vasis sacris et in vestibus altarium et non solum haec, sed quae in civitatum plateis sunt adornatae. Quod audiens perfidus ille tyrannus praecepit omni praefecturae in cunctis locis ecclesiarum imagines et ceteras similitudines abolere et ita exornavit ecclesias Dei. Abhinc enim coeperunt corruptores imaginum inveniri. Sed ipse tyrannus anno altero mortuus est, et imagines in pristinum statum cum honore restitutae et cetera.

Item Augustinus in libro de magistro: De[1] his, quae intelliguntur, interiorem veritatem ratione consulimus quid dici potest, unde clareat; verbis nos aliquid discere praeter ipsum, qui aures percutit, sonum? Namque omnia, quae percipimus, aut sensu corporis aut mente percipimus, illa sensibilia, haec intelligibilia sive, ut more nostrorum auctorum loquar, illa carnalia, haec spiritalia nominamus. De illis cum interrogamur, respondemus, si praesto sunt ea, quae sentimus, velut cum a nobis quaeritur intuentibus novam lunam, qualis aut ubi sit: hic ille, qui interrogat, si non videt, credit verbis et saepe non credit, discit autem nullo modo, nisi et ipse quod dicitur videat, ubi iam non verbis, sed rebus ipsis et sensibus discit. Nam verba sonant videnti, quae non videnti etiam sonuerunt. Cum vero non de his, quae coram sentimus, sed de his, quae aliquando sensimus, quaeritur, non tam res ipsas, sed imagines ab eis inpressas memoriaeque mandatas loquimur; quae omnino quomodo vera dicamus, cum falsa intueamur, ignoro, nisi quia non nos ea videre ac sentire, sed vidisse ac sensisse narramus. Ita illas imagines in memoriae penetralibus rerum ante sensarum quaedam documenta gestamus, quae animo contemplantes bona conscientia non mentimur, cum loquimur, sed nobis sunt ista documenta. Is enim, qui audit, si ea sensit atque affuit, non discit meis verbis, sed recognoscit ablatis secum et ipse imaginibus. Si autem ille non sensit quis non eum credere potius verbis quam discere intelligat? Cum[2] vero de his agitur, quae mente conspicimus, id est intellectu atque ratione, ea quidem loquimur, quae praesentia contuemur, cf. Rom. 7,22. in illa interiore luce veritatis, qua ipse, qui dicitur homo interior, illustratur et fruitur et cetera[3].

Quia ergo per caritatem Dei, quae ab ipso largiente diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, universae ecclesiae notum esse non dubitatur, quod omnia, quae intra eandem sanctam Dei ecclesiam ad perennem capiendam salutem pertinentia aguntur, ita per eiusdem sancti Spiritus gratiam caute agenda sunt, ut illud praecipuae caritatis privilegium conservetur, quod ipse auctor et

18 sunt] est *P.* 24 omni *P.* 30 praesentiae *P.* 31 cetera] *in edd. sequuntur* Caput XVI. *(quae P desunt), deinde verba* Unde primum — cum honore restitutae et cetera, *supra p. 519 l. 38 — p. 520 l. 13, fortasse recte, cum Augustini verba potius cum Isidori (supra p. 519 l. 30 — 37) cohaereant quam cum illis ex concilio Nicaeno depromptis; in P sequuntur fol. 78' — 83' fragmenta lexici Tironiani.* 32 Quia] Epistola nomine Ludovici imperatoris ad pontificem Romanum *quasi lemma praemittunt edd.* 36 sint *P.*

1) *Augustinus, Liber de magistro c. 12 § 39: Opp. I, 560 sq.* 2) *Ibid. § 40; l. l. I, 561.* 3) *Notatu dignum est collectionem excerptorum non expressis verbis clausulam adicere, quae omnium locorum quasi praebeat summam. Accedit, quod forma epistolae ab Hludowico ad papam dirigendae nihil dicat de consilio, quo eam composuerint synodales. Non obliviscendum denique est quinque folia codicis P (v. supra l. 40) obtineri fragmentis lexici Tironiani. Quae cum ita sint, non ita pauca excidisse fortasse statuendum est.*

largitor omnium bonorum Dominus de mundo corporaliter abscessurus pro summo atque altissimo munere fidelibus suis dando pariter et relinquendo largiri dignatus est, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis,* illud etiam apostoli pariter (Ioh. 14, 27.) attentissime cogitandum est: *Pacem sequimini et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum;* (Hebr. 12, 14.) et idcirco valde necesse est, ut quisquis ad illam patriam desiderat pervenire, ubi numquam discordia potuit vel poterit introire, illud summopere agere studeat, per quod et ipse illam Deo placitam caritatis pacem cum omnibus habere studeat et omnes contra illam pacem discordantes ad veram concordiam revocare contendat.

Certum est enim, quia, sicut quisquam, si eandem caritatem, illam Deo placitae fraternitatis caritatem, servare poterit et noluerit, ad palatium caritatis pervenire non poterit, ita, si illos, quos contra eandem dilectionis unitatem dissidentes cognoverit et illos ad tantae beatitudinis viam revocare poterit et virtute, qua valet, non certaverit, ipse sibi eiusdem beatitudinis ianuam seris validissimis claudit. Similiter quoque iustissimo Dei iudicio eandem calcandi semitam obstaculum sibi opponit, si secundum qualitatis suae modum, omnes in Deo unanimes ne in baratrum discordiae proruant, quantum reniti praevalet, viriliter non contendit. Haec ad hoc non humana argumentatione reperta, sed divina tota orbi terrarum docente auctoritate diffusa atque notissima ubique valere debent, ut, ubicumque fuerint discordantes, ad concordiam revocentur, concordes vero, ne in discordiam proruant, ab universis, qui praevalent, tueantur.

His ita summatim praemissis, series huius dictionis postulat, ut subsequens sermo, cur talia praemissa sint, lucide pandat.

Quia igitur, ut universo ecclesiastico ordini revelante Spiritu sancto notum est, inter cetera pietatis documenta testante apostolo fides, spes, caritas praeminent ipsaeque (cf. 1 Cor. 13, 13.) rursum virtutes per prudentiam, temperantiam, fortitudinem atque iustitiam auctore Deo inviolabiliter conservantur, ita rursus illae quattuor ad humanam derivatae sobriam conversationem per rationem, discretionem, honestatem atque utilitatem habentur atque utuntur; nullusque istis carens illas perfecte habere potuit nec eis rite, istis spretis, aliquando uti praevaluit. Et quamvis sint quaedam ex eis humanam rationem excedentes, ut sunt nonnulla, quae sola fide attingi possunt et ob hoc ineffabilia vel incomprehensibilia dicuntur, auctoritate tamen divina in sacris voluminibus, sanctorum etiam catholicorum patrum edictis, Deo revelante, qualiter eadem tenenda vel confitenda sint, sufficienter repperiuntur. Ideoque poene ab omnibus desideratur, optatur, quaeritur, ut ratione praeeunte, comitante vel subsequente in omnibus vel de omnibus, unde certus esse desiderat, salva et anteposita semper et ubique divina auctoritate, non prius qualibet humana adinventione opponatur quam utili ratione instruatur et, undecumque certus esse desiderat, pleniter imbuatur.

Idcirco ergo summopere cavendum est, ne homini rationali rationem desideranti atque poscenti ullo modo ratio interdicatur, nisi tantum in his, ut supra commemoratum est, ineffabilis tanta ac talis occurrat sublimitas, cui merito universa humana se substernat ratiocinationis humilitas. Quia vero uno pretio, Christi videlicet sanguine, redempti, fratres sumus et ipso miserante, cuius misericordia id simus, cognosci meruimus, cum omni mentis affectu, ut supra commemoratum est, necessitatem fratrum nostrorum, totius scilicet imperii Orientalium Romanorum, ad intima cordis nostri viscera admittere debemus, quorum inviolabilem caritatem ob nullam aliam disceptationis occasionem nimis duriter et, ut multis videtur, inrationabiliter scissam esse cognovimus, nisi quod quidam illorum una cum Michahele et Theophilo imperatoribus, carissimis fratribus nostris, imagines sanctorum non habere volunt, quidam vero econtra ex eadem

4 est *deest P.* 35 prius] *supple:* quidquam. instruatur] *intellige:* fidelis.

sancta plebe non solum habere, sed etiam adorare volunt. Quorum altercationis discordiae summa talis est, ut nolentes illas habere volentes nec habere consentiant, volentes vero nolentes etiam adorare compellant; qui hinc et inde in diversa tendentes adversus alterutrum, sive humana argumentatione vel ratione sive etiam ex divina auctoritate vel sanctorum patrum scriptis, voluntati suae excerpta vel coacervata habent, ut utrisque videtur, congrua plurima testimonia, quibus et isti suam et illi econtra vindicare et obtinere suam putant posse sententiam.

Unde, sicut dignum et vere dignum et iustum est, ut praeeunte Spiritus sancti virtute ille inter eos in nomine Domini talia correcturus et ad viam veritatis sanctissimo moderamine reducturus primus in hominibus arbiter occurrat, quem Deus omnipotens in sede apostolica collocare eorumque vicarium eidem sanctae suae ecclesiae dare dignatus est — et ob hoc ei nomen speciale in toto orbe terrarum ab eadem sancta Dei ecclesia prae omnibus pontificibus decretum est, ut solus non sua abusione, sed tantorum apostolorum auctoritate universalis papa dicatur, scribatur et ab 1. Ioh. 2, 18. omnibus habeatur — et quia, sicut omnibus notum est, dicente Iohanne apostolo: *Hora* 1. Cor. 10, 11. *novissima est* et Paulo: *Nos, in quos fines saeculorum devenerunt,* et ideo tempus instat, dies iudicii absque ulla diuturna dilatione appropinquat, nulli dubium, quin diabolus inter reliqua perditionis suae argumenta illud praecipue contendit, ut in novissimo die sanctae Dei ecclesiae caritatem mutuam scindat, unanimitatem per quamlibet occasionem findat, viscera dilectionis corrumpat, ut eam non in pace superius commemorata, sed discissam et laceratam dies ille horrendus inveniat. Sed nec illud latet, quod ipse infelix infelicium miserrimusque omnium miserorum non curat, per quamlibet occasionem corporalem, spiritalem, mundanam, ecclesiasticam id efficere possit, dum tamen quolibet argumento eius Deo placitam, mutuam in diligendo soliditatem scindere valeat; et cum universus ei ecclesiasticus ordo merito obviare debeat, nullus tamen sub hac conditione maiori constringitur debito quam ille, qui tanto in sede apostolica illorum auctoritate pro eorum reverentia in universali mundo ac tali honorari meruit privilegio; qui tamen universalis merito non dicitur, si pro universali ecclesiae statu viribus, quibus valet, non agonizatur.

Haec, domne pater ac toto mundo venerande atque reverende sanctissime pontifex, ad insinuandam in tanta re mentis nostrae devotionem praemittere studuimus.

Abhinc vero, si a Deo conservanda almitas vestra ita elegerit, non insinuando, sed admonendo, qualiter communis legatio nostra ad illam sanctam Dei ecclesiam corrigendam dirigi possit, subnectere curabimus, non ut sanctae et a Deo datae sapientiae vestrae, quod absit, altius sublimiusque progrediendi terminum ponere praesumpserimus, sed ne id, quod exinde nobis omnipotentis Dei misericordia ad obsequium vestrum et salutem nostram conferre dignata est, silentio tegeremus. Sicut filium decet patris, in gremio examinis vestri collocavimus, confisi in Domino, quod ipse vobis exinde quod sibi placitum et acceptabile est inspirare dignabitur.

Nos tamen non synodum congregando, sed, quemadmodum a vobis postulavimus licentiamque agendi percepimus[1], una cum familiaribus nostris, filiis vestris[2], quantum pro multiplicibus sollicitudinibus regni diversis occupati per intervalla potuimus, considerare studuimus, quid almitati vestrae de tanta necessitate significare potuissemus,

26 illorum] *scil.* apostolorum. 33 illam — ecclesiam] *scil.* imperii Orientalium. 37 et *deest P.*

1) *Cf. Simson, l. l. I, 248 ann. 3.* 2) *Synodo interfuerunt Hieremias Senonensis archiepiscopus, Ionas Aurelianensis, Freculfus Lexoviensis, Halitgarius Cameracensis, Amalarius Mettensis episcopi, Adegarius quidam; cf. Simson, l. l. I, 247 ann. 10. 249; v. etiam supra p. 473 l. 35 sqq.*

qualiter idem populus a Deo per vestram conservandus orthodoxam sanctitatem ad veram concordiam revocari potuisset, ut vera pace conglutinati et in hoc et in futuro saeculo omnium Domino placere potuissent. Et quicquid exinde salubre Domino inspirante invenire potuimus, paternitati vestrae per praesentes filios vestros, fratres nostros, quaedam dictis, quaedam scriptis intimando direximus[1]. —

Oro[2] autem et obsecro in universo mundo — ut beati praedecessoris mei domni Gregorii papae utar verbis, fratres et domni mei in quantum peccatores, fratres mei in quantum iusti domni mei, quantum ex me humiliter supplico, quantum vero ex tanta auctoritate sublimiter moneo —, ut nemo me hoc in loco propter me despiciat, quia, etsi ad invitandum nequaquam dignus appareo, magna est tamen virtus caritatis, pacis et unitatis, ad quam vos alta potestate in vice beatorum apostolorum Petri et Pauli in nomine domini nostri Iesu Christi invitare praesumo. Cum enim Paulus veridica voce dicat: *Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, quia sine illa nemo* **Hebr. 12, 14.** *videbit Deum,* quid felicius quam et in hoc saeculo desiderando et in illo fruendo Deum videre? Quid e diverso infelicius quam nec in hoc saeculo feliciter optando nec in illo felicius fruendo videre mereri Deum? Et cum huius assertionis vel veritatis in universo mundo tanta sint testimonia, quae in praesenti tempore nulla evolvere praevaleat lingua nullusque mortalium praescire valeat, quando vel uniuscuiusque vel, quod maius est, totius mundi occasus terminusve fieri debeat, magna me, ut in omnibus notum est, urget necessitas, ut id, quod ex debito reddere debeo, diutius differre non audeam, ne forte tanto caritatis debito subtracto in conspectu aeterni iudicis pro vobis omnibus reus appaream.

Quamobrem oro vel moneo, ut primo me, summi Dei ecclesiae filii, Michahel et Theophile, gloriosi vero et sublimiter a Deo exaltati imperatores Romanorum, una cum universo catholico nobilissimoque senatu ac populo vobis a Deo ad gubernandum credito, ut ea, quae pro salute vestra ex auctoritate beati Petri, cui dominus et Deus noster Iesus Christus claves committere dignatus est regni caelorum dicens: *Quod-* **Matth. 16, 19.** *cumque ligaveris super terram ligatum erit et in caelis, et quodcumque solveris super terram solutum erit et in caelis,* admonere et exhortari et insinuare necessarium duximus, patienter audiatis animumque Deo placitum vestrum non ad contemnendum, sed ad oboediendum et conservandum praeparare studeatis. Ideo autem ad oboediendum nobis hortamur, quia omnia, quae vobis de hac causa dicturi sumus, tribus hoc capitulis principaliter et ordinare et confirmare parati sumus, id est ratione, auctoritate et consilio[3], videlicet rationem texendo et eandem rationem in quantum rationabilis, discreta, honesta et utilis fuerit, auctoritate firmando, eandem vero auctoritatem secundum catholicae fidei veritatem et rectitudinem salubriter intelligendo, ad ultimum vero, quid in his ad salutem universalis ecclesiae tenendum sit, consilium Deo placitum dando et idem consilium confirmando. Et quamvis, ut dignum est, divina praecellat auctoritas, primo tamen ad mitigandos atque ad adunandos animos in diversa tendentes ratiocinando omnibus satisfacere volumus, ut eo facilius et divinam auctoritatem secundum sanum catholicae fidei intellectum concordes suscipiant ac deinde certum nobis consilium suavius amplectantur amplexumque in futuro custodiant.

5 direximus] *post septem linearum intervallum sequuntur in P:* Oro autem *etc., quibus praemittuntur in edd. quasi lemma:* Epistola nomine Romani pontificis ad Michaelem atque Theophilum imperatores Graecorum. 16 mereri] meruerit *P.* 20 deferre *P.* 26 ut] *repetitur* ut *in l. 23.* 29 exhortare *P.* 38 praecellet *P.*

1) *V. infra C — E inter acta huius synodi.* 2) *Formam epistolae ab Hludowico ad Eugenium dirigendae (p. 520 l. 32 — p. 523 l. 5) sequitur (— p. 532 l. 31) forma epistolae, qua papam, cum ad Michaelem scriberet, una cum libello huic formae inserto (p. 525 l. 27 — p. 526 l. 33) uti volebant synodales.* 3) *V. infra p. 524 l. 1 sqq. p. 526 l. 34 sqq. p. 529 l. 43 sqq.*

RATIO. Apud omnes igitur huius sanctae Occidentalis ecclesiae, quae se auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli, largiente Domino, fidei, spei et caritatis sumpsisse exordium gloriatur, ita hactenus per eosdem apostolos protegente Spiritu sancto et ipsis intercedentibus ac protegentibus ab omni heresi inlibata nunc usque conservata est, ut non solum ipsa ad quodlibet erroris diverticulum minime declinaret, sed potius omnes a recto fidei tramite quoquo modo deviantes per orthodoxos eorundem successores toto orbe terrarum ad rectitudinem potius revocaret. Testis enim huius rei non quilibet angulus, sed orbis terrarum universus, quia, quotiens tales per mundum quaestiones motae sunt, quae ad periculum fidei universalis ecclesiae imminere putabantur, ob inveniendam inventamque conservandam catholicae fidei veritatem semper hoc universalis ecclesia, ob praesente huius sanctitatem sedis pontifice aut certe cum consensu illius verbis vel litteris porrecto, corrigere correctumque ad conservandum statuere consuevit.

Simili modo etiam et in his, quae ad conservandum in humanis actibus eiusdem ecclesiae incontaminabilem statum, moderante non qualibet dolosa vel sophistica necnon duplici calliditate, sed veritate subnixa, simplici ratione ipsaque discretione, honestate, utilitate, pariter inradiata ratione, non solum noxia vel nociva, verum quoque et ipsa superflua et non necessaria resecare consuevit et ea, ut praedictum est, quae ad salutem totius ecclesiae pertinere et insuper merito caveri non debuissent, disserendo et ordinando sancire solita fuit, et hoc non tantummodo de causa fidei vel, sicut praemissum est, de statu humani generis vel cursu rectitudinis, verum quoque de omni dissensione in sancta Dei ecclesia, quae pacem illam turbare videbatur, quam Dominus apostolis
Ioh. 14, 27. et per apostolos nobis omnibus vicariam praesentiae suae dereliquit dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Ubicumque per quodlibet pietatis argumentum pertingere potuit, semper huius sanctae sedis vicarius apostolorum, quaedam mulcendo, quaedam vero, si ita res poposcisset, sublimi ac veneranda auctoritate, ut dignum erat, docendo pariterque praedicando, ad pacis concordiam revocare studuit.

Quorum vicem, qualescumque simus, ministerium tamen et auctoritatem subeuntes, caritate pariter et eadem auctoritate roborati dissensionem illam, quam inter ipsam semper Deo amabilem Romanorum Grecorumque ecclesiam exortam et durius eandem ecclesiam, quam saluti illius ullo modo convenire possit, scindentem diuturno tempore cognovimus, non audemus declinare, ut non illam ex auctoritate tantorum apostolorum ad pacis concordiam ipsis mediantibus debeamus advocare, maxime vero in eo, quod eiusdem miserrime dissensionis ea sit materia, sine qua, sicut multis videtur, salva per fidem, spem et caritatem incunctanter et in hoc saeculo et in futuro salvari potest ecclesia. Quorum sensus et sententia talis est: quid fidei, spei et caritati obesse potuisset, si imago nulla toto orbe terrarum picta vel ficta fuisset? Et quamquam idem filii nostri, qui haec dicunt, rationabiliter se ostendere posse nullatenus dubitant melius illud numquam fuisse, sine cuius cultu perfecta fide, spe et caritate universalis sancta Dei ecclesia salva potuisset consistere, quam sub hac occasione non dubium, sed certissimum illud malum discordiae debere incurrere, quod, nisi correctum fuerit, nullatenus cum hac dissensione ad Dominum, qui est pax omnium sibi placitam pacem habentium, numquam in perpetuo posset pertingere, et quamvis devotio illorum hoc constanter postulet, ut eis ratiocinando, qualiter de ipsis imaginibus discrete et rationa-

1 Apud omnes *etc.*] *loco fortasse corrupto frustra mederi conati sumus. Sensus videtur esse:* Ut apud omnes constat, fides huius sanctae ecclesiae . . . ab omni heresi inlibata . . . conservata est. 11 ob praesente] praesente ob *fortasse corrigendum est,* praesidente ob *edd.* 15 statum] *supple:* pertinent. 19 carere *P.* debuisset *P.* 25 vicarii *P.* 28 Quorum] *scil.* apostolorum. et *deest P.* 29 quae *P.* inter] infra *P.* 30 et *deest P.* 32 ut non] *intellige:* quasi non. 33 mediantibus] non *add. P.* 40 dubium] *scil.* esse. 43 posse *P.*

biliter sentiant, postea disserere liceat, quod, si est qui suscipere iusto moderamine velit, salubre omni homini esse non dubitant, ad comparationem tamen tanti mali eandem imaginum causam pro nihilo computant, si pax illa, quae ad aeternam vitam, qui est via, veritas et vita, ducit, ad eandem viam veritatemque perducta non fuerit. cf. Ioh. 14, 6.

Et idcirco cunctus chorus sacerdotum necnon et omnis senatus totius gentis seu imperii Francorum et universa ecclesia per totam Galliam cum ceteris provinciis eidem a Deo conservando imperio subditis, audita fama delendae dissensionis fratrum suorum, inrevocabiliter postulant, ut prius per istius sanctae sedis a Deo conservatam in futuroque usque in finem saeculi, sicut ipsi indubitanter et nos omnes per merita apostolorum confidimus, conservandam auctoritatem illud summopere quaerere festinemus, ut, quia auctore Deo haec duo regna in toto orbe terrarum principalia mutua sibi Deo placita caritate devincta sunt, illud diaboli telum ab eadem ecclesia dissipetur, ut pax Dei, quae exuperat omnem sensum, in eadem beata plebe pleniter restituatur. cf. Phil. 4, 7.

Vociferantur enim in caelum uno ore et uno corde omnipotentis Dei iudicium inevitabiliter nobis incumbere, si auctoritate summorum in toto orbe terrarum apostolorum, quorum doctrinis et consilio universus flectitur mundus, discordiam vestram ad veram concordiam non certamus reducere. Dicunt etiam, quid acturi erant de tam praecipuo coram Deo amisso solatio, si illos, quos post huius sanctae sedis immutabilem tuitionem . . ., illud in tam praecipue carissimis fratribus solatium perdiderint, cui simile in universa ecclesia nullum habebunt? Si enim cum illis veram fidem integrumque caritatis ardorem non servaverint, quid in iudicio Domini tanta neglecta caritate et in nomine Domini certissime confirmata neglexerint? Sed nos diuturnae lectioni vestroque fastidio in legendo parcentes, ubi tanta ab eis caritate urgente de Deo placita mutua dilectione vestra plorando, immo lugendo conquesti sunt, quae in unum colligi difficile possunt, omissis, ad eandem seriem detexendam, quam ipsi de imaginum reddenda ratione spoponderant, redeamus.

Aiunt enim: 'Oramus ergo, sanctissime atque beatissime pontifex, ut nobis antiquorum patrum nostrorum hac de causa vitae cursum recitare liceat simulque, prout rationis ordo poposcerit, sensus sui affectum in hac dumtaxat re, cur ita vel ita tenuerint, interserendo adiungere. Nec vobis taedium fiat, si ad ostendendam rationem veritatis veritatemque rationis sese paulo longius sermo protraxerit, dummodo linea veritatis, quae ab antiquis patribus nostris usque ad nos inflexibiliter ducta est, beato Dyonisio scilicet, qui a sancto Clemente, beati Petri apostoli in apostolatu primo eius successore, extitit in Gallias cum duodenario numero primus praedicator directus et post aliquod tempus una cum sociis suis huc illucque praedicationis gratia per idem regnum dispersis martyrio coronatus est. Et quamquam plures existant, quidam martyres, quidam etiam confessores, quorum merita, qualia apud Deum habeantur, quamvis cotidianis miraculis coruscent, qui tamen propter longitudinem terrarum vobis minus cogniti fortasse existunt, intermittere possumus, sanctum tamen Hilarium antiquum ecclesiasticum doctorem necnon et beatum Martinum toto orbe venerandum vobis notissimos esse minime dubitantes ad memoriam reducere necessarium aestimamus, quorum vitae magisterio edocti haec ita tenenda atque servanda suscepimus. Sed quia apud nos vel maiores nostros, ex quo ulla praesens aetas recordari potest, numquam eiusmodi quaestio mota vel ventilata fuit, ideo semper talis exinde mos ex praedictis antiquis temporibus retentus in universa istius regni ecclesia extitit, ut nullus, ac si ex auctoritate eiusdem sanctae Dei ecclesiae iuberet, nullus cuicumque imaginem vo-

1 quod] *scil.* disserere; si — velit *intellige:* si modo quis est, qui iusto moderamine disserendi operam suscipere velit. 3 imaginum] *ex* imaginarum *corr. al. man. P.* 4 qui] *supple:* Christus. 10 auctoritate *P.* 19 tuitionem] *sensus hiare videtur.* 20 cui] qui *P.* 23 fastidio] fastigio *P.* 24 quae] *intellige:* eis quae. 33 primus — successor *P.* 38 qui] quia *P.* 39 intermittere possumus] intermissis *P.*

lenti pingere aut fingere prohiberet. Unde usque hodie eadem apud nos consuetudo tenetur, ut, quia hoc auctoritas nulla iubet, nemo iubeat, similiter, quia auctoritas nulla prohibet, nemo prohibeat. Quia vero propter praemissam rationem aliter esse non potest, nisi ratio inde habeatur, fortasse eadem ratio tale exordium non inconvenienter habere poterit. Si igitur imago in toto orbe terrarum nulla picta vel ficta esset, numquid aliquid fidei, spei vel caritati sanctae Dei ecclesiae obesset? Rursus si ita ut in quibusdam locis, maxime ecclesiis seu palatiis principum, ob nullum alium catholicae fidei seu religionis cultum, sed tantummodo scientibus pro amoris pii memoria seu ornamento eorundem locorum, nescientibus vero pro eiusdem pietatis doctrina pictae vel fictae sunt, ita per reliqua eiusdem imaginibus congrua domicilia ad eundem sensum pertinentes pictae vel fictae essent, quid praefatis virtutibus umquam aut usquam obesse potuisset? Et ideo, quia res ita se habet, quid superest, nisi ut qui nolunt, ita non faciant, ut tamen eis, qui illas eo sensu, ut praemissum est, habere volunt vel faciunt, in faciendo vel habendo minime contradicant, et illi similiter, qui illas habere volunt, nolentes ad habendum vel faciendum nullatenus cogant. Atque ita auctore Deo uterque inlaesus servatur, dum et habere volens propter cautelam inliciti cultus et habere nolens propter cautelam inliciti contemptus salvus permanere indubitanter poterit. Atque ita miserante Deo maiorum nostrorum de imaginibus vel picturis morem imitantes, in iubendo vel prohibendo, in habendo vel non habendo, in colendo vel non colendo, inlaesos hactenus hac de causa Domino opitulante nos transisse et ipso gubernante transituros nequaquam dubitamus. Quamobrem monendi sunt omnes, qui illas habere volunt, ne amando vel quolibet modo adorando vel complectendo ultra quam oportet cultum eis inlicitum ullatenus impendant. Similiter nec illi, qui eas habere noluerunt, sicubi eas aspexerint, qualibet ignominiosa vel probrosa detestatione spernere, contumeliare vel lacerare praesumant. Hinc ergo indubitanter colligi potest, quae illum ratio hoc cum periculo quocumque compellat habere, quod illum procul dubio sine ullo periculo licet non habere. Ideo ergo totius huius rationis talis est summa, ut qui volunt propria memoria vel sana doctrina in locis competentibus absque ullo inlicito cultu pictas vel fictas habeant imagines, qui autem nolunt absque ullo inlicito contemptu taliter habentes vel habitas imagines nullatenus spernant.

Essent utique plura, quae hic ratiocinando, his per omnia congrua, dici vel scribi potuissent, si aut brevitas temporis permitteret aut id aliqua ad ea confirmanda scribi necessitas poposcisset'.

AUCTORITAS. His etiam pro satisfactione praedictorum fratrum nostrorum vel ecclesiae superius commemorati regni in sua, quia aliter esse non potuit, separatim relatione vel serie competenter praemissis, ut quicumque ratiocinando animo suo satisfacere voluerit, cur eadem ecclesia tali se moderamine hac in re ex antiquis temporibus in habendis vel non habendis imaginibus tractare voluerit, tanto compendiosius facere possit, quanto non sparsim, sed simul sensum illorum oportune collectum legendo addiscere poterit, modo autem eadem ratio docet, sicut supra[1] significatum est, ut nunc ad auctoritatem sanctorum patrum, qui inde aliquid scripserunt nobisque scriptum reliquerunt, redeamus et videamus, si eadem auctoritas praemissam rationem congruendo affirmare debeat an non.

Videtur igitur nobis, quamvis plures inde in reliquis tractatibus suis, quos de statu sanctae Dei ecclesiae inspirante Spiritu sancto studiose texuerunt, nonnulla

12 ido *P*. 20 inlaesus *P*. 22 adorando] orando *P*. 23 nec illi] et illis *P*. 32 ad] si *P*. confirmando *P*.

1) *V. supra p. 523 l. 32 sqq.*

interserant, iuxta quod sensus ille postulat, unde agebatur, merito tamen illi ad huiusmodi examinationem primi ponantur, qui de hac re specialiter et ob hanc solummodo solvendam quaestionem scripsisse repperiuntur.

E quibus nobis beatus papa Gregorius huius sanctae Dei ecclesiae pontifex primus occurrit, qui ad Serenum Masiliensem episcopum hoc specialiter scripsit, sicut et in epistola illius ad eum facta in armario sanctae Dei nostrae ecclesiae continetur, eo quod audiret illum propter, ut sibi videbatur, superfluum imaginum cultum tali zelo succensum omnes imagines, quas in ecclesia sua reppererat, deposuisse, confregisse et extra eandem ecclesiam funditus proiecisse, ut hoc facto a cultura vel adoratione inlicita populum compesceret. Qua de re nil congruentius in hac causa posse fieri arbitrati sumus, quam ut primo eadem epistola huic nostro operi, quod maxime ob amorem vere pacis sanctae ecclesiae texere, ordinare, de meritis beatorum apostolorum confisi, fideli mente adgressi sumus, credentes per eos posse obtinere, ut tam per necessarium ecclesiasticum opus a Deo placitam consummationem debeamus perducere. Scribit enim ita: Indico[1], inquit, ad nos dudum pervenisse, quod fraternitas vestra, quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem ab ecclesiis imagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid manufactum adorari possit, habuisse laudavimus, sed frangere easdem imagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi, qui litteras nesciunt, saltem in parietibus videndo legant quae legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas et illas servare et ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatinus et litterarum nescii haberent unde scientiam historiae colligerent et populus in picturae adoratione minime peccaret.

Item idem ad eundem: Perlatum[2], inquit, siquidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confringeres. Et quidem, quia eas adorare vetuisses, omnino laudavimus, fregisse vero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud vel illud te non debuit revocare, ut dispectis aliis fratribus solum te sanctum et esse crederes sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud picturae historia quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde praecipue gentibus pro lectione pictura est, quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, attendi decuerat, ne, dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit quod non ad adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condisses, sine dubio et ea, quae intendebas, salubriter obtinere et collectum gregem non dispergere, sed potius poteras congregare, ut pastoris in te merito nomen excelleret, non culpa dispersoris incumberet. Hinc autem, dum in hoc animi tui incaute nimis motus exequeris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, ut maxima eorum pars a tua se communione suspenderet. Quando ergo ad ovile dominicum errantes oves adducas, qui quas habes detinere non praevales? Proinde hortamur, ut vel nunc studeas esse sollicitus atque ab hac te praesumptione compescas et eorum animos, quos a tua disiunctos unitate cognoscis, paterna ad te dulcedine omni adnisu omnique studio revocare festines. Convocandi enim sunt diversi ecclesiae filii, eisque scripturae testimoniis ostendendum, quia omne manufactum adorare non liceat, quoniam scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli* Matth. 4, 10.
servies, ac deinde subiungendum, quia, quoniam picturas imaginum, quae ad aedificationem imperiti populi factae fuerant, ut nescientes litteras ipsam historiam intendentes quod dictum sit discerent,

7 imaginum] imaginarium *e corr. P, v. supra p. 525 l. 47.* 11 epistola] *sensu aliquatenus hiante inseratur aut simile quid addendum est.* 16 ab *deest P.* 30 a *deest P.* 43 quoniam *deest P.* picturae *P.* 44 discere *P.*

1) *V. supra p. 487 l. 28 sqq.* 2) *V. supra p. 488 l. 1 sqq.; cf. p. 507 l. 14 sqq. 27 sqq. 32 sqq.*

transisse in adorationem videras, idcirco commotus es, ut eas imagines frangi praeciperes, atque eis dicendum: Si ad hanc instructionem, ad quam imagines antiquitus factae sunt, habere vultis in ecclesiis, eas modis omnibus et offerri et haberi permittas. At indica, quod non tibi ipsa visio historiae, quae pictura teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quae picturis fuerat incompetenter exhibita. Atque in his verbis eorum mentes demulcens eos ad concordiam revoca et, si quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines omnimodis devita. Sed hoc sollicite fraternitas tua admoneat, ut ex visione rei gestae ardorem compunctionis percipiant et in adorationem soli illius omnipotentis sanctae trinitatis humiliter prosternantur.

Item idem ad Ianuarium episcopum: Iudaei[1], inquit, de civitate vestra huc venientes questi nobis sunt, quod synagogam eorum, quae Caralis sita est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad Christianae fidei cultum Deo volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis sequenti die baptismatis sui, hoc est dominica ipsa festivitate paschali, cum gravi scandalo sine vestra voluntate occupasset atque imaginem illic genitricis Dei Dominique nostri et venerandam crucem vel birrum album, quo fonte surgens indutus fuerat, apposuisset.

Et post pauca: Considerantes[2], inquit, hac de re vestrae voluntatis intentum ac magis iudicium his hortamur affatibus, ut sublata exinde cum ea, qua dignum est, veneratione imagine atque cruce debeatis quod violenter ablatum est reformare.

Item idem ad Secundinum servum Dei inclausum: Imagines[3], inquit, quas a nobis tibi dirigendas per Dulcidium diaconum tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quaeris, cuius imaginem prae oculis habere desideras, ut visio corporalis cotidiana reddat exortum, ut, dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cuius te imaginem videre consideras. Ab re non facimus, si per visibilia invisibilia demonstramus. Sic homo, qui alium ardenter videre desiderat aut sponsam amando desiderat, quam videre conatur, si contingit aut ad balneum ire aut ad ecclesiam procedere, festinus in via se praeparat, ut de visione hilaris recedat. Scimus, quia tu imaginem salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei, ut in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum vel in throno sedentem recordamur. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filii Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione laetificat aut de passione mulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas et imaginem salvatoris et sanctae Mariae Dei genitricis, beati Petri et Pauli apostolorum per supradictum filium nostrum diaconem et una cum cruce clavem pro benedictione, ut ab ipso maligno defensus sis, cuius sancto ligno te esse munitum credis.

Huc usque epistola Gregorii. Sed quia hic ordo verborum ita praeposterus atque a non intelligentibus confusus videri potest, ut, nisi caute consideretur, ita a nonnullis minus capacibus intelligi possit, quasi beatus Gregorius id, quod prius omnibus inlicitum esse praedixit, se fecisse sibique faciendi licitum esse testetur, quod quam absurdum quamque contra sanctae Dei ecclesiae religionem de tanto ecclesiastico doctore sentire indignum sit, nullus, qui dicta eius scrutando vel legendo cognovit, ignorare permittitur. Nam ut sibimetipsi contrarius esse debeat, iustitia vel rectitudo sanctae Dei maximeque Romanae ecclesiae sustinere non valet, quod, etsi paupertas insipientiae nostrae id intelligere non valet, melius, ut contra insipientiam suam quam contra tantam a Deo datam sapientiam insurgere praesumat. Sed et si ipsum modicum sensum nostrum virtus misericordiae Dei aliquantulum inluminare dignatur, quomodo id ipsum contrarium sibi non sit, facillime intelligitur. Nam quia ab imaginum adora-

16 affectibus *P*. 29 filium *P*. 30 syrterias *P*.

1) *V. supra p. 488 l. 33 sqq. p. 508 l. 17 sqq.* 2) *V. supra p. 488 l. 39 sqq. p. 508 l. 23 sqq.* 3) *V. supra p. 489 l. 1 sqq. p. 508 l. 1 sqq.*

tione adorantes compescuerit, nulla dubitatio est. In eo vero, quod ad Secundinum scripsit: Nos[1] quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem natum aut passum vel in throno sedentem recordamur, ubi, ut praemissum est[2], ac si sibimet contraria dixerit, intelligentiae nostrae se caligo confundit. Sed ne nos non necessaria ignorantia id non intelligendo diutius torqueat, sensus eiusdem sententiae talis est: Nos quidem ante ipsam non prosternimur quasi ante divinitatem, sed illum adoramus et cetera. Quod tale est, acsi regi in throno sedenti dicas: Nos quidem, o rex, non quasi ante divinitatem ante te prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem tuam, quia homo es, dominum Iesum Christum hominem recordamur natum aut passum vel in throno sedentem, cuius imitator es tu sedens in throno. Numquid tali dicto mox consequens est, ut eundem regem adorare compellar sedentem in throno? Ita nec in eo, quod dicitur: Nos[3] quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus et cetera, ad imaginum adorationem invitamur, quia, sicut in multis divinae auctoritatis voluminibus sententias ordine verborum praepostero scriptas invenimus, ita quoque factum esse eo sensu, ut supra dictum est, hoc in loco minime dubitamus.

Cum enim ibi scriptum sit: Nos[4] quidem non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, quis non animadvertat id ipsum magis refutando quam imperando vel adhortando eandem adorationem imaginum dictum esse, ita ut dictum est. Quanto magis, sicut supra factum est, ordo verborum si suo restituatur in ordine, omnem quemcumque ob nimiam simplicitatem errantem in eo, quod beatum sanctae Dei ecclesiae doctorem adversum seipsum sensisse aestimabat, corrigere poterit, insuper etiam, si quemquam subtilius intelligentem hoc neglegentius minusve intente legere contigisset, facillime seipsum diiudicantem, cur aliquando aliter senserit, ad sobrium intellectum revocare poterit. Si quis autem, quod quidem a sane sapientibus omnibus absit, magis suum sensum sequendo illum voluerit condemnare quam se corrigere, nulli dubium, quin merito ab universa, maxime tamen a sancta Dei Romana ecclesia debeat condemnari. Nequaquam enim fieri potest, ut hae duae sententiae sibimet contrariae non existant, una, qua populus ab adoratione imaginum, ne criminis id agendo reus appareat, prohibetur, altera vero, quae illum id ipsum egisse ceterosque, ut hoc faciant, docuisse perhibetur. Sed absit hoc a tanto talique generali catholicae ecclesiae magistro, ut qui universas perplexas scripturae quaestiones, quae sibi contrariae videbantur eique ad explanandum vel tractandum occurrerunt, numquam dissidentes relinquere consuevit, sua sibimet dicta discordantia reliquisset.

His ita propter vitandam huiusmodi temeritatem summatim praemissis nunc videndum, utrum ei quisquam catholicorum patrum, quamvis ei specialiter fortasse talis scribendi necessitas minime incumberet, in ceteris tractatibus suis tale aliquid inditum habeat, in quo eiusdem patris sensui de imaginibus concors esse videatur.

Ecce enim beatus Ambrosius, antiquus ecclesiae Dei probabilis doctor, ita in epistola Pauli ad Romanos tractans ait: Qua[5] ratione quave auctoritate imagines angelorum vel aliorum sanctorum adorandae sint, cum ipsi sancti angeli vel sancti homines vivos se adorari noluerint?

CONSILIUM[6]. Auctoritate ergo, ut proposuimus, secundo loco inserta non quidem, quantum ex thesauro uberrimo ecclesiastico potuit, sed quantum epistolaris

3 ubi] ibi *P.* 19 adorando *P.* 20 si *deest P.* 24 diiudicante *P.* 22 et 25 poterit] *scil. ille, qui probat interpretationem synodalium.* 42 noluerunt *P.*

1) *V. supra p. 528 l. 26 sqq.* 2) *Cf. supra p. 528 l. 40 sqq.* 3) *V. 528 l. 26 sq.* 4) *Ibidem.* 5) *Hunc locum apud Ambrosium non inveni, sed legitur supra p. 494 l. 14 sqq.* 6) *V. supra p. 523 l. 34 sqq.*

brevitas rite permisit, monere vos et exhortari, o venerandi mundi principes, cum universa sancta Dei, quam Domino dispensante et committente gubernatis, ecclesia, ut ea, quae vobis non quaelibet temeritas, sed vera humilitas nostra intimare studuerit, attentius audiatis et ob illorum reverentiam, qui cum Domino ipso promittente in die novissimo totius mundi venturi sunt iudices, reverenter suscipiatis et ad salutem omnium vestrum strenue conservare studeatis.

Praemisimus enim paulo superius[1], ut post redditam rationem, post insertam auctoritatem propter adunandam, quam domino Deo ordinante regitis, ecclesiam consilium vobis non nostra adinventione, sed divina auctoritate illud dare debuissemus, per quod eadem sancta mater ecclesia ita sibi mutuo in vera pace foederari debuisset, qualiter et in hoc saeculo et in futuro ei placere potuisset, qui ascensurus
Ioh. 14, 27. de mundo suis promisit dicens: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Et
1. Cor. 13, 3. quia attestante Paulo inter cetera verum est: *Si quis tradiderit corpus suum, ut ardeat, caritatem autem non habuerit, nihil est,* ideo praedictam sanctam Dei ecclesiam in verae pacis concordiam adunari totis viribus optamus, quia, quomodo sine illa caritatem mutuam habere possit, nullo modo intelligimus. Potest enim fieri, ut aliquis cum altero ex parte vel fictam pacem temporaliter habeat: quomodo autem sine vera mutua pace habita cum altero veram possit habere caritatem, nulla docet auctoritas. Unde magnopere considerandum est, quanta temeritate quantave audacia ad aeternam ille pervenire se posse existimat, qui praesentem in hoc saeculo pacem Domini per quamlibet occasionem scissam restaurare cum proximo non curat, quam primum munus humano generi conlatum angeli nuntiant mox nato Domino in mundo eandemque novissime fidelibus suis in vice sua idem Dominus reliquit discessurus de mundo. Et quamquam multa et pene innumerabilia essent, quae de tanta re subtiliter, sublimiter et nimis terribiliter dici potuissent, cavendum est unicuique, ne hoc quisquam de illa solummodo pace intelligendum putet, quae habetur in caelis, quia et Dominus recedens
Ioh. 14, 27. Luc. 2, 14. ait: *Pacem meam relinquo vobis,* et angeli praemittentes: *Gloria in excelsis Deo,* mox non *in caelis,* subiungunt, *sed in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Cogita igitur tecum, o plebs et populus Dei, si ad perpetuam vis pervenire salutem, ut in hoc saeculo non fictam, sed veram habere mutuam studeas pacem.

Sed minus fortasse prodesse poterit; libet merito tanta talisque auctoritas causa consilii sufficere debuisset, necesse erit, ut huic adsertioni cetera adiungantur, quae nequaquam iuste adderentur, si a Deo ab initio catholicae fidei data vobis sapientia,
1. Cor. 1, 22. sicut oportuit, pro vobis sollicita esse studuisset. Dicit enim apostolus: *Iudaei signa petunt, Graeci sapientiam quaerunt.* Ubi est ergo sapientia vestra, qui propter quamlibet occasionem illud habere contemnitis, sine quo ad regna caelestia pervenire nullo modo valebitis? Et haec non arguendo vel increpando, sed ammonendo interim
cf. Eph. 3, 16 sq. dicimus, ut vos ad interiorem hominem vestrum, in quo Deus per fidem, spem et caritatem inhabitare consuevit, revocemus. Quem si ita secundum, ut supra dictum est, sapientiam vobis a Deo datam cogitare, diligere vel metuere vultis, mirum est, quomodo cum fratribus invicem tanto iam tempore scandalum et discordiam habere non metuitis. Ecce etenim, si non amplius, iam annus est, ex quo hanc inter vos miserrimam dissensionem pullulasse audivimus. Quam videlicet discordiam Deo, ut dignum est, semper odibilem, diabolo vero, ut ei decet, semper amabilem omnes antecessores mei ad corrigendum, prout eis possibile fuit, multum laborasse non ignoratur.

1 exhortari] *sc.* volumus.

1) *V. supra p. 523 l. 34 sqq.*

Haec in paucis ad excitanda Deo amabilia corda vestra ideo praemittere curavimus, ut ea, quae vobis studiosius pro salute omnium animarum nostrarum dicenda providimus, acutiores vos ad audiendum et per omnia sollicitos in Domino redderemus. Sed sicut non solum sacra auctoritate discimus, verum quoque et humana cotidiana bene consuetudine agendo cernimus, quia arbor fructus malos faciens nullo modo salu- cf. Matth. 3, 10. brius extirpatur, quam si radicitus evellatur, melius saepe dictam discordiam vestram omnipotente Domino opitulante una vobiscum, qui huic miserrimae nimiumque infelici conditioni prostrati non succumbitis, sed auctoritate bonorum omnium, domino Deo, tantae spurcitiae celso in cacumine praeminetis, corrigere valemus, si, quae sit huius perditionis origo vel fomes, detegendo pandamus.

Nullus nempe sane sapientium fideliumque in Domino fratrum vestrorum dubitare permittitur esse plures in hac sancta et a Deo conservanda ecclesia, qui tantae miseriae succumbere dedignentur, licet eis manus humana validior, ne id, quod exinde iustum esse non dubitant, restaurare vel perficere valeant, obsistat. Quamobrem amabiliter ammonendi estis, ut totis viribus omnipotentem Dominum exorare studeatis, ut tantam ab hoc regno infelicitatem amovere iubeat et illam, quam mundus dare non cf. Ioh. 14, 27. potest, pacem sua vobis inmensa clementia concedat. Et quia tantae auctoritatis ordo vel tantae sublimitatis ratio necdum poscebat, ut, priusquam illa omnia, quae merito praemittenda erant, praeponerentur, ut facilius quovis in loco secundum sui qualitatem haberentur illa, quibus salva fide, spe vel caritate totius ecclesiae status carere potuisset, propter satisfactionem tamen in hoc opere laborantium principalis huius saepedictae discordiae vestrae, causa imaginum extitisse traditur. Eiusdem quoque causae origo in eo contigisse fertur, quod imperator considerans quosdam in eadem plebe indiscreto zelo inflammatos ultra, quam oportuisset vel umquam prius actum esset, in imaginum cultura, veneratione vel adoratione ultra progredere, quam ut antea umquam in universa ecclesia factum esset, volens, ut tunc sibi cum illis, qui ei favebant, eandem superstitionem, qualiscumque esset, ab ecclesia penitus amoveret, postposita hac in re salubri discretione, sine qua omnis humanae actionis virtus in vitium vertitur, elegit praemissam superstitionem aliter emendari non posse, nisi omnes imagines penitus delerentur. Atqui si ita erat, ut dictum est, inlicitus cultus in hominibus vel ab hominibus conpescendus erat non in imaginum destructione, quae nihil peccaverunt, immo eo sensu, quo supra praemissum est, scientibus pro pia memoria, nescientibus vero pro doctrina utiles erant; in frangendo vel dissipando sinistram extendit pro dextera. Et qui ita hac in re incautos reducere debuit, sicut forte, quia recens erat causa, facillime potuit, instigante, qui nunc late patet, ecclesiasticae pacis vel caritatis inimico, hanc eis acsi luculentissimam ostendit semitam, heu quam longe ab illa sinistris anfractibus incedentem, quae de semetipso ait: *Ego sum via, veritas et vita.* Ioh. 14, 6. Quid putas quam dulcia quamque religiosissima, immo sanctissima satagebat fingere itinera, ut per illa ad haec, quae nunc omnes plangimus, pertrahere potuisset discidia? Sed nec hoc ullo modo aliter aestimatur peragere potuisse, nisi illum prius cum sequacibus suis illius impiae dulcedinis demulcendo cor tangeret, cuius idem diabolus pestifero telo perforatus de caelo merito cecidisset.

Sed quid agimus, quid dicimus? Ad conparationem namque malorum omnium, quae hic congruente spatio, quod omnino non deest, non solum de diabolo, sed etiam de ipso imperatore cum fautoribus suis dici poterant, nihil est, quod dicimus. Universa denique mala, quae ex eo usque in praesentem diem per huiusmodi discordiam in vobis perpetrata sunt, hinc sumpsere principium. Quamvis enim propter singultum plora-

11 sana *P.* 19 quovis] quove *P.* 30 inlicitum cultum — conpescendum *P.* 36 eis] ei *P.*

tionis tacere non permittamus, licet propter arctissimum temporis spatium et propter innormitatem earundem miseriarum, ut lugentibus mos est, innumera ad dicendum flebilia occurrerint, paucis ad inchoationem huius infelicitatis redire placet, ut contueamur diabolum in huius vitae excursu in bivio stantem, ubi imperator e duobus unum ad elegendum indeclinabiliter cogitur, aut cultui inlicito favendo imaginibus contra ius ecclesiasticum cervicem flectere aut certe huiusmodi cultoribus contradicendo vel non favendo ingratus existere. Et qui facilius poterat ad imitationem antiquorum principum vel patrum suorum et istos ab inlicito cultu revocare et cum ceteris omnibus morem antiquum sine offensione Dei prosequentibus pacem vel caritatem leniter retinere, persuasit eum praedictus pacis semper et caritatis inimicus illud iter in destruendis imaginibus arripere, per quod omnes per discretionem sane sapientes atque servantes perturbando confunderet et illos, qui saepe dicta discretione vel temperantia, quae una de cardinalibus ecclesiasticis virtutibus esse cognoscitur, spreta, elegit ultra quam umquam Deo placuit vel placere debeat, imaginum cultui deservire, ut eisdem, qui hoc electum habebant, potuisset placere, non considerans illud, quod terribiliter
Ps. 52, 6. scriptum est: *Qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus sprevit illos.*

Sicque factum est, ut ex die illo ab eodem antiquo semper Deo placenti populo fidelium exilia non cessarent, cruces et cruciatus non quiescerent et, ut fertur, membrorum detruncationes, ipsa etiam homicidia causa earundem imaginum nimia perpetrata sint. Et haec diu cucurrerunt, quousque idem humani generis antiquus inimicus, quasi in hac parte satiatus, convertit se ad alia perditionis argumenta, ut denuo suscitaret sibi econtra cultores imaginum, Herenam videlicet cum filio tam pestifera inlusione decipiens, ut absque ulla misericordia vel metus superinspicientis omnipotentis Dei maiestate talis ab eis promulgaretur sententia, ut omnis homo eorum ditioni subiectus imagines adoraret aut certe exilio poenisve diversis cruciaretur et, si non adquiesceret, ab universali ecclesia anathematis vinculo sequestratus religaretur. Sed quid nunc denuo e diverso agat, ad priorem iterum recurrens semitam praesentem denuo incitans imperatorem, ut eas pictas vel scriptas habere quempiam volendo permittat, quis igitur tam eloquens sub caelo habetur, qui hanc pestiferam cladem enumerare praevaleat? Quis tam ferrea habeat praecordia, cui non dico scribendi, verum quoque per defectum lacrimarum vocem non tollat eiulandi?

17 antiquo] *scil.* inimico generis humani. placenti] placens *P.* 31 eiulandi] *post trium linearum intervallum sequitur in P epistola ad Eugenium directa (infra D), libellum autem synodalem mutilum esse nobis persuasum est.*

C. HLUDOWICI ET HLOTHARII IMPERATORUM EPISTOLA AD HIEREMIAM SENONENSEM ARCHIEPISCOPUM ET IONAM AURELIANENSEM EPISCOPUM DIRECTA.

825. exeunte.

Legitur in codice Parisiensi latino 1597 A (antea s. Remigii Remensis, tum Pithoeano) saec. IX. (= P) fol. 104'—105'.

Edd.: Synodus Parisiensis p. 155; ed. 2. p. 125. Flacius, Catal. test. verit. ed. 4. II, 231; ed. 5. p. 1155. Baronius 825 n. 50. Goldast, Decreta 749. Goldast, Const. imp. I, 187. Sirmond II, 460. Coll. reg. conc. XXI, 92. Vorburg, Hist. XI, 151. Labbe-Cossart VII, 1649; ed. Coleti IX, 648. Baluze I, 643. Le Cointe VII, 771. Harduin IV, 1260. Bouquet VI, 341. Mansi XV, app. 435. Walter II, 365. Migne, Patrol. lat. XCVIII, 1348.

CIV, 1316. Quantin, 'Cartul. de l'Yonne' I, 36. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 818. 'Neues Archiv' XXIV, 485.

Hieremiae [1] et Ionae [2] venerabilibus episcopis in Domino salutem.

Venerunt ad praesentiam nostram Halitgarius [3] et Amalarius [4] episcopi VIII. Idus Decembris [5], deferentes collectiones de libris sanctorum patrum, quas in conventu apud Parisios habito simul positi collegistis, quas etiam coram nobis perlegi fecimus. Et quia placuerunt et ad id, propter quod collectae sunt, necessariae atque utiles a nobis iudicantur, sub omni celeritate vobis censuimus dirigendas. Idcirco ammonendo praecipimus sollertiae vestrae, ut, priusquam de his aliquid domno apostolico [6] indicetis, diligenti cura eadem vos recensere curetis et ea, quae melius et aptius praesenti negotio convenire inveneritis, excerpere atque describere illique ad legendum offerre studeatis, quia, ut nostis, nos ab eo petivimus licentiam, quatenus has collectiones a sacerdotibus nostris fieri permitteret, et ideo non poterit praetermitti, quin ei ostendatur quod ex ipsius permissione collectum est. Illud tamen summopere praevidete, ut ea illi de his ostendatis, quae rationi de imaginibus habendae per omnia conveniunt et quod ipse vel sui minime reicere valeant. Sed et vos ipsi tam patienter ac modeste cum eo de hac causa disputationem habeatis, ut summopere caveatis, ne nimis ei resistendo eum in aliquam inrevocabilem pertinaciam incidere conpellatis, sed paulatim verbis eius quasi obsequendo magis quam aperte resistendo ad mensuram, quae in habendis imaginibus retinenda est, eum deducere valeatis; et ideo potius efficere contendatis, ut negotium, de quo agitur, ad meliorem quam ad peiorem statum cum Dei adiutorio perducatur. Postquam vero hanc rationem de earundem imaginum causa consummaveritis, si tamen hoc ad nihilum Romana pertinacia permiserit, ut ratio inter vos habita aliquo bono et convenienti fine claudatur, et ille vobis indicaverit, quod legatos suos ob eandem causam in Graeciam mittere velit, volumus, ut eum interrogetis, si illi placeat, ut nostri legati pariter cum suis in Graeciam pergant. Et si hoc ei melius visum fuerit seque hoc omnino velle responderit, tunc volumus, ut sub omni festinatione litteris vestris a vobis ad nos directis nos inde certos faciatis simulque et de vestro adventu ad nos, ut eo tempore, quo vos ad nostram veneritis praesentiam, Halitgarium [3] et Amalarium [4] nobiscum inveniatis. Vos autem cum domno apostolico considerate, ubi ille vel quando velit, ut sui ac nostri legati ad naves conscendendas se iungere debeant; et hoc nobis per vosmetipsos, cum Deo volente veneritis, adnuntiare potestis.

7 et *deest P.* 8 ammonendo *corr. al. atram.* admonendo *P.* 13 eis *P.* 23 ratio] *v. supra p. 240 l. 21.* 25 mittere] permittere *P.*

1) *Senonensi (818?—827).* 2) *Aurelianensi (825—843).* 3) *Cameracensis (817—831).* 4) *Mettensis; cf. MG. Epp. III, 111. 'Neues Archiv' XXV, 853.* 5) *6. Decembris; synodus ipsa coeperat die 1. mensis Novembris (v. supra p. 481 ann. 1).* 6) *Scil. Eugenio II. (824—827).*

D. HLUDOWICI ET HLOTHARII IMPERATORUM EPISTOLA AD EUGENIUM II. PAPAM DIRECTA.

825. exeunte.

Legitur in codice Parisiensi latino 1597 A (antea s. Remigii Remensis, tum Pithoeano) saec. IX. (= P) fol. 103—104'.

Edd.: Synodus Parisiensis p. 153; ed. 2. p. 123. Flacius, Catal. test. verit. ed. 4. II, 230; ed. 5. p. 1155. Baronius 825 n. 47. Goldast, Decreta 747. Goldast, Const. imp. I, 186.

Sirmond II, 459. Coll. reg. conc. XXI, 90. Vorburg, Hist. XI, 150. Le Cointe VII, 771. Labbe-Cossart VII, 1648; ed. Coleti IX, 647. Baluze I, 645. Harduin IV, 1259. Bouquet VI, 342. Mansi XV, app. 437. Walter II, 366. Migne, Patrol. lat. XCVIII, 1347. CIV, 1317. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 819. 'Neues Archiv' XXIV, 485.

Sanctissimo ac reverentissimo domno et in Christo patri Eugenio, summo pontifici et universali papae, Hludowicus et Hludharius divina ordinante providentia imperatores et augusti, spiritales filii vestri, sempiternam in domino nostro Iesu Christo salutem.

Quia veraciter nos debitores esse cognovimus, ut his, quibus regimen ecclesiarum et ovium dominicarum cura commissa est, in omnibus causis ad divinum cultum pertinentibus opem atque auxilium pro qualitate virium nostrarum et intellectus nostri capacitate feramus, idcirco praetermittere nequivimus, quin tunc, quando legati Graecorum nobis manifestaverunt, qualem ad vos deberent perferre legationem, summa cura ac sollicitudine tractaremus, quale vobis adiutorium in hoc negotio cum Dei auxilio exhibere potuissemus. Et ob hoc a vestra sanctitate petivimus, ut sacerdotibus nostris liceret de libris sanctorum patrum sententias quaerere atque colligere, quae ad eandem rem, pro qua idem legati vos consulturi erant, veraciter definiendam convenire potuissent.

Quas cum illi iuxta concessam a vobis licentiam[1] sollerter inquirerent et divina opitulante gratia quicquid invenire tam brevi temporis spatio potuerunt collegissent, nobis ea perlegenda direxerunt. Quibus perlectis ea vestrae sanctitati legenda atque examinanda per hos legatos nostros, Hieremiam[2] scilicet et Ionam[3] venerabiles episcopos, mittere curavimus, cum quibus, si vestra paternitas dignum duxerit, de eadem legatione, quae in Graeciam a vobis mittenda est, non inutilem, sed potius proficuam conlationem habere potestis, quia et in sacris sunt litteris admodum eruditi et in rationibus disputatoriis non minimum exercitati; quos non ob hoc ad vestrae almitatis praesentiam cum memoratis sententiarum collectionibus misimus, ut hic aliquo velut magisterii officio fungerentur aut huc docendi gratia directi putarentur, quia, sicut iam commemorati sumus nos debitores existere, ut huic sacratissimae sedi in quibuscumque negotiis auxilium ferre debeamus, ideo et hos missos et quas deferunt litteras, si quid vobis adiutorii conferre potuissent, mittere dignum duximus. Hos vestrae sanctitati commendamus, ut et benignam apud vos receptionem et familiariter vobiscum loquendi locum inveniant.

Novit quippe sanctitas vestra, qualiter populus Graecorum in hac imaginum veneratione divisus sit. Ideo rogamus, ut almitas vestra curam et diligentiam adhibere dignetur, quomodo per vestram saluberrimam doctrinam atque admonitionem magis ad concordiam et unitatem revocetur quam propter hoc ad maiorem discordiam et dissensionem inpellatur. Et ideo cautissime considerare debetis, ut legatio vestra, quam illuc dirigere disponitis, tanta prudentia tantoque moderamine suffulta sit, ut a nemine, neque a Graeco neque Romano, iuste valeat reprehendi, sed talis sit, qualem semper decet in omnibus causis ab ista sacratissima sede proficisci. Et si vestrae sanctitati placet, ut pro hac ipsa legatione missi nostri simul cum vestris illas in partes dirigantur, et hoc nos tempore congruo scire permittite et non solum hoc, sed etiam si

23 cum *ex* quum *corr. P.* 28 officio *corr. al. atram ex* officii *P.* 34 hac *ex* hoc *corr. P.* imaginum *ex* imaginem *corr. P.* 36 atque *ex* adque *corr. P.*

1) *V. supra p. 482 l. 30 sqq. p. 532 l. 12.* 2) *Senonensem.* 3) *Aurelianensem; v. supra p. 533 l. 3 sqq.*

ituri sunt, ubi et quando cum vestris missis se iungere debeant. Non ideo tamen de nostris missis illuc dirigendis interrogamus, quasi necessarium nobis videatur aut nos vestros missos hanc legationem per se perficere dubitemus, sed potius propter hoc eos vobis offerimus, ut sciatis nos in omnibus esse paratos, quae huius sacratissimae sedis necessitas aut voluntas postulaverit.

Optamus sanctam et venerabilem ac piam paternitatem vestram semper in Christo bene valere et nostri ac nostrorum omnium in sacrosanctis orationibus meminisse, sanctissime ac beatissime pater.

E. EPITOME LIBELLI SYNODALIS PARISIENSIS.

In memoriam revocamus verba Hludowici et Hlotharii imperatorum, quae leguntur in epistola ad Hieremiam Senonensem archiepiscopum et Ionam Aurelianensem episcopum directa: . . . collectiones de libris sanctorum patrum, quas in conventu apud Parisios habito simul positi collegistis, . . . sub omni celeritate vobis censuimus dirigendas. Idcirco ammonendo praecipimus sollertiae vestrae, ut, priusquam de his aliquid domno apostolico indicetis, diligenti cura eadem vos recensere curetis et ea, quae melius et aptius praesenti negotio convenire inveneritis, excerpere atque describere illique ad legendum offerre studeatis, quia, ut nostis, ab eo petivimus licentiam, quatenus has collectiones a sacerdotibus nostris fieri permitteret, et ideo non poterit praetermitti, quin ei ostendatur quod ex ipsius permissione collectum est *(supra p. 533 l. 5 sqq.). Haud infelici fortuna haec epitome ad nostra usque tempora pervenit, de cuius indole iam supra p. 475 egimus. In hac autem prima editione quae argumentationes ex libro synodali (p. 481—532) depromptae hoc in libro repetitae sint, semper suo loco indicavimus; ubi plura leguntur quam illic, sive ab Hieremia et Iona ex proprio motu addita sunt sive, id quod magis fortasse placet, in libri synodalis partibus deperditis iam exstabant, fontes eruere conati sumus. Ordinem fontis non omnibus locis servatum invenies: certe id egerunt epitomatores, ut mandatis imperialibus oboedientes Eugenium II. papam ad Hludowici Hlothariique voluntatem iudiciumque de imaginum cultu perducerent.*

Epitome legitur in codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Ottobonianos 38 (antea Ioannis Angeli ducis ab Altaemps) saec. X (= V) fol. 192—219', quem primus descripsit Bethmann ('Archiv' ed. Pertz XII, 357), deinde nobis petentibus v. cl. J. Schwalm, v. cl. A. Schulte et ipsi denique contulimus, ita ut 'Neues Archiv' XXVII, 591 sq. prooemium et finem publici iuris facere potuerimus.

Opitulante et comitante sanctae et individuae trinitatis gratia nos divino munere Hludovicus et Hlotharius imperatores augusti, sanctae Dei ecclesiae devotissimi et humillimi filii atque in eius honore et amore sive exaltatione caelitus succensi, has, quae secuntur, sententias ex sanctorum patrum opusculis tuo, sancte pater venerande et amande Eugeni universalis papa, permissu una cum quibusdam sacerdotibus, familiaribus nostris, fidelissimis filiis vestris, prout temporis brevitas permisit, vestris usquequaque obsequiis parere cupientes excerpere vestraeque dignationi et sanctissime paternitati per hos praesentes missos nostros Hieremiam[1] et Ionam[2] venerabiles episcopos, devotissimos fideles vestros, dirigere curavimus.

33 Opitulante] pitulante V. 36 ex˙ et V.

1) *Senonensem.* 2) *Aurelianensem.*

Item. Congruum[1] necessariumque iudicavimus primum sententias sanctorum patrum colligere contra eos, qui imagines sanctorum indiscreto zelo abdicare praesumunt, sicut per epistolam Michahelis imperatoris in partibus orientis nuper factum esse didicimus, et, qualiter ab eisdem sanctis patribus habitae vel haberi permisse sint, demonstrare.

Ex libro Eusebii ecclesiasticae hystoriae VII. cap. XV.: Verum[2] quia urbis huius fecimus mentionem, iustum videtur commemorare etiam illud in ea gestum, quod historia dignum cf. Marc. 5, 25 sqq. duximus. Mulierem, quam sanguinis profluvio laborantem a salvatore curatam evangelia tradiderunt, huius urbis civem constat fuisse, domusque eius in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius basis quaedam in loco editiore conlocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus provolutae palmasque suppliciter tendentis imago aere videtur expressa. Adstat vero alia ex aere nichilominus fusa statua habitu virili, stola compte circumdata et dexteram mulieri porrigens; huius ad pedem statuae e basi herba quedam nova specie nascitur, quae, cum exhorta fuerit, excrescere usque ad stolae illius aerei indumenti fimbriam solet. Quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquirit, ita ut quecunque illa fuerit infirmitas corporis haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens, si, antequam aereae fimbriae summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Ihesu formatam tradebant, quae permansit ad nostra usque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus; et nihil mirum si hi, qui ex gentibus crediderunt, pro beneficiis, quae a salvatore fuerant consecuti, huiusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nunc et apostolorum Petri vel Pauli et ipsius salvatoris imagines designari tabulisque depingi: sed et antiquas ipsorum imagines a quibusdam conservatas nos vidimus. Quod mihi videtur ex gentili consuetudine indifferenter observatum, quod ita soleant honorare quos honore dignos duxerunt: insignia etenim veterum reservari ad posterorum memoriam, illorum honoris, horum vero amoris indicium est.

Hinc colligendum est, quod amoris honorisque, non adorationis causa habendarum imaginum antiquae ecclesiae usus extiterit.

Cap. II. In actibus quoque Silvestri pape leguntur apparuisse[3] Constantino imperatori in visione apostoli sancti Petrus et Paulus eique ita dixisse: Quoniam flagitiis tuis posuisti terminum et effusionem innocentium sanguinis horruisti, missi sumus a Christo Ihesu domino dare tibi sanitatis recuperande consilium. Audi ergo monita nostra et fac omnia, quaecunque indicamus tibi. Silvester episcopus civitatis Romanae ad montem Soractem persecutiones tuas fugiens in cavernis petrarum cum suis clericis latebram fovet. Hunc cum ad te adduxeris, ipse tibi pietatis piscinam ostendet, in qua, dum te tertio merserit, omnis te valitudo ista deseret laeprae. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem tuo salvatori compensa, ut omnes iussu tuo per totum orbem Romanorum restaurentur ecclesiae, tu autem in hac parte purifica te, ut relicta superstitione idolorum Deum unum, qui verus et solus est, adores et excolas et ad eius veritatem adtingas. Exurgens itaque Constantinus a somno convocat eos, qui observabant palatium, et secundum tenorem somnii sui misit ad montem Soractem, ubi sanctus Silvester in cuiusdam Christiani agro persecutionis causa cum suis clericis receptus lectionibus et orationibus insistebat. At ubi a militibus se conventum vidit, credidit se ad martyrii coronam evocari. Et 2. Cor. 6, 2. conversus ad clerum, qui cum eo erat, dixit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Profectus itaque, ut dictum est, pervenit ad regem, cui nuntiatus cum tribus presbiteris et duobus diaconibus ingressus dixit: Pax tibi et victoriae de caelo ministrentur. Quem cum

1 necessarium *V.* 6 dignum *deest V.* 9 basis quedam] basisque domum *V.* 10 aerę *V.* 15 quecunque] quicunque *V.* 22 indifferentes *V.* 25 est *deest V.*
II. 33 ostendit *V.* dum te] dum *V.* deserit *V.*

1) *V. supra p. 484 l. 25 sqq.* 2) *V. supra p. 484 l. 28 sqq.* 3) *V. supra p. 485 l. 6 sqq.*

rex alacri animo et vultu placidissimo suscepisset, omnia, quae illi facta quaeque dicta sunt, quae etiam revelata, secundum textum superius comprehensum exposuit. Post finem vero narrationis suae percontabatur, qui isti essent dii Petrus et Paulus, qui illum visitarent; ob quam causam salutis suae eius latebram detexissent. Silvester episcopus respondit: Hos quidem Dominus noster sibi idoneos servos Christi et apostolos elegit ab eo missos ad invitationem gentium, ut credentes salutem consequantur. Cumque haec et his similia augusto diceret papa, interrogare coepit augustus, utrumnam istos haberet aliqua imago expressos, ut ex pictura disceret hos esse, quos revelatio docuisset. Tunc sanctus Silvester misso diacone imagines apostolorum exhiberi precepit, quas imperator aspiciens ingenti clamore coepit dicere ipsos esse, quos viderat, nec debere iam differre episcopum ostensionem piscinae, quam istos promisisse suae saluti memorabat.

Hoc capitulo unius veri Dei cultus et adoratio commendatur et, quod pictura utiles et vere recordationes ad memoriam aliquando redeant, demonstratur.

Cap. III. Iohannes Chrisostomus in expositione psalmi quinquagesimi: Pictores[1] imitantur arte naturam et colores coloribus permiscentes visibiles corporearum rerum dipingunt imagines et faciunt homines et animalia et arbores et reges et rusticos et barbaros et pugnas et rixas torrentes sanguinum et lanceas et loricas et scuta et sedem regalem et imperatorem sedentem et barbarum subditum et gladium acutum et fluvios decurrentes et campos variis floribus adornatos et omnia, quae videntur, per artem imitantes mirabilem istoriam videntibus prestant.

Si secundum tanti doctoris documenta pictoria ars mirabilem historiam videntibus praestat, cur a suis discipulis contradicitur?

Cap. IIII. Sanctus Paulinus in opere, quod de vita beati Felicis martyris heroico metro aedidit, libro nono ita inquit:

Nunc[2] volo picturas fucatis agmine longo
Porticibus videas pauloque supina fatiges
Colla, reclinato dum perlegis omnia vultu.
Qui videt haec vacuis agnoscens vera figuris,
Non vacua fidem sibi pascit imagine mentem.
Omnia namque tenet serie pictura fideli,
Que senior scripsit per quinque volumina Moyses,
Que gessit Domini signatus nomine Ihesus.

V. Et post pauca: Forte[3] requiratur, quanam ratione gerendi,
Sederit haec nobis sententia, pingere sanctas
Raro domus animantibus assimilatis?
Accipito et paucis temptabo exponere causas.
Quos agit huc sancti Felicis gloria coetus,
Obscurum nulli; turba frequentior his est
Rusticitas non cassa fide neque docta legendi.
Haec adsueta diu sacris servire prophanis
Ventre Deo, tandem convertitur advena Christo,

II. 7 expressas *V(?).* 9 exhibere *V.* 12 pictura] *intellige: per picturam.*
III. 17 loricas] luricas *V.*
VI. 27 Collo *V.* 30 tenet] te nec *V.* 31 Que] Quem *V.*
V. 34 sententias *V.* 35 Rara *V.* 36 paucis] paucias *V.* 39 Rusticitas] Rusticis *V.* fides *V.* docti *V.*

1) *V. supra p. 485 l. 35 sqq.* 2) *V. supra p. 486 l. 1 sqq.* 3) *V. supra p. 486 l. 9 sqq.*

Dum sanctorum opera in Christo mirantur aperta.
Cernite quam multi comeant ex omnibus agris
Quamque piae rudibus decepti mentibus errent.
Longinquas liquere domos, sprevere ruinas,
Non gelidi fervente fide; et nunc ecce frequentes
Per totam vigiles extendunt gaudia noctem,
Laetitia somnos, tenebras funalibus arcent.

VI. Et paulo post: Dum[1] fallit pictura famem; sanctasque legendi
Historias castorum operum subrepsit honestas
Exemplis inducta piis; potatur hianti
Sobrietas, nimii subeunt obvia vini.
Dumque diem ducunt spatio maiore tuentes,
Pocula rarescunt, quia per miracula tracto
Tempore iam paucae suberunt aepulantibus horae.

Ecce quantum utilitatis confert historiae pictura.

VII. Beatus Gregorius Nisenus episcopus inter caetera, ubi de Abraham sermonem instituit: Vidi[2], inquit, imaginem passionis et non sine lacrimis visionem praeterii, opere artis ad faciem deducens historiam et caetera.

Item in eadem interpretatione cantici canticorum: Qui[3], inquit, imaginem conspicit ex eadem arte per colores completam tabulam, non tincturis praefert contemplationem, sed ad visionem depictam conspicit tantummodo, quam per colores magister demonstravit.

VIII. Augustinus in libro de civitate Dei: Sicut[4] in pictura utiles et vere recordationes ad memoriam aliquando redeunt, quae compunctionem ingerant, ita etiam nocivae et falsae humanis mentibus semper imagines ludificando ingerunt.

VIIII. Item idem in libro de decem cordis: Quomodo[5] facio ipsi Deo iniuriam? Corrumpis teipsum. Et unde iniuriam Deo facio, quia corrumpo me ipsum? Unde tibi facit iniuriam qui voluerit forte lapidare tabulam tuam pictam, in qua tabula imago tua est, in domo tua inaniter posita ad vanum honorem tuum nec sentiens nec loquens nec videns. Si quis illam lapidet, nonne tibi facit contumeliam?

Si iniuriam homini facit qui eius imaginem lapidat, quante putas temeritatis eum esse, qui dispectus causa sanctorum imagines evertit.

X. In libro tripartite historiae decimo cap. XXX.: Neque[6] enim sanctus Paulus, dum
cf. Act. 17,23. venisset Athenas et civitatem repletam idolis conspexisset, aras ab illis honoratas destruxit, sed ratione ignorantiam redarguit, veritatis iura monstravit.

Hoc exemplum destructores imaginum sequi debuerant.

XI. Item in eodem opere libro VI.: Illud[7] quoque, quod sub Iuliano provenit, narrare non sileo. Fuit enim signum virtutis Christi et indicium contra principem iracundiae Dei. Cum

V. 4 liquerere *V.*
VI. 8 famen *V.* 13 miraculo *V.* 14 horae] orae *V.*
VII. 17 visione *V.* 21 visione depicta *V.*
X. 32 historiae decimo] historia de decimis *V.*

1) *V. supra p. 486 l. 25 sqq.* 2) *V. supra p. 486 l. 36 sq.* 3) *V. supra p. 486 l. 38 sqq.* 4) *V. supra p. 487 l. 5 sqq., ubi haec verba in Augustini opere non inventa impressa sunt maioribus litteris quasi ab ipsis synodalibus conflata, ita ut ab epitomatoribus postea pro verbis Augustini ipsius (cf. p. 487 l. 1) habita sint.* 5) *V. supra p. 487 l. 9 sqq.* 6) *V. supra p. 487 l. 14 sqq.* 7) *V. supra p. 487 l. 17 sqq.*

enim agnovisset in Caesarea Philippi civitate Feniciae, quam Paneam vocabant, insigne Christi esse simulacrum, quod sanguinis liberata profluvio constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocavit. Quae violento igne de caelo cadente circa eius pectus divisa est et caput cum cervice una parte deiectum atque in terra fixum; reliqua vero pars actenus restitit et fulminibus indicia reservavit. Statuam vero Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt. Postea vero Christiani colligentes in ecclesia condiderunt, quo actenus reservatur.

Quid mirum si imago Christi a Iuliano apostata sit deposita et a paganis confracta, cum ipse a Caipha adiudicatus et a Iudaeis sit crucifixus? Nunc[1] qualis discretio sit tenenda erga sanctorum imagines et historiarum picturas, epistolae sanctissimi et egregii viri, vitae memorabilis, doctrina et eloquentia ammirabilis totiusque catholicae ecclesiae eximii magistri beati Gregorii papae a sancta Romana sede per venerabilem Deoque amabilem, eiusdem sancti viri, quia sic placuit Deo, successorem totoque orbe venerandum domnum Eugenium nobis directae discretissima ac plenissima ratione declarant.

XII. Scribit autem ad Serenum Massiliensem episcopum: Quod[2] fraternitati vestrae tam sera scripta transmittimus, non hoc torpori, sed occupationi deputate, latorem vero praesentium, dilectissimum filium nostrum Cyriacum, monasterii patrem, vobis in omnibus commendamus, ut nulla hunc in Massiliensi civitate mora detineat, sed ad fratrem et coepiscopum nostrum Suagrium cum sanctitatis vestrae solacio Deo protegente proficiscatur. Preterea indico[3] dudum ad nos pervenisse, quod fraternitas vestra, quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem ab ecclesiis imagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid manu factum adorari possit, habuisse laudavimus, sed frangere easdem imagines non debuisse iudicamus. Idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi, qui litteras nesciunt, saltim in parietibus videndo legant que legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas et illas servare et ab earum adoratu populum prohibere debuit, quatinus et litterarum nescii haberent unde scientiam historiae colligerent et populus in picturae adoratione minime peccaret.

XIII. Item in eodem ad eundem episcopum: Litterarum[4] tuarum primordia ita sacerdotalem in te esse benivolentiam demonstrabant, ut maior nobis fieret de fraternitate tua laetitia; sed tantum earum finis a suis dissensit initiis, ut non unius, sed diversarum esse mentium talis crederetur epistola. Ex[5] illo autem, quod de scriptis nostris, quae ad te misimus, dubitasti, quam sis incautus, apparuit. Nam si diligenter ea, quae fraterno amore monuimus, adtendisses, non solum minime dubitasses, sed immo, quid te sacerdotali gravitate oporteret agere, cognovisses. Neque enim Cyriacus diaconus abbas, qui scriptorum nostrorum portitor extitit, istius disciplinae vel eruditionis fuit, ut vel ipse aliud facere, sicut putas, auderet vel tu de eius tibi persona suspicionem falsitatis assumeres. Sed dum monita salubria pensare postponis, contigit, ut iam non solum actu, verum etiam esses interrogatione culpabilis. Perlatum[6] quidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuisses, omnino

XI. 1 Fenicae *V.* insignem *V.* 2 liberatam *V.* 3 et] ut *V.* 5 indicia] indutias *V.* 8 Nunc] Nam *V.* 9 sanctissimi et] sanctissimae *V.*
XII. 23 que] qui *V.*
XIII. 27 demonstrabunt *V.* 28 dissensit initiis] dissensisse in tuis *V.* 30 incautus] cautus *V.* 32 diaconus] *ita V,* quondam *Greg.*

1) *V. supra p. 487 l. 25 sqq.* 2) *Gregorius M., Epistola ad Serenum episcopum Massiliensem; MG. Epp. II, 195 (Jaffé-E. n. 1736). Verba:* Quod fraternitati — Praeterea *(l. 18) in synodica Parisiensi desiderantur.* 3) *V. supra p. 487 l. 28 sqq., p. 527 l. 15 sqq.* 4) *V. supra p. 507 l. 10 sqq.* 5) *Verba* Ex illo — culpabilis *(l. 35) leguntur in Gregorii M. epistola, MG. Epp. II, 269 sq. (Jaffé-E. n. 1800), desiderantur in synodica Parisiensi.* 6) *V. supra p. 488 l. 1 sqq., p. 507 l. 14 sqq., p. 527 l. 22 sqq.*

laudavimus; fregisse vero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non debuit revocare, ut despectis aliis fratribus solum te sanctum et esse crederes sapientem. Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturae historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde et precipue gentibus pro lectione pictura est, quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, adtendi decuerat, ne, dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit quod non ad adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum; et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condisses, sine dubio et ea, quae intendebas, salubriter obtinere et collectum gregem non dispergere, sed potius poteras congregare, ut pastoris in te merito nomen excelleret, non culpa dispersoris incumberet. Hinc autem, dum in hoc animi tui incaute nimis motus exequeris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, ut maxima eorum pars a tua se communione suspenderet. Quando ergo ad ovile dominicum errantes oves adducas, qui quas habes detinere non praevales? Proinde hortamur, ut vel nunc studeas esse sollicitus atque ab hac te praesumptione compescas et eorum animos, quos a tua disiunctos unitate cognoscis, paterna ad te dulcedine, omni adnisu omnique studio revocare festines. Convocandi enim sunt diversi ecclesiae filii, eisque scripturae est testimoniis osten-
Matth. 4, 10. dendum, quia omne manu factum adorari non liceat, quoniam scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies,* ac deinde subiungendum, quia, quoniam picturas imaginum, que ad aedificationem inperiti populi factae fuerant, ut nescientes litteras ipsam historiam intendentes quod dictum sit discerent, transisse in adorationem videras, idcirco commotus es, ut eas imagines frangi praeciperes atque eis dicendum: si ad hanc instructionem, ad quam imagines antiquitus factae sunt, habere vultis in ecclesia, eas modis omnibus et fieri et haberi permittas. Atque indica, quod non tibi ipsa visio historiae, quae pictura teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quae picturis fuerat incompetenter exhibita, atque in his verbis eorum mentes demulcens eos ad concordiam tuam revoca. Et si quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines omni modo devita. Sed hoc sollicite fraternitas tua ammoneat, ut ex visione rei geste ardorem compunctionis percipiant et in adorationem solius omnipotentis sanctae trinitatis humiliter prosternantur.

Cuncta[1] vero haec ex amore sanctae ecclesiae et tuae fraternitatis loquimur, non ergo ex mea correptione frangatur a zelo rectitudinis, sed magis adiuvetur in studio pie dispensationis.

Item ibi: Haec[2] contra eos, qui imagines sanctorum incauto et inconsiderato zelo destruunt, breviter dicta sunt. Nunc contra eos, qui indebito cultu eas colunt, incensum eis ponendo et alia queque superstitiosa faciendo, sanctorum patrum dicta subiecimus. Primum tamen, unde adorandarum imaginum origo inoleverit, ponere utile duximus.

Scribit itaque beatus Augustinus in libro de diversis eresibus: Symoniani[3] a Sy-
cf. Act. 8, 18. mone mago, qui baptizatus a Philippo diacono, sicut in actibus apostolorum legitur, pecunia voluit a sanctis apostolis emere, ut etiam per impositionem manus ei daretur Spiritus sanctus.

XIII. 1 laudabimus *V.* 2 dispectis *V.* 4 quid] quod *V.* 7 fericibus *V.* 8 genereris *V.* 10 admisit] amisit *V.* discretionis condiscesces *V.* 12 excelleret] excoleret *V.* 13 Haec *V.* tuos] vos *V.* 16 te *deest V.* 18 diversis — filiis *V.* 19 omni manufacto *V.* 20 quoniam *deest V.* picturae imagines *V.* 21 ipsa historia *V.* 22 quod] quia *V.* discere *V.* es] est *V.* 24 sunt *deest V.* 26 fuerant *V.* 27 eos *deest V.* 31 ex] et *V.* 34 eas] as *V.* 35 subiecimur *V.* 36 duximus] diximus *V.* 37 Symoniani] Symoni *V.* 39 ei] eius *V.*

1) *Gregorius M., Epistola laudata, MG. Epp. II, 271. Verba:* Cuncta — dispensationis *(l. 31 sq.) desiderantur in synodica Parisiensi.* 2) *V. supra p. 489 l. 17 sqq., unde apparet verba (supra litteris parvis expressa) non ex Gregorio fluxisse, sed conflata esse a synodalibus Parisiensibus.* 3) *V. supra p. 489 l. 22 sqq.*

Hic magicis fallaciis deceperat multos. Docebat autem detestandam turpitudinem indifferenter utendi feminis nec Deum mundum fecisse dicebat; negabat etiam carnis resurrectionem et adseverabat se Christum idemque Iovem se credi volebat, Minervam vero meretricem quandam Helenam, quam sibi sociam scelerum fecerat, imaginesque et suam et Helenae discipulis suis praebebat adorandas, quas et Romae tamquam deorum simulacra auctoritate puplica constituerat, in qua urbe apostolus Petrus eum vera virtute Dei omnipotentis extincxit.

Item idem post pauca: Secte[1] Carpocratis fuisse creditur quaedam Marcellina, quae colebat imaginem Ihesu et Pauli et Homeri et Phitagorae adorando et incensum ponendo.

Notandum, quod inter hereticos deputetur Marcellina eo, quod imagines coleret eisque incensum poneret.

Item Augustinus in epistola ad Marcellinum: Quando[2] primum insuevit exercitus populi Romani amare, portare signa, tabulas pictas, vasa caelata, mirari ea, privatim et publice rapere, tunc caepit perire laudabile illud decus salusque reipublicae.

Item in eodem in libro VIII. de civitate Dei: Ermes[3] Aegyptius, quem Trismeiston vocant, sensit ita et scripsit: Quoniam ergo proavi nostri increduli et non animadvertentes ad cultum religionemque divinam invenerunt artem, qua efficerent deos; cui inventae adiuncxerunt virtutem de mundi natura convenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non potuerunt, evocantes animas daemonum vel angelorum eas indiderunt imaginibus sanctis divinisque mysteriis, per quas idola et bene faciendi et male vires habere potuissent.

Haec[4] de initiis adorandarum imaginum dicta sint. Nunc vero, quid sancti doctores de indebito superstitionis cultu sentiant, prosequendum.

Origenes in omelia de cantico, quod cantavit Moyses: Licet[5] apostolus Iohannes dicat: *Filioli, nondum scimus quid futuri sumus. Sin autem revelatum nobis fuerit de Deo,* 1. Ioh. 3, 2.
scilicet dicens, *similes illi erimus.* Similitudo tamen haec non ad naturam, sed ad gratiam revocatur. Verbi causa, ut si dicamus picturam similem esse eius, cuius imago in pictura videtur expressa, quantum ad gratiam pertinet, visus similis dicitur, quantum ad substantiam longe dissimilis. Illa enim species carnis est et corporis vivi, ista colorum fucus est et cera tabulis sensu carentibus superposita.

Si iuxta tanti doctoris documentum imago colorum fucus est et cera tabulis sensu carentibus superposita, quae adoratio, qui vel ei cultus adhibendus est?

Iohannes Chrisostomus in expositione aepistolae ad Hebreos omilia XII.: Nam[6] quae formam habent alicuius exemplar tantum ostendunt, non autem virtutem, sicut imaginibus exemplar hominis habet imago, non etiam virtutem. Proinde veritas et exemplar communicant invicem, exemplar enim aequale est, virtus autem nequaquam.

Hieronimus in expositione Danielis prophete: *Notum*[7] *tibi sit,* inquit, *rex, quia deos* Daniel 3, 18.
tuos non colimus et statuam auream, quam erexisti, non adoramus. Sive statuam ut Simmachus sive imaginem auream, ut caeteri transtulerunt, voluerimus legere, cultores Dei eam adorare non debent. Ergo iudices et principes saeculi, qui imperatorum statuas adorant et imagines, hoc se facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes placuerunt Deo.

3 Iobem *V.* 11 insuebit *V.* 12 publicae *V.* 15 proavini *V.* 16 qua] quę *V.* 18 daemonium *V.* 20 sunt *V.* 27 cera] cętera *hic et infra V.* 31 Iohannem *V.* 38 imagines] saeculi *iterum add. V.* 39 nolentes] nolentibus *V.*

1) *V. supra p. 489 l. 31 sq.* 2) *V. supra p. 490 l. 12 sqq.* 3) *V. supra p. 490 l. 6 sqq.* 4) *V. supra p. 490 l. 25 sq.* 5) *V. supra p. 491 l. 9 sqq.* 6) *Fontem non inveni. Verba* Nam — nequaquam *(l. 31—34) desiderantur in synodica Parisiensi.* 7) *V. supra p. 491 l. 3 sqq.*

Et ut hoc non de illa imagine sola specialiter dictum putetur, considerandum est, quod generaliter de omni imagine subiungat: Et[1] notanda, inquit, proprietas, deos coli, imaginem adorari dicunt, quod utrumque servis Dei non convenit.

Ezech. 8, 11. Item Hieronimus in expositione Hiezechihelis prophete: *Et[2] septuaginta viri de senioribus domus Israel et Iechonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas, et unusquisque habebat turibulum in manu sua, et vapor nebulae de ture consurgebat.* Quando dicit septuaginta viros fuisse de senioribus domus Israel, qui tenerent turibula manibus, ostendit multos et alios fuisse presbiteros, qui hoc non faciebant, sed forsitan peccatis aliis tenebantur, unumque nomine Iechoniam filium Saphan stetisse in medio eorum quasi principem sceleris eorum atque sacrilegii, qui omissa religione Dei colebant idola et in templo non adorabant Dominum, cuius erat templum, sed picturas parietum.

Firmianus Lactantius in libro I. de falsa religione: Quid[3], inquit, opus est ea colere, quibus careas? Virtus enim colenda est, non imago virtutis; et colenda non sacrificio aliquo aut ture aut precatione solemni, sed voluntate sola atque proposito.

Et infra: Nam[4] religio ac veneratio nulla alia nisi unius Dei tenenda est. Quid igitur opus est, o vir sapientissime, tantos sumptus vel fingendis vel colendis imaginibus impendere? Firmius et incorruptius templum est corpus humanum: hoc potius ornetur, hoc veris numinibus impleatur. Has vero falsas consecrationes sequitur quod necesse est: qui enim sic virtutes colunt, id est qui umbras et imagines virtutum consectantur, ea ipsa, quae vera sunt, tenere non possunt.

Item idem in eodem opere libro II.: Duplici[5] ergo ratione peccatur ab insipientibus, primum quod elementa, id est Dei opera, Deo praeferunt; deinde quod elementorum ipsorum figuras humana specie conprehensas colunt.

Item ipse: Nihil[6] aliud adoremus, nihil colamus nisi solius artificis parentisque nostri unicum nomen. Supra ergo, non infra est Dominus nec in ima potius, sed in summa religione, qua quaerendus est.

Et infra: Nihil[7] potest esse caeleste in ea re, quae fit ex terra; quicquid enim simulatur falsum esse necesse est nec potest umquam veri nomen accipere quod veritatem fuco et imitatione mentitur.

Item ipse: Nihil[8] colendum, quod oculis mortalibus cernitur.

Isidorus in libro ethimologiarum: Pictura[9] autem est imago exprimens speciem rei alicuius, quae, dum visa fuerit, ad recordationem mentem reducit. Pictura autem dicta quasi fictura. Est enim imago ficta, non veritas, hinc et fucata, id est quodam fuco, colore inlita, nihil fidei et veritatis habens. Unde et sunt quaedam picturae, quae corpora veritatis studio coloris excedunt et fidem, dum augere contendunt, ad mendacium provehunt.

Fulgentius in libro de fide ad Donatum: Quia[10] ipse Deus sibi soli praecipiens tantummodo serviendum seque iubens a fidelibus adorandum prorsus interdixit, ne quis audeat creaturam adorare creaturaeque deservire, propterea in fine illius praecepti de omnibus, quae creavit, ita
Exod. 20, 5. loquitur: *Non adorabis ea nec servies eis.*

Et post pauca: Vera[11] enim religio in unius constat Dei servitio.

4 expositionis *V.* 6 turę *hic et infra V.* 12 falso *V.* 13 colenda non] colendo non *V.* 14 precatione] praedicatione *V.* 19 id est] idem *V.* 23 conprehensus *V.* 26 quaerendum *V.* qua *deest V.* 33 fuco] quodam *iterum add. V.* 38 finem *V.*

1) *V. supra p. 491 l. 7 sq.* 2) *V. supra p. 491 l. 24 sqq.* 3) *V. supra p. 491 l. 33 sqq.* 4) *V. supra p. 491 l. 35 sqq.* 5) *V. supra p. 492 l. 11 sqq.* 6) *V. supra p. 492 l. 14 sq. 16 sq.* 7) *V. supra p. 492 l. 18 sqq.* 8) *V. supra p. 492 l. 21 sq.* 9) *V. supra p. 491 l. 16 sqq.; v. etiam p. 519 l. 30 sq.* 10) *V. supra p. 492 l. 28 sqq.* 11) *V. supra p. 492 l. 32.*

Augustinus in libro VII. de civitate Dei: Unum[1] verum Deum, id est omnis animae corporisque creatorem, colere se quisque contendat; non ideo peccat, quia non est colendus quem colit, sed quia colendum, non ut colendus est, colit. Qui vero et rebus talibus, id est turpibus et scelestis, et non verum Deum, id est animae corporisque factorem, sed creaturam quamvis non vitiosam colit, sive illa sit anima sive corpus sive anima simul et corpus, bis peccat in Deum, quod et pro ipso colit, quod non est ipse; et talibus rebus colit, qualibus nec ipse colendus est.

Item Augustinus in libro questionum veteris ac novi testamenti: Christiani[2], inquit, utpote pauperes, quos stultos vocant, unum Deum colunt in mysterio, ex quo sunt omnia, nec aliquid, quod ab eo conditum est, venerantur. Ipsum enim solum sufficere sibi et habundare sciunt ad salutem.

Item idem post pauca: Non[3] ergo nobis videtur, ut quod homo facit adorari debeat; factor enim a factura, non factura a factore adorari iudicatur.

Item idem in psalmo CXIII.: Noli[4] ergo addere manus hominum, ut ex eo metallo, quod fecit verus Deus, velis facere falsum deum, immo falsum hominem, quem pro vero venereris deo, quem quisquis pro vero homine in amicitiam reciperet insaniret. Ducit enim et affectu quodam infirmo rapit infirma corda mortalium formae similitudo et membrorum imitata compago.

Item idem in epistola ad Maximum grammaticum: Scies[5] a Christianis catholicis, quorum in vestro oppido ecclesia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil denique adorari, quod sit factum et conditum a Deo, sed unum ipsum Deum, qui fecit et condidit omnia.

Item idem in libro de quantitate animae: Deus[6] autem immortalem animam fecit, ut opinor, nisi forte tibi aliter videtur. Ergo tu velles talia fieri ab hominibus, qualia Deus fecit? Non equidem hoc dixerim. Sed quemadmodum ipse immortalis immortale quiddam fecit ad similitudinem suam, sic et nos immortales a Deo facti ad similitudinem nostram quod facimus immortale esse deberet. Recte diceres, si ad eius imaginem pingeres tabulam, quod in te inmortale esse credis; nunc vero in ea exprimis similitudinem corporis, quod profecto mortale est. Quomodo ergo sum similis Deo, cum immortalia nulla possum facere ut ille? Quomodo nec imago corporis tui potest hoc valere, quod tuum corpus valet, sic anima non mirandum est, si potentiam tantam non habet quantam ille, ad cuius similitudinem facta est. Si[7] enim imago humani corporis iuxta egregii doctoris verissimam disputationem non tantum valet, quantum ipsum corpus, qua consequentia imagini adoratio exhibetur, cum ipsum corpus penitus non adoretur?

Ambrosius in expositione epistole ad Romanos: Numquid[8] tam demens est aliquis aut salutis suae immemor, ut honorificentiam regis vindicet comiti, cum de hac re, si qui etiam tractare fuerint inventi, iure ut rei damnentur maiestatis; quomodo non isti se cogitant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturae et relicto Domino conservos adorant, quasi sit aliquid, quod plus reservetur Deo? Nam ideo ad regem per tribunos aut comites itur, quia homo utique est rex et nescit quibus debeat rempublicam credere. Ad Deum autem promerendum,

2 contendunt *V.* peccant *V.* 4 creatura *V.* 5 vitiosę *V.* simul] sive *V.* 12 nobis] vobis *V.* 14 addare *V.* 17 forma *V.* 19 a *deest V.* 20 nulli *V.* 24 quemammodum *V.* immortalis *deest V.* immortalem *V.* 26 immortalem *V.* 30 potentia tanta *V.* quanta *V.* 35 qui] quis *V.* etiam] eam *V.*

1) *Augustinus, De civitate Dei VII c. 27 § 2; Opp. VII, 183. Verba* Unum verum — colendus est *(l. 1—7) desunt in synodica Parisiensi.* 2) *V. supra p. 492 l. 5 sqq.* 3) *V. supra p. 492 l. 9 sq.* 4) *V. supra p. 492 l. 23 sqq.* 5) *V. supra p. 492 l. 36 sqq.* 6) *V. supra p. 493 l. 3 sqq.* 7) *V. supra p. 493 l. 12 sq., sed ab ipsis synodalibus conflata.* 8) *V. supra p. 493 l. 23 sqq.*

quem nihil utique latet — omnium enim merita novit —, suffragatione non opus est, sed mente devota.

Item Augustinus in libro de vera religione: Nullum[1], inquit, errorem in religione esse potuisse, si anima pro Deo suo non coleret animam aut corpus aut fantasmata sua, quae nihil sunt aliud quam de specie corporis corporeo sensu adtracta figmenta.

Item in eodem: Non[2] sit nobis religio humanorum operum cultus. Meliores enim ipsi artifices, qui talia fabricantur, quos tamen colere non debemus. Non sit nobis religio in fantasmatibus nostris. Melius est enim qualecumque verum quam omne, quicquid pro arbitrio fingi potest, et tamen animam ipsam, quamvis anima vera sit, cum falsa imaginatur, colere non debemus. Melior est vera stipula quam lux inani cogitatione pro suspicantis voluntate formata, et tamen stipulam, quam sentimus et tangimus, dementis est credere colendam.

Item idem in libro X. de civitate Dei: Multa[3] denique de cultu divino usurpata sunt, quae honoribus deferrentur humanis, sive humilitate nimia sive adolatione pestifera, ita tamen ut quibus ea deferrentur homines haberentur, qui dicuntur colendi et venerandi, si autem multum eis additur, adorandi. Quis vero sacrificandum censuit nisi ei, quem Deum aut scivit aut putavit aut finxit?

Item in eodem libro questionum LXXXIIII.: Minoribus[4] rebus intenta anima, quas per corpus corporaliter facit, minus inheret ipsi summae sapientiae; qui vero talia opera colunt quantum deviaverint a veritate, hinc intelligi potest, quia, si ipsa animalium corpora colerent, quae multo excellentius fabricata sunt et quorum sunt illa imitamenta, quid eis infelicius diceremus?

Item ibi: Qua[5] ratione quave auctoritate imagines angelorum vel aliorum sanctorum adorandae sint eisque incensum ponendum et luminaria concinnanda, cum ipsi sancti angeli vel sancti homines se adorari vetuerint.

Unde beatus Augustinus in libro X. de civitate Dei inter caetera sic ait: Putaverunt[6] quidam deferendum honorem angelis vel adorando vel sacrificando, qui debetur Deo, et eorum sunt ammonitione prohibiti iussique hoc deferre ei, cui uni fas esse noverunt. Imitati sunt angelos sanctos etiam homines sancti Dei. Nam Paulus et Barnabas in Lycaonia facto quodam miraculo sanitatis putati sunt dii, eisque Lycaonii victimas immolare voluerunt, quod a se humili pietate removentes eis, in quem crederent, annuntiaverunt Deum. (cf. Act. 14, 10 sqq.)

Et post pauca: Quaecumque[7] igitur immortalis potestas, quantalibet potestate sit predita, si nos diligit sicut se ipsam, ei vult esse subditos, ut beati simus, cui et ipsa subdita beata est. Si ergo non colit Deum, misera est, quia privatur Deo. Si autem colit Deum, non vult se coli pro Deo. Illi enim potius divinae sententiae suffragatur et dilectionis viribus favet, quia scriptum est: *Sacrificans diis eradicatur, nisi Deo soli.* (cf. Exod. 22, 20.) Nam, ut alia taceam nunc, quae pertinent ad religionis obsequium, quo colitur Deus, sacrificium certe nullus hominum est qui audeat dicere deberi nisi soli Deo.

Item in eodem in expositione psalmi XCVI.: Homines[8] autem sanctos adtendite, qui sunt similes angelis. Cum inveneris hominem aliquem sanctum servum Dei, si volueris illum

3 vera] vetera V. 4 potuisset V. 8 qualemcumque V. 9 anima ipsa V. 13 deferentur V *hic et infra.* 17 Item] LXXXIIII. *praemittit* V. LXXXIIII.] *hoc loco deest* V. 19 deviaverunt V. 20 quae] quaeque V. multos V. 23 sunt V. 25 X.] XI. V. 26 qui] quę V. 32 beati simus] beatissimos V. 33 Deo] a Deo V. 35 qua] quia V. Sacrificans diis] Sacrificandis V. 36 quo] quod V. est qui] quis V. 37 debere V.

1) *V. supra p. 493 l. 33 sqq.* 2) *V. supra p. 493 l. 36 sqq.* 3) *V. supra p. 494 l. 4 sqq.* 4) *V. supra p. 494 l. 9 sqq.* 5) *V. supra p. 494 l. 14 sqq., sed verba non sunt Augustini, ut putaverunt epitomatores (cf.* Item ibi*), sed a synodalibus Parisiensibus conflata; v. etiam p. 529 l. 40 sqq., ubi Ambrosio adscribuntur.* 6) *V. supra p. 494 l. 18 sqq.* 7) *V. supra p. 494 l. 23 sqq.* 8) *V. supra p. 494 l. 30 sqq.*

colere et adorare pro Deo, prohibet te, non vult sibi arrogare honorem Dei, non vult tibi esse pro Deo, sed tecum esse sub Deo.

Et post pauca: Sic[1] et sancti angeli illius gloriam quaerunt, quem diligunt, ad eius cultum, ad eius orationem, ad eius contemplationem omnes, quos diligunt, rapere et inflammare student, ipsum illis annuntiant, non se, quoniam angeli sunt, et, quia milites sunt, non noverunt gloriam quaerere nisi imperatoris sui.

Item post pauca: Nemo[2] dicat: Timeo, ne irascatur mihi angelus, si non illum colo pro deo meo. Tunc tibi irascitur, quando ipsum colere volueris. Bonus est enim et Deum amat. Quomodo daemones irascuntur, si non colantur, sic angeli indignantur, si pro Deo colantur.

Item in eodem libro X. de civitate Dei: Non[3] itaque debemus metuere, ne immortales et beatos uni Deo subditos non eis sacrificando offendamus. Quod enim nonnisi uni vero Deo deberi sciunt, cui et ipsi adherendo beati sunt, procul dubio neque per ullam significantem figuram neque per ipsam rem, quae sacramentis significatur, sibi exhiberi volunt. Daemonum est haec arrogantia superborum atque miserorum, a quibus longe diversa pietas est subditorum Deo.

Item idem in eodem: Nos[4] autem martyribus nostris non templa sicut diis, set memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo et martyrum et nostro, ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco, vice et ordine nominantur; non tamen a sacerdote, qui sacrificat, invocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamvis in memoria sacrificet eorum, quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt et ipsi.

Item Augustinus in sermone evangelico de potestate data daemonibus, ut abirent in porcos: Noli[5] inclinare te angelis, ut eis sacrificandum putes, nec bonis et sanctis; nolunt enim; quando facis, non te diligunt. Diligunt autem, si cum eis adores quem adorant. cf. Luc. 8, 32 sq.

Item idem in libro de quantitate anime: Homo[6] autem quilibet alius quanquam sapientissimus et perfectissimus vel prorsus quaelibet anima rationis compos atque beatissima amanda tantummodo et imitanda est eique pro merito atque ordine quod ei congruit deferendum. Nam *dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.* Matth. 4, 10.

Item in concilio illo de vera religione: Non[7] sit ergo nobis religio cultus corporum etheriorum atque caelestium, sed eius, cuius contemplatione beati sunt. Neque enim et nos videndo angelum beati sumus, sed videndo veritatem, qua etiam ipsos diligimus angelos; non invidemus; quod ea paratiores et nullis molestiis interpedientibus perfruuntur, sed magis eos diligimus, quoniam et nos tale aliquid sperare a communi Domino iussi sumus. Honoramus eos karitate, non servitute nec eis templa constituimus; nolunt enim se sic honorari a nobis, quia nos ipsos, cum boni sumus, templa summi Dei esse noverunt.

Origenis in expositione epistolae ad Romanos: Cum[8] possent homines Deum agnoscere, ab eius cultu declinantes ad imagines hominum adorandas et animalium deverterunt. Ut enim breviter et omni in unum collecta diffinitione dicamus, adorare alium preter patrem et filium et Spiritum sanctum impietatis est crimen.

1 arrogari *V.* 11 eis] ei *V.* 12 debere *V.* 13 sacramenti significantur *V.* 16 Nos] Vos *V.* sicut diis set] si condisset *V.* 17 erigimur *V.* 18 sacrificemur *V.* 20 ipsi *V.* 22 est *deest V.* 27 quaelibet] quilibet *V.* beatissimo *V.* 30 concilio illo] *ita V, correcturam proponere non audeo.* 31 eius] ei *V.* nos videndo] nos vivendo *V.* 32 beati sumus] beatissimus *V.* 39 omni] omnium *V.*

1) *V. supra p. 494 l. 34 sqq.* 2) *V. supra p. 494 l. 38 sqq.* 3) *V. supra p. 495 l. 3 sqq.* 4) *V. supra p. 495 l. 9 sqq.* 5) *V. supra p. 495 l. 17 sqq.* 6) *V. supra p. 495 l. 20 sqq.* 7) *V. supra p. 495 l. 28 sqq.* 8) *V. supra p. 495 l. 24 sqq.*

Augustinus in libro VIII. de civitate Dei: Sane[1] nec martyribus templa, sacerdotia, sacra et sacrificia constituimus, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sane memorias eorum tamquam sanctorum hominum Dei, qui usque ad mortem corporum suorum pro veritate certaverunt, ut innotesceret vera religio, falsis fictisque convictis; quod etiam, si qui antea sentiebant, timendo reprimebant. Quis autem audivit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare etiam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumque constructum dicere in precibus: Offero tibi sacrificium, Petre vel Paule vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos et homines et martyres fecit et sanctis suis angelis caelesti honore sociavit, ut ea caelebritate et Deo vero de illorum victoria gratias agamus et nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem invocato in auxilium ex illorum memoriae renovatione adhortemur? Quaecumque igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum tamquam deorum.

Hieronimus ad Riparium presbiterum: Acceptis[2] primum litteris tuis non respondere superbiae est, respondere temeritatis. De his enim rebus interrogas, quas et proferre et audire sacrilegium est. Ais Vigilantium, qui *ΚΑΤΑ ΑΝΤΙΦΡΑCΙΝ* hoc vocatur nomine, nam Dormitantius rectius diceretur, os fetidum rursus aperire et putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum proferre reliquias et nos, qui eas suscepimus, appellare cinerarios et idolatras, qui mortuorum hominum ossa veneramur. O infelicem hominem et omni lacrimarum fonte plangendum, qui haec dicens non se intelligit esse Samaritam et Iudaeum, qui corpora mortuorum pro inmundis habent et etiam vasa, quae in eadem domo fuerunt, pollui suspicantur, sequentes occi-
cf. 2. Cor. 3, 6. dentem litteram et non spiritum vivificantem. Non autem dico martyrum reliquias, sed ne solem quidem et lunam, non angelos, non archangelos, non Seraphin, non Cherubin et omne nomen, quod nominatur et in praesenti saeculo et in futuro, colimus et adoramus, ne serviamus creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. Honoramus autem reliquias martyrum, ut eum, cuius sunt martyres, adoremus; honoramus servos, ut honor servorum redundet ad Dominum,
Matth. 10, 40. qui ait: *Qui vos suscipit me suscipit.*

Item Hieronimus adversus Vigilantium: Quis[3] enim, o insanum caput, aliquando mar-
cf. Act. 14, 10 sqq. tyres adoravit? Quis hominem putavit Deum? Nonne Paulus et Barnabas, cum a Licaoniis Iuppiter et Mercurius putarentur, ut eis vellent hostias immolare, sciderunt vestimenta sua et se homines esse dixerunt, non quo meliores non essent olim mortuis hominibus Iove atque Mercurio, sed quo sub gentilitatis errore honor eis Deo debitus deferretur, quod et de Petro
ib. 10, 26. legimus, qui Cornelium se adorare cupientem manu sublevavit et dixit: *Surge; nam et ego homo sum.*

Augustinus in libello questionum veteris et novi testamenti: Proinde[4] sicut impia superbia sive hominum sive daemonum sibi hos divinos honores exhiberi vel iubet vel cupit, ita pia humilitas vel hominum vel angelorum sanctorum haec sibi oblata recusavit et cui deberentur ostendit.

Item idem in libro XVIIII. de civitate Dei: Sed[5] Deus ille, quem coluerunt sapientes Haebraeorum, etiam caelestibus sanctis angelis et virtutibus Dei, quos beatissimos tamquam cives in hac nostra peregrinatione mortali veneramur et amamus, sacrificari vetat et coli, intonans in
Exod. 22, 20. lege sua: *Sacrificans diis eradicabitur.*

10 invocatio *V.* 11 obsequium *V.* 15 Ais] Ars (?) *V.* qui] que *V.* 16 putore *V.* 25 honore *V.* 30 Iovi *V.* 32 manus *V.* 34 veteri *V.* 35 sibi] sive *V.* honore *V.* 40 mortalia *V.*

1) *V. supra p. 495 l. 35 sqq.* 2) *V. supra p. 496 l. 11 sqq.* 3) *V. supra p. 496 l. 25 sqq.* 4) *V. supra p. 496 l. 32 sqq.* 5) *V. supra p. 496 l. 36 sqq.*

Si[1] enim, sicut praemissa sanctorum patrum documenta declarant, sancti angeli et sancti viri non sunt colendi nec adorandi, hoc enim et ipsi refugiunt, sed sola karitate, non autem servitute honorandi, nec sanctis martyribus templa, sacra et sacrificia, sed soli Deo constituenda, praesertim cum honorandi sint propter imitationem, non adorandi propter religionem, qua ratione aut qua auctoritate adoratio, incensum, luminaria et caetera, quae in epistola Graecorum adnumerantur, eorum imaginibus exhibenda sunt? Quapropter omissa omni superstitione convenit sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae religioni erga sanctorum imagines hanc discretionem tenere, sicut eximius doctor beatus papa Gregorius sermonem Massiliensi episcopo scribens docuit et in eisdem scriptis tenendum sequendumque reliquit.

Haec[2] autem, quae sequuntur, contra eos agunt, qui quemlibet annorum numero et consuetudine sibi vindicare volunt.

Augustinus in libro quaestionum veteris et novi testamenti: Inrationabile[3], inquit, vulgus aut apparentes umbras aut daemonia aut simulacra mortuorum ut deos colere caeperunt. Quae in consuetudine vetustatis deducta arbitratur ratione sibi veritatem posse defendi, cum veritatis ratio non ex consuetudine atque ex vetustate, sed ex Deo sit, quia non vetustate Deus probatur, sed aeternitate. Quamobrem fides non accepta res, sed sine initio est. In Deum enim credere nostrum incipere est. Nam quod creditur aeternum est.

Et post pauca: Quod[4] colunt pagani post Deum est; opus post opificem est; pagani colunt opera, nos opificem, illi creaturam, nos creatorem. Factus homo caepit venerari suum conditorem, quia dignum est et causa exigit.

Hieremias propheta: *Post*[5] *Bahalim,* inquit, *abierunt, quod didicerunt a patribus suis.* Ierem. 9, 14.

Quod beatus Hieronimus ita exponit: Ergo[6] nec parentum nec maiorum error sequendus est, sed auctoritas scripturarum et Dei docentis imperium.

Ne[7] igitur ex superstitione aut ex qualibet occasione scandala infirmioribus fratribus provenire possent, hoc summopere sancti viri provida consideratione vitare studuerunt et dictis factisque suis nobis vitandum usquequaque evidenter ostendunt.

Hinc enim beatus Augustinus in libro quarto de civitate Dei: Maiores[8], inquit, nostri superstitionem a religione separaverunt.

Item idem in eodem opere libro decimo: Legimus[9] serpentum morsus pestiferos paenam iustissimam peccatorum in ligno exaltato atque prospecto aeneo serpente sanatos, ut et populo subveniretur afflicto et mors morte destructa velut crucifixae mortis in similitudine cf. Numer. 21, 9.
signaretur. Quem sane serpentem propter facti memoriam reservatum, cum postea populus errans tamquam idolum colere caepisset, Ezechias rex religiosa potestate Deo serviens cum magna cf. 4. Reg. 18, 4.
pietatis laude contrivit.

Tale[10] quid et beatum Epyphanium virum sanctissimum et doctissimum zelo divino succensum in epistola, quam ad Iohannem Constantinopolitanum episcopum scripsit et beatus Hieronimus de Graeco in Latinum sermonem transtulit, legimus fecisse; scribit enim inter caetera sic: Audivi[11] quosdam murmurare contra me. Quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, et venissem

1 declarat *V.* 5 Gręgorum *V.* 6 superstitio *V.* 12 Inrationabile inquit] Inrationabilem quod *V.* 13 ut] aut *V.* 15 sed *deest V.* 18 opifice *V.* 19 creatura *V.* 21 quos *V.* 35 succensus *V.* 38 murmurari *V.*

1) *V. supra p. 497 l. 20 sqq.* 2) *V. supra p. 497 l. 1 sq.:* Haec contra eos, qui annorum numero superstitionem imaginum vindicare volunt et consuetudinem sequi cupiunt quam veritatis auctoritatem. *Textus epitomes corruptus videtur.* 3) *V. supra p. 497 l. 3 sqq.* 4) *V. supra p. 497 l. 9 sqq.* 5) *V. supra p. 497 l. 12 sq.* 6) *V. supra p. 497 l. 13 sq.* 7) *V. supra p. 497 l. 30 sqq.* 8) *V. supra p. 497 l. 33 sq.* 9) *V. supra p. 497 l. 35 sqq.* 10) *V. supra p. 498 l. 4 sqq.* 11) *V. supra p. 498 l. 7 sqq.*

ad villam, quae dicitur Anablata, vidissemque ibi praeteriens lucernam ardentem et interrogassem, qui locus esset, didicissemque esse ecclesiam et intrassem, ut orarem, inveni ibi velum pendens in foribus eiusdem ecclesiae tinctum atque depictum, habens imaginem quasi Christi vel sancti cuiusdam. Non enim satis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in ecclesia Christi contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud et magis dedi consilium custodibus eiusdem, ut pauperem mortuum eo obvolverent et efferrent, illique contra murmurantes dicerent, si scindere voluerat, iustum erat, ut aliud daret velum atque mutaret. Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum et ilico esse missurum. Paululum autem moratus fui in medio, dum quaero optimum velum pro eo mittere; arbitrabar enim de Cypro esse mittendum. Nunc autem misi quod potui repperire et precor, ut iubeas presbiteros ipsius loci suscipere velum a latore, quod a nobis missum est, et deinceps precipere in ecclesia Christi istiusmodi vela, quae contra religionem nostram veniunt, non appendi.

Nam[1] et beatus Paulus apostolus in epistola prima ad Corinthios ob scandalum infirmorum
1. Cor. 8, 1. fratrum vitandum ita scripsit: *De his autem, quae idolis sacrificantur, scimus, quia omnes scientiam habemus, et quia idolum nihil est.*

Beatus Ambrosius ita exponit: Hi[2], inquit, inflati erant per scientiam, qui in idolo contra salutem fratrum imperitorum carnes sacrificatorum aedebant, scientes licere carnem aedere et, quod nihil est idolum, ideo non contaminari aedentem. Hi scandalo fratribus erant karitatem prae oculis non habentes, quia plus erat carnem contempnere quam fratri scandalum facere.

1. Cor. 8, 13. Et post pauca: Propter[3] quod *si aesca scandalizat fratrem .. ⌐scandalizem,* in tantum karitati studendum docet, ut licita pro inlicitis habeantur, ne obsint fratri.

ib. 6, 12. 10, 22. Unde beatus apostolus dicit: *Omnia*[4] *mihi licent, sed non omnia expediunt.*

Quod beatus Augustinus ita exponit: Potest[5] ergo aliquid licere et non expedire. Expedire autem quod non licet non potest; ac per hoc non omnia licita expediunt, omnia autem inlicita non expediunt. Sunt quippe licita quae non expediunt, sicut apostolo teste didicimus, sed inter id, quod inlicitum est et ideo non expedit, atque id, quod licitum est nec tamen expedit, quid intersit, aliqua universali regula diffinire difficile est.

Et infra: Quapropter[6] quia verum dixisse apostolum dubitare non possumus et aliqua peccata esse licita dicere non habemus, restat, ut dicamus fieri aliquid, quod non expediat, et tamen, si licitum est, non esse peccatum, quamvis, quoniam non expedit, non sit utique faciendum.

Et post pauca: Ut[7] igitur, si possum, enitar inter id, quod licet et non expedit, et id, quod non licet atque ideo non expedit, aliquo certo fine distinguere, ea mihi videntur licere
cf. Is. 54, 17. et non expedire, quae per iustitiam quidem, que coram Deo est, permittuntur, sed propter offensionem hominum, ne impediantur a salute, vitanda sunt; ea vero non licere et ideo non expedire, quae sic ipsa iustitia vetantur, ut facienda non sint, etiamsi ab eis, quibus in notitiam fuerint perlata, non laudentur.

cf. Is. 54, 17. Item post pauca: Expedit[8] tunc, quando non solum per iustitiam, quae coram Deo est, permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis infertur. Tunc autem

5 auctoritate *V.* imagine *V.* 11 missus *V.* precipere] recipere *V.* 14 scripsit] descripsit *V.* omnis *V.* 16 idolio *V.* 19 fratris *V.* 21 fratrem . . . scandalizem] fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ut non fratrem meum scandalizem, *ita lacuna ex duplici verbo* fratrem *orta repleri debet ex synodica Parisiensi.* 28 quid] qui *V.* diffiniri *V.* 30 licita] inlicita *V.* 37 sint] sunt *V.* notitia *V.* 38 non *deest V.*

1) *V. supra p. 498 l. 21 sqq.* 2) *V. supra p. 498 l. 24 sqq.* 3) *V. supra p. 498 l. 28 sqq., ubi plura leguntur verba ex Ambrosio excerpta.* 4) *V. supra p. 498 l. 33.* 5) *V. supra p. 498 l. 34 sqq.* 6) *V. supra p. 498 l. 39 sqq.* 7) *V. supra p. 499 l. 3 sqq.* 8) *V. supra p. 499 l. 9 sqq.*

non expedit id, quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis affert impedimentum salutis.

Haec[1] ideo inseruntur, ut hi, qui imagines facere et habere volunt, prudenti consideratione caveant, ne quod ab ipsis decoris amorisque causa fit infirmioribus mentibus in scandalum proveniat, si ad talia adoranda — quod inlicitum est — transire caeperint, sicut apud Orientalem ecclesiam, quod non sine gravissimo merore exequimur, comperimus contigisse.

Legimus praeterea in supra memorata epistola Michahelis imperatoris[2] et Antonii patriarchae[3], quod quidam temerario ausu apud eos honorificas cruces de sacris templis expulissent et in earum locis imagines statuissent, minime advertentes, quod nullo pacto nullaque ratione quaelibet imagines cruci Christi sint aequiperandae, praesertim cum per crucem genus redemptum sit humanum et Christus in cruce pependerit, non imagines. Per crucem enim Christi, non per aliquam imaginem pacificantur caelestia cum terrestribus et terrestria cum caelestibus, quoniam, sicut apostolus dicit, *in ipso* Col. 1, 19 sq.
complacuit omnem plenitudinem divinitatis corporaliter inhabitare et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in terris sunt sive quae in caelis. Nam et idem apostolus in cruce tantum, non in imagine gloriatur, ita inquiens: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Ihesu Christi, per quem* Galat. 6, 14.
mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Eadem quippe crux Christi in vetere testamento multifariae multisque modis figurata est, imagines vero ut revelata veritate novi testamenti fieri et cruci Christi aequiperari, immo praeferri deberent, nusquam et numquam significatum esse legitur. Omissis itaque typicis figuris, quae in veritate completae sunt, luce clarius constat, quod nos nobisque universa per lignum sanctae crucis significantur, non per imagines. Illius armis muniti malignos spiritus a nobis propellimus et sanctorum angelorum praesentia nobis conciliamus, sed et per eiusdem sanctae crucis signum legimus innumeros sanctos viros et mortuos suscitasse, daemones ab obsessis corporibus effugasse, caecos illuminasse et multa his similia fecisse. De cuius virtute et laude, cum infinita nobis maiores nostri scripta reliquerint, brevitati studentes paucorum paucas hic sententias adnectere curavimus.

Scribit itaque Iohannes Chrisostomus in omelia de cruce et latrone: Hodierna[4] die noster Dominus pependit in cruce, et nos festivitatem eximia laetitia caelebramus, ut discamus crucem totius spiritualis gratulationis esse substantiam. Etenim ante ipsum vocabulum crucis paena fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur; antea condempnationis ferebat horrorem, nunc salutis indicium est. Crux enim nobis totius beatitudinis causa est; haec nos a caecitate liberavit erroris, haec et ex tenebris reddidit luci, haec ebellatos quieti sociavit, haec alienatos Deo coniunxit, longe constitutos proximos praesentavit, haec peregrinantes cives ostendit, haec discordiae amputatio est, haec pacis firmamentum, haec bonorum omnium abunda largitio.

Et post pauca: Volo[5] et alia ratione agnoscas, crucem solam non reliquit in terra, sed secum eam levavit ad caelum. Sed, ais, hoc unde demonstratur? Et ideo audi, quod, cum ipsa veniet, cum ipsa secundam gloriosam suam praesentiam faciet, ideo gloriosam crucem nuncupavit.

4 ipsis] ipso *V.* 12 crucem] cruce *V.* 15 reconciliari *V.* 23 nobisque] in nobisque *V.* 24 malignus *V.* 31 festivitate *V.* 32 substantia *V.* 33 horrorem] errorem *V.* 35 ebellatos] evelatos *V.*

1) *V. supra p. 499 l. 13.* 2) *V. supra p. 475 l. 30 sqq.* 3) *V. supra p. 478 ann. 38 sqq., neque vero Antonius (v. supra p. 476 ann. 6) cum imperatoribus epistolam scripsit.* 4) *V. supra p. 504 l. 5 sqq.* 5) *V. supra p. 504 l. 13 sqq.*

cf. Luc. 21, 25. 27. Item post pauca: *Et*[1] *tunc signum videbitur filii hominis in caelo.* Vidisti gloriam signi, id est crucis, solis lumen reddetur obscurum, lunae non dabitur gratia, sed illud radiabit et lucebit; et sicut imperatorem regalis pompa precedit et militaris ordo praeeundo vexilla humeris portare consueverat et his eius declaratur adventus, sic Domino de caelo veniente angelorum caetus et archangelornm multitudo illud signum humeris portant excelsis et regalem nobis adventum annuntiant. Sola enim Christi crux est, quae dissolvit tenebras et regnum daemonum dissipavit et omnem terrorem malignantium abstulit; . . . prodit, crux nobis sol iustitiae facta est, ut illuminati misericordia eius glorificemus patrem et filium et Spiritum sanctum in secula saeculorum. Amen.

Item idem in omelia de cruce dominica: Et[2] si nosse desideras, karissime, virtutem crucis et quantum, ut possum ad eius laudem dicere, audi: Crux spes Christianorum, crux resurrectio mortuorum, crux caecorum dux, crux disperatorum via, crux claudorum baculus, crux consolatio pauperum, crux refrenatio divitum, crux destructio superborum, crux male viventium paena, crux adversus daemones triumphus, crux devictio diaboli, crux adolescentium pedagogus, crux substantia inopum, crux spes disperatorum, crux navigantium gubernatrix, crux periclitantium portus, crux obsessorum murus, crux pater orphanorum, crux defensor viduarum, crux iustorum consiliarius, crux tribulatorum requies, crux parvulorum custos, crux virorum caput, crux senum finis, crux lumen in tenebris sedentium, crux regum magnificentia, crux scutum perpetuum, crux insensatorum sapientia, crux libertas servorum, crux imperatorum philosophia, crux lex impiorum, crux prophetarum praeconatio, crux annuntiatio apostolorum, crux martyrum gloriatio, crux monachorum abstinentia, crux virginum castitas, crux gaudium sacerdotum, crux ecclesiae fundamentum, crux orbis terrae cautela, crux templorum distructio, crux ydolorum repulsio, crux scandalum Iudeorum, crux perditio impiorum, crux invalidorum virtus, crux aegrotantium medicus, crux emundatio laeprosorum, crux paraliticorum requies, crux esurientium panis, crux sitientium fons, crux nudorum protectio. Nuditatem autem cum dixero, non corpoream extimes, sed infidelitatis per paenam; cum autem in Christum crediderit, vestitus invenietur.

Eusebius Panfilie in historia ecclesiastica inter ea, quae de actibus Constantini imperatoris laudabiliter scribit, ita infert: Erat[3] quidem iam tunc Christianae religionis fautor verique Dei venerator, nondum tamen, ut est solemne nostris initiari, signum dominice passionis acceperat. Cum igitur ancxius et multa secum de imminentis belli necessitate pervolvens iter ageret atque ad caelum saepius oculos elevaret et inde sibi divinum precaretur auxilium, vidit per soporem ad orientis partem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare; cumque tanto visu fuisset exterritus ac novo turbaretur aspectu, adstare sibi vidit angelos dicentes: Constantine, in hoc vincis. Tunc vero laetus redditus et de victoria iam securus, signum crucis, quod in caelo viderat, in sua fronte designat et ita caelitus invitatus ad fidem
Act. 9, 4. 5. non mihi illo videtur inferior, cui similiter de caelo dictum est: *Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Ihesus Nazarenus,* nisi quia hic non adhuc persequens, sed etiam consequens invitatur. Exin signum, quod in caelo sibi fuerat demonstratum, in militaria vexilla transformat hac Labarum, quem dicunt, in speciem crucis dominice exaptat et ita armis vexillisque religionis instructus adversum impiorum arma proficiscitur. Sed in dextera sua manu signum nihilominus crucis ex auro fabrefactum habuisse perhibetur.

Ecce quanta et qualia de virtute sanctae crucis a magnis ecclesiae doctoribus et probatissimis viris praedicantur, qui, sicut ex apostolica doctrina acceperunt, ita

3 precedit] recedit *V.* 5 et *deest V.* 7 abstulit . . . prodit] abstulit, crux sanctitatem providit *Synod. Paris.* 11 caecorum] caelorum *V.* 19 praeconatio] *ita et codex P libelli synodalis (v. supra p. 504 l. 43), ut p. 504 l. 36* praecentio *falso correctum sit.* 25 per *deest V.* 38 hac] = ac. Laborum *V.* 39 manu] magnum *V.* 41 Ecce] cce *V.*

1) *V. supra p. 504 l. 17 sqq.* 2) *V. supra p. 504 l. 26 sqq.* 3) *V. supra p. 502 l. 27 sqq.*

tenuerunt et cunctis fidelibus sanctae Dei ecclesiae tenendum reliquerunt. De imaginibus vero nihil tale sancxerunt aut sentiri debere, sicut eorum documenta testantur, putaverunt. Unde quam stulte et insipienter egerint qui ab ecclesiis cruces Christi expulerunt et in loco earum imagines posuerunt, praemissis breviter sanctorum patrum sententiis, quibus omnis caeterorum sanctorum chorus adstipulatur, liquido declaratur.

FINIT.

3 quam] quantum *V.* 4 praemissis] praetermissis *V.* 6 FINIT] *sequuntur in codice duae epistolae Gregorii M. (Jaffé-E. n. 1490 et 1524) cum libro modo edito minime cohaerentes.*

---

*45. CONCILIUM INGELHEIMENSE.

826. mense Iunio.

Una cum conventu generali Hludowicus imperator mense Iunio anni 826. (cf. Mühlbacher[2] n. 829a), ut referunt annales Xantenses, habuit sinodum episcoporum ad Ingulunheim *(MG. SS. II, 225); cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 254 ann. 6. In quo concilio[1] nonnulla capitula ab episcopis proposita esse conici licet, quae praeter duo prima repetunt ipsos canones quosdam synodorum anno 813. habitarum (cf. supra p. 248 sqq.), deinde recepta sunt ab Ansegiso abbate Fontanellensi in collectione capitularium (lib. II cc. 29—46; MG. Capit. I, 420 sqq.) et singulatim leguntur in codice Monacensi latino 29085 saec. IX. X. fol. 1; cf. G. Seeliger, 'Neues Archiv' XIX, 670 sqq.*

Quae cum ita sint, sufficit per tabulam indicare fontes singulorum capitulorum. Sunt autem hi:

Can. I. (= Ansegis II c. 29 cum inscriptione: De rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienandis[2]*) = Iustiniani novellarum epitome Iuliani const. VII c. 1 (32); ed. Haenel (1873), p. 32.* **Ex Iustiniani novellis.**

Can. II. (= Ans. II c. 30: De hoc, quomodo liceat ad imperatorem res sancti loci transferre*) = ibid. VII c. 2 (33); l. l. p. 32.*

Can.[3] *III.* De orphanis et exhereditatis subveniendo *(Ans. II c. 31) = Concilium Moguntinense 813 c. 6; supra p. 262.* **Ex conc. Mog.**

Can. IIII. Ut res pauperum vel minus potentum mala occasione non emantur *(= Ans. II c. 32) = ibid. c. 7; supra p. 262.*

1) *De capitulari spurio huic synodo adscripto (ex. gr. Hartzheim, Conc. Germ. II, 36), quod ex collectionis Benedicti Levitae lib. II cc. 97—103. 383 depromptum est, cf. MG. LL. II, 2, 22.* 2) *De rebus ecclesiasticis iam tractatum erat in concilio Attiniacensi anni 821. et in conventu Compendiensi anni 823.; v. supra p. 470 et ann. 1.* 3) *In codice Monacensi capitibus 3 et 8 praemittuntur:* Capitula concilii Moguntiae habiti, Capitula concilii Cabillonensis, *quae indicant fontem, insuper singulis capitulis numeri canonum synodalium. Desiderantur talia ante cc. 13 et 16, quae initium faciunt canonum ex conciliis Turonensi et Arelatensi depromptorum.*

Ex conc. Mog. *Can. V.* De festivitatibus *(= Ans. II c. 33) = Concilium Moguntinense c. 36 (abbreviatum), supra p. 269 sq.*

Can. VI. Ut antiquae ecclesiae honorem suum habeant *(= Ans. II c. 34) = ibid. c. 41; supra p. 271.*

Can. VII. De spiritalibus filiolis *(= Ans. II c. 35) = ibid. c. 47; supra p. 272.*

Ex conc. Cab. *Can. VIII. (= Ans. II c. 36:* De hoc, ut sacerdotes inprehensibiles sint*) = Concilium Cabillonense 813 c. 5; supra p. 275.*

Can. VIIII. (= Ans. II c. 37: De hoc, ut ab incestuosis et ab his, qui decimas non dant, et a presbyteris neglegenter viventibus wadii non accipiantur*) = ibid. c. 18; supra p. 277.*

Can. X. (= Ans. II c. 38: De discretione [in] corporis et sanguinis dominici perceptione*) = ibid. c. 46; supra p. 283.*

Can. XI. (= Ans. II c. 39: De hominibus diversarum conditionum et de his, qui eis praelati sunt*) = ibid. c. 51; supra p. 283 sq.*

Can. XII. (= Ans. II c. 40: De feminis et abbatissis, quales sint quae monasteriis puellaribus praeferri debent*) = ibid. c. 52; supra p. 284.*

Ex conc. Tur. *Can. XIII. (= Ans. II c. 41:* De incestuosis et homicidis, sacerdotum ammonitionibus aurem nolentibus accomodare*) = Concilium Turonense 813 c. 41; supra p. 292.*

Can. XIIII. (= Ans. II c. 42: De dominis subditorum admonendis*) = ibid. c. 49; supra p. 293.*

Can. XV. (= Ans. II c. 43: De corporis Domini et sanguinis communicatione laicorum*) = ibid. c. 50; supra p. 293.*

Ex conc. Arel. *Can. XVI. (= Ans. II c. 44:* De eruditione filiorum a parentibus et patrinis*) = Concilium Arelatense 813 c. 19; supra p. 252.*

Can. XVII. (= Ans. II c. 45: De ecclesiis antiquitus constitutis*) = ibid. c. 20; supra p. 252.*

Can. XVIII. (= Ans. II c. 46: De sepultura*) = ibid. c. 21; supra p. 252.*

Edd.: MG. LL. I, 253. MG. Capit. I, 310 n. 153 (cc. 1. 2), p. 311 n. 154 (cc. 3—18) et p. 420—423 in editione Ansegisi. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 486.

---

46. CONCILIUM ROMANUM.

826. Nov. 14. 15.

Ad concilium Romanum[1] *ab Eugenio II. papa (824—827)* coram sacratissimo corpore beatissimi principis apostolorum celebratum *pertinent A) capitula admonitionis ab Eugenio II. proposita die ut videtur mensis Novembris 14., cum legantur in fine:* Haec . . . quamvis pauca dictis sufficiant, crastino vero Deo largiente pro affectu universae plebis et alia sunt dicenda, *B) canones ipsi synodales, qui una cum indice eorum, qui concilio interfuerunt, et oratione Eugenii sermonem synodalem Gregorii II. anni 721. repetente promulgati sunt die 15. eiusdem mensis Novembris, etsi codex*

1) *Cf. quae refert Hincmarus archiepiscopus Remensis in epistola Karoli imperatoris nomine scripta ad Iohannem VIII. papam (872—882) de iudiciis et appellationibus episcoporum et*

Guelferbytanus diem 12. Novembris certe falso exhibet[1]. *Hi autem canones anno 853. mensis Decembris die 8. a Leone IV. papa (847—855) iterum promulgati sunt, ita ut complures (scil. cc. 2—4. 9. 21—23. 25—38) addidamentis augeret, alios novos (scil. cc. 39—42) adiceret (Mansi XIV, 1009 sqq.; cf. 'Neues Archiv' XXVI, 620 sq.).*

A. CAPITULA ADMONITIONIS AB EUGENIO II. PROPOSITA.

826. Nov. 14.

Capitula admonitionis ab Eugenio II. proposita leguntur in unico codice Guelferbytano inter Blankenburgenses (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. (= G) fol. 120'—123', quibus praemittitur fol. 71'. 72 eiusdem libri index capitum a nobis hic repetendus.

Edd.: MG. LL. II, 2, 12. Migne, Patrol. lat. XCVII, 688. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 486.

I. De praelocutione Eugenii apostolici.
II. De responsione episcoporum.
III. De secunda admonitione pontificis.
IIII. De secunda responsione episcoporum.
V. Item admonitio pontificis.
VI. De honore eclesiarum et de conversatione sacerdotum.
VII. De indoctis et inlitteratis sacerdotibus et ministris eclesiae.
VIII. De votis et propositis custodiendis, a monachis et sanctimonialibus factis.
VIIII. De incestis nuptiis et inlicitis coniunctionibus.
X. De operibus in die dominico non faciendis.

Lemma: Incipiunt capitula admonitionis Eugenii papae concilio et subscriptione episcoporum facta *G.*

presbyterorum (Opp. ed. Sirmond II, 768 sqq.), posteaquam (c. 1) egit de Karolo Magno, qui perquisivisse dicitur de presbyteris ex criminibus diffamatis . . . et repperit, sicut in suae imperialis auctoritatis edictis . . . posteris servanda reliquit quaeque usque ad nostra tempora extunc in Transalpinis regionibus servata et, quando necessitas postulavit, executa fuerunt. *(c. 2):* In diebus autem domni et genitoris nostri piae memoriae Hludowici imperatoris, cum ipsa tepesci executio aliquatenus coepit, apud papam Eugenium inde ab eo commonitio *(sed v. Simson, Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 281 ann. 2)* facta est, qua de re synodum isdem universalis papa convocans inter alia generalia decreta promulgare curavit, quae Leo IIII. tempore fratris nostri Hlotharii et nepotis nostri Hludowici observanda decrevit, sicut in gestis synodalibus et in huius sanctae Romanae ecclesiae archivo haberi credimus et ab hac sancta sede nostris decessoribus directa venerabili sanctione habemus; *cf. etiam c. 23:* Tandem hinc praeter antiquas regularum ac legum constitutiones in promptu habemus synodalia capitula apostolicorum Eugenii, anno imperii XIII. domni et genitoris nostri Hludowici et anno X. imperii Hlotharii fratris nostri mense Novembrio, atque Leonis IIII., anno Hlotharii XXXVII. et Hludowici nepotis nostri anno V. mense Decembrio decreta, quibus praecipiunt, ut si quispiam sacerdotum *(etc., allegatur totum capitulum XVI.), item:* Sacerdos *(etc., laudatur integer canon XIV.). V. praeterea eiusdem Hincmari libellum de presbyteris criminosis (Opp. II, 783 sqq.), ubi laudantur cap. 11. 27. 30 canones integri 16. 14. 22. 19. 20 ex conciliis Romanis Eugenii et Leonis. — De concilio cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 48 sqq. Simson, l. l. I, 280 sq. Hinschius, 'Kirchenrecht' III, 715.*

1) *Dies 14. mensis Novembris 826 erat feria quarta, dies 15. feria quinta, dies 12. econtra feria secunda.*

XI. De fide tenenda et custodienda in sacro baptismate promissa et de dilectione Dei et proximi.

XII. De castitate coniugatorum et a concubinis abstinendum vel a meretricibus abstinendum.

(1). Fratres et coepiscopi, sacerdotes et cuncti cleri. Quoniam[1] religiosus sancto Spiritu congregante conventus hortatur, ut quaecumque pro disciplina eclesiastica necessaria sunt cura diligentiore tractemus, si placet, fratres, ea, quae ad ordinationum tenorem pertinent, iuxta divine legis praecepta et Nicenorum canonum constituta ita iuvante Domino in omne aevum mansura solidemus, ut nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas constitutiones vel apostolicae sedis decreta temerare, quia nos, qui potissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi, quia meminimus, (cf. Ezech. 33, 2 sqq.) qualiter comminetur Dominus neglegentiae sacerdotum. Siquidem reatum maiorem delinquit qui potiore honore perfruitur, et graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum. Cavendum ergo inprimis est, ne ad sacros gradus, quod gestis prioribus ante perscriptum est*, ut quicquid contra legem aut sanctorum canonum instituta aut decreta patrum inventum fuerit, de singulis capitulis, seu de his, qui inscii sunt litterarum et doctrinarum in honorem inventi necnon, qui contra statuta inventi fuerint, quae vestrae existunt sanctitati dicenda, vel aliqua parte membrorum damna perpessi, et qui ex poenitentibus ad sacros ordines adepti. Quisquis talium consecrator extiterit provideat; nos enim in nullo volumus severitatem ultionis exercere, sed qui in causis Dei contumacia vel delicto deliquerit aut ipse quod perperam fecit abolere noluerit, in se quicquid in alio non resecarit inveniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet, omnes causas et subscriptiones proprias commodate, ut synodali iudicio aditus claudatur inlicitis.

(2). Responsio episcoporum: Vere**[2] cognoscimus gratia sancti Spiritus cor apostolatus vestri succensum, ut tantae miseriae squalores a fidelium mentibus detergantur et

*) *In concilio Romano 465 c. 2 pergitur:* quisquam, qui uxorem non virginem duxit, adspiret. Repellendus est etiam quisque, qui in secundae uxoris nuptias contra apostolica praecepta convenit. Inscii quoque litterarum necnon et aliqua membrorum damna perpessi et hi, qui ex poenitentibus sunt, ad sacros ordines adspirare non audeant. Quisquis talium consecrator exstiterit factum suum ipse dissolvet et quod commisit illicite aut a decessoribus suis invenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit; nos enim *etc., sicut supra l. 19 sqq.*

**) *Verba* Vere — evellantur *in G admodum corrupta deprompta sunt ex concilio Romano anni 721., ubi haec leguntur:* Vere cognoscimus gratia Spiritus sancti cor apostolatus vestri succensum

3 meletricibus *G.*

I. *Lemma:* Incipiunt capitula admonitionis Eugenii papae consilio et subscriptione episcoporum facta *G, ubi* facta *deest.* 5 (1)] *numeros Arabicos adiecimus, ut remittamus ad indicem capitum (supra p. 553 l. 13 sqq.); qui sequuntur infra p. 556 l. 13 sqq. numeri Romani, eos addidit scriba codicis G, qui non scivit, quid velint sibi numeri* IIII *et* V; *eos interpretandos esse* quater *et* quinquies *non perspexit.* 6 necessaria *deest G.* 7 ordinationum] hortationum *G.* 10 sacerdotes *G.* 11 meminimus] quod timere debemus *add. conc. Rom. 465.* 14 ad] a *G, in reliquis (usque ad l. 23) verba codicis paucis locis correximus, remittentes ad notam asterisco insignitam.* 16 insci *G.* 17 honorem] bonorem *G.* 18 damna *deest G.* 20 ultionis *deest G.* 21 resecarit] resecari *G.* inveniet] *scil.* poenam. 23 aditus] auditus *G.*

II. 25 a *deest G.*

1) *Ex Hilari papae (461—468) concilio Romano anni 465. cc. 1—4; Mansi VII, 960 sqq.*
2) *Repetunt episcopi responsionem synodalium anni 721.; Mansi XII, 263. V. supra p. 28 ann. 2.*

quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseriae obserato, salutari antidoto curetur, sicut bene provisum est, interdictione, quae contraria sunt, ne denuo quispiam, cuiuscumque sit gentis sacrique baptismatis unda lotus, attemptet, ut non tanti piaculi, sicut audita sunt, mole oppressus in precipitium incidat aut voragine mergatur iniquitatis, sed vitari debeat atque radicitus evellatur.

(3). Secunda admonitio pontificis: Necessaria[1] rerum dispositione constringimur et apostolicae sedis moderamine convenimur sic canonum paternorum decreta librare et retro presulum decessorumque nostrorum precepta metiri, ut quae presentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus, quo nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, et reparandis militiae clericalis officiis, quae per diversas* provincias neglecta videantur, recuperentur in melius, utque per loca destitutae eclesiae competentibus ex auxiliis salutare subsidium restaurandae non neglegamus; animarum nostrarum salutem, ne nobis ad magnum eveniat reatum, si tanto coortante periculo, in quantum valuerimus, neglegimus subvenire.

(4). Secunda responsio episcoporum: Etiamsi[2] nulla exstaret necessitas eclesiasticae disciplinae, expetendum revera nobis fuerat illud privilegium sedis vestrae, quo susceptis regni clavibus post resurrectionem salvatoris per totum orbem beatissimi Petri singularis praedicatio universorum inluminationi prospexit, cuius vicarii principatus, sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus et amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui sine querela servitis, ad fidem recurrimus in apostolico ore laudatam, inde responsa querentes, unde

---

et ut radicitus tantae miseriae squalores a fidelium mentibus detergantur et quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseriae obserato, salutari antidoto curetur, sicut bene provisum est, interdictione anathematis, ne denuo hoc quisquam Romanus, Longobardus vel cuiuscumque sit gentis sacrique baptismatis unda lotus, attentet, ut non tanti piaculi mole oppressus praecipitationem (in praecipitium *var. lect.*) incidat aut voragine mergatur iniquitatis, sed (*add. e coni.*) vitari debeat atque radicitus evellatur.

*) *Gelasius ita pergit:* Italiae partes ita belli famisque consumpsit incursio, ut in multis ecclesiis, sicut fratris et coepiscopi nostri Iohannis, Ravennatis ecclesiae sacerdotis, frequenti relatione comperimus, usquequaque deficiente servitio ministrorum, nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla praefixa, remaneant, sine quibus administrari nequeunt sacris ordinibus ecclesiae funditus destitutae, atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilii salutare subsidium redimendarum desit animarum, nosque magno reatu, si tanto coarctante periculo non aliquatenus consulamus, innecti.

II. 1 aditu talis] addito talium *G.* 2 denuo] duo *G.* sit gentis] regentes *G.* 4 oppressi *G.* in praecipitium] praecipitii *G.* incidant *G.* aut — evellatur] ut ne voragine mereantur iniquitatis vitari debeant atque radicitus evellantur *G.*

III. 7 et] in *G.* convenimur sic] convenimus si *G.* 9 deposcit] et *add. G.* 10 potest] possumus *G.* quo] *intellige* ut eo, quod *G.* 12 utque] ut quae *G, intellige* et ut. competentis ex auxilii *G.* 13 salutem] *supple* sectemur *vel simile quid.* 14 valuerimus] si *iterum add. G.* 15 subveniri *G.*

IIII. 16 exstaret] staret *G.* 17 expetenda *G.* 18 quod *G.* 19 inluminationi] in luminationem *G.* 21 servitus *G.* recurrissemus *G.* in *deest G.* inde] id est *G.*

1) *Repetit Eugenius ex decretis Gelasii papae (492—496) c. 1 anni 495. (Jaffé-K. n. 636).*
2) *Ex epistola episcoporum Tarraconensium ad Hilarum papam, quae recitata est in concilio Romano a. 465.; Mansi VII, 963 (v. ibid. col. 924 sq.).*

nihil errore, nihil praesumptione, sed pontificali totum deliberatione praecipitur, ut quid observare velitis apostolicis affatibus instruamur, quatenus et fraternitate collecta, prolatis in medium venerande synodi constitutis, adversus ea, quae contraria sunt legi, vestra auctoritate subnixi quid oporteat in hominum ordinationibus fieri intellegere Deo iuvante possimus. Erit profecto vester triumphus, si apostolatus vestri temporibus quod sancti Petri cathedra obtinet catholica audiat eclesia, si novella zizaniorum semina fuerint omnino exstirpata. Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum iugi aevo divina conservet aeternitas. Quater[1]: Exaudi Christe. Eugenio papae vita, quinquies.

(5). Oramus sanctitatem vestram, ut aures vestras intima cordis affectione per singula attentius accomodare procuretis, ut noster labor in omnibus nostrarum animarum proficiat ad salutem; et si vobis placet, ut audiatis, legantur coram omnibus.

Universi respondentes dixerunt: Legantur.

VI (6). Theodorus diaconus legit: In nomine patris et filii et Spiritus sancti, quod est trinitas invidua. Primis omnium de ecclesiis Dei, quae per singula loca in parroechiis, per vicos vel civitates in ruinis neglectae reiacent, in quibus nec officia aut luminaria fiunt nec etiam ibidem pro aliquo servitio inveniuntur et dotes, quae ex tempore consecrationis ibidem datae fuerunt, ablatae sunt nec recordantur, quas prius possidebant. Praevidete itaque, fratres, qualiter domus Dei, ut honorem habeant a fidelibus Christianis, restauratae existant, et primitiae et redditus, quos Deus fidelibus iussit ibidem offerre, non minuantur, ut sacerdotes ministrique Dei secundum Deum ibidem servientes et conversantes suum possint observare propositum, quia scriptum est: Sacerdotes[2] non aliis vacent nisi sola oratione, lectione et praedicatione. Nam quis securus iudicem nuntiet, si praeco tacet, sicut per prophetam Dominus comminans
Ezech. 33, 8. ait: *Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram,* quia, si sacerdotes inopes aut inprudentes existunt, qualiter possunt aliis subvenire,
Eccli. 14, 5. quia *qui sibi nequam est cui alii bonus erit?* Quamobrem si Dei domus in paupertate aut destructione inveniantur, quomodo populus Dei doceri possit? Pensate, fratres, qualem rationem ante tribunal Christi reddituri erimus; videat plebs Christiana, si domus Dei haec patiuntur, quid de se suaque domo suisque posteris aestimetur, quoniam de omnibus actionibus et neglegentiis sumus in tremendo examine rationem Deo reddituri.

V (7). Itaque sacerdotes et ministri Christi, qui inter gradus clericorum ordinati existunt, debito officio secundum Deum et doctrinam patrum in omnibus conversentur, eruditi existentes in divinis libris, valeantque se conspicere et alios emendando docere,

IIII. 1 quod *G.* 2 venerandi *G.* 4 quod *G.* in hominum ordinationibus] in hominibus ordinationem *G*, de ordinatore et de ordinato *episcopi Tarraconenses.* 5 apostolotus *G.* obtinere *G.* 6 audeat *G.* exstirpata] stirpata *G.* Orante — apostolatu vestro *G.* 7 Quater] IIII *G.* 8 quinquies] V *G.*

V. 9 Oramus] *de novo Eugenius loquitur.*

VI. 13 VI] *numerus appositus videtur esse a scriba, qui illos numeros* IIII *et* V *(v. l. 7 sq.) pro numeris capitum habuit.* 15 per vicos] vicos *G.* neglecto *G.* 17 recordantur] *scil. presbyteri ecclesiarum.* 23 sicut] et ut *G.* 27 docere *G.* 29 se] re *G.*

VII. 32 V.] *ita G, cuius scriba oblitus erat se supra (l. 13) numerum* VI *posuisse.* 33 conversentur] conserventur *G.*

1) *Cf. acta concilii Romani anni 465. (Mansi VII, 961):* Et cum legeret *(Paulinus notarius epistolam episcoporum Tarraconensium, quam episcopi anno 826. repetebant),* ab universis episcopis et presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe, Hilaro vita; dictum est decies. Haec praesumptio numquam fiat; dictum est sexies *etc.* 2) *Fontem frustra quaesivi.*

ut quibus commissa sunt divina tractare misteria prudenter atque decenter cum Dei timore sua valeant ministeria adimplere, ut Deo, cui assistunt, profecto placere possint. Cavendum quippe est, ut non ineruditi ad ministerium Christi vel inlitterati, ut dedecet, accedant, ne, quod absit, eveniat, sicut Dominus ait: *Si caecus caeco ducatum* Matth. 15, 14. *prestitit, ambo in foveam cadunt,* quia non eos convenit seculares curas peragere vel etiam per domos alienas inconvenienter conversari, sed potius in aeclesiis habitantes debita studeant officia exercere.

VII (8). Igitur monachi et sanctimoniales feminae, quae se sponte Deo voventes tradiderunt et ante humanos oculos habitu religiositatis se ostendere decreverunt, in ea vita ac religione et opere studeant permanere, quia, cum se in oculis hominum ostendunt, maxime in conspectu Dei profiteri considerantur aeterni. Idcirco pensare studeant, ne falso nomine et habitu existentes hypocrite inveniantur. Impium enim est homini Deo mentiri. Itaque unusquisque observare studeat et verba sapientissimi cf. Iosue 24, 27. optimique praedicatoris attendat, cum ait: *Unusquisque, in qua vocatione vocatus est,* 1. Cor. 7, 20. *in ea permaneat.* Nam qui votum mutaverit de reatu suae conscientiae promissionisque constringitur et reus in Dei apparebit iudicio, si se emendare omnino noluerit. Providendum denique est et omnimodis curandum atque studiosius vigilandum, cui cura regiminis commissa est, ut haec omnia oportuna cum Dei timore ordinentur, ne per neglectum pretermissa sint, et periculum adcrescat, quoniam per neglegentiam et peccata adstant et pericula adcrescunt. Si vero sanctitati vestrae placet, abbates vel abbatissae per monasteria, quae ordinanda sunt, non per munera ordinentur, sed studiosius inquirantur. Qui sciant Dei habere timorem et hominis reverentiam bonisque operibus perfulgeant ut optime eruditi in his, que sibi pertinent, maneant et subiectos sibi recto moderamine secundum Deum et sanctam regulam pleniter et purae queant cunctos edocere, ut de susceptis animabus in Dei iudicio non reprobi, sed potius immaculati appareant, quatenus illam desiderabilem vocem possint audire: *Euge, serve bone et* Matth. 25, 21. *fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui.*

VIII (9). Considerandum vero nobis est et a populo nimis cavendum, ut nullus ex propria cognatione aut velatam, diaconam vel raptam uxorem accipiat, ne talibus rebus animam perdat et principum institutis damnatus fiat. Haec autem, fratres, commissis ovibus a nobis sedule ammonenda sunt, ne forte populus Christianus tali praesumptione temerator existat et tam nos quam ipse peccatum incurrat.

VIIII (10). De quibusdam regionibus ad nos refertur, quod die sancto dominico sicut in aliis diversa opera exercentur, quae in illo fieri non conveniunt. Quapropter admonenda nobis necessaria res existit et grandi comminatione populum cohercere, ne hoc die, divinam vocem obaudiens, servile opus audeat exercere, quia *sex diebus fecit* Exod. 20, 11. *Deus caelum et terram et omnia, quae sunt in eis, dieque septimo requievit, quem benedixit et sanctificavit,* et Moysi verba legis praecipiens ait: *Mementote diei sabbati, ut* Ib. 20, 8. Deuter. 5, 14. *sanctifices et requiescas tu et quae tua sunt,* et ut psalmista admonet dicens: *Vacate et* Ps. 45, 11. *videte, quoniam ego sum Dominus.* Et si populus Hebreorum cum tanta devotione hodie celebrat quod ei in figura novi testamenti commissum est, quanto magis populus Christianus diem sanctam resurrectionis domini nostri Iesu Christi et nostrae redemp-

VI. 1 decenter] docenter *G.* 3 Cavendum] VI. Cavendum *G.* dedecet] decet *G.* 5 secularia cura *G.* 6 conversare *G.*

VII. 8 quae] quaeque *G.* 9 se *deest G.* 17 cui] *intellige:* ei cui. 19 quoniam] quam *G.* 23 perfulgentes *G.* 25 iudicio] udicio *G.*

VIII. 29 ex] et *G.* 31 principium *G.*

VIIII. 36 comminatione *bis legitur G.* 38 coelum *G(?).* 42 novi] *rectius est* veteris.

tionis cum magno honore atque timore debet observare et non in aliis vacare nisi oratione et ad ecclesiam Dei concurrens praecepta divina cum reverentia audire totoque corde percipere, credere et operari; et corpus Christi, quod consecratur, digne studeant assumere.

X (11). Itaque, fratres mei, omnes admonendi et docendi a vestra sanctitate sunt, ut fidem, quam in baptismate promiserunt, tenentes timorem Dei, tam viri quam femine, pro oculis habeant et orationem dominicam ac symbolum parare et memoriter retinere non neglegant, ut quod corde credunt ore proferant, ut cognoscant se, qua conditione seu religione adepti sanctum baptisma sunt professi, ut Christi mandata in omnibus conservare studeant et divino mandato Deum et proximum diligant, ut scriptum [Matth. 19,19. 22,37.] est: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota virtute tua et proximum* [Rom. 13,10.] *tuum sicut te ipsum*, quoniam *dilectio proximi malum non operatur;* unde et Dominus: [Ioh. 14,23(?).] *Qui diligit me sermonem meum servabit, et ego diligam eum et ostendam ei me ipsum,* et [ib. 12,48.] iterum: *Qui non diligit me, sermones meos non servat, habet qui iudicet eum.* Hinc [Iac. 2,10.] Iacobus ait: *Si quis totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Quid enim est hoc unum nisi vera et perfecta caritas, quam unicuique non subdole convenit observare?

XI (12). Et hoc, fratres, admonere oportet, ut, cum deceat, ita castum possit obser- [Gen. 24,44.] vari coniugium, quia scriptum est: *A Deo preparabitur mulier viro,* et: [Marc. 10,9.] *Quod Deus coniunxit homo non separet.* Videat quicumque est ille et intellegat qui Dei precepta contemnit, qualiter erit iudicandus, nisi emendare studuerit; qui contra divina praecepta propriam dissociaverit carnem merito fit condemnandus. Itaque et qui se iunxerit meretrici corpus Christi et templum Dei maculare attendit. Videte, fratres, videte et diligenti cura attendite, ne quis faciat membra meretricis, sicut scriptum [1. Cor. 6,16.] est: *Qui adheret meretrici unum corpus efficitur.* Melius namque est, ut, si qui sine [ib. 7,8.9.] uxore est, si potest, sic maneat, si autem non se continet, nubat, ne, quod absit, [Ps. 72,27.] diabolica instigatione a Deo separatus videatur et pereat, ut scriptum est: *Qui elongat se a Deo peribit.* Cavendum est, ne pro tali culpa parvaque et caduca istam vitam perdat quispiam, carnis subsequens voluntatem, aeternam et angelorum societatem.

Haec, fratres dilectissimi, diligentius pro Dei amore nostraque apostolica interveniente admonitione, quae hodie vobis relecta sunt, attendentes observare et admonere procurate, ut sermo Dei a vobis in omnibus indifferenter percurrat, ne inimicus, qui [cf. 1. Petr. 5,8.] ut leo rugiens quaerit quem devoret, locum vastationis inveniat, ut tam relecta quam etiam quae adhuc pio moderamine et vestro synodali concilio confirmanda existunt omnibus proficiant ad salutem, quia qui aures clausas admoniti habere noscuntur sine dubio desperati existunt. Itaque omnibus praedicando curiosius subvenite, ne aliqua desperatione, quod Deus non permittit, promissis premiis alieni existant, sed omnia observantes aeterni regni participes divinis dapibus mereantur inveniri. Haec enim quamvis pauca dictis sufficiant, crastino[1] vero Deo largiente pro affectu universae plebis Christi et alia sunt dicenda.

VIIII. 2 praeceptaque *G.*

X. 7 parare] *correcturam proponere non audeo.* 8 credit — proferat — cognoscat *G.*

XI. 18 cum deceat] condecet *G.* observare *G.* 19 Quod] Quam *G.* 28 parvaque et caduca] *ita G,* voluptate *addendum esse conicit v. cl. E. Seckel.* 34 quae *deest G.* 38 inveniri] *num* recreari *legendum est?* 39 sufficiat *G.*

1) *Haec capitula ergo die 14. Nov. 826 proposita videntur esse.*

B. CANONES CONCILII ROMANI.
(Forma uberior et forma minor).

826. Nov. 15.

In constituendo textu canonum Romanorum id egimus, ut panderemus quid praebeant huius ipsius concilii codices; omisimus itaque libros, in quibus inveniuntur excerpta[1] *aut exstat concilium Romanum anni 853., quod artissime cum hoc anni 826. cohaerere supra (p. 553 l. 1 sqq.) monuimus*[2]. *Illi enim, ut mittam codicem Mediolanensem, de quo disputavit A. Boretius ('Die Capitularien im Langobardenreich' p. 193 sqq.), scilicet codex Berolinensis 82, Phill. 1741 saec. X. fol. 16'—17' et codex Parisiensis latinus 12445 saec. X. fol. 233'. 234. 236. 236' exhibent* capitula ex Romanis synodis apostolicorum Eugenii atque Leonis *(ita cod. Berol., scil. cc. 13—15. 18—23) vel* ex concilio Romano novissimi Leonis praecedentium temporum *(ita cod. Paris.) cc. 15. 14. 13. 29. 20. 13—15. 18—22. Inter codices concilii Romani a. 853. non numerandus est codex Guelferbytanus inter Blankenburgenses 130 saec. X. fol. 113'—115, ubi legitur illius quasi epitome quaedam, 41 cc. amplectens (MG. LL. II, 2, 11. Migne, Patrol. lat. XCVII, 685).*

Quae cum ita sint, adhibuimus hos libros scriptos vel impressos: 1) codicem Romanum bibliothecae Vaticanae 1342 saec. IX. X. (= V 1) fol. 193—198'; 2) editionem a L. Holsten in libro, qui inscribitur Collectio Romana bipartita (Romae 1662) II, 7, confectam ope codicis bibliothecae Barberinae hodie deperditi vel latentis (= B); 3) codicem Florentinum bibliothecae Laurentianae inter Aedil. 82 saec. X. (= F) fol. 1—4, quem temporum iniurias hinc inde passum contulit v. d. O. Cartellieri; 4) codicem Guelferbytanum inter Blankenburgenses 130 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. (= G) fol. 123'—128', qui fol. 72. 72' praemittit indicem capitulorum (v. infra p. 564 sqq.); 5) codicem capituli Lucensis 124 saec. XI. (= L) fol. 239—241'; 6) fragmenta codicis deperditi nunc in codice Monacensi latino 29084 saec. IX. X. (= M 1) fol. A p. 1 et 1' collecta, ubi leguntur cc. 23. 27—29. 32; cf. G. Seeliger, 'Neues Archiv' XIX, 675. Non usi sumus quattuor codicibus Romanis bibliothecarum Corsinianae (A. 23 antea 13 saec. XVII. fol. 22) et Vallicellanae (C. 19 saec. XVI. fol. 52; C. 23 saec. XVI. fol. 20'; C. 27 saec. XVI. fol. 322'), quippe qui praebeant solum prooemium, neque contulimus codicem Cantabrigiensem Corporis collegii Christi 19 saec. XII., qui num sub erroneo lemmate Ex sinodo habita Rome in consistorio Lateranensi a beato Eugenio papa *plura quam canonem septimum praebeat, K. Hampe ('Neues Archiv' XX, 670) non adnotavit.*

Pauca de indole librorum V 1. B. F. G. L dicenda sunt. In omnibus his exstat forma uberior canonum, sed differunt inter se de eorum ordine, quem ex editione nostra facile perspicies. V 1 vetustate praecellit, sed etiam innumeris mendis, ita ut eius lectura saepe corrigenda sit ope reliquorum codicum. Proxime accedit B, sed ei manum apposuit corrigentem Holstenius, quo factum est, ut eum ducem sequi non possemus. F multis locis mutilus est, G vestigia praebet scribae, qui hinc inde sensui obscuro mederi

1) *Ad quos codices alluserit Boretius (MG. Capit. I, 370), cum dicat nonnullos canones in capitularium quoque codicibus legi, eruere non potuimus, nisi in animo habuit codicem Mediolanensem mox laudandum.* 2) *Hac eadem ratione ducti supersedimus collectione canonum a Deusdedit compilata (lib. I cc. 122. 124. lib. III cc. 19. 49 ed. Martinucci p. 93 sq. 249. 260). — Quae Pertz (MG. LL. I, 372) imprimi fecit* Hlotharii I. excerpta canonum 835 *revera sunt capitula (scil. 36. 37. 19 formae uberioris, c. 38 formae minoris amplificatae, c. 38 formae uberioris, quae congruit cum forma minore, denique c. 13) a librario privatim collecta; cf. Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich' p. 183. V. quae infra ex libro Papiensi adnotabuntur.*

studuit, L modo facit cum hoc, modo cum illo. His omnibus adducti sumus, ut in re orthographica, si modo fieri potuit, repeteremus codicem V 1, verborum autem nexum perspicuum restituere conaremur ex omnibus libris, inter quos nullus pro optimo, pro pessimo nullus putandus est.

Restant pauca de forma canonum minore, quam opus collectoris esse non est quod fusius disseram. Exstat in his codicibus: 1) codice Mediolanensi bibliothecae Ambrosianae S. 33 sup. (antea Bobbiano) saec. X. (= M 2) fol. 311—313'; 2) codice capituli Vercellensis CXI saec. X. (= V 2) fol. 236—237'; 3) codice capituli Veronensis LXIII saec. X. (= V 3) fol. 36'—38'; 4) codice Monacensi latino 3860 a (antea ecclesiae Augustanae) saec. X (= M 3) fol. 173—174'; 5) codice Monacensi latino 3860 (antea ecclesiae Augustanae) saec. X. (= M 4) fol. 260—261'; 6) codice Parisiensi latino 12448 (antea s. Germani Harleiano 386) saec. X. (= P) fol. 78'. 79; 7) codice Virdunensi 46 (antea s. Vitoni Virdunensis) saec. XI. (= V 4) fol. 150'—151'. Non adhibuimus codicem Oxoniensem Bodleianum 893 (Ms. Laud. 421) saec. XII.

Edd. (formae uberioris): Holsten, Collectio Romana II, 7 (v. supra p. 559 l. 17 sqq.). Labbe-Cossart VIII, 103; ed. Coleti IX, 1117. Harduin V, 61. Mansi XIV, 999. MG. LL. II, 2, 14. Migne, Patrol. lat. XCVII, 691. MG. Capit. I, 370 (ad 826 Nov. 12). — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I, 321. 'Neues Archiv' XXIV, 486 (ubi falso novissimam tum editionem secuti sumus).

Editio formae minoris haec princeps est.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi imperante domino nostro piissimo augusto Hlodowico a Deo coronato magno imperatore anno XIII. et post consulatum eius anno XIII., sed et Hlothario novo imperatore eius filio anno X., indictione IIII., mense Novembrio die XV. Eugenius sanctissimus ac ter beatissimus et universalis papa cum universis episcopis[1], videlicet (1) Petronacio archiepiscopo Rabennate[2], (2) Leopardo episcopo Forofronate[3], (3) Passibo episcopo Bleranae[4], (4) Romoaldo episcopo Anagniae[5], (5) Lamperto episcopo Aretino[6], (6) Iohanne epi-

Lemmata: Incipit concilium Eugenii papae *V 1,* In nomine sanctae trinitatis incipit liber sanctorum canonum *F, sine lemmate B. G. L.* 21 domini] et *add. G, deest L.* Dei] et *G.* sarvatoris *L.* nostri *deest F.* Cristi *L.* imperante] *ita B,* imp. *V 1,* imperantibus *F. G. L.* domino nostro] dn. n *V 1,* dun. *F,* dominis nostris *G. L.* 22 piissimis principibus augustis *F,* piissimis augustis *G,* piissimis perpetuis augustis *L.* Hludouvico *B,* Hludowicus *F,* Lodovico *L.* coron magn. imp *V 1,* coronatus magnus imperator *F.* et post consulatum eius anno XIII.] et regni eius anno XIII. *B, desunt F. G. L.* 23 Lothario *G. L.* novo] VIIII (= nono) *L.* X.] XI. *F.* 24 mense Novembrio] *ita F. G,* men. Novemb. *V 1,* mensis Novembris *B,* mense Noūb *L.* XV.] XII. *G.* ac ter] atque *G.* 25 universali papae *F,* universali pp̄ *L.* universis] sanctissimis *add. F. L.* episcopis] coepiscopis *G.* Petronaci *G,* Petronatio *L.* 26 archiepiscopo] civit *add. F,* civitatis *add. G,* ciu *add. L.* 23 Rabennate] Ravennate *B.* Ravenne *F,* Raravennate (!) *G,* Ravenate *L.* Leopardo — Forofronate] Leopardo episcopo Forosemproniate *B,* Leobardus episcopus Forosinfronate *F,* Leopardo episcopo Forosinfronate *G,* Leopardo episcopo Forisante *L.* Passibo — Bleranae] Passivo episcopo Bleranae *B,* Passivo episcopo Lolerane *F,* Passivo episcopo Herane *G,* Paisivo episcopo Bleranae *L.* 27 Romoaldo — Anagniae] Runualdo episcopo Anagniae *G, in L add. al. man. in marg.* Naruiae. Lamperto — Aretino] Lamperto episcopo Arretino *B,* Lamperto episcopo Aretinae *G,* Lamberto episcopo Aretino *L.* Iohanne — Silvae Candidae] Ioanne episcopo Silvae Candidae *B,* . . . de *F,* Iohanne episcopo Silvae Candida *L.*

1) *In textu recepta est lectio codicis Vaticani, quippe cum hic sit vetustissimus; in varia lectione invenies formas scribendi reliquorum codicum, si ab illa codicis V 1 etiam in una littera discrepant.* 2) *Ravenna.* 3) *Fossombrone.* 4) *Bieda.* 5) *Anagni; inter episcopos Narnienses (Narni; v. l. 42) Romoaldus non occurrit.* 6) *Arezzo.*

scopo Silvae Candidae[1], (7) Stephano episcopo Portuense[2], (8) Benedicto episcopo Albanense[3], (9) Caesario episcopo Hostense[4], (10) Georgio episcopo Gavinense[5], (11) Gregorio episcopo Bellitris[6], (12) Constantino episcopo Penestrae[7], (13) Romano episcopo Cerense[8], (14) Grausolpho episcopo Fesulense[9], (15) Paulino episcopo Sinogalliense[10], (16) Guriperto episcopo Populense[11], (17) Perteo episcopo Senense[12], (18) Valerino episcopo Sutriense[13], (19) Stephano episcopo Ariminense[14], (20) Germano episcopo Ausimano[15], (21) Passibo episcopo Galliense[16], (22) Stephano episcopo Ortense[17], (23) Andrea episcopo Clusense[18], (24) Stabile episcopo Castello Felicitatis[19], (25) Valipertus episcopus Orbibetis[20], (25) Bestiano episcopo Suanense[21], (27) Alifredo episcopo Balneoregis[22], (28) Paulo episcopo Tribense[23], (29) Petro episcopo Centumcellense[24], (30) Agatho episcopo Monteferetris[25], (31) Agatho episcopo Polimartiense[26], (32) Maio episcopo Assisiense[27], (33) Liutardo episcopo Nucerense[28], (34) Petro episcopo

1 Stephano — Portuense] Stephano episcopo Portu . . . *F*, Stephano episcopo Portuensae *G*. Benedicto — Albanense] . . . Albanensis *F*, Benedicto episcopo Alvanense *G*. 2 Caesario — Hostense] Caesario episcopo Ostiense *B*, Caesario episcopo . . . *F*, Cesario episcopo Hostiense *G*, Caesario episcopo Sicciense *L*. Georgio — Gavinense] . . orgio episcopo Gavinenf *F*, Georgio *(rell. desunt) G*, Georgio episcopo Gaviense *L*. 3 Gregorio — Bellitris] . . . liternense *F*, episcopo Vellatriense *(nomen deest) G*, Gregorio episcopo Belliariense *L*. Constantino — Penestrae] Constantino episcopo Pranestae *B*, Const . . . episcopo Pe . . . sis *F*, Constantino episcopo Petreniense *G*, Costantino episcopo Penestriense *L*. Romano — Cerense] Romano episcopo Cerensis *F*. 4 Grausolpho — Fesulense (Resulense *V 1*)] Grausolpho episcopo Faesulense *B*, Grasul . . . Fesulense *F*, Grasulfo episcopo Fesulense *G. L*. Paulino — Sinogalliense] Paulino episcopo Senogalliense *B*, Lino episcopo Sanagalliense *F*, Paulino episcopo Sunogauliense *G*, Paulino episcopo Sinogali *L*. 5 Guriperto — Populense] Guriperto episcopo Populoniense *B*, *desunt hoc loco F. G. L*. Perteo — Senense] Pe . . . Sedense, *add.* Auriperto episcopo Popoloniense *F*, Peredeo episcopo Renense, *add.* Ausperto episcopo Populiense *G*, Peredeo episcopo Senense, *add.* Auriperto episcopo Populiense *L*. 6 Valerino — Sutriense] . . lerino episcopo Sutriense *F*, Valeriano episcopo Sutriense *L*. Stephano — Ariminense] Stephano episcopo Ar . . . *F*, Stefano episcopo Ariminense *G*. Germano — Ausimano] Germano episcopo Auximano *B. F*. 7 Passibo — Galliense] Passivo episcopo Calliense *B*, Passivo episcopo G . . . nense *F*, Pasivo episcopo Galiense *G*, Passivo episcopo Galliense *L*. Stephano — Ortense] Stefano episcopo Ortenense *G*, Stephano episcopo Hortense *L*. 8 Andrea — Clusense] Andrea . . . Closense *F*. Stabile — Castello Felicitatis] Stabili episcopo Castello Felicitatis *B*, Stavile episcopo Castello Felicitati *F*. 9 Valipertus — Orbibetis] Valiberto episcopo Orbivetis *B*, Waliperto episcopo Orbivetense *F. L*, Waliperto episcopo Urbivetense *G*. Bestiano — Suanense] Bastiano episcopo Suanense *B*, Vestiano episcopo . . . nense *F*, Vestiano episcopo Suanense *G. L*. Alifredo — Balneoregis] Alifrido episcopo Balneumregensis *F*, Alifredo episcopo Balneoregense *G*, Alifreto episcopo Balnecgregense *L*. 10 Paulo — Tribense] Paulo episcopo Tribiense *F*, Paulino episcopo Triviense *G*. Paulo episcopo Areniense *L*. Petro — Centumcellense] Petro episcopo Centumcelle . . . *F*, Petro episcopo Centumcelense *G*. Petro episcopo Contucellense *L*. 11 Agatho — Monteferetris] *desunt F*, Agatho episcopo Montefeletrano *G*. *ubi additur* item; Agatho episcopo Monteforeorano *L*, *ubi additur* item. Agatho — Polimartiense] Agatho episcopo Porimassiense *F*, Agato episcopo Polimarciense *L*. 12 Maio — Assisiense (Ansisiense *V 1*)] Maio episcopo Asinense *F*, Magno episcopo Asiense *G*, Maio episcopo Asissiense *L*. Liutardo — Nucerense] Liutardo episcopo Nuceriense *B*, Liutardo episcopo Lucerense *F*, Liutardo episcopo Nucesense *G*, Liutando episcopo Lunerense *L*. Petro — Lucano] Petro . . . Lucano *F*, Petro episcopo Lucana *G*.

1) *Selva Candida.* 2) *Porto.* 3) *Albano.* 4) *Ostia. Episcopi Siccienses (Sezze, v. l. 16) saec. IX. nondum occurrunt; cf. Gams, Series episcoporum p. 732.* 5) *Gabii.* 6) *Velletri.* 7) *Palestrina.* 8) *Cerveteri.* 9) *Fiesole.* 10) *Sinigaglia.* 11) *Piombino.* 12) *Siena.* 13) *Sutri.* 14) *Rimini.* 15) *Osimo.* 16) *Cagli.* 17) *Orte.* 18) *Chiusi.* 19) *Città di Castello.* 20) *Orvieto.* 21) *Sovana.* 22) *Bagnorea.* 23) *Trevi.* 24) *Civitavecchia.* 25) *Montefeltre.* 26) *Bomarzo.* 27) *Assisi.* 28) *Nocera; inter episcopos Lucerenses (Lucera, v. l. 43) Liutardi nomen non invenitur.*

Lucano[1], (35) Petroaldo episcopo Lunense[2], (36) Aliprando episcopo Florentine[3], (37) Lamprando episcopo Pistoriae[4], (38) Theodorico episcopo Perusino[5], (39) Donato episcopo Gallense[6], (40) Godemundo episcopo Tuscanense[7], (41) Rauperto episcopo Rosellense[8], (42) Tigrino episcopo Anconitano[9], (43) Agriperto episcopo Fanestrense[10], (44) Iohanne episcopo Pisano[11], (45) Benenato episcopo Egubiense[12], (46) Lupo episcopo Firmense[13], (47) Petro episcopo Bolutarense[14], (48) Sebastiano episcopo Burense[15], (49) Dominico episcopo Pensaurense[16], (50) Iohanne episcopo Aesinatae[17], (51) Leonino episcopo Tribus Tabernis[18], (52) Gratioso episcopo Nepesinae[19], (53) Iohanne episcopo Tudertinae[20], (54) Heleutherio episcopo Priberniatae[21], (55) Benedicto episcopo Amerinae[22], (56) Theodosio episcopo Manturanense[23], (57) Adriano episcopo

1 Petroaldo — Lunense] Pertoaldo episcopo Lunense *F,* Bertoaldo episcopo Lunense *G. L.* Alitprando — Florentine] Aliprando episcopo Florentino *B,* Azibr . . do episcopo Florentino *F,* Agiprando episcopo Florentino *G,* Agebrando episcopo Florentino *L, ubi hoc loco adduntur* Sebastiano episcopo Ticinense. 2 Lamprando — Pistoriae] Lamprando episcopo Pistor . . . *F,* Lamprando episcopo Pisturiae *G,* Lambrando Pestoriense *L, ubi* episcopo *deest.* Theodorico — Perusino] Teuderico episcopo Perusino *F,* Theoderico episcopo Perusinae *G,* Theoderico episcopo Perosino *L.* Donato — Gallense] Donato episcopo Gall . . . *F,* Donato episcopo Galense *G,* Donato episcopo Calense *L.* 3 Godemundo — Tuscanense] Codemundo episcopo Tuscanense *G.* Rauperto — Rosellense] Rauperto episcopo Rossellense *B,* Raiperto ep . . . Rossellense *F,* Ragiperto episcopo Suelense *G,* Ratiperto episcopo Roselense *L.* 4 Tigrino — Anconitano (Ananetano *V1*)] Trigino episcopo Archonerino *F,* Tigrino episcopo Anchonetano *L.* Agriperto — Fanestrense] Ag . . . episcopo Fanestre *F,* Agiperto episcopo Fanestre *(ex* Fanestro *ead. man. corr.) G,* Agiberto episcopo Fanestrae *L.* 5 Iohanne — Pisano] Ioanne episcopo Pisano *B,* Iohanni episcopo Pisane *F,* Iohanne episcopo Pissane *G.* Benenato — Egubiense] Benenato episcopo Eugubiense *B. G,* Bene . . . episcopo Egubiense *F.* Lupo episcopo Firmense] *ita B,* Lupo episcopo Furnense *V1,* Lupo episcopo Furcorense *F,* Lupo episcopo Furcunense *G,* Lupo episcopo Furcuanense *L.* 6 Petro — Bolutarense] Petro episcopo Bolaterrense *B,* P . . . episcopo Voloterense *F,* Petro episcopo Voluterrense *G,* Petro episcopo Lucerense *L.* Sebastiano — Burense] Sebastiano episcopo Ticinen . . . *F,* Sebastiano episcopo Ticinense *G, desunt hoc loco L (v. supra l. 13 sq.).* 7 Dominico — Pensaurense] *ita V1. F. G. L,* Dominico episcopo Pisaurense *B.* Iohanne — Aesinatae] Ioanne episcopo Esinate *B,* Iohanne episcopo . . . nate *F,* Iohanne episcopo Hesinate *G.* 8 Leonino — Tribus Tabernis] Leonino episcopo Tribus Taverne *F,* Leonino episcopo Tribustabernae *G. L.* Gratioso — Nepesinae] Gr . . . episcopo Nepesine *F,* Gratioso episcopo Nepessine *G,* Gratioso episcopo Nepesine *L.* Iohanne — Tudertinae] Ioanne episcopo Tudertinae *B,* Iohanne episcopo Tudertin . . *F,* Iohanne episcopo Tetertinae *(ita ead. man.) G,* Iohanne episcopo Tudertine *L.* 9 Heleutherio — Priberniatae] Eleutherio episcopo Privernate *B,* . leutherio episcopo Privernate *F,* Eleutherio episcopo Privinatae *G,* Eleutherio episcopo Privernatae *L.* Benedicto — Amerinae] Benedict . . . Amerine *F,* Benedicto episcopo Amesine *L.* Amerinae, Theodosio Manturanense, Adriano episcopo *desunt V1.* 10 Theodosio episcopo Manturanense] *ita B,* Teudosio episcopo Maturianense *F,* Theodosio episcopo Mantutriense *G,* Theudosio episcopo Maturianense *L.* Adriano — Falaritanae] Hadriano episcopo Falaritanae *B,* . . . ano episcopo Sallaritar . . . *F,* Adriano episcopo Salatritano *G,* Adriano episcopo Falaritana *L.*

1) *Lucca.* 2) *Luni.* 3) *Firenze.* 4) *Pistoja.* 5) *Perugia.* 6) *Gallese.* 7) *Toscanella.* 8) *Roselle.* 9) *Ancona.* 10) *Fano.* 11) *Pisa.* 12) *Gubbio.* 13) *Fermo; V. Krause (MG. Capit. II, 565 s. v. Turcunensis, quod in codice G (v. l. 25) inveniri putabatur) Tarconensem (= Tarchinae) fuisse episcopum Lupum credidit.* 14) *Volterra (Lucera?; v. supra l. 27 et p. 561 ann. 28).* 15) *Verbum* Burense, *quod legitur in V1 et B, corrigendum est in* Bariense *(Bari), si sequimur Gams, Series episcoporum p. 856, ubi Sebastianus anno 826. attribuitur. Inter episcopos Ticinenses (Pavia; v. l. 27 sq.) Sebastianus quoque invenitur, sed Gams (l. l. p. 800) eum sedem tenuisse annotat anno 814., Deodatum inde ab anno 817, qui die 17. mensis Maii 829 diem obiit supremum.* 16) *Pesaro.* 17) *Iesi.* 18) *Tre Taverne (hodie Cisterna).* 19) *Nepi.* 20) *Todi.* 21) *Piperno.* 22) *Amelia.* 23) *Martarano (= Barbarano).*

Falaritanae[1], (58) Michahele episcopo Sabiensae[2], (59) Hadriano episcopo Signinae[3], (60) Cosma episcopo Humanae[4], (61) Mauriano episcopo Orbinate[5], (62) Bala episcopo Potentinae[6] atque cum venerandis presbyteris (63) Iohanne archipresbyter, (64) Domnus presbyter, (65) Benedictus presbyter, (66) Symeon presbyter, (67) Sergius presbyter, (68) Gregorius presbyter, (69) Anastasius presbyter, (70) Benedictus presbyter, (71) Georgius presbyter, (72) Ursus presbyter, (73) Crescentius presbyter, (74) Symeon presbyter, (75) Iobinianus presbyter, (76) Anastasius presbyter, (77) Benedictus presbyter, (78) Marinus presbyter, (79) Ursus presbyter, coram sacratissimo corpore beatissimi principis apostolorum residens, adstantibus quoque diaconibus, quorum nomina haec sunt: (80) Valentinus archidiaconus, (81) Theodorus diaconus, (82) Leo diaconus, (83) Faustus diaconus, (84) Leo diaconus, (85) Leontius diaconus, diversisque clericis, legente (81 *vel* 86) Theodoro diacono, pontifex dixit:

Cum[7] simus dominicae plebis superna miseratione rectores, studiosius nos convenit Dei praesidio pro eorum saepe c o g i t a r e s a l u t e, ne de creditis frustratisque, quod absit, animabus insidiis antiqui hostis ante omnium pastorem, nisi succedat praeveniendo de offensis correctio, districtam cogamur solvere rationem. Dumque perpendo vel ad animum reduco, quanta circumspectione nos oporteat invigilando contra sui cuiusque sceleris nequitiam obviare et, si

1 Michahele — Sabiensae] Samuelo episcopo Sabinense *B,* Samuhel episcopo . . se *F,* Samuhele episcopo Savinense *G. L.* Hadriano — Signinae] Hadriano episcopo Signino *B,* Adriano episcopo Signine *F,* Adriano episcopo Signinae *G. L.* 2 Cosma — Humanae] Cosma ep . . . te *F,* Cosma episcopo Humanatae *G,* Cosmas episcopo Humanatae *L.* Mauriano — Orbinate] Mauriano episcopo Urbinate *B,* Marino episcopo Urvinateae *F,* Maurino episcopo Urbinatae *G,* Maurino episcopo Urbinate *L.* Bala — Potentinae] Wal . . . ne *F,* Walano episcopo Teatine *G,* Vala episcopo Teatino *L.* 3 cum] con *V1,* cunctis *G.* venerandis] venerabilibus *F. L.* presbyteris] . . . scilicet *F,* pбris *G. L,* quorum nomina haec sunt *add. B (aut Holstenius?).* Ioannes *B,* Iohannes *L.* archipresbyter] *ita V1. B,* archypбro *F. G,* archipбr *L.* 4 Domnus] Do . . . *F,* Dominico *G,* Domino *L.* presbyter] pбr *semper V1,* presbyter *semper B,* pбro *semper rell., lacunas codicis F hoc verbum ex parte vel totum delentes amplius non indicabimus.* Benedicto *F. L, deest G.* Symeon] Simeon *B,* Iohanni *F, deest G.* Sergius] S . . . *F, deest G,* Sergio *L.* 5 Grogorius] Georgio *F,* Gregorio *L.* Gregorius presbyter — Georgius presbyter] Georgio presbytero, Iohanne presbytero, Simeon presbytero, Sergio presbytero, Gregorio presbytero *G.* Anastasio *F. L.* Benedicto *F. L.* 6 Georgius] Gregorius *B,* Ge . . *F,* Georgio *L.* Ursus] . . . *F,* Urso *G. L.* Crescentio *F,* Crisentio *G,* Criscentio *L.* 7 Simeon *B. G,* . . . *F.* Iobinianus] . . viniano *F,* Iubiano *G. L.* Anastasius] Anasta . . . *F,* Anastasio *G. L.* Benedictus] . . . *F,* Benedicto *G. L.* 8 Marino *F. L,* Maurino *G.* Ursus presbyter coram] . . . *F,* Urso presbytero coram *G,* Ursone presbytero coram *L.* 9 beatissimi] beati *B,* . . . *F,* Petri *add. G. L.* residens — diaconibus] . . . *F.* residens] *scil. Eugenius papa,* residentes *B. L,* residentibus *G.* astantibus *G.* 10 nomina haec sunt] haec sunt nomi . . *F,* nomina sunt *G,* sunt nomina *L.* Valentinus archidiaconus] . . . chydiaconus *F.* Theodorus] Theodosius *F.* 11 Leo diaconus *desunt F.* Faustus] Iustus (?) *F,* Faustinus *G. L.* Leo] item Leo *F. G. L.* Leontius] . . . *F.* 12 diversisque clericis] diversis clericis *F,* diversoque clero *G.* Theodoro] Teo . . . *F.* 13 dominicae plebis] domini . . . is *F.* supernae *V1.* studiosius] *ita Greg. G. L,* studiosae *V1,* studiose *B,* studi . . . *F.* 14 praesidium *Greg. e coni. edd.* saepe] *ita Greg. F. L,* sepe *G,* semper *B. L.* cogitare] cogi . . re *F,* rogitare *Greg.* de] diei *V1.* creditis frustratisque] *ita Greg.,* frustratis creditis *V1. B,* creditis frustratis *F. G. L.* 15 insidiis] *intellige:* per insidias. omnium pastorem] pastorem omnium *Greg.* pastores *G.* succedam *V1.* preveniendo *V1.* correctio] corrigo *V1.* 16 districtam] discertam *V1,* districta *F.* cogemur *V1,* cogantur *L.* ad animum] animo *G.* animam *V1.* quanta *deest F.* 17 circumspectionem *V1.* oporteat invigilando] *ita Greg. F,* oportent vigilando *V1,* oporteat vigilando *B,* oportet invigilando *G. L.* suis *V1. F.* nequitia *V1.*

1) *Faleria; cf. Gams, l. l. p. 685. V. supra p. 70 ann. 7.* 2) *Sabina.* 3) *Segni.* 4) *Umana.* 5) *Urbino.* 6) *Potenza? Chieti? (v. l. 23).* 7) *Verba* Cum simus — sordescat *(p. 564 l. 9) repetunt orationem a Gregorio II. in concilio Romano a. 721. habitam; Mansi XII, 262 sq. V. quae supra p. 554 ann. 1 sqq. adnotavimus.*

quando insilierit ad perturbandas fidelium mentes, adiutorio superno ictui eius resistere, valde concutior atque nimis tabesco, ne serpentina calliditate, quod absit, leviores quosque decipiat. Deo vero favente sollicitudinem animaequiore mente, divino iuvamine freti, pro salute omnium ostendere debemus, ut inconfuso vultu non de fraude cuiusquam persulsi adsistere aeterno iudici Matth. 25,23. mereamur, sed potius vocem audire inquientem: *Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui.* Hinc namque est, quod ingemescens dico, quia populi Christiani per provincias et loca commorantes audio temere contra catholicae fidei documenta et patrum statuta agere; quod oportunum est spiritali cf. ib. 13, 24 sqq. amputari mucrone, ne seges boni agricolae zizaniorum mixta horrentibus fructibus sordescat.

Sequitur in V 1 fol. 194. 194' et B index capitulorum in haec verba confectus:

Incipiunt capitulorum tituli numero XXXVIII.

I. Ut episcopus bono adprobatus opere ordinetur.

II. Ut nullus episcopus alios sacerdotes muneribus ordinet.

III. Qualiter episcopos docere et consistere oportet.

IIII. De sacerdotibus indoctis *.

Legitur in G fol. 72. 72' — ipsum concilium invenitur ibidem fol. 123'—128' —, index capitulorum in haec verba confectus:

Item capitula predicti [1] pontificis de ministris et ordinibus eclesiasticis [2].

I. De episcopo ordinando bono opere adprobato.

II. De episcopis et sacerdotibus munere non ordinandis.

III. De doctrina episcoporum et conversatione eorum.

IIII. De indoctis episcopis et sacerdotibus.

*) *In B sequuntur (similiter atque in G) haec:* V. Ut in eligendis episcopis canonum regulae serventur. VI. Ut episcopi extra proprias parochias non morentur. VII. Ubi clerici consistere debeant. VIII. De sacerdotibus in subiectis baptismalibus plebibus constituendis. IX. Ut clerici non plus quam sufficiat ordinentur. X. De sacerdotibus, qui in ecclesiis vel monasteriis non habitant. *Reliquorum capitulorum series — sicut in G — cum V 1 congruit.*

1 aiutorio *V 1,* adiutores *L.* superne *G.* ictui] ictup *G,* iuvati *L.* eius *deest G.* resisterei *G.* 2 adque *F.* lebiores *V 1.* 3 sollicitudinem] *ita B. F. G. L,* sollicitudine *V 1,* sollicitudine nimia *Greg.* animaequiore] *ita Greg. V 1,* aequanimiore *B,* animequiore *F,* animae pio ore *G,* animae quiorem *L.* freti] ferti *G.* salute] hominum *add. G.* 4 ostendere] studere *Greg., quod si hoc loco in textu reciperemus,* ostendere *ex* nos studere *corruptum putandum esset (*nos *autem apud Gregorium deest), deinde legendum esset cum Gregorio* sollicitudine nimia, *etsi* sollicitudine *praebet V 1, dum* nimia *deest in omnibus codicibus.* inconfusum *G.* vultum *V 1. G.* de fraude] fraudet de *G.* asistere *G.* aeterni iudicis *G.* iudicio *V 1. B.* 5 sed potius] et *Greg.* inquietem *(pro* in quiete*?) V 1. G. L.* in] super *Greg.* 6 supra] super *B.* Domini] Dei *L.* 7 imgemiscens *Greg. B. L.* per — agere] aliquos per provinciam Italiam commorantes audio temere contra catholicam fidem et patrum statuta patrare, ita ut Deo sacratas feminas ducere praesumant mulieres et propinquas in coniugio socient *Greg.* proviutias *G.* audeo *L.* temera *V 1.* 8 et] ex *L.* opportunum *Greg. B.* spiritali amputari] *ita Greg. G,* spiritali amputare *V 1. B,* spiritalia putari *F,* spirituali amputare *L.* 9 mucrone] atque, si vestrae placeat (placet *B*) sanctitati, radicitus evelli *add. Greg. B (aut Holstenius?).* ne seges] reseges *L.* boni] . oni *F, deest L.* agricole *F.* zizani . rum *F.* mixto *V 1.* horrentibus fructibus] orrentibus . ructibus *F,* horrentibus frutetis *Greg.* sordescant *V 1.*

13 Inc cap̄ t̄t num̄ XXVIII (!) *V 1.* 15 adprovatus *B.* 17 alios sacerdotes] alios *corr.* aliis sacerdotibus *V 1,* aliusve sacerdos *B.* 18 ordinetur *V 1. B.* 19 episcopus *V 1,* episcopum *B.* 21 sacerdotibus indoctis] indoctis sacerdotibus *B.*

23 capitula] cap̄ *G.* 19 et conversatione *bis leguntur G.*

1) *V. supra p. 553 l. 13 sqq.* 2) *Iuxta haec verba exhibet codex* Inantea sunt cap̄. dom̄. Hlot. CIIII, quae hic non sunt scripta; *cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXVI, 26 ann. 1.*

(V 1).

V. Ut episcopi extra propriam provinciam non morentur.

VI. Ubi clerici consistere debeant.

VII. De sacerdotibus in subiectis baptismalibus plebibus constituendis.

VIII. Ut clerici non plus quam sufficiat ordinentur.

VIIII. De sacerdotibus, qui in eclesiis vel monasteriis non habitant.

X. Ut in eligendis episcopis canonum regula observetur.

(V 1. B). XI. Ut sacerdos non aliquo ludo delectetur.

XII. De sacerdotibus, qui officiis adesse debent.

XIII. Si sacerdotes testimonium dicant.

XIIII. Ubi sacerdotes post condemnationem esse oportet.

XV. De suspectis sacerdotibus.

XVI. Ut episcopis de subiectis plebibus aliisque piissimis locis non liceat auferre.

XVII. De presbyteris, qui oblationem alterius suscipere nolunt.

XVIII. Qua re aut aucteritate dimissoriae fiant aut credantur.

XVIIII. Ut episcopi universique sacerdotes habeant advocatos.

XX. De his, qui advocatos invenire nequeunt.

XXI. De monasterio vel oratorio, quod a proprio domino soli aedificatum est.

XXII. De invasione quasi pro parte eclesiae facta.

XXIII. De xenodochiis et aliis similibus locis.

XXIIII. De piis locis, quae sine presbyteris existunt.

(G).

V. De custodienda regula canonica in electione et ordinatione episcoporum.

VI. Ut episcopus extra propriam parroechiam ultra canonice statutis diebus non consistat.

VII. De conversatione et domorum habitatione clericorum.

VIII. De sacerdotibus in baptismalibus eclesiis custodiendis.

VIIII. Ut clerici non plus quam sufficit ordinentur.

X. De sacerdotibus, qui in eclesiis vel monasteriis non habitant.

XI. De ludo a sacerdotibus non faciendo.

XII. Ut sacerdotes fenera vel rustica ministeria non exerceant.

XIII. De testimonio sacerdotum.

XIIII. Ubi sacerdotem post condemnationem esse oportet.

XV. De suspectis sacerdotibus vel feminis.

XVI. De rebus non auferendis a plebibus vel ab aliis piis locis.

XVII. De presbiteris, qui pro unius oblatione alterius recipere nolunt.

XVIII. De auctoritate litterarum dimissoriarum.

XVIIII. Ut episcopi universique sacerdotes habeant advocatos.

XX. De his, qui advocatos invenire nequeunt.

XXI. De monasterio vel oratorio a proprio domino constructo.

XXII. De invasione rerum aeclesiasticarum a custodibus facta.

XXIII. De senodochiis et aliis similibus locis.

XXIIII. De eclesiis vel piis locis, quae sine presbiteris existunt.

7 baptimalibus *V 1.* 9 sufficiant *V 1.* 13 eligendis] lege latendis *V 1.* 14 observetur] reserventur *V 1.* 18 debent] ut foenoris aliquid aut rustica ministeria non exerceant *add. B (v. col. 2 l. 17 sq).* 21 oporteat *B.* 24 episcopus *V 1.* 28 aut auctoritate] autem auctoritatem *V 1.* 34 monasterium *V 1.* oratorium *V 1.* 37 ecclesiae *B.* 40 quae] qui *B.*

4 propria parroechia *G.* 30 universisque *G.* 38 senedochiis *G.*

(V1 et B).

XXV. De destructis eclesiis.

XXVI. Si episcopus a subiectis sacerdotibus et clericis munera exigat.

XXVII. Quales abbates sint constituendi.

XXVIII. De monachis, qui in solo habitu existunt et non ea vita vivunt.

XXVIIII. De religionis habitu feminis existentibus.

XXX. De negotiis et laborationibus die dominico non faciendis.

XXXI. De criminalibus causis et furtis ceterisque similibus die dominico inventis.

XXXII. De his, qui sine ostenso crimine inviti monasterio sunt introducti.

XXXIII. Ut laici ad missas in presbyterio non consistant.

XXXIIII. De scolis reparandis pro studio litterarum.

XXXV. De conviviis festis diebus non faciendis.

XXXVI. De his, qui adhibitam sibi uxorem reliquerunt et alias sociaverunt.

XXXVII. Ut non liceat uno tempore duas habere uxores seu concubinas.

XXXVIII. De incestis et inutilibus coniunctionibus.

Expliciunt capitula, incipiunt canones.

(G).

XXV. De destructis aeclesiis.

XXVI. Si episcopi a subiectis sacerdotibus donationes exigant.

XXVII. Quales abbates sint constituendi.

XXVIII. De monachis, qui in solo habitu existunt et non in ea vita vivunt.

XXVIIII. De feminis sub religioso habitu existentibus.

XXX. De negotiis et laborationibus die dominico non faciendis.

XXXI. De criminalibus causis et furtis die dominico inventis.

XXXII. De his, qui sine ostenso crimine inviti monasterio sunt introducti.

XXXIII. De laicis ad missas in presbiterio non consistentibus.

XXXIIII. De scolis reparandis.

XXXV. De conviviis festis diebus non faciendis.

XXXVI. De his, qui adhibitam sibi uxorem relinquunt et aliam sociantur.

XXXVII. De concubina cum uxore non habenda.

XXXVIII. De incestis et inlicitis coniunctionibus.

I. Ut episcopus bono adprobatus opere ordinetur. Beatissimi Pauli[1] discretione atque ammonitione episcopum consecrari omnino oportet desiderabilem boni operis, inreprehensibilem et reliquis optimis apparitionibus, quae

2 ecclesiis *B.* 3 a] ad *V1.* 4 munera] dationes *B.* exigat] existant *V1.* 5 constituendis *V1.* 12 faciendum *V1.* 13 caussis *B.* et] ac *B.* 14 ceterisque] quae *V1.* inventos *V1.* 16 invito *V1.* 17 laicis *V1.* 19 scholis *B.* reparandis] separandis *V1.* 20 literarum *B.* 24 relinquerunt *V1.* 27 incertis *V1.* inutilibus] inutibus *V1.* 29 Exp̄ cap̄ inc̄ can. *V1.*

16 monasterium *G.*

I. 30 I. Ut — ordinetur] *ita V1,* I. Ut episcopus bono ad ... ordinetur *F,* Item capitula predicti pontificis de ministris et ordinibus eclesiasticis *(alia manu praemissa).* I. Ut episcopus approbatus opere ordinetur *G,* Ut episcopus bono adprobatus opere ordinetur. Incipit *L,* I. *B, ubi autem Holstenius reliqua omisisse videtur quasi in indice contenta, ita ut deinceps quoque nihil legatur nisi numeri capitum II, III etc.* adprovatus *V1.* beatissimi] . eatissimi *F.* 31 discretionem *G.* admonitione *F,* admonitionem *G.* episcopis *V1.* oportet] I. *add. L.* 32 boni] ... *F.* oper .. *F.* inrepraehensibilem *V1,* irreprehensibilem *B.* reliquis] re ... *F.* optimis] obtimis *V1,* o ... mis *F,* omnibus *G.*

1) *Cf. epist. 1 ad Timotheum 3, 2 sqq.*

secuntur, ut doctrinam Dei nostri ornet in omnibus, ne, ut pastorali libro continetur, contradicendus inveniatur. Ab[1] imperitis enim, inquit, pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum. Et iterum: Ille[2] igitur, ille modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter vivit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat, cuius intentioni bene congruens nec omnino per inbecillitatem corpus nec valde per contumeliam repugnat; qui ad aliena cupiendo non ducitur, sed propria largitur; qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed numquam plus quam decet ignoscens ab arte rectitudinis inclinatur; qui nulla inlicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat; qui ex affectu cordis alienae infirmitati compatitur sicque in bonis proximi sicut in suis provectibus laetatur; qui ita se imitabilem ceteris in cunctis, quae agit, insinuat, ne inter eos habeat, quod saltim de transactis erubescat; qui sic studet vivere, ut proximorum quoque arentia doctrinae fluentis inriget; qui orationis usu experimento iam didicit, quod obtinere a Domino quae popoescerit possit; cui per effectus vocem iam quasi specialiter dicitur: *Adhuc loquente te dicam: Ecce* Is. 8, 18.
adsum. Ideoque talium rerum tales esse oportet non indoctos, ne aliqua oportunitate turpes inveniantur, sicut in eodem libro habetur: Quia[3] cum spiritale aliquid a subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc quaerat discere, cum quaestionem debet enodare.

Forma minor. I. Episcopus bono opere approbatus ordinetur.

II. Ut nullus episcopus alios sacerdotes muneribus ordinet.

Cavere itaque oportet unumquemque sacerdotem, ne premiis videatur consecrari, ut

I. 1 secuntur — doctrinam] se . . . octrin . . *F.* sequntur *V 1,* sequuntur *B.* Dei — ornet] nosciorem et *V 1,* Dei nostri ordinet *F.* ne — libro] ne . . . ralis li . . o *F.* ne] et *L.* ut] in *add. B. G.* 2 inveniatur] . . . *F,* invenitur *L.* inperitis *F.* enim] *semper in L scribitur per* ⱡ. inquid *F.* pastorale magisterium] pastoralem magisterium *V 1,* pas . . . ster . . . *F.* 3 suscipitur — ars] sus . . . *F.* ars est artium] adsistam tertium *V 1.* Et iterum *desunt V 1.* 4 debet *deest G.* vivendi] vendidi *G.* spiritualiter *L.* 5 prospera mundi] prosperandi *F.* postponit *B.* adversa — sola *desunt V 1.* qui] quid *L.* interna] terrena *V 1.* 6 desiderant *V 1.* intentione *V 1.* imbecillitatem *B.* 7 contumelia *V 1. F.* repugnet *G.* cupiendo] capiendo *F.* qui] quia *F.* 8 nunquam *B.* decet] doceat *F. G,* deceat *B. L.* ignoscens — inclinatur] ad ignoscendum a viscera exitudinis inclinatus *V 1.* arte] arche *F,* arce *G. L.* 9 illicita *B.* ab aliis] ad alii *L.* deplora *L.* qui] quia *V 1.* 10 infirmitatis *V 1.* conpatitur *V 1.* proximis *V 1.* sicut] quasi *V 1.* provectibus] probet actibus *F.* 11 se imitabilem] remitabilem *V 1.* ceteris] se cesserit *V 1,* caeteris *F,* cuuctis *L.* insinuat] instat *V 1.* ne] ut *V 1. F. L,* ut inter eos non *B secundum Gregorii textum ab Holstenio inspectum.* habet *F.* 12 saltem *B.* transactis] mens *add. B (aut Holstenius).* · eruvescat *V 1.* studeat *B.* quoque] corda *add. B.* arentia] assentia *V 1.* doctrina *F.* 13 fluentis] affluens *V 1,* effluentis *F.* inriget] irriget *B,* inrigare *F,* valeat inrigare *G,* irrigaret *L.* qni] de *add. V 1.* usum *F.* quod] qui *L.* optinere *F. L.* poposcerit] poscere *V 1.* 14 cui] cuius *L.* per effectus vocem] *ita codd. Gregorii,* effectus vocem *V 1. F. G. L,* prophetica voce *B et edd. Gregorii.* dicitur *deest F.* Ecce *deest B.* 15 indoctos ne] in doctrinae *V 1,* in doctrine *F,* indocti ne *G. B.* aliquo *V 1.* opportunitate *B.* 16 turpis *V 1. F.* inveniatur *F.* spiritalem *V 1. F,* spiritualem *L.* a] ad *F.* 17 pastor] pateor *V 1.* quaerat] querat *F,* incipiat querere vel *G.* quaestionem *B,* questione *F. L.* enudare *V 1. L.* — — 18 *Lemmata:* Incipit concilium habitum sub papa Eugenio *M 2. V 2,* Incipit alterum *(scil.* concilium, *cum in codice concilium Damasi antecedat)* sub Eugenio *V 3,* Incipit decretale Eugenii papae, quod factum est anno XIII. imperii Ludovici (Ludoquici *P 1*) imperatoris, filii condam *(corr. al. atram.* quondam*)* magni Karoli patrisque Lotharii *P,* Incip Eugenii pape *V 2.* 18 I. Episcopus — ordinetur. II. Nullus — ordinetur] I. Nullus — ordinetur. II. Episcopus — ordinetur *V 3.* I. Episcopus] . piscopus *M 4.* adprobatus *V 3,* approbatur *M 4.*

II. 19 II. Ut — ordinet] *ita V 1,* II. Ut nullus episcopus aliusque sacerdos muneribus ordinetur *F. G,* Ut nullus episcopus aliusque sacerdos muneribus ordinetur II. *L,* II. *B.* 20 unumquemque] unumque *G.* ne] pro *add. F.* praemiis *B.* consecrare *V 1.*

1) *Gregorius M., Reg. pastor. I c. 1; Opp. II, 2 sq.* 2) *Ibid. I c. 10; l. l. II, 10.* 3) *Ibid. II c. 11; l. l. II, 34.*

Cf. Act. 8, 12 sqq. non exemplo Simoniaci in condempnationem et laqueum incidat diaboli, quia tam factus quam etiam faciens, honorem adepti, devitae sint condemnandi, sicut Chalcidonense[1] aliorumque patrum[2] habetur concilio, quia muneribus ordinatus non animae decertare cupit remedium, sed vanae gloriae mercari lucrum.

Forma minor. II. Nullus episcopus aliusque sacerdos pro muneribus ordinetur.

III. Q u a l i t e r e p i s c o p u m d o c e r e e t c o n s i s t e r e o p o r t e t. Episcopum vero bono opere consistere oportet, ut factis congruentibus luceat et optimus speculator existat, qualiter populus verbum praedicationis ostenso opere sine dubio observando adtendat, beatissimo Gregorio papa docente: Pro[3] qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut et ad sua singulis congruat et tamen a communis aedificationis arte numquam recedat.

Forma minor. III. Episcopus, sicut in pastorali libro continetur, populum doceat.

IIII. D e s a c e r d o t i b u s i n d o c t i s. Quamquam admonita doctorum et statuta[4] patrum sacerdotes indoctos prohibeant consecrari, oportuni temporis moderatione[5], si episcopus inveniatur indoctus, a metropolitano proprio et deinceps sacerdotes, id est presbyteri, diaconi vel etiam subdiaconi, a suo episcopo, ut doceri possint, admoneantur, et interim subiecti sacerdotes et tales clerici ad tempus celebratione divini mysterii et officiis suspendantur, ut docti valeant ad devitum ministerium advenire. Sin autem non potuerint edoceri, in potestate episcopi sint canonicae iudicandi.

Forma minor. IIII. Episcopi, presbyteri, diaconi vel etiam subdiaconi indocti a suo episcopo, ut docere possint, admoneantur et interim tales ab officio suspendantur, ut docti valeant ad ministerium suum redire. Ille, qui discere non valet, canonice iudicetur.

II. 1 Simoniaci] *ita V1. B. F,* Simonis magi *G,* Symoniaci *L.* condemnationem *B. F. G. L.* incidet *L.* 2 honore *V1. B. G.* adempto *B.* devitae sint] debite *(quod est intelligendum)* sunt *B,* debite sint *F,* debitae sint *L,* debent esse *G.* sicut] in *add. G. L.* Chalcedonensi *B,* Calcedonense *F. L,* Calcidonense *G.* 3 quia] qui *add. G.* ordinatur *V1. F.* 4 decertarent *V1.* vane *F.* mercare *V1. F,* venerare *G.* — — 5 II. Nullus] . . . us *M4.*

III. 6 III. Qualiter — oportet] *ita V1. F. G,* Qualiter — oportet. III *L,* III. *B.* 7 vero *deest F.* ut] non solum *add. G.* luceat] liceat *V1.* et] ut *B,* sed *G.* 8 populum *V1.* praedicationis] predicatianis *G,* praedicantis *L.* 9 attendat *B. G. L.* papa *deest F.* Pro *deest V1.* qualitatem *V1. F.* 10 formare *L.* et ad] aeta *F.* a communis] ac cum mus *L.* 11 edificationis *F.* arte] arche *F.* nunquam *B.* — — 12 *et* 20 *sqq.* III. Episcopus — doceat. IIII. Episcopi — iudicetur] III. Episcopi — iudicetur. IIII. Episcopus — doceat *M3. 4. P. V4.* Episcopus] . piscopus *M4.*

IIII. 13 IIII. De — indoctis] *ita V1,* IIII. De indoctis sacerdotibus *F. G,* De indoctis sacerdotibus *L,* IIII. *B.* Quanquam *B.* admonitam *V1,* ammonita *L.* 14 prohibeat *F,* prohibent *G.* opportuni *B.* moderationes *V1,* moderationem *F.* 15 indoctus *deest L.* proprio] episcopo *V1.* 16 id est *desunt B,* eidem *V1,* id *L.* presbyteros *V1,* presbytero *F,* presbyteris *L.* diaconem *V1,* diaconus *F,* diac *L.* subdiacones *V1,* subdiaconus *F,* subdiac *L.* a *deest V1.* doceri] docetsi *V1,* docere *F. L.* ammoneantur *L.* 17 et interim] interim *B.* interim] iterum *V1,* inter *L.* subiectis *V1. F,* subiectos *L.* clericos *F.* tempus] tempus a *B,* templi *V1,* tempora *F.* celebratione] *ita B. L,* ce(cae-)lebrationem *V1. F. G.* divinae *V1. B,* divina *F,* divinis *G.* 18 mysterii — suspendantur] *ita F,* hostiae et officiis suspendantur *B,* hostiae fiat officii *V1,* misteriis et officiis suspendantur *G,* mysterii et officii suspendantur *L.* debitum *B. F. G. L.* ministerium] misterium *F.* 19 Sin] Si *B. G.* non *deest G.* potestatem *F.* sit *V1. G.* canonicae iudicandi *desunt G.* canonice *B. F.* — — 20 IIII. Episcopi] . . . *M4.* vel *deest V4.* 21 ut] . . *M4.* possent *corr.* possint *V3.* admoneantur *corr.* ammoneantur *P.* tales ab] t . . . b *M4.* offitio *V3.* 22 ministerium] . . . sterium *M4.* discere] decernere *M3. 4. P. V4.* canonicae *M3,* . . . nonicae *M4.*

1) *Concil. Chalcedonense c. 2; Mansi VII, 373.* 2) *Cf. canones apostolorum c. 30; ibid. I, 53.* 3) *Gregorius M., Reg. pastor. lib. III prol.; Opp. II, 34.* 4) *Cf. ex. gr. decreta Gelasii c. 16 (Jaffé-K. n. 636).* 5) *Cf. ibid. cc. 1. 11; v. praeterea concilium Romanum 743 c. 11, supra p. 17.*

(V1). V. Ut[1] episcopi extra propriam parroechiam non morentur. Episcopi enim ad culturam propriae eclesiae suae sepissimae debent adesse, quia absentia episcopi plerumque fit calamitas plebis. Ideoque Sardicense[3] ammonente concilio ultra trium ebdomadarum spatium a propriis eclesiis non morentur, nisi fortasse per iussionem metropolitani vel principis ex necessitate contingat, quoniam longius nisi per auctoritatem canonicam proficisci neque subiecti sacerdotes debent.

(B, F, G, L). V. Ut[2] in eligendis episcopis canonum regula conservetur. Episcopum enim consecrari non convenit, nisi a clericis et populo fuerit postulatus. Unde Caelestinus papa dicit: Nullus[4] invitis ordinetur episcopus; plebis enim, clericorum et ordinis consensum et desiderium constat esse requirendum; et Leo sanctissimus papa ait: Nulla[5] enim ratio sinit, ut inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus expetiti. Quodsi in eadem eclesia dignus non inveniatur, tunc alter de altera eligatur eclesia; tamen, quamvis necessitas eveniat, invidiose nullo modo consecretur invitus.

Forma minor. V. Ut episcopi a clero et populo eligantur; quodsi necessitas fuerit, ut de alia aeclesia eligatur, nullo modo invidiose consecretur.

(V1). VI. Ubi[6] clerici consistere debeant. Necessaria[8] etenim res existit, ut iuxta eclesiam claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis eclesiasticis

(B, F, G, L). VI. Ut[7] episcopi extra propriam parroechiam non morentur. Episcopi enim ad culturam propriae ecclesiae suae sepissime debent

V. 1 V. Ut — morentur] *ita V1,* VI. Ut episcopus extra ... non morentur *F,* VI. Ut episcopi extra propriam parroechiam non morentur *G,* VI. Ut episcopi extra parrachia non morentur *L,* VI. *B.* 3 cultura *F.* propriam *V1,* propria *F,* propriis *G.* 4 ecclesiae *B. F. L,* eclesiis *G.* suae *deest F. G.* sepissime *F. L,* sepius *G,* piissime *B.* 5 quia] qui *F.* fit] sit *F.* 6 Sardicense] sacerdos diocese *V1,* Sardocense *F,* sacerdotes censere *L.* 7 admonente *B. F. G.* hebdomadarum *B,* ebdomatarum *G.* 8 a] extra *F, deest G.* ecclesiis *B. F. L.* 9 fortasse] forte *B. G.* 10 principis] si *add. G.* 11 auctoritate canonica *F.* 12 neque] nequo *F.* subiecti] suscepi *V1,* suscipi *B,* subiectis *F.*

VI. 20 VI. Ubi — debeant] *ita V1,* VII. Ubi — debeant *F. G. L,* VII *B.* 21 res existit] resistere *V1.* existat *F.* 22 eclesiae *V1,* ecclesiam *B. F. L.* 23 clericis *V1,* clerici *corr. al. man.* clericis *F.* ecclesiasticis *B. F. L.*

V. 1 V. Ut — conservetur] *ita F. L,* V. Ut neglegendis episcopi canon regul observentur *G,* V. *B.* elegendis *F.* 3 Episcopus *F.* consecrare *B.* 5 Caelestinus] et Caelestinus *B,* et lestinus *G.* 6 invitis] invictus *G.* 7 et ordinis] ordinis *F.* consensu *F,* consensus *G. L.* 10 episcopus *F.* habeatur *F.* 11 electi nec] electi *F.* 12 expediti *F.* ecclesia *B. F. L.* 13 alter *deest G.* 14 ecclesia *B. L.* tamen] tam *G.* 15 consecretur] conservetur *L.* — — 16 Ut *deest V3. M3. 4. V4.* 18 ecclesia *V2. P. V4,* aecclesia *V3,* eclesia *M3. 4.* aeligatur *V3.* 19 invidiosae *M4.*

VI. 20 VI. Ut — morentur] *ita G,* VI. Ut episcopus extra ... non morentur *F,* VI. Ut episcopi extra parrachia non morentur *L,* VI. *B.* 22 cultura *F.* 23 propria *F,* propriis *G.* eclesiis *G.* suae *deest F. G.* sepissime] piissime *B,* sepius *G.*

1) = *infra p. 569 col. 2 l. 20 sqq. c. 6; capita enim 5—10 codicis V1 sunt in reliquis libris cc. 6—10. 5.* 2) = *infra p. 572 col. 1 l. 1 sqq. c. 10; capita 5—10 librorum B, F, G, L sunt in V1 cc. 10. 5—9.* 3) *Concilium Sardicense c. 15; Mansi III, 28.* 4) *Caelestini decreta c. 18:* Nullus invitis detur episcopus; cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur *(Jaffé-K. n. 369); v. ib. c. 20 (l. l. n. 371).* 5) *Decreta Leonis c. 15 (ibid. n. 544); v. ib. c. 35 (l. l. n. 411).* 6) = *infra p. 570 col. 2 l. 14 sqq. c. 7.* 7) = *supra p. 569 col. 1 l. 1 sqq. c. 5.* 8) *Cf. c. 3 C. 12 qu. 1.*

(V 1) vacent. Itaque omnibus unum sit refectorium ac dormitorium seu ceterae officinae ad usus clericorum necessariae. Ministri vero post episcopum super eos tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornet quam dehonestet.

(B. F. G. L) adesse, quia absentia episcopi plerumque fit calamitas plebis. Ideoque Sardicense[1] admonente concilio ultra trium ebdomadarum spatium a propriis ecclesiis non morentur nisi fortasse per iussionem metropolitani vel principis ex necessitate contingat, quoniam longius nisi per auctoritatem canonicam proficisci neque subiecti sacerdotes debent.

Forma minor. VI. Episcopi extra trium ebdomadarum spacium a propriis aeclesiis non morentur nisi iussu regis vel metropolitani.

(V 1). VII. **De[2] sacerdotibus in subiectis baptismalibus plebibus constituendis.** Episcopi in baptismalibus plebibus ut certe propriis diligenter curam habere debent et, cum in eis presbyteros necessitas occurrerit ordinandi, ut reverentius observetur; convenit enim in eis ibidem habitantium sibi adhibere consensum[5].

(B, F, G. L). VII. **Ubi[3] clerici consistere debeant.** Necessaria[4] etenim res existit, ut iuxta ecclesiam claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus unum sit refectorium ac dormitorium seu ceterae officinae ad usus clericorum necessariae. Ministri vero post episcopum super eos tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornet quam dehonestet.

Forma minor. VII. Clerici iuxta aeclesiam habeant claustra. Quibus unum sit dormitorium ac refectorium et reliquae officinae.

VI. 2 caeterae *L.* 3 necessaria *V 1.* 4 eos] ea *G.* 5 tales *deest L.* 6 exornent *B. F,* exhornent *G.* dehonestent *B. F. G.*

VII. 14 VII. De — constituendis] *ita V 1,* VIII. De sacerdotibus in babtismalibus plebibus con . . . *F.* VIII. De — constituendis *G. L,* VIII. *B.* 16 Episcopis *V 1.* in] subiectis *add. B.* babtismalibus *F.* 17 plebibus *deest L.* certe] testes *G.* 18 in eis *desunt V 1.* 20 observentur *F. G.* in eis] esse *V 1, desunt B.* 21 sibi] sibe *V 1.* consensu *L.*

VI. 1 quia] qui *F.* 2 fit] sit *G.* 3 Sardocense *F,* sacerdotes censere *L.* ammonente *L.* 4 hebdomadarum *B,* ebdomatarum *G.* a] extra *F, deest G.* eclesiis *G.* 5 fortasse] forte *B. G.* 6 principis] si *add. G.* 7 auctoritate canonica *F.* 8 neque subiecti] nequo subiectis *F,* neque suscipi *B.* — — 10 ebdomadorum *M 4.* 11 spatium *V 2. M 3. 4. P.* ecclesiis *V 2. P. V 4,* aecclesiis *V 3,* eclesiis *M 3. 4.* 12 iusso *M 4,* iusse *corr. ead. man.* iussu *V 4.* regis vel *desunt P.*

VII. 14 VII. Ubi — debeant] *ita F. G. L,* VII. *B.* 16 existat *F.* eclesiam *G.* 17 clerici *corr. al. man.* clericis *F.* eclesiasticis *G.* 19 caeterae *L.* 21 eos] ea *G.* 22 tales *deest L.* 23 exornent *B. F,* exhornent *G.* dehonestent *B. F. G.* — — 24 iuxta] extra *M 3.* eclesiam *V 2. M 3. 4.* aecclesiam *V 3,* ecclesiam *P. V 4.* 26 relique *V 2. 3,* reliqua *M 3. P. V 4,* reliquam *M 4.* officine *V 2. 3,* officia necessaria *M 3. V 4,* officii necessaria *M 4. P.*

1) *V. supra p. 569 ann. 3.* 2) *= infra p. 571 col. 2 l. 1 sqq. c. 8.* 3) *= supra p. 569 col. 1 l. 20 sqq. c. 6.* 4) *V. supra p. 569 ann. 8.* 5) *Cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 261 ann. 85.*

(V1). VIII. Ut[1] clerici non plus quam sufficiant ordinentur. Itaque in congregandis clericis modus discretionis teneatur; videlicet ne plus admittantur, quam facultas rerum eis canonicae adtributa sufficere possit.

(B, F, G, L). VIII. De[2] sacerdotibus in subiectis baptismalibus plebibus constituendis. Episcopi in baptismalibus plebibus ut certe propriis diligenter curam habere debent et, cum in eis presbyteros necessitas occurrerit ordinandi, ut reverentius observetur; convenit enim in eis ibidem habitantium sibi adhibere consensum[3].

Forma minor. VIII. Plebani presbyteri reverentius ordinentur et cum consensu plebis.

(V1). VIIII. De[4] sacerdotibus, qui in eclesiis vel monasteriis non habitant. Sacerdotes namque constitui non oportet, nisi in ecclesiis aut speciali monasterio deputentur[6], ne necessitas in saecularibus domibus illis habitandi occurrat. Alioquin a propriis episcopis aut in episcopia aut in monasteria habitandi et conversandi pro exercendo officio constituantur; in quibus enim mulieres conversari nulla ratio permittit. Ideoque ibi eos conservari et enutriri oportet.

(B, F, G, L). VIIII. Ut[5] clerici non plus quam sufficiant ordinentur. Itaque in congregandis clericis modus discretionis teneatur, videlicet ne plus admittantur, quam facultas rerum eis canonicae adtributa sufficere possit.

Forma minor. VIIII. Clerici non plus ordinentur, quam eis facultas possit sufficere.

VIII. 1 VIII. Ut — ordinentur] *ita V1,* VIIII. Ut clerici non plus quam sufficere ordinentur *G,* Ut clerici non plus quam sufficiant ordinentur. VIIII. *L, rubrica in F non iam legi potest,* IX. *B.* 3 in *deest G.* concrecandis *F.* modum *V1.* 4 plus] . . . *F.* admittatur *V1.* 5 eis] . . . *F.* canonice *B. F.* adtributa] ettributa *F,* attributa *G. L.* 6 possint *V1,* p . . . *F.*

VIIII. 13 VIIII. De — habitant] *ita V1,* X. De sacerdotibus . . . in monasteriis non . . . *F,* X. De sacerdotibus, qui in eclesiis vel monasteriis non habitant *G,* X. De sacerdotibus, qui in ecclesiis vel monasteria non habitant *L,* X. *B.* 15 constitui non] con . . . *F.* 16 in *deest F. L.* ecclesia *F,* eclesia *G.* speciali monasterio] sp . . . terio *F.* monasterii *L.* 17 ne *deest V1. F.* necessitas — saecularibus] neces . . . *F.* 18 habitando *F. G.* occurrat. Alioquin] . . . quin *F.* 19 aut — aut] . . . *F.* 20 habitandi — conversandi] habit . . . *F.* 21 officia *L.* 22 enim *deest V1. B, an* etiam *legendum est?* conversari — permittit] *ita V1. B. L,* conversare nulla ratione permittitur *F,* nulla conversari ratione permittit *G.* 23 Ideoque — oportet *desunt G.* 24 enutriri] nutriri *B. F. L.*

VIII. 1 VIII. De — constituendis] *ita G. L,* VIII. De sacerdotibus in subiectis babtismalibus plebibus con . . . *F,* VIII. *B.* 3 in] subiectis *add. B.* 4 babtismalibus *F.* plebibus *deest L.* certe] testes *G.* 7 observentur *F. G.* 8 in eis *desunt B.* 9 consensu *L.* — — 11 ordinetur *M4. V4.*

VIIII. 13. VIIII. Ut — ordinentur] VIIII. Ut — sufficere ordinentur *G,* IX. *B,* Ut — ordinentur. VIIII. *L, rubrica in F non iam legi potest.* 15 in *deest G.* concrecandis *F.* 16 plus] . . . *F.* 17 eis] . . . *F.* canonice *B. F.* 18 attributa *G. L,* ettributa *F.* possit] p . . . *F.* — — 19 plus] plures fiant vel *corr. al. man. P.* 20 eis] eorum ecclesie *P.* possit] posscit *V4(?).*

1) = *infra p. 571 col. 2 l. 14 sqq. c. 9.* 2) = *supra p. 570 col. 1 l. 14 sqq. c. 7.* 3) *V. supra p. 570 ann. 5.* 4) = *infra p. 572 col. 2 l. 1 sqq. c. 10.* 5) = *supra p. 571 col. 1 l. 1 sqq. c. 8.* 6) *Cf. concil. Chalcedonense c. 6; Mansi VII, 375.*

(V 1). X. Ut[1] in eligendis episcopis canonum regula reservetur. Episcopum enim consecrari non convenit, nisi a clericis et populo fuerit postulatus. Unde Celestinus papa dicit: Nullus[3] invitis ordinetur episcopus; plebis enim, clericorum et ordinis consensum et desiderium constat esse requirendum; et Leo sanctissimus papa ait: Nulla[5] enim ratio sinit, ut inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus expetiti. Quodsi in eadem eclesia dignus non inveniatur, tunc alter de altera eligatur eclesia, tamen, quamvis necessitas eveniat, invidiose nullo modo consecretur invitus.

(B, F, G, L). X. De[2] sacerdotibus, qui in eclesiis vel in monasteriis non habitant. Sacerdotes namque constitui non oportet, nisi in ecclesiis aut speciali monasterio deputentur[4], ne necessitas in saecularibus domibus illis habitandi occurrat. Alioquin a propriis episcopis aut in episcopia aut in monasteria habitandi et conversandi pro exercendo officio constituantur; in quibus enim mulieres conversari nulla ratio permittit. Ideoque ibi eos conversari et nutriri oportet.

Forma minor. X. Sacerdotes non constituantur nisi in aeclesiis aut monasterio, ubi feminae non habitant.

XI. Ut sacerdos non aliquo ludo delectetur. Sacerdos enim sedulae divina debet perscrutari et ammonere eloquia, ut inveniatur beatus, de quo
Ps. 1, 2. psalmista ait: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* Quamobrem ludos aliquos coram se fieri non delectetur[6]. Transgressor quippe inventus ammonitione episcopi ulterius agere desinat; sin autem, canonice iudicetur.

Forma minor. XI. Sacerdos nullo ludo delectetur.

X. 1 X. Ut — reservetur] Ut in lege latendis episcopis canonum regula reserventur *V 1*, V. Ut in elegendis — conservetur *F*, Ut neglegendis episcopi canon regut observentur *G*, V. Ut in eligendis episcopis canonum regula conservetur *L*, V. *B*. 2 Episcopus *F*. 3 consecrare *B*. convenit] oportet *V 1*. 4 et] a *add. V 1*. postulatus] ordinatus *V 1*. 5 Caelestinus] et Caelestinus *B*, et lestinus *G*. invitus *V 1*, invictus *G*. 7 et ordinis] ordinis *F*. consensu *F*, consensus *G. L*. 8 sanctissimus papa] papa sanctissimus *V 1*. 9 episcopus *F*. 10 habeatur *F*. electi nec] electi *F*. 11 expediti *F*. 12 ecclesia *B. F. L*. alter *deest G*. 13 ecclesia *B. L*. tamen] tam *G*. 14 invitiose *V 1*. 15 consecretur] cónservetur *L*.

X. 1 X. De — habitant] X. De sacerdotibus ... in monasteriis non ... *F*, X. De sacerdotibus, qui in eclesiis vel monasteriis non habitant *G*, X. De sacerdotibus, qui in ecclesiis vel monasteria non habitant *L*, X. *B*. 3 constitui non] con ... *F*. 4 in *deest F. L*. ecclesia *F*, eclesia *G*. 5 speciali monasterio] sp ... terio *F*. monasterii *L*. ne *deest F*. necessitas — saecularibus] neces ... *F*. 6 habitando *F. G*. 7 occurrat. Alioquin] ... quin *F*. 8 aut — aut] ... *F*. 9 habitandi — conversandi] habit ... *F*. 10 officia *L*. enim] *ita F. G. L, an* etiam *legendum est?, deest B*. 11 conversari — permittitur] conversare nulla ratione permittitur *F*, nulla conversari ratione permittit *G*. 12 Ideoque — oportet *desunt G*. — — 13 Sacerdotes] nullo *add. M 4, sed postea deletum*. 14 ecclesiis *V 2. P. V 4*, aecclesiis *V 3*, eclesiis *M 3. 4*. monasterio *corr. al. man.* monasteriis *P*. 15 femine *V 2. 4*, faeminae *V 3*. habiteut *V 2. P*, habitant *corr.* habitent *V 3*.

XI. 16 XI. Ut — delectetur] *ita V 1. F. G*, XI. Ut sacerdotes fenoris aliquid aut rustica ministeria non exerceant *(v. infra rubricam c. 12) L*, XI. *B*. Sacerdotes *L*. 17 sedulae *corr.* sedule *F*, sedule *B. G. L*. perscrutare *V 1*. admonere *F. G. L*. beatus *deest V 1*. 18 meditavitur *V 1*. ludo aliquo *V 1. F. G*, ludum aliquod *F*. 19 non *deest F*. delectentur *L*. inventus — ulterius] inventura episcopi monitione alterius *V 1*. inventus] ad *add. G*. admonitione *F*, admonitionem *G*, ammonitionem *L*. 20 desinat] disignat *G*, designat *L*. sin] si *V 1*, *deest G*. canonicae *G*. — — 21 Sacerdos] Episcopus vel *praemittit al. man. P*. ludo] modo *M 3*.

1) = *supra p. 569 col. 2 l. 1 sqq. c. 5.* 2) = *supra p. 571 col. 1 l. 13 sqq. c. 9.* 3) *V. supra p. 569 ann. 4.* 4) *V. supra p. 571 ann. 6.* 5) *V. supra p. 569 ann. 5.* 6) *Cf. concil. Laodicense c. 54; Mansi II, 582.*

XII. De sacerdotibus, qui officiis adesse debent. Sacerdotes itaque, qui ad debita et oportuna officia eclesiis indifferenter adesse debent, fenore aliquo aut venatione vel aliqua occupatione rusticoque ministerio omnino non occupentur[1], quia sine[2] ornatu sacerdotali extra domos eos apparere non convenit[3], ne ut aliquis saecularium iniurias patiantur, sed ea solummodo, quae per patrum constituta videntur, observent. Contrarius denique inventus aut deinceps desinat aut canonicae subiaceat disciplinae.

Forma minor. XII. Sacerdotes foenoris aliquid aut rustica ministeria non exerceant; quos sine ornatu sacerdotali extra domos apparere non convenit.

XIII. Si sacerdotes testimonium dicant. Quamquam[4] sacerdotum testimonium credibilius habeatur, tamen ipsi in saecularibus negotiis pro testimonio[5] aut conficiendis instrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si enim eventae causae aliquid viderint aut audierint, ubi nullae saecularium idoneae personae inveniantur, ne veritas occultetur et malus ut bonus existimetur, in providentia proprii sit episcopi, ut aut coram se et conpetentibus iudicibus aut aliter veritatem honorificae adtollant.

Forma minor. XIII. Sacerdos testimonium non dicat, nisi forte ab episcopo suo fuerit pro necessitate interrogatus.

XIIII. Ubi sacerdotes post condemnationem esse oportet. Sacerdos[6] etenim aut quivis alius in ordinem eclesiasticum provectus, si in eo scelere

XII. 1 XII. De — debent] *ita V 1, ubi sine numero:* Ut sacerdotis (*lege:* sacerdotes) generis (*l.:* feneris) aliquid aut rustica ministeria non exerceant *praemittuntur,* XII. Ut sacerdotes feneras (*l.:* feneris) aut rustica ministeria non exerceant *F,* XII. Ut sacerdotes feneralia aut rustica ministeria non exerceant *G,* XII. Ut sacerdotes fenore aliquo aut ludo *(v. can. 11)* non occupentur et rustica ministeria non exerceant *L,* XII. *B.* 2 ad *deest F.* devita *V 1.* opportuna *B.* ecclesiis *B. F. L.* fenere *V 1,* foenore *B.* 3 venatione] benatione *V 1.* occupatione] aucupatione *B. F.* 4 ornatu] ordine *F.* sacerdotalis *F.* domus *V 1. L,* dimus *F.* appareret *F.* ut] *intellige:* sicut. 5 aliquis — iniuriis *V 1. F. L,* aliqui — iniuriis *G.* paciantur *G,* patiatur *L.* patres *B.* constituta] instituta *G.* 6 videntur] iubentur *L, certe coniectura non mala. intellige:* videntur esse permissa. observant *F.* Contrariusque *V 1.* canonice *F. G.* — — 8 Sacerdos *P.* faenoris *M 4.* aliquit *V 2.* mynisteria *M 4.* exerceat *P.* 9 appare *M 3,* apparare *M 4.*

XIII. 10 XIII. Si — dicant] *ita V 1. L,* XIII. Si sacerdo testimonium dič *F,* XIII. Si sacerdos testimonium dicat *L,* XIII. *B.* 11 credibit *L.* ipsi] . . si *F.* secularibus *F. G.* conficiendis] confugiendis *G,* conficientis *L.* 12 rogetur *V 1,* rogen . . . *F.* Si — eventae] . . . habentem *F.* 13 evente *G. L.* caussae *B.* aliqui *L.* aut] . . . *F,* vel *L.* nullae — occultetur] nullae idoneae seculari . . . *F.* saecularium — inveniantur] idoneae saecularium (seculariae *G*) inveniantur personae *B. G. L.* 14 ut] et *F.* extimetur *F. L,* estimetur *G.* in providentia] . . . ntia *F.* 15 propria *G.* ut *deest L.* ęt conpetentibus] . . . bus *F.* competentibus *B. G. L.* veritatem] hereditatem *V 1,* veritate *L.* 16 honorifice *B. G. L,* . . . *F.* attollant *B. F,* attollat *G. L.* — — 17 Sacerdotes *V 4.* dicant *V 4.* fuerit — interrogatus] pro necessitate fuerit interrogatus *M 3.* fuerit] *etiam V 4.* 18 interrogatus] *etiam V 4.*

XIIII. 19 XIIII. Ubi — oportet] *ita V 1. L,* Cap. XIIII. *F,* XIIII. Ubi sacerdotes post condempnem (*l.:* condempnationem) esse oportet *G,* XIIII. *B.* 20 Sacerdos] . . . *F,* Sacerdotes *G.* quivis] quis *F. L,* quamvis *G.* ordin. *F,* ordine *G et etiam L.* ecclesiasticum *B. L,* . . . sticum *F,* eclesiastico *G.* provectus] praeventus *V 1.* eo] eos *G.* scelere inveniatur] sce . . . *F.*

1) *Cf. canones apostolorum c. 44, concil. Nicaenum c. 17, Laodicense c. 5, Carthaginiense c. 5; Mansi I, 56. II, 682. 577. III, 711.* 2) *Cf. c. 4 C. 21 qu. 4.* 3) *Cf. concil. Romanum 743 c. 3; supra p. 12 sq.* 4) *Cf. c. 2 C. 14 qu. 2.* 5) *Cf. concil. Africanum c. 26; Mansi III, 766.* 6) *Cf. c. 7 Dist. 81.*

inveniatur, quo abiciendus existat, depositus providentia episcopi bene proviso loco constituatur, ubi peccata lugeat et ulterius non committat.

Forma minor. XIIII. Sacerdos depositus in tali loco constituatur, ubi peccata lugeat et ulterius non committat.

XV. De suspectis sacerdotibus. Si[1] quispiam sacerdotum, id est episcopus, presbyter aut diaconus vel etiam subdiaconus, de quacumque femina crimine fornicationis suspicatus, post primam secundamque et tertiam ammonitionem metropolitani vel alterius episcopi aut eius, cui subiacere videtur, inveniatur fabulari cum ea aliquove modo conversari, canonicae iudicetur. Quapropter unusquisque episcopus in tali re studiosae hac diligenter curam habere debet, ne eclesia Christi a propriis possit sordidari ministris, quia, cum propriam uxorem habere non permittitur, maximae ab omni femina sit abstinendus.

Forma minor. XV. Si quispiam sacerdotum, id est presbyter vel diaconus vel subdiaconus, de quacumque femina crimine fornicationis suspicatus, post primam secundamque et tertiam admonitionem inveniatur fabulari cum ea vel aliquo modo conversari, canonice iudicetur.

XVI. Ut episcopis de subiectis plebibus aliisque piis locis non liceat res auferre. Nulli[2] episcoporum liceat res immobiles de subiectis plebibus seu aliis piis locis in proprio usu habere, ne maiores enormiter locupletentur aut minores tali facto pauperiores inveniantur. Contra agens canonica auctoritate coartandus existat[3].

Forma minor. XVI. Nulli episcoporum liceat res immobiles de subiectis plebibus aliisque piis locis in proprio usu habere.

XIIII. 1 quo] quod *L.* abiiciendus *B.* depositus providentia] . . . tia *F.* loco — ubi] lo . . . *F.* 2 constituantur — lugeant — committant *G.* ulterius — committat] . . . *F.* — — 3 constituantur *V 2.* peccata] pe . . . ta *M 4.*

XV. 5 XV. De — sacerdotibus] *ita V 1. G. L,* XV. De suspec . . . *F,* XV. *B.* 6 aut *deest F. G. L.* vel *deest F.* 7 suspicatus *deest V 1,* suspicatur *L.* prima secundaque et tertia ammonitione *V 1.* secundam *L.* et tertiam] etiam *G.* admonitionem *F. G.* 8 cui] cuius *V 1,* cuius *corr.* cui *F.* inveniuntur *G.* 9 eam *V 1.* aliquove] *ita V 1. F,* aliove *B,* vel aliquo *G,* aliquo *L.* modo] cum ea *add. G.* canonice *B. F. G. L.* episcoporum *G.* re] se *G.* 10 studiose *B. F. L,* studio *G.* hac] ac *B. F. G. L.* eclesiae *V 1,* ecclesia *B. F. L.* 11 sordidare *V 1. G,* sordidare *corr.* sordidari *P.* cum *corr.* cui *F.* maxime *B. F. G. L.* 12 sit] est *B.* — — 13 id est] idem *M 3. 4,* id *P.* vel diaconus] diaconus *V 2. 3. M 3. 4. P. V 4.* subdia . . . *M 4.* 14 quacunque *M 2.* suspicatus] susp . . . tus est *M 4.* suspicatus] suspicatur *V 2,* est *add. M 3. 4. P. V 4.* secundamve *M 3. 4. P. V 4.* et tertiam] et terciam *V 3,* aut tertiam *V 4.* 15 ammonitionem *M 3. P. V 4,* . . . nicionem *M 4.* aliquo modo] ali . . . do *M 4.* canonicae *M 4.*

XVI. 17 XVI. Ut — auferre] *ita L,* XVI. Ut episcopus — liceat auferri *V 1,* XVI. Ut episcopus — liceat res auferre *F,* XVI. Ut episcopo — liceat res auferre *G,* XVI. *B.* 18 Nullis *L.* inmobiles *F,* ignobiles *L.* 19 seu aliis] aliisque *F. G. L.* enormiter] inormiter *V 1. F. L,* enormitur *G.* 20 locupletantes *V 1.* aut] et *F. G. L.* pauperes *G.* canonicam auctoritatem *G.* 21 coarctandus *B,* cohortandus *L.* — — 22 *sqq.* XVI. Nulli — habere. XVII. Presbyter — spernat. XVIII. Episcopus — alio] XVI. Presbyter — non spernat. XVII. Episcopus — alio. XVIII. Nulli — habere *M 2. V 2,* XVI. Presbyter — spernat. XVII. Nulli — habere. XVIII. Episcopus — alio *V 3.* immobiles] immoles *V 4.* subiecti *M 4.* plebibus] . . . bibus *M 4.* 23 in] im *M 4.*

1) *Cf. c. 22 Dist. 81.* 2) *Cf. c. 27 C. 12 qu. 1.* 3) *Cf. canones apostolorum c. 41, concilium Antiochenum c. 25; Mansi I, 35 sq. II, 1328.*

XVII. De presbyteris, qui pro unius oblatione alterius recipere nolunt. Presbyteri nullius blandiantur aut suadeantur sermonibus, ut non omnium ad se concurrentium in quibuslibet sacris locis oblationes ad missarum sollemnitatem recipiant, quia, cum mediatores Dei hominumque existunt, in exercendis votis relaxandisque peccatis largissimam debent orationem peragere. Si quis autem contra haec temerator extiterit, aut desinat aut doctoris proprii constringatur sententia. Redemptor etenim noster, cum sit omnipotens inmensaeque misericordiae plenus, quantorum populorum vota non recipit et vincula peccatorum unatenus non resolvit!

Forma minor. XVII. Presbyter pro unius oblatione alterius non spernat.

XVIII. Qua re aut auctoritate dimissoriae fiant aut credantur. Episcopus[1] subiecto sibi sacerdoti vel alii clerico nisi ab alio postulatus dimissorias[2] non faciat, ne ovis quasi perdita aut errans inveniatur, sed per consensum unius in alterius inveniatur ovili. Et ne false ut vere credantur et vere ut falsae suspicentur, universalis pontificis aut imperialis vel metropolitani bulla roborari oportet.

Forma minor. XVIII. Episcopus clerico sibi subiecto non faciat dimissorias nisi rogatus ab alio.

XVIIII. Ut episcopi universique sacerdotes habeant advocatos. Quia[3] episcopi universique sacerdotes ad solam laudem Dei bonorumque operum actionem constituuntur, debet ergo unusquisque eorum tam pro eclesiasticis quam etiam propriis suis actionibus, excepto publico videlicet crimine, habere advocatum non malae famae suspectum, sed bonae opinionis et laudabilis artis inventum, ne, dum humana lucra adtendunt, aeterna praemia perdant.

Forma minor. XVIIII. Ut episcopi et omnes sacerdotes habeant advocatos.

XX. De his, qui advocatum invenire nequeunt. Si enim fuerit quispiam sacerdotum inventus, qui advocatum in iudicium proferre non valeat,

XVII. 1 XVII. De — nolunt] *ita G. L,* XVII. De presbyteris, qui oblationem alterius recipere nolunt *V1,* XVII. De presbyteris, qui pro unius oblationem alterius recipere nolunt *F,* XVII. *B.* 2 Presbyteris *V1. F. G.* nullis *G.* aut] et *G.* suadantur *F,* si addantur *L.* 3 concurrentium *ex* recurrentium *corr. V1.* oblationibus *G.* sollempnitatem *F.* 4 hominumque] et hominum *V1.* existant *B.* 5 relaxandasquae *L.* debebunt *F,* debet *L.* 6 haec] hunc *G.* existerit *F.* propriis *V1.* constringantur *L.* sententiam *V1.* 7 etenim] enim *B.* sit *deest F.* immensaeque *B,* inmenseque *G.* 8 recipit et] recipiet *V1.* — — 9 oblacione *V2.*

XVIII. 10 XVIII. Qua re — credantur] XVIII. Qua re — fiant credantur *V1,* XVIII. Qua re aut auctoritatis — aut credantur *G,* XVIII. Qua auctoritate dimissoriae fiant vel esse credantur *L, desunt F,* XVIII. *B.* 11 dimissoria *F,* dimissoriam *G. L.* 12 consensus *V1,* consensu *L.* 13 ovili] oculi *L.* falsae] vere *G.* ut] aut *F.* verae *B. F,* falsae *G.* vere] verae *B,* venire *F,* falsae *G.* falsae] verae *G.* 14 universalis] unius sat *L.* vel] aut *L.* bulla] ulla *L,* eas *add. B.* oportet *deest G.* — — 15 clerico] clero *M2. V2. 3.* fatiat *M4.* dimisorias *M4.*

XVIIII. 17 XVIIII. Ut — advocatos] *ita V1. L,* XVIIII. Ut — advocatum habeant *F,* XVIIII. Ut advocatos habeant *G,* XIX. *B.* 18 universi *F.* 19 actione *L.* constituantur *L.* devet *V1.* eorum] horum *F.* ecclesiasticis *B. L.* 20 etiam] pro *add. B, deest G.* publyco *F.* habere advocatum] advocatum habere *G.* 21 malae] bonae *F,* male *L.* fame *L.* suspectum] susceptum *V1,* suspectos *G.* bone *L. G.* inventus *G.* 22 adtendant *V1,* attendunt *B. G. L.*

XX. 24 XX. De — nequeunt] *ita V1,* XX. De his, qui advocatos nequeunt invenire *F,* XX. De his, qui advocatos invenire nequeunt *G. L,* XX. *B.* 25 qui] quia *F,* quae *L.* iudicio *F.*

1) *Cf. c. 1 Dist. 72.* 2) *V. supra p. 17 ann. 3.* 3) *Transiit hoc caput in librum Papiensem Loth. c. 101; MG. LL. IV, 557. V. praeterea c. 3 C. 5 qu. 3.*

coram plebe propria suum episcopum eundem oportet discutere sacerdotem, si bone an male conversationis existat aut cuius rei causa debitae advocatum habere non possit; male vero inventus pro qualitate culpae secundum canonum normam emendari curetur.

Forma minor. XX. Episcopus illum, qui advocatum invenire non potuerit, coram propria plebe discutiat canoniceque emendet.

XXI. De[1] monasterio vel oratorio, quod a proprio domino soli aedificatum est. Monasterium[2] vel oratorium canonicae constructum a dominio constructoris invito non auferatur, liceatque illi id presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius dioceseos et bonae auctoritatis dimissoriae cum consensu episcopi, ne malus existat, commendare, ita ut ad placita et iustam reverentiam ipsius episcopi oboedienter sacerdos recurrat.

Forma minor. XXI. Monasterium vel oratorium constructum canonice a dominio constructoris invito non auferatur, liceatque illi presbytero, cui voluerit, cum consensu episcopi, ne malus sit, commendare, ita ut ad placitum episcopi sacerdos oboedienter recurrat.

XXII. De invasione quasi pro parte eclesiae facta. Si quispiam invasor comprobatus dicat pro parte eclesiae se egisse, de privata sibi re pertinente ab ipso suoque herede solvatur invasio. Sacerdos denique in tali culpa pauper inventus a proprio canonicae iudicetur episcopo, ut non eclesia sibi commissa damnum sustineat.

Forma minor. XXII. Si quis invaserit rem aeclesiae, ab ipso suoque herede solvetur invasio.

XXIII. De xenodochiis et aliis piis locis. Per sollicitudinem

XX. 1 plebem propriam *V 1.* proprio *corr.* proprium *F.* eumdem *B,* tandem *G.* sacerdote *V 1.* bonae *ex* benae *corr. F,* bonae *B. G.* 2 malae *B. G. L.* conversatione *V 1.* existat] exhortat *V 1.* aut *deest B.* causa] caussa *B,* a cura *G.* debite *B. F. L.* 3 malae *B. F,* malus *G.* invenitur *V 1.* canonum] canonicum *G.* norma *F. G.* — — 6 canonicequae aemendet *V 3,* canonicaeque emendet *M 4.*

XXI. 7 XXI. De — est] *ita L,* XXI. De monasterium vel horatorium quod — est *V 1,* XXI. De monasterio vel oratorio, qui — edificatum est *F,* XXI. De monasterio vel oratorio, quod — dominio soli aedificatum est *G,* XXI. *B.* 8 oratorium] horatorium *V 1.* canonice *B. F.* 9 invite *B.* 10 pro *deest V 1.* dioceseos] dioeceseos *B,* docere eos *F.* bonae auctoritatis] idoneos auctoritate *V 1.* bone *F.* dimissoria *B.* 11 malum *V 1.* et] ad *add. B.* iustam reverentiam] iusta reverentia *V 1,* iuxta reverentiam *G. L.* 12 episcopis *F.* obedienter *B. F.* — — 13 oratorium] horatorium *V 3.* canonicae *M 4.* domino *M 2.* 14 invite *V 2. 3.* liceat *M 3.* 15 comendare *V 3.* ad *deest V 2. 3,* a *M 4.* oboedienter] obvianter *M 2. V 2,* ovanter *V 3.*

XXII. 16 XXII. De — facta] *ita V 1. G,* XXII. De — ecclesiae facta *F,* XXII. De invasione quasi in parte ecclesiae facta *L,* XXII. *B.* 17 conprovatus *V 1,* conprobator *F.* ecclesiae *B. F. L.* se egisse *ex* erexisse *corr. V 1.* privata *ex* pravata *corr. V 1.* rem *F.* 18 pertinentes *V 1. F.* ab] ad *F.* heredem *V 1,* haerede *B,* heredes *F. L.* in tali culpa] ita cum *V 1.* 19 canonice *B. F. G.* eclesiam *V 1,* ecclesia *B. L,* aeclesia *G.* commissam *V 1.* 20 dampno *F.* — — 21 quis] q̄ *V 4.* res *P. V 4.* ecclesiae *V 2. P. V 4,* aecclesiae *V 3,* eclesiae *M 3. 4.* suoque] quoque *V 2.* solvetur] salvetur *V 3. M 3. 4. V 4.* invasum *M 3. 4. P. V 4.*

XXIII. 22 XXIII. De — locis] *ita V 1,* XXIII. De senodochiis — locis *F,* XXIII. De senedochiis et aliis similibus locis *G,* XXIII. De xenodoxiis et aliis simibus (*l.:* similibus) *L, ubi sequuntur* Xenodochia et reliqua *quasi cum textu ipso capitis cohaerentia,* XXIII. *B,* Cp. VII. Esenodochia et reliqua monasteria *cum textu capitis cohaerentia praebet M 1.*

1) *Cf. U. Stutz, l. l. I, 259 sqq.* 2) *Cf. c. 33 C. 16 qu. 7.*

episcoporum, quorum dioceseos existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur, ut debiti panes atque cure pertinentibus revertantur.

Forma minor. XXIII. De senodochiis et aliis similibus locis. Per sollicitudinem episcoporum, in quorum dioceseos existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur, ut debiti panes atque curae pertinentibus revertantur.

XXIIII. De piis locis, que sine presbyteris existunt. Sunt quaedam pia loca, ut fertur, in diversis regionibus inventa, quae ita impia solitudine et sacerdotibus destituta nulloque debito ibidem resonante existunt officio, ut, cum sint pro sola Dei laude constituta, divino adtestante oraculo: *Domus mea domus orationis* Matth. 21, 13.
est, nunc autem ut aliae domus utilitate saecularium hominum sordide inveniuntur. Itaque[1] si proprio iure eclesiae sunt subiectae, episcopus ibidem sine intermissione presbyteros cum sufficiente suae utilitatis ope constituat, et, si saecularium hominum sunt iurae constituta, ab episcopo illius dioceseos admoneantur, et, si admoniti presbyteros infra trium mensium spatium ibidem neglexerint constituere, curam exinde habens episcopus absque neglectu principem suggerat, quatenus eius emendetur sententia.

Forma minor. XXIIII. Episcopi in propriis suis aeclesiis presbyteros ordinent; quodsi quislibet alius homo in sua infra trium mensium spacium ab episcopo admonitus presbyterum non miserit, episcopus principi suggerat, ut hoc emendetur.

XXV. De destructis ecclesiis. Eclesiae et quaelibet pia loca destructa reiacentia promissae atque susceptae formatae constitutione proprio dispendio

XXIII. 1 episcoporum] haec *add. B.* quorum *deest F. L.* diocescs *V 1,* dioeceseos *B.* existat *V 1. F,* exsistant *M 1.* ad easdem] aliasdem *F,* easdem *etiam L. M 1.* utilitatis *V 1,* utilitatem *L. M 1.* 2 debiti panes] devitis *V 1,* debitis *B.* curae *B. L.* pertinentibus revertantur] pertinentes consistant *M 1.* revertantur] vertant *G.* — — 3 senedochiis *V 3,* xenedochiis *M 3. 4,* xenodochiis *P.* 4 in] hi in *M 2. V 2. 3,* hinc *M 4,* hinc *corr.* in *V 4.* quorum] corum *M 4.* diuceseos *V 3.* ad] et *M 2. V 5.* 5 panis *M 3.* adque *V 3.* cure *V 2. 3. M 3. P. V 4.*

XXIIII. 6 XXIIII. De — existunt] *ita V 1,* XXIIII. De piis locis, quae sine presbyteros existunt *F,* XXIIII. De piis locis, quae sine presbyteris existunt *G. L,* XXIV. *B.* 7 quaedam] quidam *F.* pia loca] piacula *V 1.* ut] haec *V 1.* fertur] refertur *F.* que *F. L.* ita] ibi *F.* solitudine] sollicitudine *G,* solitudini *L.* 8 debito] devitae *V 1.* resonantem *V 1,* resonant nec *G.* existat *V 1. F.* officia *G.* sit *V 1. F.* 9 laudem *V 1.* constituta] constituit *L.* attestante *B. G.* 10 ut aliae] ad alie *F.* utilitatem *F.* secularium *F. G.* sordidae *G,* sordire *L,* sordere *B.* 11 iurae] *ita V 1. L,* iure *B. F. G.* ecclesiae *B. L, pro dativo intelligendum est.* sint *B. F, deest G.* subiecte *F, scil.* domus. intermissionem *V 1. F.* 12 presbyterorum *V 1. L,* presbyterum *G,* presbytero *F.* sufficientes *V 1,* sufficientiae *G.* utilitatis] aetatis *F.* ope] *ita B. F,* opere *V 1. L,* operis *G.* secularium *G,* . . . larium *F.* 13 sunt *al. man. corr.* sub *V 1. B.* sunt iurae] iurae sunt *V 1,* iure sint *B.* iurae] *ita V 1. L,* iure *B. F. G.* constitutae *B,* consti . . . *F.* ab] ad *F.* episcopis *L.* dioecesis *B.* admoneatur *V 1.* et si] . . . *F.* admonita *V 1.* presbyteris *V 1,* presbyterum *G,* presbytero *L.* 14 mensuum *V 1,* men . . . *F,* mensum *L.* neglexerit *V 1. G. L.* constituere] . . . ere *F.* 15 episcopo *F.* episcopus absque] . . . *F.* neglectum *V 1,* neglecta *F. G.* principem *deest V 1,* principi *G.* suggerat] suggerere *V 1,* sugger . . *F.* quatenus] . . . *F.* eius *deest L.* emendetur] remendetur *V 1.* 16 sententiam *F. L.* — — 17 in] im *V 4.* ecclesiis *V 2. P. V 4,* aecclesiis *V 3,* eclesiis *M 3. 4.* quilibet *V 3. M 3. 4. P. V 4.* 18 sua] basilica *add. (ead. man.?) P.* spatium *V 2. M 3. 4. P.* ammonitus *P 1.* 19 sugerat *V 2,* . . . gerat *M 4.* emendet *M 3. 4. P. V 4.*

XXV. 20 XXV. De — ecclesiis] *ita V 1,* . . . tructis eccle . . . *F,* XXV. De eclesiis destructis *G,* XXV. De destructis ecclesiis et piis locis *(v. can. 24) L,* XXV. *B.* Ecclesia *B,* Ecclesiae *F. L.* qualibet *F. L.* loca destructa] . . . tructa *F.* 21 promissae — susceptae] pro . . . suscepte *F.* formatae] eromata et *F.* constitutione] con . . . *F,* constitutionem *G,* constitut nos *L.* proprio] . . . prio *F.*

1) *Cf. U. Stutz, l. l. I, 260 sq.*

restaurentur; non sufficiente vero necessario a populo plebis auxilientur, qualiter Dei domus honorificae videantur existere.

Forma minor. XXV. Si destructae aeclesiae de propriis rebus reaedificari non potuerint, a populo plebis auxilientur.

XXVI. Si episcopus a subiectis sacerdotibus et clericis donationes exigat. Nulli[1] liceat episcoporum a subiectis sacerdotibus, quolibet alio clerico et piis locis donationes ultra statuta patrum exigere aut superposita in angariis inferre; sed, cum sit optimus prospector, ita prospiciat, ut universe sibi oves commissae a se maximae alantur atque in necessitatibus adiuventur quam inlicitis exactis donationibus opprimantur.

Forma minor. XXVI. Nullus episcopus a nullo sibi subiecto clerico donationes ultra statuta patrum exigat nec angaria.

XXVII. Quales abbates sint constituendi. Abbates etenim per coenobia vel, ut instanti tempore nuncupantur, monasteria tales constituantur, qui sui vocabuli ministerium Deo possint indubitanter supplere, ita docti, ut, quandoque fratrum neglegentia acciderit, omnino cognoscere possint et emendare. Sacerdotalem quoque sint honorem adepti, ut peccantium sibi subiectorum fratrum valeant omnimodis refrenare et amputare commissa, et ita observent, ut statuta regularum per omnia non inveniantur delinqui[2].

Forma minor. XXVII. Abbates per monasteria tales ordinentur, qui sibi subiectos bene regere possint. Sacerdotali quoque sint honore adepti.

XXV. 1 restaurentur — sufficiente] resta . . . entem *F.* necessario — plebis] necessa . . . *F.* plebi *V 1.* qualiter] quatenus *B.* Dei — honorificae] . . . *F.* 2 Dei domus] domus Dei *L.* honorifice *G. L.* videatur *B.* — — 3 XXV. Si destructae] . . . *M 4.* destructe *V 2. 4.* ecclesiae *V 2. P. V 4,* aecclesiae *V 3,* eclesiae *M 3. 4.* reedificari *M 4. V 4.* potuerint] . . . uerint *M 4.*

XXVI. 5 XXVI. Si — exigat] *ita V 1, ubi* a *ex* ad, exigat *ex* existat *correcta sunt,* XXVI. Si — sacerdotibus eclesiarum donationes exigat *G,* XXVI. Si — sacerdotibus et clericis donationem exigat *L, desunt F,* XXVI. *B.* 6 Nulli liceat] . . . at *F.* a *ex* ad *corr. V 1. F.* subiectis *e* subiecto *corr. F,* subiecto *B. G. L.* sacerdotibus] sacerdotibus vel *e* sacerdos *corr. F, ubi* vel *al. man. additum est,* sacerdote vel *B. G,* sacerdote *L.* quolibet] aliquolibet *B. G.* 7 et] ex *L.* donationes] dationes *B. F. G.* statuta] sta . . . a *F.* aut] . ut *F.* superposita] perposita *G.* 8 prospector] praespector *L.* prospiciat] perspiciat *V 1. L,* pros . . . *F.* ut] . . *F.* universae *B. F. G. L.* 9 commisse *G. L.* a *deest F.* se] sed *F.* maxime *B. F. G, intellige:* magis. adiubentur *V 1.* 10 donationibus] dationibus *B. F. G.* opprimantur] premantur *F.* — — 11 XXVI. Nullus] . . . us *M 4.* donationis *M 4.* ultra] . . tra *M 4.* 12 angaria] angarias *P,* in angaria *V 4.*

XXVII. 13 XXVII. Quales — constituendi] *ita G. L,* XXVII. Quales — constituendis *V 1,* . . . bba . . . onstituendi *F,* XXVII. *B,* Cp. VIII. Quales abbates vel abbatisse sint constituendi *M 1.* Abbates] . bbates *F,* et abbatisse *add. M 1.* 14 coenobia — instanti] per quē a nobis velud hortanti *V 1.* cenobia velut stanti *F,* caenobia velut stanti *F,* cenobia velud stanti *(ex* stantie *corr.) M 1.* instanti] hoc *B.* nuncupentur *F.* monasterium *G,* monasteriales abbatisse *M 1.* sui] cui *G.* 15 Dei *V 1,* digne *G (fortasse recte).* possit *L. M 1.* supplere] sub lege *F.* ita] et *add. M 1.* 16 negligentia *B,* neglegentiam *M 1.* acciderit] absciderit *F.* omnino] omnes *M 1.* possit *V 1. L. M 1.* emendari *F.* Sacerdotale *V 1. L. M 1,* Sacerdotali *corr.* Sacerdotalem *F,* Sacerdotali *G.* 17 honore *V 1. G, deest L. M 1.* adempti *G.* subiectorum] subiecta eorum *L.* valent *V 1,* valeat *L. M 1.* omnimodo *V 1,* neglecta *add. G.* 18 et ita] ita *V 1,* et ita ut *M 1.* observent] servent *M 1.* regularium *M 1.* non *deest M 1.* 19 deliquisset *V 1,* observatores *M 1.* — — 20 XXVII. Abbates] . . . tes *M 4.* sibi] . . . *M 4.* subiectos bene] bene subiectos *P. V 4.* 21 sacerdotalem *M 3. P,* sacerdo . . . *M 4.* sint honore] sint honorem *V 3. M 3. 4. P,* honore sit *V 4.* adepte *V 4.*

1) *Cf. c. 62 C. 16 qu. 1.* 2) *Cf. regula Benedicti cc. 2. 64 ed. Woelfflin p. 9 sqq. 62 sq.*

XXVIII. De monachis, qui in solo habitu existunt et non ea vita vivunt. Quamquam plura sint genera monachorum, observanda videlicet et alia omnimodo refutanda[1], tamen de his, qui in solo habitu existunt, diligenti cura debet unusquisque episcoporum in sua diocese decertare, ut qui religiositatem conantur inludere boni pastoris studio coartentur, ut aut ad proprium, quo defuerint, revertantur monasterium aut prospectu congruo in aliud mittantur, ut qui semel se Deo voverunt et habitum monachorum ostenderunt vel comas totonderunt regularem teneant vitam, uno scilicet, ut convenit, dormitorio ac refectorio dormientes atque existentes et ad similitudinem apostolorum omnia peragentes, quia *nec quisquam, quod habebat, aliquid* Act. 4, 32. *suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.*

Forma minor. XXVIII. Monachi solo habitu aut ad proprium monasterium revertantur aut in aliud mittantur.

XXVIIII. De feminis sub religioso habitu existentibus. Feminae[2] vero, quae habitum religiosum aut velamen obtentu religiositatis susceperunt, cum essent viripotentes, deinceps viris sociari non permittantur, sed eligentes monasterium regulariter vivant aut in domibus susceptum habitum castae observent; contra autem turpes invente providentia episcopi emendentur.

Forma minor. XXVIIII. Mulieres obtentu religionis velatae aut in monasterio regulariter vivant aut in domibus susceptum habitum caste observent.

XXVIII. 1 XXVIII. De — vivunt (*correxi ex* vibunt!)] *ita V1*, . . . De monachis, qui in solo . . . et non in eadem vivunt *F*, XXVIII. De — existunt et non in ea vita vivunt *G*, XXVIII. De — existunt et non eadem vita vivunt *L*, XXVIII. *B*, Cp VIIII. *M1*. 2 Quanquam *B*. monachorum] et monacharum *add. M1*. observata *F*. videlicet *deest G*. 3 omnimodis *G. F. M1*. tamen de] mentes *F*. habitu existunt] abitum exsistunt *M1*. diligentius *V1*. 4 unusquisque — ut qui *desunt M1*. dioecesi *B*, diocesis *F*. decertare ut qui] detestare atque *V1*. religiositate *V1. B. G. M1*. 5 illudere *B. G. L*. coartantur *V1*, coarctentur *B*, coerceantur *M1*. ut *deest M1*. quo — monasterium] quod defuerit monasterio revertantur *V1*, de quo defuerint revertantur monasterium *B*, quo defuerint revertantur . . . nasterium *F*, quo defuerunt revertantur monasterium *G*, quod fuerint revertantur monasterium *L*, quod defuerint monasterio revertantur monasterio *M1*. 6 prospectu congruo] per aspectum congruum *V1*, perspectum congruo *F. M1*, perspectum congruum *G*, perspectu congruo *L*. alium *V1. F*, alio *L. M1*. mittantur] . . . tantur *F*. se Deo] secundo *M1*. voverit *M1*. 7 habitu *L*. monachorum] monachi *B*, . . . chorum *F*, monachos *L*, monacho *M1*. ostenderunt] se ostenderit *M1*. vel — totonderunt *desunt G*. totunderunt *L*, totunderit *M1*. regulare *F*. vitam uno] . . . no *F*. 8 uno] ut non *V1*, in uno *G*. ut convenit] cum venerit *V1*, cum venit *F*. ac refectorio] . . . rio *F*, *desunt L*. ad similitudinem] . . . dinem *F*. 9 quia — quisquam] . . . uisquam *F*. nec] ne *V1. G. M1*. habeat *M1*. aliquid *deest V1*, aliquis in *F*, aliquis *M1*. 10 suum — dicebat] . . . cebat *F*. dicebant *L*. omnia *deest L*. communia] Similiter et abbatisse *add. M1*. — — 11 XXVIII. Monachi] . . . chi *M4*. 12 alio *corr.* aliud *P*.

XXVIIII. 13 XXVIII. De — existentibus] *ita G*, XXVIIII. De religionis habitu feminae existentis *V1*, . . . habitu feminis existentibus *F*, XXVIIII. De feminis in religioso habitu existentibus *L*, XXIX *B*, Cp X. *M1*, *v. quae infra l. 50 sqq. ex V3, codice formae minoris, proferemus.* 14 Feminas *V1*, . . . *F*, Feminam *M1*. quae] qui *V1*, *deest M1*. religiosum] . . . *F*. obtentu] optemptum *V1*. sub obtemptu *G*, optinente *M1*. religiositatis susceperunt] religio . . . *F*. susceperunt] *ita V1. B. L*, suscipiunt *F. G*. 15 veropotentes *G. M1*. deinceps — sociari] . . . are *F*. viris] viro *B*, viros *G. M1*, vero *L*. sociari] *ita B. G*, sociare *V1. L. M1*, . . are *F*. eligentes] ele . . . *F*, elegentes *M1*. monasterium] . . . *F*, monasteria *B. L*, monasteria adsiduae *M1*. 16 domibus — castae] . . . ste *F*. suscepto habitu *V1*. caste *B. G. L. M1*, . . ste *F*. 17 contra] econtra *M1*. autem — invente] . . . *F*. autem si turpes invente fuerint *M1*. invente] in ventre *V1*, inventae *B. G*, vivente *L*, invente fuerint *M1*. episcopis propriis emendent *M1*. — — 18 XXVIIII. Mulieres] . . . ieres *M4*. religionis] regionis *M4*. velate *V2. 3. 4*. 19 observent] Item. Feminae vero, quae habitum religiosum aut

1) *Cf. regula Benedicti c. 1 ed. Woelfflin p. 8 sq.* 2) *Cf. c. 31 C. 27 qu. 1.*

XXX. De negotiis et laborationibus die dominico non faciendis. Constat enim omnes omnino observare, ut die dominico nullas audeant operationes mercationesque peragere praeter in cibariis rebus pro iterantibus, ita ut libere possint ac debitae in eo die secundum possibilitatem omnes ad ecclesiam concurrere et in sola omnipotentis Dei oratione vacare, ut qui Christiano vocabulo nuncupantur convenienter opera peragere videantur.

Forma minor. XXX. Nullum negotium nullumque opus servile die dominico fiat.

XXXI. De criminalibus causis et furtis ceterisque similibus die dominico inventis. Sunt quippe qui dominico die, in quo commissa facinora debent oratione abstergere, alia delectantur committere. Itaque quae aliis diebus committantur licentia sit iudici auctorive[1] eo die personam suspectam reatu infamatam aut optima satisdatione aut custodiis constituere, ut licitis diebus iudicetur.

Forma minor. XXXI. Non die dominico, sed die alio mala acta iudicentur.

XXXII. De his, qui sine ostensione criminis inviti monasterio sunt introducti. Sicut[2] enim qui monasteria elegerunt a monasteriis egredi non permittuntur, ita hi, qui inviti sine iustae ostensionis crimine monasterio sunt intromissi, nisi volentes non teneantur, quia quod non petunt non observant. Ideoque tales considerandi sunt maximae peccata committere quam plangere, sicut decreto sanctissimi Leonis papae[3] manifestissime continetur.

Forma minor. XXXII. Si qui sine ostenso crimine inviti in monasteriis sunt missi, nonnisi volentes teneantur.

velamen obtentu religiositatis susceperint, cum essent viro potentes, deinceps viros sociare non permittantur, sed elegentes monasteria regulariter vivant aut in domibus susceptum habitum caste observent; contra autem turpes inventae providentia episcopi emendentur *add. V 3, ubi repetitur huius canonis forma uberior (v. supra p. 579 l. 14—17).*

XXX. 1 XXX. De — faciendis] *ita V 1. G. L,* XXX. De — faciendum *F,* XXX. *B.* 2 nullas audeant] nullus audeat *G. L.* 3 operationes] operari *V 1, ubi quae sequuntur* sive piscatio reque peragi *deleta sunt, loco* peragi *verbum* preter *positum est.* mercationesque peragere] preter *V 1 (v. quae modo attulimus),* mercatione sive peragere *F.* preter *V 1. G.* civariis *V 1.* pro iterantibus] pro intrantibus *V 1,* pro itinerantibus *B, desunt L.* 4 ac *ex* ut *corr. V 1.* devitae *ex* die vitae *corr. V 1,* debite *F.* die *deest B.* aeclesiam *G.* concurrere] currere *G.* 5 orationem *L.* ut] et *V 1.* qui] quia *V 1.* nuncupatur *G.* 6 opere *L.* videanttur *G.*

XXXI. 8 XXXI. De — inventis] *ita V 1 (ubi pro* ceterisque *legitur* quae*). F (ubi pro* furtis *positum est* fortis*). G. L (ubi* caeterisque *scriptum est),* XXXI. *B.* 10 abstergere] abstinere *F.* committere] commiti *L.* quae] *ita G,* quod *(intellige:* pro eo, *scil.* facinore, quod*) V 1. B. F. L.* 11 aliis] *num* talibus *aut* illis, *scil.* dominicis, *legendum est?* committuntur *G,* commitantur *L.* licentia — auctorive] licearis iudicio auctorivae *V 1,* iudicis auctoritate terminentur *G,* liceat iudici actori suae *L.* personae *V 1,* personä *L.* persona *G.* suspectu *V 1,* suspecta et *G.* 12 infamata *G. L.* optimam *F,* optimae *G.* satisdatione] *ita B. L,* satis damnatione *V 1,* satisdationem *corr.* satisfactionem *F.* satisfactione *G.* iudicet *F.* — — 13 die alio] diae alio *V 3.* alia *P.*

XXXII. 14 XXXII. De — introducti] *ita V 1,* XXXII. De his, qui sine ostenso crimine inviti monasteriis *(ita F,* monasterium *G,* monasterio *L)* sunt introducti *F. G. L,* XXXII. *B,* Cp XI. *M 1.* 15 qui — elegerunt] monacus vel monacha que monasteria degerit *M 1.* qui] quae *L.* monasterium *V 1.* eligerunt *V 1.* monasterio *V 1.* 16 permittitur *M 1.* hi — sunt] hii qui in monasterio inbitis et iniustae sine ostensione sunt *V 1.* hii *L. M 1.* invitis *F,* inventi *M 1.* iuste *G. L. M 1.* crimine *deest L.* monasteriis *F, deest L.* 17 nisi] ni *L.* 18 Ideoque — continetur *desunt M 1.* maxime *B. F. G. L, intellige:* magis. 19 Leoni *V 1. L.* manifestissime *deest V 1.* — — 20 XXXII. *deest V 4.* qui] quis *M 3. 4. P,* q *V 4.* ostenso *corr. al. man.* ostento *P,* hostenso *corr.* ostenso *V 4.* criminae *V 3.* in] im *M 4.* monasterio *M 4,* monasterium *M 3. P. V 4.* sunt *deest M 3.* 21 volenter *M 3. 4. V 4,* volent *P.*

1) *Auctor = actor.* 2) *Cf. c. 9 C. 20 qu. 1.* 3) *Num ad decreta Leonis c. 25 i. f. (Jaffé-K. n. 544) alludatur, diiudicare non ausim.*

XXXIII. Ut laici ad missas in praesbyterio non intrent. Sacerdotum[1] aliorumque clericorum eclesiis servientium honores a laicorum discrete apparere convenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes reliquive clerici consistunt, quod praesbyterium nuncupatur, quando missa celebratur, consistere, ut libere ac honorificae possint sacra officia caelebrare.

Forma minor. XXXIII. Laici ad missas in praesbiterio non consistant.

XXXIIII. De scolis reparandis pro studio litterarum. De[2] quibusdam locis ad nos refertur non magistros neque curam inveniri pro studio litterarum. Idcirco in universis episcopiis subiectisque plebibus et aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura et diligentia habeatur, ut magistri et doctores constituantur, qui, studia litterarum liberaliumque artium ac sancta habentes dogmata, assiduae doceant, quia in his maximae divina manifestantur atque declarantur mandata.

Forma minor. XXXIIII. In episcopiis et in plebibus vel aliis locis oportunis magistri et doctores constituantur, qui studia litterarum liberaliumque artium habeant, quia in his maxime divina manifestantur atque declarantur mandata.

XXXV. De conviviis festis diebus non faciendis. Sunt quidam, et maximae mulieres, qui festis ac sacris diebus atque sanctorum nataliciis non pro eorum, quibus debent, delectantur desideriis advenire, sed ballando[3], verba turpia decantando, choros tenendo ac ducendo, similitudinem paganorum peragendo advenire procurant[4]; tales enim, si cum minoribus veniunt ad eclesiam, cum peccatis maioribus revertuntur. In tali enim facto debet unusquisque sacerdos diligentissimae

XXXIII. 1 XXXIII. Ut — intrent] *ita V 1*, XXXIII. Ut laici ad missam (missas *G*) in presbiterio (inter presbyteros *L*) non consistant *F. G. L*, XXXIII. *B.* 2 aliorumquae *L.* ecclesiis *B. F. L.* honores — convenit] *ita B*, honores a laicis habeant in quorum discretae apparere convenit *V 1*, honores ad laicorum discrete apparere conveniunt *F*, honore a laicorum discrete apparere conveniunt *G*, honores a laicorum discrete apparere conveniunt *L*; *post* laicorum *supplendum videtur* loco, *v. l. 44.* 3 sacerdotes — consistunt] consistunt sacerdotes stare reliqui vero clerici consistunt *V 1*, sacerdotes vel reliqui clerici consistunt *G*, sacerdotes reliqui vel clerici consistunt *L.* 4 quod] ut *V 1.* presbiterio *F*, presbyterium *B. G. L.* caelebratur *F.* 5 consistat *V 1.* ac] atque *V 1.* honorifice *B. F. G. L.* possit *V 1.* celebrare *L*, exercere *B. F. G.* — — 6 presbiterio *V 2. 3. M 3. 4. P. V 4.*

XXXIIII. 7 XXXIIII. De — litterarum] *ita V 1 (ubi vero pro* reparandis *legitur* separandis*). F. G. L (ubi pro* reparandis *invenitur* praeparandis*)*, XXXIV. *B.* 8 cura *V 1.* invenire *F.* 9 Idcirco *e corr. L.* subiectique *V 1.* 10 habeatur] adhibeatur *G.* ut] et *V 1.* magistros *V 1.* 11 studio *V 1*, studeant *corr.* studium *F.* liberalium *V 1.* artium *deest V 1.* ac sancta *desunt F. G. L.* habentium *L.* 12 assidue *B. F. G. L.* doceat *V 1*, doceantur *G.* maxime *B. F. G. L.* — — 13 et in] et *M 3. 4. P. V 4.* oporturni *V 2*, oportune *M 3. 4. V 4.* 15 maximae *M 4.* adque *V 2. 3.*

XXXV. 16 XXXV. De — faciendis] *ita V 1. F (ubi autem* non *deest). G. L*, XXXV. *B.* 17 et] ex *V 1.* maxime *B. F. G. L.* qui] quae *L.* sanctorum nataliciis] in nataliciis sanctorum *V 1.* natalitiis *B.* 18 desideriis] eclesiam *add. L.* advenirent *F.* ballando] blando et *G.* 19 coros *L.* docendo *V 1. F. G*, docendo *corr.* ducendo *L.* peragendum *V 1.* 20 si cum] sicut *G.* minoribus] *scil.* peccatis. ecclesiam *B. L.* cum peccatis] peccatis, cum *B.* 21 revertantur *V 1.* tali enim] alieno *V 1.* unusquisque sacerdos] honor quisque sacerdotes *F.* diligentissime *B. F. G. L.*

1) *Cf. c. 30 Dist. 2 de consecr., ubi in editione Romana (v. Friedberg, Corp. iur. can. I, 1323 sq.) legitur:* Sacerdotum aliorumque clericorum ecclesiis servientium honores a laicorum loco discrete apparere convenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes et reliqui clerici consistunt, quod presbiterium nuncupatur, quando missa celebratur, consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere. 2) *Cf. c. 12 Dist. 37.* 3) *Ballare est saltare, choreas ducere; cf. Ducange s. v.* 4) *Cf. ex. gr. concil. Laodicense c. 39, Africanum c. 28; Mansi II, 581. III, 767. V. etiam concil. Romanum 743 c. 15; supra p. 15 sq.*

populum admonere, ut pro sola oratione his diebus ad eclesiam recurrant, quia ipsi, qui talia agunt, non solum se perdunt, sed etiam alios deperire adtendunt.

Forma minor. XXXV. Sacerdotes admoneant populum, ut in diebus festis non vacent conviviis malis et iocis turpibus, sed orationibus.

XXXVI. De his, qui adhibitam sibi uxorem reliquerunt et aliam sociaverunt. Nulli[1] liceat, excepta causa fornicationis, adhibitam uxorem relinquere et deinde aliam copulare; alioquin transgressorem priori convenit sociari coniugio[2]. Sin autem vir et uxor divertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine conscientia episcopi fiat, ut ab eo singulariter proviso constituantur loco. Nam uxore nolente aut altero eorum etiam pro tali re matrimonium non solvatur[3].

Forma minor. XXXVI. Nullus excepta causa fornicationis uxorem suam dimittat. Si vero vir et uxor pro religione dividi voluerint, cum consensu episcopi hoc faciant. Nam si unus voluerit et alius noluerit, etiam pro tali re matrimonium non solvatur.

XXXVII. Ut non liceat uno tempore duas habere uxores sive concubinas. Nulli[4] liceat uno tempore duas habere uxores sive concubinas, quia, cum domui non sit lucrum, animae fit detrimentum. Nam sicut Christus castam observat eclesiam, ita vir castum debet custodire coniugium.

Forma minor. XXXVII. Nulli liceat uno tempore duas uxores habere, sed neque unquam concubinam.

XXXVIII. De incestis et inutilibus coniunctionibus. Consobrinam[5], neptem, novercam, fratris uxorem vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus

XXXV. 1 populo *F.* sola *ex* nulla *corr. V1.* ecclesiam *B. F. L.* recurrant] decurrat *V1.* ipsi] si *add. L.* 2 solum *deest V1.* deperire] deprimere *B.* attendunt *B. G. L.* — — 3 admoneant *corr.* ammoneant *P.* 4 maliis *V3.* orationibus] ora . . . *M4.*

XXXVI. 5 XXXVI. De — sociaverunt] *ita V1 (ubi autem legitur* relinquerunt *et* alias*)*, XXXVI. De his — relinquerunt et alias sociarunt *F*, XXXVI. De his — relinqunt et aliam sortiunt *G*, XXXVI. De his — reliquerunt et aliam sociarunt *L*, XXXVI. *B.* 7 transgressorem *L.* 8 sociare *L.* uxore *V1,* a coniugio *add. L.* divertere] divostere *V1,* dimittere *F.* religiosa *corr. al. man.* religione *F.* inter se] interesse *V1.* consenserit *V1. F. G.* 9 vitam *V1,* mutuo *F.* fiat ut] fit *L.* singulariter] sin autem *add. L.* proviso] pro viro *V1,* provisu *F.* 10 uxorem volentem *V1.* altero eorum] alterorum *V1.* re] se *V1,* rem *corr.* re *F.* matrimonio solvantur *V1,* matrimonium solvantur *G.* — — 12 excepto *V3. 4. M3. 4,* excepto *corr.* excepta *P.* dimitt . . *M4.* 13 fatiant *M4.* 14 matrimonio *corr.* matrimonium *P.*

XXXVII. 15 XXXVII. Ut — concubinas] *ita V1 (ubi* sibe *legitur pro* sive*)*, XXXVII. Ut non liceat uno tempore duas habere uxores uxoremve et concubinam *F. G. L.* XXXVII. *B.* 16 sive concubinas] sibe concubinas *V1,* uxoremve et concubinam *B. F. G. L.* 17 sit] fit *V1. B.* fit] sit *V1. B.* castam] costa *V1.* 18 eclesia *V1,* ecclesiam *B. L.* — — 19 umquam *V2. 3. 4. M3. 4.* 20 concubinam] Finiuntur decretalia Eugenii papae *add. P, ubi sicut in V4 reliqua desunt.*

XXXVIII. 21 XXXVIII. De — coniunctionibus] *ita V1 (ubi legitur autem* incertis *et* inutibus*)*. *F. G (ubi pro* inutilibus *invenitur* inutilitatibus*)*. *L (ubi legitur* incertis*)*, XXXVIII. *B.* Consobrina *L.* novercam] nubercam *V1,* noveram *G.* 22 neptem] *ita B,* nepotem *rell.* cognationem *V1,* cognationem *corr.* cognatione *F.* quam] quem *V1.*

1) *Hic canon transiit in librum Papiensem Lotharii c. 95; MG. LL. IV, 557. Cf. etiam c. 23 C. 27 qu. 2.* 2) *Cf. J. Fahrner, 'Geschichte der Ehescheidung im kanonischen Recht' (Friburgi Brisg. 1903) I, 83 ann. 3.* 3) *Cf. Lex Visig. III, 6, 2; MG. LL. nat. Germ. I, 167 sqq. Concilium Compendiense 757 cc. 5. 16; MG. Capit. I, 38.* 4) *Legitur hoc caput in libro Papiensi Lotharii c. 96; MG. LL. IV, 557.* 5) *Repetit hic canon — cum forma uberiore*

habuit nullus audeat in coniugium copulare. Si quis vero huic tali nefario coniugio convenerit et in eo permanserit, sciat se apostolicae auctoritatis anathematis vinculo esse innodatum, et nullus sacerdos illi tribuat communionem; si vero conversus divisusque ab inlicita fuerit copulatione, dignae poenitentiae submittatur, ut sacerdos loci consideraverit*.

*) *V 1 addit:* Explicit concilium Eugenii papae, *B addit:* Explicit concilium Eugenii papae II., *G addit:* Eugenius gratia Dei episcopus sanctae catholicae atque apostolicae Romanae eclesiae huic decreto a nobis promulgato subscripsi, *L addit:* Eugenius gratia Dei episcopus catholicae atque apostolicae Romanae ecclesiae huic decreto a nobis promulgato subscripsi. Petronatius humilis archiepiscopus sanctae Ravennae (*al. man. corr.* Ravenae) ecclesiae huic decreto a nobis promulgato subscripsi.

Forma minor. XXXVIII. Consobrinam [1], neptem, novercam, fratris uxorem vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit nullus audeat in coniugium copulare. Si quis vero huic tali nefario coniugio convenerit et in eo permanserit, sciat se apostolicae auctoritatis anathematis vinculis esse innodatum, et nullus sacerdos illi tribuat communionem; si vero conversus divisusque fuerit copulatione, digne penitentiae submittatur, ut sacerdos loci consideraverit. — *Forma minor in libro Papiensi Lotharii c. 107 (MG. LL. IV, 559) amplificata est in excerptis q. d. canonum Hlotharii c. 4 (ib. I, 372; v. quae supra p. 559 ann. 2 monuimus):* De incestis coniunctionibus hoc praecipimus (praecipitur), ut nullus deinceps propinquam nec quam propinquus habuit, uxorem ducat (accipiat in coniugio; et uxoris parentela sit ita viro sicut et propria parentela).

XXXVIII. 1 audeat] sibi *add. B.* coniugio *V 1. G.* copulari *F. G.* Si quis] Sin *V 1*, Qui *F.* tali *deest G.* 2 et *deest L.* apostolica *V 1. B*, apostolice *F.* auctoritate *B.* anathematis *ex* anama sit *corr. al. man. F*, anathematicis *G.* innodatus *V 1. L.* 3 si vero *desunt F.* illicita *B. L.* fuerit *deest F.* 4 digne *F.* penitentiae *F. G.* submittantur *V 1. G*, et *add. L.* — — 11 XXXVIII. Consobrinam — consideraverit] *ita M 2. V 2. 3*, XXXVIII. Consobrinam, neptem, novercam *M 3. 4, ubi reliqua capitis desunt, totum caput deest P. V 4.* 12 coniugio *V 2.* 13 tali] tam *M 2.* sciat] siat *V 3.* 14 anathaematis *V 3.* illis *V 2. 3.* 15 dignae *V 3.* penitentia *M 2. V 2.* 16 consideravit *V 3.*

forma minor concordat — formam minorem canonis 6. concilii Romani 743, v. supra p. 31, ubi l. 25 — 30 secundum hunc textum tum nondum constitutum corrigendae sunt. 1) *V. annotationem praecedentem.*

---

47. CONCILIUM MANTUANUM.

827. Iun. 6.

V. cl. W. Meyer Spirensis libello peculiari, qui inscribitur 'Die Spaltung des Patriarchats Aquileia (Abhandlungen der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften, Phil.-Hist. Klasse NF. II No. 6. 1898)' exposuit, quibus de causis anno 607. Aquileiensis metropolis in duos archiepiscopatus divisa sit, Aquileiensem videlicet et Gradensem. Quorum de controversia anno 827. in concilio Mantuano actum est, cuius decreto Aquileiensi patriarchae pristina patriarchalis seu metropolitana dignitas in ordinandis

regendisque Istriae episcopiis et ecclesiis *restituta est, sicut legitur in diplomate Hludowici II. imperatoris d. d. 854 Oct. 30 (Ughelli, Italia sacra ed. 2. V, p. 39; Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii I² n. 1200). Frustra autem anno 828. Venerius patriarcha Gradensis (ca. 826—844?) sententia huius synodi reiecta sedem Romanam de causa definienda appellavit, quia, ut ipse dicit,* gloriatur se idem Maxentius *(Aquileiensis patriarcha 811—833)* palam per praeceptum domini imperatoris *(Hlotharii)* diocesim Istriensium habere *(MG. Epp. V, 316). In diplomate imperiali deperdito, quo gesta synodalia Mantuana adhibita erant, nititur privilegium Hludowici II. imperatoris iam laudatum; ipsa autem contentio deinde sub Gregorio IV. papa (827—844) et Sergio II. papa (844—847) de novo agitata est; cf. Böhmer-Mühlbacher, l. l. p. 329 et 491.*

Praeter Hludowici II. diploma laudatum et Venerii epistolam synodi Mantuanae (cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 281 sqq. W. Meyer, l. l. p. 16) Iohannis chronicon Gradense et Andreas Dandulus in chronico suo mentionem faciunt. Illic haec leguntur: Anno vero nostri redemptoris ab incarnatione . . . *(ita!)* Istrienses episcopi, qui consecrationis donum a Gradensi patriarcha more solito recipiebant, Aquilegensi metropolitano, Langobardorum regis virtute coacti, sese subdiderunt *(MG. SS. VII, 17) et apud Dandulum VIII c. 3 p. 8 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 173):* Per idem tempus Maxentius patriarcha Aquilegiensis, Lotharii regis fultus favore, Gradensem ecclesiam in suffraganeis Istriae turbare nititur nec a Gregorio papa admonitus desistere voluit. Immo repetito seculari subsidio antedictos episcopos ad sibi reverentiam et subiectionem metropolitano debitam exhibendam in totum coegit.

Concilii Mantuani decretum ex codice Brixiano exscriptum invenitur in codice Romano bibliothecae Vallicellanae B. 61 saec. XV. (= V) fol. 244'—246', quem contulit v. d. J. Schwalm. Eiusdem libri apographo in codice Romano bibliothecae Vallicellanae C. 56 saec. XVII. fol. 139 usi non sumus.

Edd.: Baronius, Ann. eccl. 605 n. 3—6 (fragm.). Ughelli, Italia sacra ed. 2. X, 2 (fragm.); cf. I, 860. J. de Rubeis, De schismate ecclesiae Aquileiensis (1732), p. 224. J. de Rubeis, Monum. ecclesiae Aquileiensis (1740), p. 414. Labbe-Cossart ed. Coleti IX, 657. Mansi XIV, 493. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 487.

Regnante domino nostro Iesu Christo in perpetuum, anno pontificatus sanctissimi et universalis papae Eugenii [1] IIII^to^ et imperantibus piissimis, catholicis et Dei cultoribus Chlodowico et Chlothario, divis imperatoribus, anno [2] VII° et X°, per indictionem quintam, VIIII. Idus Iunii [3], secundum Dei gratiam et sanctionem eorum congregata est synodus in civitate Mantua, in qua affuerunt vir venerabilis et sanctissimus (1) Benedictus episcopus [4] et (2) Leo reverentissimus diaconus bibliothecarius, legati videlicet sanctae Romanae aecclesiae, habentes locum beatissimi papae Eugenii,

Lemma: Synodus que acta est in civitate Mantua pro causa sanctae Aquileiensis aecclesiae *V.* 32 inditionem *V.* 34 est *add. e coni.* 35 biblyothecarius *V.*

1) *Eugenii II. (824 ante diem 6. Iunii — 827 Aug.). In diplomate Hludowici II. supra laudato verba fiunt de* temporibus beati papae Eugenii, qui ad suggestionem piae recordationis Ludovici *(† 840)* . . . et . . . Lotharii *(† 855)* . . . petitione synodale concilium Mantuae congregare praecepit, in quo sub praesentia legatorum sanctae Romanae ecclesiae, adsistente coram Maxentio Aquileiensi beatae recordationis antistite *(† 833)* . . . controversia Aquileiensis et Gradensis ecclesiarum sententiis episcoporum penitus est soluta. 2) *Annus 827. re vera erat imperii Hludowici annus decimus quartus, Hlotharii quintus.* 3) *Iun. 6.* 4) *Albanensis (Albano) aut Amerinus (Amelia).*

(3) Sychardus palatinus presbyter et vir spectabilis (4) Theoto[1], a praefatis Augustis directi, (5) Petronas quoque Ravennatis[2] reverentissimus archiepiscopus atque (6) Angelpertus sanctissimus Mediolanensis[3] archiepiscopus; provintiae Aemiliae (7) Andreas Ferrariensis[4] episcopus, (8) Leo Faventinus[5] episcopus, (9) Vitalis Comaclensis[6] episcopus, (10) Christophorus Bononiensis[7] episcopus, (11) Nordebertus Regiensis[8] episcopus, (12) Lantpertus Parmensis[9] episcopus, (13) Georgius diaconus, (14) Honestus diaconus, (15) Deusdedit diaconus, (16) Romanus diaconus, alius (17) Romanus diaconus, (18) Dominicus diaconus; Lyguriae provintiae (19) Autericus Vercellensis[10] episcopus, (20) Rambertus Brixianus[11] episcopus, (21) Erimpertus Laudensis[12] (22) Synepertus Cremonensis[13] episcopus; Venetiae provintiae (23) Rattoldus Veronensis[14] episcopus, (24) Laiulfus Mantuanensis[15], (25) Franco Vicentinus[16], (26) Dominicus Patavensis[17], (27) Adeodatus Tarvisanus[18], (28) Emmo Cenetensis[19], (29) Othelbertus Bellunensis[20], (30) Anselmus Concordiensis[21], (31) Auratus Feltrensis[22], (32) Arthemius Azolensis[23], (33) Andreas archidiaconus agens vicem Heimberti Tridentini[24] episcopi.

Residentibus igitur in hac synodo reverentissimis episcopis, adstantibus diaconibus et caetero clero, veniens vir sanctissimus Maxentius, Aquileiensis patriarcha[25], precum libellos pro dispersione suae Aquileiensis aecclesiae obtulit, ut suae provintiae aecclesias, quas Barbarorum incursus a sua matrice segregaverat, auctoritate canonum iam pacis tempore percipere mereretur ad propria: 'Nos, qui veritate perfecta invenimus a beato evangelista Marco, qui spiritualis et ex sacro fontis utero ac carissimus sancti Petri apostoli fuit filius, necnon ab elegantissimo[26] Hermachora Aquileiensem aecclesiam pre omnibus Italiae in Christi fide prius fundatam esse et pastoralem ibi semper curam servatam et sanctorum apostolorum sanctae Romanae aeclesiae doctrinis imbutam atque ipsam semper eius fuisse discipulam et peculiarem ac vicariam in omnibus, quemadmodum insertum in eiusdem Aquileiensis aecclesiae comperimus sacris litteris. Relatum igitur a nonnullis est in eadem synodo, quod[27] eo tempore, quo Longobardi Italiam invaserant, Romanam aecclesiam vir sanctissimus Benedictus[28] papa regebat, Aquileiensi quoque civitati eiusque populo Paulus[29] patriarcha preerat, qui, Longobardorum barbariem et immanitatem metuens, ex civitate Aquileiensi et de propria sede ad Gradus insulam, plebem suam, confugiens omnemque thesaurum et sedes sanctorum Marci et Hermachorae secum ad eamdem insulam detulit idcirco, non ut sedem aut primatum aecclesiae suaeque provintiae construeret inibi, sed ut Barbarorum rabiem possit evadere. Qui XII annis sacerdotium gerens ab hac luce subtractus est regendamque aecclesiam Probino

19 Nos qui] *v. quid infra p. 586 l. 42 sq. annotabimus.* perfecta] *ita V, fort.* perspecta *corrigendum est.* 32 possit *e* posset *corr. V.*

1) *Cf. Simson, l. l. I, 283 ann. 4.* 2) *Ravenna.* 3) *Mailand.* 4) *Ferrara.* 5) *Faenza.* 6) *Comacchio.* 7) *Bologna.* 8) *Reggio.* 9) *Parma.* 10) *Vercelli.* 11) *Brescia. — Ex codice Brixiano descriptus est V.* 12) *Lodi.* 13) *Cremona.* 14) *Verona.* 15) *Mantua.* 16) *Vicenza.* 17) *Padua.* 18) *Treviso.* 19) *Ceneda.* 20) *Belluno.* 21) *Concordia.* 22) *Feltre.* 23) *Asolo.* 24) *Trient.* 25) *811—833.* 26) *Cf. acta s. Hermagorae c. 3 (Acta SS. Iul. III, 252): . . .* beatus *(scil. Marcus)* edidit populo, ut eligerent sibi quem voluissent virum Christianissimum. Turba autem populi elegerunt sibi elegantem personam et condignam, nomine Hermagoram. 27) *Sequentia narrantur secundum Pauli diaconi historiam Langobardorum II cc. 10. 25. III cc. 14. 26. IV c. 33 (MG. SS. rer. Langob. p. 78. 86. 100. 105. 127), verbis paulisper mutatis vel paucis additis; quae cum fonte congruunt typis minoribus imprimi fecimus.* 28) *Benedictus I. (574—578).* 29) *Immo Paulinus; cf. MG. SS. rer. Langob. p. 78 ann. 5.*

reliquit. Isto quoque Aquileiae defuncto prefatae aecclesiae Aquileiensi sacerdos Helias preficitur et hoc quoque mortuo Severus huic succedens regendam suscepit aecclesiam. Defuncto itaque Severo ordinatur loco eius Iohannes patriarcha in Aquileia eo tempore, quo Agilulfus[1] rex Longobardorum regnabat. In Gradus quoque ordinatus est haereticus Candidianus antistes. Hic enim Candidianus nec per consensum comprovintialium episcoporum nec in civitate Aquileia, sed in dioecesim et plebem Aquileiensem Gradus, quae est perparva insula, contra canonum statuta et sanctorum patrum decreta ordinatus est. Et inter alia probat hoc huius Aquileiensis aecclesiae Iohannis antistitis epistola ad Agilulfum regem directa, cuius textus inter caetera ad locum talis est: Qualis[2] autem unitas dicitur facta, ubi spata, ubi claustra carcerum, ubi flagella fustium, ubi longa exsilia crudeliumque poenarum discrimina parabantur? Et miseri suffraganei aecclesiae nostrae, scilicet episcopi Histriae[3], cum summa vi et necessitate a Gradensi castro Ravennam compulsione districtissima ducebantur Grecorum necnon inibi loquendi licentia negabatur. Atque Candidianus inutilis, qui se ob sui sceleris immanitatem prefatae sanctae recordationis domno Severo, decessori nostro, sub anathematis interposicione obligatus est, ne ad potiorem gradum unquam accederet, quoniam a se eique corde faventibus in praedicto Gradensi castro adulterium matri aecclesiae improbe ingereretur, ordinatur episcopus. Et Petrus, Providencius seu Agnellus, episcopi Histriae, qui adhuc fidem sanctam tenebant et Candidiano necdum consentiebant, de aecclesiis suis a militibus tracti et cum gravi iniuria et contumeliis ad eum venire compulsi sunt; si enim recte ei consencientes essent, voluntarie illi consentire debuerant, non autem per vim. Et post pauca sic: Laborate[4] et agite, quatinus et fides catholica vestris augeatur temporibus et in Gradensi castro, postquam infelix Candidianus de hoc seculo ad aeterna supplicia transmigravit, altera iniqua ordinatio ibi minime celebretur nec populus ille amplius tribuletur. Et
cf. Rom. 12, 19. vere, si hoc Domino auxiliante egeritis, quod primum est, Christus Deus pietati vestrae erit bonorum omnium retributor. Et quia Gradus mari et fluctibus cingitur et Histria, quae prius Aquileiae, suae metropoli, subiecta fuerat, Smaragdo[5] hexarcho resistente, tunc a Longobardis capi non poterat, sed ad iura Graecorum tenebatur, quare factum est, quod rex ei nullum potuit prestare auxilium ac per hoc, ipso annitente hexarcho, Histriae episcopi de aecclesiis suis a militibus Graecorum tracti sunt et hunc Candidianum ordinare compulsi, — antiquorum igitur recitatis historiis Aquileiam matricem semper et metropolim fuisse repperimus, Gradus autem plebem eius esse omnino comperimus'.

Sed et populi Polensis[6], quae civitas caput est Histriae, decretum ab universo clero et cuncto populo missum ad Sigualdum[7], patriarcham Aquileiensem, qui usque ad Francorum tempora vixit, verum et probatissimum invenimus, ut electum ab eis episcopum ordinaret.

Sed et id non omittendum, quod et clerici et nobiles ex laicis viris electi ab Histriensi populo sanctam synodum supplicantes venerunt, ut eos a Grecorum naequissimo

6 plębem *V saepius.* 7 perarva *V.* 14 immanitatem] *post hoc verbum* ab episcopali collegio definitione patrum extorrem reddidit *vel similia excidisse censet Gundlach.* recordationis] a *add. V.* 16 a] ad *V.* 17 ingereretur] ingerens *V.* 19 si *ex* sic *corr. V.* 27 poterat *e* potuit *corr. V.* tenebantur *V.* 29 tracti] tractati *V.* 30 antiquorum] *hoc verbo revertitur Maxentius ad propositum, quod supra p. 585 l. 19 cum verbis:* Nos qui veritate *etc. coeperat; cum verbo* comperimus *(l. 31 sq.) finit.*

1) *590—616.* 2) *Ex epistola Iohannis patriarchae anno c. 607. ad Agilulfum regem Langobardorum missa; MG. Epp. III, 693 ed. Gundlach.* 3) *Cf. Pauli hist. Langob. IV c. 33 (MG. SS. rer. Langob. 127). Chron. patriarch. Gradensium c. 3 (ibid. p. 394).* 4) *Ex eadem epistola ann. 2 laudata; l. l.* 5) *Cf. Paulus diaconus, Hist. Langob. III c. 26; l. l. p. 105.* 6) *Pola.* 7) *762—776.*

vinculo liberatos ad Aquileiam, suam metropolim, cui antiquitus subditi fuerant, redire concedat, quia electi, qui ordinandi sunt, prius piissimis imperatoribus nostris et postmodum ad partem Graecorum fidem per sacramenta promittunt; et ideo in hoc facto gravari se asserunt et servire duobus dominis non posse conclamant. cf. Matth. 6, 24.

Auditis itaque horum precibus sanctissimi et reverentissimi legati sanctae Romanae aecclesiae, Benedictus[1] videlicet episcopus et Leo diaconus, universa, quae Maxentius, patriarcha Aquileiensis, in libello obtulerat, auctoritatesque veracissimas, quae in hac synodo propalatae sunt, recitatis etiam canonibus, recapitulando cuncta per ordinem protulerunt interrogatisque singulis episcopis, utrum iusta sit an iniusta Histrianorum petitio et si secundum has auctoritates Aquileia semper metropolis fuerit aut, si provintia, quae contra canonum[2] statuta in duos metropolitanos divisa est, ad unam et primam reformari debeat, 'et si placet eorum petitio, clara voce proferte', — universi respondentes dixerunt: 'Iusta est Histrianorum petitio, et quia, quod Aquileia semper metropolis extitit dominaque fuit Gradensium, novimus et quia contra patrum decreta divisa est, ideo auctoritate patrum ad priorem statum reformetur; omnibus nobis placet'. Et illi respondentes dixerunt: 'Et nobis ita placet'.

Statuit igitur sancta synodus, ut Aquileia metropolis, quae contra patrum statuta divisa in duos metropolitanos fuerat, deinceps secundum quod et antiquitus erat prima et metropolis habeatur et Maxentius, sanctae Aquileiensis aecclesiae patriarcha, eiusque successores in singulis Histriae aecclesiis electos a clero et populo ordinandi in episcopos licentiam sicut et in caeteris civitatibus suae metropoli subiectis modo et futuris temporibus habeant.

Deinde ergo hoc statuentibus et loquentibus legati sanctae Romanae aecclesiae et prefati illustrium imperatorum missi exorsi sunt palam omnibus dicentes: 'Notum sit universis presentibus et futuris in hac synodo et nostris definitionibus affectum animi et consensum domini papae esse Eugenii atque piissimorum Chlodowici ac Lotharii imperatorum, quatenus Aquileiensis aecclesia ad pristinum reformetur decus nunc et in perpetuum'.

Sane et id necessario indicandum duximus, quod Sychardus, id est palatinus presbyter, et Theoto vir spectabilis, sacrorum imperatorum missi, cum essent prius in civitate Tarvisio, ad Venerium[3], Gradensem episcopum, suum missum miserunt precipientes, ut ipse ad synodum, quae Mantuae futura erat, cum auctoritatibus, si haberet,

13 quod *deest V.* 20 popu̇lo in ordinandis episcopis *V.* 25 affectum] effectum *V.* 29 id est] idē *V.* palentinus *V.*

1) *V. supra p. 584 ann. 3.* 2) *Cf. concil. Chalced. c. 12; Mansi VII, 376.* 3) *826—844 (?); cf. etiam Hludowici et Hlotharii imperatorum epistola ad eum directa (ca. 827. Ughelli, Italia sacra ed. 2. V, 1104; Mühlbacher[2] n. 840), quam hic repetimus:* In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hlodovicus et Hlotarius divina ordinante providentia imperatores augusti Venerio venerabili patriarchae in Domino salutem. In litteris sanctitatis tuae, quas nobis per missum tuum Tiberium *(cf. epistola Venerii ad Hludowicum imperatorem missa 826/27; MG. Epp. V, 314, praecipue p. 315 l. 27 sqq.)* misisti, scriptum reperimus, quod tu secundum nostram iussionem propter contentionem tuam et Maxentii patriarchae firmandam *(finiendam ?)* Romam venisti, sed quia Maxentius eodem tempore illuc non venit et propter eius absentiam dominus apostolicus nihil inde definire potuit, tu infecto negotio domum reversus es. Sed nobis non videtur esse conveniens, ut ista causa sic remaneat, ideoque decernimus, ut iterum tempore congruo Romam ad praesentiam domini apostolici quam et in eorumdem missorum nostrorum contentio vestra iuste et canonice definiatur, ut in postmodum nullam inter vos de hac causa altercationem habere sit necesse.

pro defensione suae aecclesiae paratus adesset. In qua eius prestolantes adventum diebus V resederunt. Sed propter quorumdam episcoporum ad hostem pergentium impedimentum, iam coepto ipsorum itinere, plus expectare nequiverunt. Tamen adhuc eis stantibus et abire volentibus sic tandem venit Tyberius[1], diaconus et oeconomus aecclesiae Gradensis, a Venerio eiusdem castri episcopo missus, obsecrans, ut auctoritates, quas pro sua aecclesia duxerat, in presentia synodi legerentur.

Relectis itaque omnibus repperimus exemplaria e nullius manu esse roborata; et quamvis ita sint, si essent firmata, magis Aquileiensi ecclesiae quam suae pertinerent. Cumque a synodo sciscitaretur, utrum horum exemplorum autentici in archivo suae ecclesiae tenerentur necne, respondit nihil amplius se habere nisi synodum ab Helia, Aquileiensi patriarcha, in castro Gradensi, quod plebs eius erat, actam fuisse, cuius initium est: Cum[2] in castro Gradensi ac plebe sua Helias, patriarcha sanctae Aquileiensis aecclesiae, cum Martiano, Leoniano, Petro, Vindemio, Vigulo, Iohanne et reliquis consacerdotibus suis consedisset et reliqua; item subscriptiones episcoporum huius synodi in plebe Gradensi actae: His gestis apud nos habitis subscripserunt Martianus Opitargensis[3], Leonianus Tyborniensis[4], Petrus Altinatis[5], Helias sanctae Aquileiensis aecclesiae patriarcha, Vindemius Cessensis[6], Vigulus Pataviensis[7], Iohannes Caleianensis[8], Clarissimus Concordiensis[9], Patricius Emolnensis[10], Hadrianus Polensis[11], Maxentius Iuliensis[12], Severus Tergestinus[13], Iohannes Parentinus[14], Aaron Avoriensis[15], Materninus Sabionensis[16], Flaminius Tridentinus[17], Vigilius Scaravasiensis[18], Laurentius Feltrinus[19], Martianus Petenatis[20]; item exerptum ex suggestione Histriensium et Venetiarum ad papam Gregorium[21] missum, quam prefatus Tyberius synodo obtulit, cuius initium est: Suggerendo ter beatissimo atque apostolico totiusque orbis terrarum capiti, domno Gregorio, universali papae, cuncti episcopi Histriensium et Venetiarum provintiae seu cuncta generalitas populi Gradensis oppidi et plebis, ultimi servuli vestri.

Ad locum cuncta liquidius in veritate suggerere non omisimus. Tempore igitur Aquileia civitate stante in Hysperia illuc sanctus Marcus evangelista ad predicandum ab urbe Roma, scilicet a beatissimo Petro principe apostolorum, directus est, per cuius vero predicationem veracissimam orthodoxa fides Christi populo commoranti inibi ab

7 e nullius] et nullius *V.* 9 in *deest V.* 10 tenerentur] a (= aut) *add. V.* 26 Hysperia e Hesperia *corr. V.*

1) *A Venerio diaconus et vicedomnus appellatur; cf. MG. Epp. V, 315.* 2) *Acta spuria synodi anno 579. adscriptae (cf. W. Meyer, l. l. p. 21 sqq.) leguntur in Andreae Danduli chronico VI c. 1 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 98. Mansi IX, 923). Omnia fere episcoporum nomina inveniuntur apud Paulum, Hist. Langob. III c. 26 (l. l. p. 107) et in chronico patriarcharum Gradensium c. 1 (ibid. p. 393), unde in Iohannis chronicon Gradense (MG. SS. VII, 7) transierunt.* 3) *Oderzo.* 4) *Tibern in Carinthia.* 5) *Altino.* 6) *Cissa in Istria.* 7) *Padua. — In chron. patr. Grad. nomen episcopi occurrit Bergullus, apud Dandulum Virgilius.* 8) *Cilly in Carinthia.* 9) *Concordia.* 10) *Emonia in Istria aut Laybach in Carinthia.* 11) *Pola.* 12) *Zuglio in Istria.* 13) *Tergeste.* 14) *Parenzo.* 15) *Avronzo prope Cadore aut Innichen.* 16) *Seben (postea Brixen). — Apud Paulum episcopus nominatur Ingenuinus, in chron. patr. Grad. Ingenuus, apud Dandulum invenitur:* Marcianus presbyter locum faciens. . . Inguini episcopi sanctae ecclesiae secundae Rhaetiae. 17) *Trient. — Apud Paulum, in chron. patr. Gradensium et apud Dandulum episcopus Agnellus nominatur.* 18) *Scarabantia ad Istrum.* 19) *Feltre. — Apud Paulum et in chron. patr. Grad. episcopus Fonteius nominatur; apud Dandulum occurrit:* Laurentius presbyter locum faciens Fonteii episcopi sanctae ecclesiae Feltrinae. 20) *Pedena in Istria.* 21) *Gregorium II. (715—731); cf. Rubeis, De schismate p. 173.*

eo tradita est et usque nunc ibidem immutabilis manet necnon ab ea exordium christianitatis non sola sumpsit Italia, verum etiam multae aliae provinciae. Beatissimus igitur Marcus evangelista, Aquileiae residens, vultum beati Petri apostoli videre desiderans, Romam urbem regrediens et secum elegantem virum, Hermachoram nomine, ab omni electum clero et populo deferens et ab ipso beato Petro apostolo Aquileiae urbis ordinatus et constitutus est pontifex. Deinde Hermachoram proton Italiae pontificem constituit. Pontifices adhuc Aquileia in civitate stantes sexto miliario in loco, qui Gradus nuncupatur, munitionem quamdam construxerunt, in qua etiam Dei aecclesias mirifice fabricaverunt, quatinus aestivo tempore ibi degentes Aquileiae pontifices possint ardorem aestatis evadere. Et notandum, quod omnes Histriensium civitates ac reliquae, quas haec notat synodus, Aquileiae civitati, quae caput et prima est totius Italiae, subiectae sunt.

Item in ultimo interrogatus est Tyberius, diaconus et oeconomus Gradensis aecclesiae, ut proprio ore proferret, qualis harum duarum divisionum sedes, quae contra canonum statuta partita est, prima et metropolis fuerit. Qui constanter clara voce professus est: 'Negare non possum, quia ego et paene omnes sciunt Aquileiam civitatem primam et metropolim esse et a beato Marco et Hermacora in Christi fide fundatam. Sed propter oppressionem paganorum Helias Aquileiensis patriarcha ad Gradus veniens in diocesi et plebe sua habitavit et suorum episcoporum ibi synodum egit'.

Interim scimus, quod ab beato Marco usque ad Paulum patriarcham, qui ad Gradus, plebem suam, confugit, sunt XX patriarchae [1], qui venerabilem sedem Aquileiensem tenuerunt et Gradus iudicaverunt ita ut unum proprium de titulis. A Paulo quoque patriarcha usque ad Iohannem patriarcham, ubi inter Aquileiensem sedem et Gradus, plebem eius, divisio facta est, sunt patriarchae V, qui omnes ut esset iudicaverunt usque ad Candidianum haereticum, qui hanc divisionem cum Graecis, qui totam Histriam suo quoque iure tenebant, gessit.

4 desyderans *V*. 27 gessit] Desinit exemplar privilegii Aquileiensis aecclesiae. Finis *add. V.*

1) *Cf. Rubeis, De schismate p. 244.*

---

48. CONCILIUM IN FRANCIA HABITUM.

816—829? (ca. 825).

Traduntur in codice Guelferbytano inter Blankenburgenses 130 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. (= G) fol. 104—105', quem contulit v. d. Milchsack, capitula infra proferenda, inscriptione praemissa: Item alia capitula domni Hludowici imperatoris; *antecedit in codice Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 (MG. Capit. I, 275; Mühlbacher² n. 674), sequuntur capitula ab episcopis in concilio Attiniacensi anni 822. proposita (supra p. 471 sq.).*

Apparet inscriptione illa indicium datum esse de tempore capitum, non de eorum origine. Composita sunt sub Hludowico imperatore, quo anno nescitur; id solum pro certo est ea promulgata esse post concilium Aquisgranense anni 816. (supra p. 307 sqq.), cum in cc. 8 et 14 mentio fiat institutionum canonicorum et sanctimonialium. Effici videbitur ex c. 9, ubi verba fiunt de beatae recordationis Benedicti abbatis regula, *capitula scripta esse post mortem Benedicti abbatis Indensis, qui obiit die 11. mensis Februarii 821 (cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 163), sed illa eodem fortasse iure ad Benedictum patrem, regulae monasticae auctorem primum († ca. 545), referri poterunt. Utut est, ad singula capita, ut ex annotationibus nostris patebit, remittere debebimus ad Hludowici admonitionem omnibus regni ordinibus directam 825. Aug. (MG. Capit. I, 303; Mühlbacher² n. 798), deinde ad Hlotharii capitulare Olonnense ecclesiasticum alterum 825 (v. supra p. 473 n. 43 B), ut circa annum 825., sive paullo ante sive paulo post, ipsa capitula emissa censeamus, fortasse ante concilium Parisiense anni 829. (infra n. 50 D), si modo de tali re coniectura quaedam proponi potest.*

Pauca dicenda sunt de natura capitulorum. Quae non ab imperatore promulgata, sed ab episcopis proposita elucet ex cc. 6. 8. 15. 16; ubi autem hi ad concilium congregati fuerint, prorsus ignoratur.

De codice iam supra egimus.

Edd.: MG. LL. I, 238. Migne, Patrol. lat. XCVII, 455. MG. Capit. I, 368. — Reg.: deest.

I. Incomparabilis augustae gloriae sapientia, caelesti fulta sophismate, velut debitam subiectis disciplinam regiminis praerogativa ministrans, saluberrima potius simplicitate quam syllogismorum difficultate conprehensa capitula, que secuntur, insinuat.

Quo ordine episcopus debeat inveniri.

II. Sanctae trinitatis fides a tribus prorsus veneratur ordinibus. De quibus cum canonicum eclesiae fidei iam fundamentum probatum et a fidelibus loci viris electum ratio provehendum denuntiat, tamen necessitudine incumbente et monachum admittit, et laicum auctoritas non excludit. Sed cum subiungitur, qualis esse debeat, tot huic dicto canonica atque apostolica mandata conveniunt, ut nequaquam breviter intimata
cf. Tit. 1, 6. sufficere videantur. De monogamia vel virginibus sacerdotem eclesia requirit, *si quis sine crimine est.* Ultimus tamen, si concessa loquitur, ita se imitabilem in omnibus quae agit, praebeat, quatenus proximorum corda rore doctrinae rigare non cesset et bonis, quae docuerit, operibus non repugnet.

III. Officium episcopi curam essę et fervorem eclesiasticarum rerum et fidei firmamentum tam virtute verbi quam iusto rerum moderamine sacrae lectionis serie comprobamus. Sed tunc conversatio illius congruit officio, cum pro vitae innocentia actione praecipuus et prae cunctis fit contemplacione suspensus [1].

IIII. De conversatione clericorum in episcopatu disposita quid aliud quam ut
1. Tim. 3, 4. canonice degant dicendum est? Qui iuxta vocem apostoli *filii bene subditi* vocari con-

I. *Lemma:* Item alia capitula domni Hludowici imperatoris *G.* 21 Incomparabilis] I. In parabolis *G.* caelestis *G.*
II. 25 venerator *G.* 30 De monogamia — est] *ita G, interpretationem proponere non ausim.*

1) *Cf. Hludowici admonitio 825 Aug. c. 4; MG. Capit. I, 303 sq. (Mühlbacher² n. 798). V. etiam concil. Remense c. 14, Turonense 813 c. 4 (supra p. 255. 287) et infra (n. 50 D) concil. Parisiense 829 lib. I cc. 4. 15—18.*

cupiscunt, cum in cultu vario discreti esse debeant[1], usuras cum feminarum accessu vitare contendant[2].

V. De dispositione et officio presbyterorum, qualis esse exterius debeat vita praesulis, preeundo demonstrant. Hi nimirum in eclesiae providentiam ordinati tunc in proposito permanere videantur, cum prona devotione strenui pastoris pro captu imitare vestigia consuescunt[3].

VI. De ordinatione rerum episcopii priorum nobis patrum et Romane legis statuta rite conservata sufficiant: quadripertita denique ex reditibus patrimonia partim pauperibus eroganda, partim praelatorum templorumque usibus implicanda sanxerunt[4]. Aeclesiis igitur baptismalibus custodes eligantur presbyteri, in quibus non solum nomen officii, verum etiam sanctitatis decenter cultus effulgeat. Titula quoque earundem eclesiarum una cum rectoribus aeque sibi praepositis, tamquam subiectionis ordine contenti, sublimioris humiliter culmina venerentur.

VII. Qualiter senedochiorum ordo servetur, promulgata ab auctoribus eorum testamenta fatentur[5]. Nam si levitatis aut fortasse simplicitatis erroribus obvoluta rationabili statu caruerint, catholici provisoris arbitrium prestolentur.

VIII. De ordine canonicorum in locis suis excerpte ab auctoribus vel ab antiquis eclesiae legibus defloraciunculae ex decretis gloriosissimi Caesaris in unum codicem redactae ac a nobis susceptae horum vitam predulci suavitate componendo perornant[6].

VIIII. De monasteriis regularibus. Quae beatae recordationis Benedicti abbatis regula praeclaris obsequiis dedita conglobavit, monasticae meditationi[7] tamquam a sancto Spiritu prolata sufficiant.

(X). Quoniam liquido constat monachorum congregationem absque abbate eiusdem ordinis esse non posse, eligendus est inter eos vir modestus et prudens una cum consensu episcopi civitatis. Cuius se suffraganeos fore cognoscant, quia iam regulariter

V. 4 preeundo] *ita G, certe corruptum.*
VIII. 17 excepte *G.* 19 vita *G.*
VIIII. 21 VIIII.] VIII. *G.* 22 meditationis *G.* 23 prolate *G.*
X. 24 (X)] *numerus deest G.* 26 cognoscant *ex* cognoscunt *corr. G; supplendum est* abbates.

1) *Cf. concil. Aquisgranense 816 inst. can. cc. 124. 125; supra p. 404 sq.* 2) *Cf. ibid. cc. 39. 40. 61. 62. 75. 82. 92. 144; supra p. 360. 364 sq. 367 sq. 369. 418.* 3) *Cf. Hludowici admonitio 825 c. 5; MG. Capit. I, 304.* 4) *Decretis Gelasii c. 27 (Jaffé-K. n. 636) aliisque praeceptis Romanis, quibus res ecclesiasticae in quattuor partes dividi iubentur (cf. U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 27 sqq.), opponitur consuetudo Hispana, qua tribus partibus res ecclesiasticae dividuntur; v. quos locos affert Stutz, l. l. p. 38 sqq., ex. gr. concil. Tarraconense 516 c. 8, Toletanum IV. (655) c. 6; Mansi IX, 543. XI, 28. Cf. etiam Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 c. 4, Statuta Haitonis episcopi Basiliensis (807—823) c. 15; MG. Capit. I, 276. 364.* 5) *Cf. Hlotharii capitulare Olonnense alterum ecclesiasticum 825 c. 4:* De senodochiis precipimus, ut secundum possibilitatem vel temporis fertilitatem testamentorum scripta sequantur, *eiusdem capitula de rebus ecclesiasticis (de eorum tempore ac natura cf. Mühlbacher² n. 1025) c. 3:* Ut in senodochiis rationabiliter dispositis et adhuc in pristino statu manentibus testatoris omnino conscripta serventur *(MG. Capit. I, 328. 332). V. etiam concil. Romanum 826 c. 23; supra p. 576 sq.* 6) *Cf. institutio canonicorum concilii Aquisgranensis 816; supra p. 312 sqq.* 7) *Boretius, MG. Capit. I, 369 ann. 4, remittit ad concil. Aquisgranense 817 (cf. supra p. 464 sqq.); num iure, in medio relinquendum videtur.*

vivere didicit et sancto studio, prout ordo regularis poscit, insistere ac subditorum, si qua sunt, valeat errata corrigere[1].

XI. Qualiter cum monachis suis abbas conversari debeat. Eiusdem regulae affluentibus informatus testimoniis[2] directo calle, qua trahitur, virtutum exercitia prosequatur.

XII. A quo et quomodo corrigi abbas neglegenter agens debeat, canon Calcidonensis tituli VIII. evidenter exponit, cum ab episcopo loci dissiliens communione se privari non ambigat[3].

XIII. De monasteriis feminarum in canonico vel regulari ordine constitutis. Quo ordine censeri conveniant, ipsorum nempe nominum aethimologia demonstrat: canonica scilicet canonicae, regularia regularibus mancipando modulis edocentur.

XIIII. De hac profecto institutione canonica, quae sanctimonialibus congruit, auguste pridem celsitudinis instrumenta cognovimus[4]. Sed quomodo disciplina officii ecclesiastici nimium neglecta per studium reformetur, nonnulli iam experimento probarunt, qui scolam doctoribus deputarunt[5]. In huiusmodi certamine tardiores tamquam delicto dispensationis postposite, nisi se correxerint, obnoxii teneantur.

XV. Pro statu regni et rei publice ne forte humilietur aut infirmetur, divina primum exoretur clementia; tunc demum totis viribus incumbentes oportuna vobiscum iuxta vires libenter iuvamina decernamus.

XVI. De regulari ordine, qualiter observetur, partim nos superius[6] significasse meminimus; cetera cum vestra simul celsitudine conferentes largius statuere decertemus[7].

XI. 3 XI.] XII. *e corr.* G.
XII. 7 titul G. dissilienter G. 8 se *add. e coni.* privare G. ambigit G.
XIII. 9 XII., XIII. *etc.*] XI. XII. *etc.* G.
XIIII. disciplinae G.

1) *Cf. regula Benedicti c. 64 ed. Woelfflin p. 62 sq. V. etiam capitulare missorum generale 802 c. 12, capitularia missorum specialia 802 c. 3, capitulare missorum speciale 802? c. 33, capitula de examinandis ecclesiasticis 802? c. 11, capitulare Mantuanum 787 c. 2, capitula de inspiciendis monasteriis cc. 1—3; MG. Capit. I, 93. 100. 103. 110. 195. 321 sq., praeterea concil. Aquisgranense 817 c. 80; ibid. I, 348.* 2) *Cf. ex. gr. regula Benedicti c. 2; l. l. p. 9 sqq.* 3) *Cf. concil. Chalcedonense c. 8 (Mansi VII, 375):* Clerici, qui praeficiuntur ptochodochiis vel qui ordinantur monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones potestate permaneant nec per contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere huiuscemodi formam quocumque modo nec proprio subiciuntur episcopo, siquidem clerici sunt, canonum correptionibus subiacebunt, si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur. 4) *Cf. institutio sanctimonialium concilii Aquisgranensis 816; supra p. 422 sqq.* 5) *Boretius, l. l. I, 369 ann. 7 remittit ad ea, quae de anno 818. exhibet vita Benedicti Indensis c. 36 (50); MG. SS. XV, 215 sq. Remittendum fortasse est etiam ad concil. Attiniacense 822 c. 3; supra p. 471 cum ann. 1.* 6) *V. supra cc. 9—12.* 7) *Cum hac episcoporum relatione cf. capitula ab episcopis imperatori proposita 825?; MG. Capit. I, 358.*

49. CONCILIUM IN FRANCIA HABITUM.

818/19.—829.

Proferemus infra relationem quandam episcoporum ad Hludowicum imperatorem, quae cui anno sit attribuenda circumscribi non potest. Eam in synodo aliqua nescio quo loco celebrata compositam esse apparet ex omnibus, quae in ea ab imperatore postulantur, praecipue autem ex verbis capitis octavi, ubi oratores [1] *Hludowicum adire dicuntur. Hoc autem concilium post annum 818. vel 819. celebratum esse patet ex capite quinto, quod in mentem revocat Hludowici capitulare ecclesiasticum anni 818. vel 819., praeterea ex capite nono, cuius verba sine dubio respiciunt ad idem capitulare et ad epistolas imperatoris ad archiepiscopos datas (v. supra p. 458 sqq.), ante annum 829., quo habita est synodus Parisiensis (v. infra n. 50 D), cum haec in libro I c. 26 (cf. lib. III c. 11) respicere videatur ad huius relationis c. 1, lib. I cc. 7. 8 ad c. 2, lib. III c. 20 ad c. 3, lib. I cc. 19. 29 et lib. III cc. 4. 9. 10. 21. 26 ad c. 4, lib. III c. 3 ad c. 7, lib. I c. 52 et lib. II c. 2 ad c. 8. Omnia haec argumenta auctoritate carent, fateor, sed in tali re terminos quamvis non satis firmos detegere sufficiet. Ex ipso codice, quo exhibetur relatio, constat eam aetati Hludowici adscribendam esse, propterea quod lemma praemittit non prorsus rectum:* Titulum III. Item domni Hludowici imperatoris. *Antecedunt autem Hludowici capitula per se scribenda 818/19 (MG. Capit. I, 285; Mühlbacher [2] n. 676) una cum capitulis illis incertis 814—840 (l. l. I, 315; Mühlbacher [2] l. l.), sequuntur autem Hludowici capitula de functionibus publicis anno ut videtur 821. emissa (l. l. I, 294; Mühlbacher [2] n. 741). Hac re Boretius (l. l. I, 366) ductus relationem hanc circa annum 820. scriptam putavit, postquam Pertz (MG. LL. I, 326) eam conventui Aquisgranensi hieme anni 828. et 829. attribuit [2], cui assensum praebuit Hefele ('Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 55); Simson ('Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 309 et Mühlbacher (ed. 2 n. 853 e) pro certo aliquid affirmare noluerunt.*

Praesto est ad editionem parandam codex Guelferbytanus inter Blankenburgenses 130 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. (= G) fol. 96—97, quem contulit v. d. Milchsack; c. 6 praeterea legitur in congerie quadraginta trium capitulorum ab homine privato confecta (c. 29; MG. LL. I, 526), quae exstat in codice Mediolanensi bibliothecae Ambrosianae O. 55 (antea coenobii Oscelae vel Susa in Savoia) saec. X. (= M) et integra edita est a Pertz, l. l. I, 524—527; cf. MG. Capit. I, 336.

Edd.: MG. LL. I, 326. Migne, Patrol. lat. XCVII, 591. MG. Capit. I, 366. — Reg.: deest.

1) *V. quae supra p. 473 ann. 1 ad concil. Parisiense 825 annotavimus. Cf. etiam concilii Aquisgranensis 836 epistola ad Pippinum regem directa, praef. libri primi (infra n. 56 B).*
2) *De hoc conventu cf. Simson, l. l. I, 300 sqq.*

I. De necessitate episcoporum conveniendi cum suo metropolitano oportune annis singulis secundum canonicam auctoritatem[1]. Cui conventui interesse oportet abbates tam canonicos quam monasticos absque ulla subtractione, et, si possibile est aut inperiali servitio non detineantur, adsint etiam comites; quodsi illi defuerint, adsint eorum vice tales missi, qui adimplere valeant quaecumque utilia corrigendi studio secundum regulam christianitatis ibidem inventa fuerint. Sunt autem plurimae necessitates, quae aliter emendari non possunt, nisi in huiusmodi conventu. Qui tamen conventus quo tempore fieri debeat, consideratione metropolitani vestrae pietati innotescendum est, quo plenius vestra auctoritate ad eum conveniatur.

II. Ut ministerium sacrosancti baptismatis non ubicumque nec quandocumque, excepta infirmorum causa, sed praefixis a sanctis patribus[2] temporibus penitus celebretur. Aliter enim si actitatum fuerit, honor tanti sacramenti et debita reverentia et cura et diligentia et eruditio pariter vilescere certum est[3].

III. Est quidem valde necessarium et summa emendatione dignum et illud nequaquam neglegatur, sicut hactenus pene ab omnibus neglectum est, quasi non minus necessarium sit, in quo nostrae redemptionis salus et salutis summa consistit, id
Ioh. 6, 53. est communio sacri corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi, qui ait: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Unde monendi sunt atque instruendi omnes fideles, ut mundati et purificati et sepius communicent et reverenter ad ipsam communionem accedant[4], ne secundum
1. Cor. 11, 29. apostolum *iuditium sibi manducent et bibant.*

IIII. Ut sacerdotes Domini, qui sunt mediatores inter Deum et homines, per quos homines Deo reconciliantur, tanto despectui non habeantur, sed pro amore et reverentia Dei ministerium sacrum, quod per eos Deo exibet eclesia, in eis honoretur, et ut a suis eclesiis tam inlicito ausu ad exteriora peragenda non mittantur, quia proinde et opus divinum neglegitur et infantes sine baptismi gratia et homines sine confessione mori solent. Cuius causae periculum et in eos, qui a suis eclesiis eos advocant, et in episcopos, quorum vicem agere debent, miserabiliter retorquetur[5].

V. Ut erga eclesias piissima misericordia vestra id, quod iam dudum Deo inspirante statuit[6], observari ab omnibus iubeat, quoniam plerique post sacram iussionem

Lemma: Titulum III. Item domni Hludowici imperatoris *G.*
I. 2 conventus *G.* 4 detineatur *G.* 9 quo] *intellige:* ut eo *G.* auctoritas *G.*
III. 18 manducavęritis *G.* fili *G.*
IIII. 27 a] ad *G.*

1) *Cf. concil. Nicaenum c. 5, Antiochenum c. 20, Chalcedonense c. 19; Mansi II, 679. 1326. VII, 378 sq. V. etiam capitula Aquisgranensia 802 Oct. c. 7, capitula excerpta de canone 806? c. 1; MG. Capit. I, 107. 133. Concil. Rispacense etc. 799? 800? c. 6; supra p. 208. Concil. Parisiense 829 (infra n. 50 D) lib. I c. 26, lib. III c. 11.* 2) *Cf. quos annotabimus ad concil. Paris. 829 lib. I cc. 7. 8. V. etiam qui laudantur in concilio Triburiensi 895 c. 12; MG. Capit. II, 219 sq.* 3) *Cf. concil. Aquisgranense 802 Oct. c. 10, Haitonis Basiliensis episcopi (807—823) capitula c. 7; MG. Capit. I, 106. 363. V. etiam concil. Moguntinense 813 c. 4; supra p. 261.* 4) *Cf. concil. Turonense 813 c. 50, Cabillonense 813 c. 46 = Ingelheimense 826 c. 10; supra p. 293. 283. 552, praecipue autem concil. Parisiense 829 lib. III. c. 20.* 5) *V. ibid. lib. I cc. 19. 20, lib. III cc. 4. 9. 10. 21. 26.* 6) *Cf. Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 c. 10 (MG. Capit. I, 277; Mühlbacher² n. 674), deinde eiusdem capitulare Wormatiense 829 Aug. cc. 3—10 (l. l. II, 12 sqq.; Mühlbacher² n. 866). V. etiam concil. Meldense-Parisiense 845/46 c. 63; MG. Capit. II, 413.*

vestram non solum census, quos exigere de eclesia solebant, acceperunt, insuper etiam et graviora addiderunt. Cum sint enim pleraeque eclesiae aut nihil aut parum quid exterius habentes, de solis decimis[1] et oblationibus fidelium census et diversos pastus presbyteri earum, qui vix ibidem vivere possunt, reddere compelluntur. Haec vero omnia, quae inde exigere solent, non de suo aliquo beneficio, sed solummodo de altari et parietibus eclesiae ab episcopo Deo dicatis dari sibi agunt.

VI. Quia sunt in plerisque locis parricidae et ceteri homicidae vel reliquis capitalibus criminibus implicati, qui penitentiam publicam agere contemnunt, qui utique rei publicae utilitatibus inutiles sunt; super quibus necesse est, ut vestra celsitudo comitibus praecipiat, quatenus episcopis adiutorium ferant, ut eos canonicae penitentiae subdere valeant[2].

VII. Ut aequales mensurae et iuste in omnibus provinciis imperii vestri sint secundum legem Domini iubentis: *Sit tibi aequus modius iustusque sextarius.* Qua- Ezech. 45, 10.
propter diversitate mensurarum in multis pauperes valde gravantur[3]. Census tamen singularum provinciarum antiquitus constitutus huius rei occasione pauperibus non augeatur.

VIII. Postulant et monent oratores[4] vestri, ut inter cetera, quae digne Deo agitis, ad causas necessarias eclesiarum et pauperum aliquotiens audiendas aut examinandas propter amorem Dei assumatis laborem[5], quia perfectio ministerii vestri maxime in huiuscemodi consistit officio. Erit enim opere precium ad omnes iudices huic officio puriores atque meliores.

(VIIII). De institutione vitae canonicorum, quam Deo inspirante et administrante pia misericordia vestra ordinavit[6], ut omnes idem sentiant et huius proprio metropolitano cura delegetur, quatenus in singulis locis, ubicumque secundum iussionem vestram completa est, perfecte custodiatur et, ubi necdum consummata est, providentia et studiis perficiatur. Hic enim et congruentius ceteris missis suos suffraganeos canonica auctoritate sedulo admonere potest et tam per se quam per missos a se frequenter destinatos, ubicumque emendatione egeat perquirendo, sollicita investigatione, qualiter in locis omnibus servetur, invenire[7].

V. 1 quos] quod *G.* 2 plerique *G.* 6 agunt] *ita G, num* cogunt *legendum est?*
VI. 7 parricida *G,* paracide *M.* 9 necessa *M.* 10 praecipiad quathenus *M.* aiutorium *M.* 11 valead *M.*
VII. 12 VII.] VI. *G.* 14 diversitatem *G.*
VIII. 17 VIII.] VII. *G.* 20 Erit — meliores] *ita G, sensus hiare videtur.*
VIIII. 22 (VIIII) *numerus deest G.* 26 Hic] His *G.* ceteris missis] *intellige:* quam ceteri missi.

1) *De decimis dandis cf. ex. gr. concil. Arelatense 813 c. 9, Remense 813 c. 38, Moguntinense 813 cc. 38. 42, Cabillonense 813 cc. 18 sq., Turonense 813 cc. 16. 46; supra p. 251. 257. 270 sq. 277. 288. 292 sq.* 2) *Cf. concil. Turonense 813 c. 41 = Ingelheimense 826 c. 13; supra p. 292. 552.* 3) *Cf. concil. Arelatense 813 c. 15, Remense 813 c. 41 (supra p. 252. 257) et infra concil. Parisiense 829 lib. III c. 3.* 4) *V. quae supra p. 593 ann. 1 attulimus.* 5) *Fortasse conferenda sunt concilii Parisiensis 829 lib. I c. 52, lib. II c. 2.* 6) *Cf. concil. Aquisgranense 816 (supra p. 312 sqq.), Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 c. 3 (MG. Capit. I, 276; Mühlbacher² n. 674).* 7) *Imperatoris missis iniunctum erat, ut institutionis canonicae formulam observari iuberent; v. epistolas Hludowici anno 818. vel 819. ad archiepiscopos datas; supra p. 458 sqq.*

50. CONCILIA QUATTUOR ANNI 829., PRAECIPUE CONCILIUM PARISIENSE.

A. CONSTITUTIO DE SYNODIS ANNO 829. IN REGNO FRANCORUM HABENDIS.

(828. Dec.)

Traditur in his codicibus: 1) Parisiensi latino 4417 (antea canonicorum Aniciensium, deinde Colbertino 826, tum regio 5159. 9. 5) saec. IX. X. (= P 1) fol. 252'; 2) Bambergensi P. I. 1 (antea 62, non 60) saec. IX. X. (= B 1) fol. 68'; 3) Parisiensi latino 10758 (antea s. Remigii Remensis, postea collegii Claramontani 620, tum inter suppl. lat. 164bis) saec. IX. X. (= P 2) pag. 260; 4) Parisiensi latino 4628 A (antea abbatiae s. Dionysii in Francia) saec. X. (= P 3) fol. 146'; 5) Parisiensi latino 4761 (antea Philiberti ex gente de la Mare Divionensis, tum Ashburnhamensis Barrois 73, non 75) saec. X. (= P 4) fol. 18'; 6) Berolinensi 163, Phill. 1762 (antea s. Remigii Remensis, deinde Tiliano, postea Claramontano, tum Meermanniano 605, denique Cheltenhamensi) saec. X. (= B 2) fol. 70'; 7) Parisiensi latino 4638 (antea Pithoeano, tum J. A. Thuani, deinde Colbertino 1597, denique regio 4243. 1) saec. X. XI. (= P 5) fol. 72'; 8) Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 582 (antea ecclesiae s. Martini Moguntini) saec. IX. X. (= V 1) fol. 75; 9) Parisiensi latino 9654 (antea s. Vincentii Mettensis et collegii Claramontani, tum inter suppl. lat. 75) saec. X. XI. (= P 6) fol. 66; 10) Romano bibliothecae Vaticanae inter codices reginae Christinae 417 (antea s. Remigii Remensis) saec. X. XI. (= V 2); 11) Schaffhusano bibliothecae ecclesiasticae s. Iohannis 74 (non 75) saec. XI. XII. (= S); 12) Bonnensi 402 (antea 96a, olim academiae Duisburgensis) saec. XII. (= B 3). Accedit codex Barcinonensis archivi coronae Aragoniae 40 (antea Rivipullensis monasterii) saec. XI. Inscriptionem praefigunt P 1 et S: Capitula a piissimo Hludowico edita.

Edd.: Sirmond II, 464. Coll. reg. conc. XXI, 134. Labbe-Cossart VII, 1580; ed. Coleti IX, 692. Baluze I, 653. Harduin IV, 1279. Georgisch 889. Bouquet VI, 438. Hartzheim II, 43. Mansi XV, app. 441. Walter II, 371. MG. LL. I, 327. Binterim, 'Pragmatische Geschichte der deutschen Nationalconcilien' etc. I, 115. Migne, Patrol. lat. XCVII, 592. MG. Capit. II, 2. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 859. 'Neues Archiv' XXIV, 487.

Anno sexto decimo regnante domno nostro Hludowico conventus episcoporum debet fieri in quattuor locis, id est Magontiaco, in quo isti archiepiscopi cum eorum

34 Mogontiaco *P 2. 3*, Maguneiaco *P 6*, in Magontiaco *V 2*, Mogontia *P 5*.

suffraganeis convenire debent: Autcarius [1], Hadebaldus [2], Heti [3], Bernoinus [4]. In Parisio: Ebo [5], Ragnowardus [6], Lantramnus [7], archiepiscopus Senonis qui fuerit [8] cum eorum suffraganeis. In Lugduno: Agobardus [9], Bernardus [10], Andreas [11], Benedictus [12], Agaricus [13] cum eorum suffraganeis. In Tolosa: Noto [14], Bartolomaeus [15], Adalelmus [16], Agiulfus [17] cum eorum suffraganeis [18]. In quibus conventibus tractare, quaerere et cum Dei adiutorio invenire debent de causis ad religionem Christianam et eorum curam pertinentibus, et quid a principibus [19] et reliquo populo vel ita, ut divina auctoritas docet, aut aliter teneatur vel quid inde ex parte vel ex toto dimissum sit, ut non teneatur; deinde quid in ipsorum, qui pastores populi constituti sunt, moribus, conversatione et actibus inveniri possit, quod divinae regulae atque auctoritati non concordet, simulque invenire, quae occasiones in utroque ordine id effecerint, ut a recto tramite deviassent. Et quicquid ab eis de his causis inventum fuerit, tam sollerti cura custodiatur, ut nullatenus ad aliorum notitiam pervenire permittant ante tempus constitutum; et ideo unus notarius inter omnes eligatur, qui quod ipsi invenerint subtiliter describat et sub iuramento constrictus fideliter conservet.

Volumus etiam ipsorum conventum fieri octavas [20] Pentecosten; missi vero nostri incipiant legationem peragere octavas [21] Paschae.

1 Autcarius] aut vicariis *B 1.* Heti] Ethi *P 1,* Hetti *P 4.* Bernuinus *B 1. P 2. 3. 4. B 2. P 5. V 1.* Parisio *ex* Parisiaco *corr. P 2.* 2 Ebbo *P 5. V 1. P 6.* Ragowardus *B 1,* Rainowardus *P 3. V 2,* Rainvardus *P 6.* 3 Benedictus, Agaricus cum eorum suffraganeis *leguntur post* In Tolosa — suffraganeis *V 2.* 4 In Tolosa — suffraganeis *posita sunt ante* In Lugduno *etc. (l. 3 sq.) B 1. P 2. 3. 4. B 2, desunt P 5. 6.* Aiulfus *B 1. P 2. 3. 4. B 2.* 7 quid] qui *P 2. B 2. P 5.* a] ad *P 4.* 12 Et] Ut *P 2. 3. 4. B 2. P 5. V 1. P 6. V 2. S.* 14 qui quod] quicquid *P 2. P 4. B 2.* 16 Volumus — Paschae *om. Sirmond et unus Baluzii codex.*

1) *Moguntinus (826—847).* 2) *Coloniensis (819—842).* 3) *Treverensis (819—847).* 4) *Vesontionensis (811—829).* 5) *Remensis (816—835, 840—841).* 6) *Rotomagensis (828—837).* 7) *Turonensis (816—835).* 8) *Hieremias obierat die 7. mensis Decembris a. 828., successit ei Aldricus, qui consecratus est die 6. mensis Iunii a. 829.* 9) *Lugdunensis (814—840).* 10) *Viennensis (808/10—842).* 11) *Tarantasiensis (c. 828—40).* 12) *Aquensis (828—?).* 13) *Ebredunensis (anni episcopatus non constant).* 14) *Arelatensis (820—851).* 15) *Narbonensis (828—844).* 16) *Burdegalensis (c. 828—848).* 17) *Bituricensis (c. 820—840).* 18) *Notatu dignum videtur nullum ordinari concilium Italicum.* 19) *Imperatore et eius filio; cf. Th. von Sickel, Acta regum et imperatorum Karolinorum I, 176 ann. 1; aliter Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. IV, 327 ann. 1, ut monuit V. Krause.* 20) *Die 23. mensis Maii 829; cf. MG. Capit. II, 10 (Mühlbacher² n. 863).* 21) *Die 4. mensis Aprilis 829; cf. ibidem.*

B. HLUDOWICI ET HLOTHARII EPISTOLA GENERALIS.

(828. Dec.)

Praeter constitutionem de synodis anno 829. habendis, supra p. 596 sq. editam, exstat quoque epistola Hludowici et Hlotharii generalis de quattuor episcoporum conventibus habendis, de missis ablegandis, de ieiuniis post Pentecosten celebrandis, de exercitali expeditione praeparanda. Hanc aequalem esse constitutioni illi vel paucis tantum diebus posteriorem pro certo ex ipsis collatis colligendum est.

Epistolae huius duplex traditur forma, minor et maior. Minor in editionibus tantum ad nostra usque pervenit tempora neque in ulla re suspicionem movet. De forma

maiore audiamus quae Boretius (MG. Capit. II, 3) exposuit: 'Prima ipsius pars cum alia forma omnino consentanea est; deinde autem in forma maiore tam humiliter et se ipsos arguentes imperatores dicere, tam miro modo nobiles (tyrannos) *et populum recte et iuste contra sese esse rebelles affirmare videntur, ut haec epistolae pars maxime suspecta mihi quidem appareat. Anno saltem 828. non adeo humilis et contritus apud rerum scriptores Hludowicus existit, ut verba ad populum directa ipsi tribuere possimus:* Quis enim non sentiat Deum nostris pravissimis actibus esse offensum; . . . nec illud dubitamus ex iusta vindicta Dei evenire, quod scandala per tyrannos exsurgunt; . . . et idcirco merito creaturae nobis concesse contra nos ingratos pugnant, *vel alia plura, quae neque ita neque similiter leguntur in epistolae forma minore. Accedit, quod ultima longioris epistolae pars ad verbum e constitutione supra (p. 596 sq.) edita desumpta est. Quibus de causis haec maior epistola a quodam imperatoris inimico consuta et falsata haberi possit*[1]. *Sunt quidem (cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 55) qui dicunt maiorem epistolam episcopis, minorem populo fuisse destinatam; cui rei contrarium videtur, quod in utraque forma epistola* omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris *pariter inscripta est; fortasse etiam et quod episcopi Parisiis in concilio adunati non hanc epistolam allegant, sed constitutionem cum ipsa consentaneam* (a recto tramite deviassent[2], *uti legitur in constitutione illa, cum contra in epistola legatur* ut a recto tramite deviatum sit), *et quod referunt de missis directis, quorum nulla mentio fit in forma maiore'. In utraque denique forma epistolae tenor et allocutio* (sollertia vestra) *ad optimates potius quam ad universum populum spectare videtur.*

Forma minor et genuina edita est a Sirmond (Concil. Galliae II, 464) et Baluze (Capitularia I, 653). Utramque editionem, litteris S 1 et B 1 inter se distinctam, in textu parando adhibuimus.

Edd.: Sirmond II, 464. Coll. reg. conc. XXI, 135. Labbe-Cossart VII, 1581; ed. Coleti IX, 693. Baluze I, 653. Harduin IV, 1280. Bouquet VI, 343. Hartzheim II, 44. Georgisch, Corp. iur. Germ. 891. Mansi XV, app. 441. Walter, Corp. iur. Germ. II, 372. MG. LL. I, 329. Migne, Patrol. lat. XCVII, 597. CIV, 1319. MG. Capit. II, 3 (A). — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 854. 'Neues Archiv' XXIV, 487.

Forma maior et interpolata legitur in his codicibus: 1) codice Romano bibliothecae Vaticanae 3827 (antea s. Petri Bellovacensis) saec. X. (= V) fol. 39'. 40; 2) codice Parisiensi latino 5516 (antea s. Martini Turonensis) saec. X. (= P) fol. 116—117; 3) in codice Barcinonensi archivi coronae Aragoniae 40 (antea Rivipullensis monasterii) saec. XI.; 4) in codice Romano bibliothecae Vaticanae inter codices reginae Christinae 1041 saec. XVII. fol. 59—60, deinde in his libris: 5) Sirmond, Concil. Galliae II, 475 (= S 2), 6) Baluze, Capitularia I, 657 (= B 2), ubi editio niti dicitur codice bibliothecae Thuaneae vetustissimo (= supra n. 2) et monasterii Rivipullensis (= supra n. 3). Editionem nos ita instituimus, ut pro fundamento habuerimus V et P, variam lectionem addiderimus ex S 2 et B 2, omiserimus denique codicem reginae Christinae (= supra n. 4), quippe cum offerat exemplar codicis P (= supra n. 2). Notandum est in V et P formam interpolatam legi ante ipsa acta concilii Parisiensis 829 habiti, quae ex eisdem ipsis codicibus prodibunt: non ergo multo post formam minorem redacta videtur esse, praesertim cum incursiones hostium anno praeterito *adscribat (v. infra p. 599 l. 36 sq.).*

Edd.: Surius III, 358. Baronius, Ann. eccl. 828 n. 29. Bollanus-Nicolini III, 769. Binius III, 1, 1540. Goldast, Const. II, 15. Sirmond II, 475. Coll. reg. conc. XXI, 149.

1) *Hanc sententiam approbavit Mühlbacher*[2] *n. 860.* 2) *Concil. Paris. 829 librorum I. et III. praefationes.*

Pithou, 'Preuves des libertez de l'église Gallicane' ed. 2. II, 1254. Vorburg, Hist. XI, 186. Labbe-Cossart VII, 1590; ed. Coleti IX, 701. Baluze I, 657. Lünig, 'Reichsarchiv' IV, 11. Harduin IV, 1289. Bouquet VI, 344. Heumann, Comment. de re diplomatica I, 452. Hartzheim II, 52. Le Cointe, Ann. eccl. VIII, 4. Mansi XIV, 529. XV, app. 443. Walter, Corp. iur. Germ. II, 375. MG. LL. I, 329. Migne, Patrol. lat. XCVII, 598. CIV, 1322. MG. Capit. II, 3 (B). — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 860. 'Neues Archiv' XXIV, 487.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi Hludowicus et Hlotharius divina ordinante providentia imperatores augusti omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris.

Recordari vos credimus, qualiter hoc anno consilio sacerdotum et aliorum fidelium nostrorum generale ieiunium per totum regnum nostrum celebrare iussimus Deumque tota devotione deposcere, ut nobis propitiari et, in quibus illum maxime offensum haberemus, nobis manifestare et ut ad correctionem nostram necessariam tranquillum tempus nobis tribuere dignaretur. Volueramus siquidem tempore congruo placitum nostrum generale habere et in eodem de communi correctione agere; et ita Deo miserante fieret, nisi commotio inimicorum, sicut nostis, praepedisset. Sed quia tunc fieri non potuit iuxta voluntatem nostram, visum nobis fuit praesens placitum cum aliquibus ex fidelibus nostris habere et in eo de his, quae propter praedictum impedimentum remanserunt, qualiter ad effectum pervenirent, Domino adiuvante considerare. Quapropter nosse volumus sollertiam vestram, quod in isto praesenti placito cum fidelibus nostris consideravimus, ut primo omnium archiepiscopi cum suis suffraganeis in locis congruis tempore oportuno convenirent et ibi tam de sua quam de omnium nostrum correctione et emendatione secundum divinam auctoritatem quaerendo invenirent et nobis atque fidelibus nostris secundum ministerium sibi commissum adnuntiarent*.

*) *Inde ab hoc verbo forma interpolata (in V, P, B 2, S 2 etc. servata) ita pergit:* Quis enim non sentiat Deum nostris pravissimis actibus esse offensum et ad iracundiam provocatum, cum videat tot annis multifariis flagellis iram illius in regno nobis ab eo commisso desevire, videlicet in fame continua, in mortalitate animalium, in pestilentia hominum, in sterilitate pene omnium frugum et, ut ita dixerim, diversissimis morborum cladibus atque ingentibus penuriis populum istius regni miserabiliter vexatum et adflictum atque omni abundantia rerum quodammodo exinanitum? Nec illud etiam dubitamus ex iusta vindicta illius evenire, quod sepe scandala per tyrannos in hoc regno exsurgunt, qui pacem populi Christiani et unitatem imperii sua pravitate nituntur scindere. Nam et illud nihilominus peccatis nostris deputandum est, quod inimici[1] Christi nominis praeterito anno in hoc regnum ingressi depraedationes, incendia ecclesiarum et captivationes

Lemmata: Epistola quae generaliter populo Dei est legenda *B 1*, Epistola quae generaliter populo est legenda *S 1*. — Incipit epistola cesarea (caesarea) *V. P*, Incipit epistola caesarea, quae generaliter populo Dei est legenda *B 2*, Epistola generalis, quam Ludovicus Pius imperator ex placito Aquisgranensi misit, de conciliis episcoporum in quatuor imperii partibus congregandis *S 2*. 8 Hlotarius *V. P.* 13 propitiari et] propitiaret *B 1. S 1.* 14 offensum haberemus] offenderimus *V. P. B 2. S 2.* ut *deest V. P.* 16 eodem] eo *B 2. S 2.* de *deest V.* 17 praependisset *V.* 21 solertiam *B 1.* 23 opportuno *B 1.* 28 pravissimis] parvissimis *V.* 30 sterelitate *V.* 33 vindictam *V.* 36 nihilhominus *P.*

1) *Saraceni; cf. annales regni Francorum ad annum 828. ed. Kurze p. 175.*

Item consideravimus, ut missos nostros per universum regnum nostrum mitteremus, qui de omnibus causis, quae ad correctionem pertinere viderentur, quanto potuissent studio, decertarent et quicquid possibile invenirent per semetipsos nostra auctoritate corrigerent et, si aliqua difficultas in qualibet re eis obsisteret, ad nostram notitiam deferre curarent. Quapropter volumus, ut vos omnes propter communem

---

Christianorum et interfectiones servorum Dei audenter et inpune, immo crudeliter fecerunt. Agitur siquidem iusto iudicio Dei, ut, quia in cunctis delinquimus, interius simul et exterius flagellemur. Beneficiis quippe Dei evidenter existimus ingrati, quoniam his non ad voluntatem Dei, sed ad libitum nostrum carnalem uti invenimur; et idcirco merito creaturae Dei nobis divinitus concesse pro Deo contra nos ingratos pugnant
Sap. 5, 21. iuxta illud: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Verum quia tot modis vexamur atque percutimur, ad eum, a quo percutimur, toto corde dignum necessariumque
Is. 28, 19. est ut revertamur, quatenus illud propheticum in nobis impleatur, quo dicitur: *Sola vexatio intellectum dabit auditui.* Sed quia pius et clemens Dominus sic ipsum flagellum moderatur, ut non ad interitum, sed potius ad correctionem nostram inferre videatur, debemus in conspectu eius veraciter humiliari et faciem illius in confessione praevenire eiusque pietatem pronis mentibus exorare, ut qui fecit nos iustissima dispensatione flagella sentire faciat nobis peccata nostra, pro quibus iuste ab eo flagellamur, cognoscere et, in quibus maxime illum offendimus et iram illius provocavimus, manifestius intellegere, ut post, eo miserante, prava deserendo et corrigendo, bona etiam sectando et tota cum devotione exsequendo, valeamus per spiritum humilitatis et animam contritam sacrificium Deo debitum offerre iramque illius indignationis evadere et per dignam congruamque correctionem et bonorum operum exhibitionem gratiam eius propiciationis, licet indigni, promereri. At quia nos magis in hoc peccasse cognoscimus, qui forma salutis omnibus esse debuimus et omnium curam gerere et per auctoritatem imperialem pravorum acta, ne tantum adcrescerent, corrigere, cupimus Domino nobis propitio in conspectu pietatis illius per dignam satisfactionem veniam adipisci et per saluberrimam correctionem vel per bonum studium quod nostra desidia et ignorantia hactenus neglectum est consultu fidelium tempore oportuno, quantum in nobis est, studiosissime emendare et nostram in hoc voluntatem omnibus manifestam facere.

Quapropter statuimus atque decrevimus cum consultu sacerdotum ceterorumque fidelium nostrorum huius rei gratia, ob placandum scilicet contra nos nobisque subiectos Domini furorem, conventus eorundem episcoporum in quattuor imperii nostri locis congruentissime fieri, primo[1] scilicet in Moguntiacensi urbe, ubi conveniant metropolitani Autgarius[2], Adubaldus[3], Hethi[4], Bernuinus[5] cum suffraganeis suis; secundo quoque in Parisiorum urbe, ubi futurus antistes Senonicus[6] et Ebbo[7], Rangnoardus[8] et Landramnus[9] metropolitani cum suffraganeis suis conveniant; tertio vero apud Lugdunum,

3 per semetipsos] presentaliter *B 1.* 6 interfectionis *V.* audenter et impune] audientes et in pane *V.* 7 quia] qui *P. S 2.* 21 exequendo *S 2.* 24 debitum] libitum *V.* 25 pravarum *P.* 26 adcrescerent] adolescerent *S 2.* 31 consultum *P.* ceterorum *B 2.* 34 Mogontiacensi *B 2. S 2.* metropolitani] archiepiscopi *P. B 2.* 35 Adubaldus] Hadubaldus *B 2. S 2.* Hethi] Hi. *V.* secundo — Landramnus metropolitani cum suffraganeis suis *(l. 37) desunt P.* 36 Ragnoardus *B 2. S 2.* Landranus *S 2.* 39 metropolitani *deest B 2.*

1) *Epistola interpolata inde usque ad finem repetit etsi non omnia verba, sed certe summam constitutionis de episcoporum conventibus, supra p. 596 l. 34 — p. 597 l. 15.* 2) *Moguntinus.* 3) *Coloniensis.* 4) *Treverensis.* 5) *Vesontiensis.* 6) *V. quae p. 597 l. 27 sq. monuimus.* 7) *Remensis.* 8) *Rotomagensis.* 9) *Turonensis.*

salutem et regni honorem ac populi utilitatem obedientes et adiutores missis nostris in omnibus pro viribus esse non neglegatis; simulque sciatis ob hanc causam nos velle per singulas hebdomadas uno die in palatio nostro ad causas audiendas sedere[1], ut per hunc aut illum comitem et providentia missorum et obedientia populi nobis manifestius appareat.

Et ut haec omnia successum habeant, volumus, ut generale triduanum ieiunium secunda[2] feria post octavas Pentecosten celebrandum indicetur et generaliter ab omnibus cum summa devotione observetur.

Et quia undique inimicos sanctae Dei ecclesiae commoveri et regnum a Deo nobis commissum infestare velle cognoscimus, praecipimus atque iubemus[3], ut omnes homines per totum regnum nostrum, qui exercitalis itineris debitores sunt, bene sint praeparati cum equis, armis, vestimentis et victualibus, ut, quocumque tempore eis a nobis denuntiatum fuerit, sine ulla mora exire et, in quamcumque partem necessitas postulaverit, pergere possint et tamdiu ibi esse, quamdiu necessitas postulaverit.

---

ubi Agobardus[4], Bernardus[5], Andreas[6], Benedictus[7], Agericus[8] cum suffraganeis suis similiter conveniant; quarto etiam apud Tolosanam urbem, quo simul conveniant Notho[9], Bartholomaeus[10], Adalelmus[11], Agiulfus[12] cum suffraganeis suis. In quibus conventibus tractare, querere et cum Dei adiutorio invenire debent de causis ad religionem Christianam et eorum curam pertinentibus, quid a principibus et reliquo populo vel ita, ut divina auctoritas docet, aut aliter teneatur vel quid inde ex parte vel ex toto dimissum sit, ut non teneatur; deinde quid in ipsorum, qui pastores populi constituti sunt, moribus, conversatione et actibus inveniri possit, quod divinae regulae atque auctoritati non concordet, simulque inveniant, quae occasiones in utroque ordine id effecerint, ut a recto tramite deviatum sit. Et quicquid de his causis inventum fuerit, tam sollerti cura custodiatur, ut nullatenus ad aliorum notitiam pervenire permittant ante tempus constitutum; et ideo unus notarius inter omnes eligatur, qui quod ipsi invenerint describat et ipse sub iuramento constrictus ea, quae inventa et digesta fuerint, diligenter fideliterque conservet.

4 nobis *deest S 1.* 7 octabas *B 1*, octawas *S 1.* Pentecostes *S 1.* 10 nobis *deest B 1.* 12 vestimentis] instrumentis *S 1.* quocunque *B 1.* 13 quamcunque *B 1.* 14 quandiu *B 1.* 16 Tolosam *B 2. S 2.* 17 Bertholomeus *P.* Bartolomaeus *S 2.* 18 religionem] regionem *V.* 20 aut] auc *V.* tota *V.* 27 constrictus *deest S 2.* 28 conservet] *verba* Volumus — Paschae *(supra p. 597 l. 16 sq.) desunt.*

1) *Cf. Hludowici capitulare Wormatiense 829 Aug. c. 14:* Hoc missi nostri notum faciant, quod nos in omni hebdomada unum diem ad causas audiendas et iudicandas sedere volumus *(MG. Capit. II, 16; Mühlbacher² n. 867). V. etiam supra p. 595 c. 8.* 2) *Die 24. mensis Maii 829; die 23. eiusdem mensis synodorum initium indictum erat; cf. supra p. 597 l. 16.* 3) *Cf. Hludowici capitula ab episcopis in placito tractanda c. 7 (l. l. II, 7; Mühlbacher² n. 861).* 4) *Lugdunensis.* 5) *Viennensis.* 6) *Tarantasiensis.* 7) *Aquensis.* 8) *Ebredunensis.* 9) *Arelatensis.* 10) *Narbonensis.* 11) *Burdegalensis.* 12) *Bituricensis.*

C. DE CONCILIIS TOLOSANO, LUGDUNENSI, MOGUNTINENSI.

(829. mense Maio aut Iunio).

Dubitari non oportet, quin secundum constitutiones imperiales modo editas anno 829. quattuor habitae sint synodi, quamquam annales Xantenses ad a. 829. referunt: Erat sinodus episcoporum in tribus locis regni Lodewici imperatoris *(MG. SS. II, 225) et*

secundum Radbertum ab episcopis excogitatum est, ut tribus in locis synodi fierent *(Epitaphium Arsenii II c. 4 ed. Dümmler, 'Abhandlungen der Berliner Akademie 1899/1900, Philos.-histor. Klasse' p. 65 = Vita Walae II c. 4; MG. SS. II, 550). Rectius certe Hincmarus verba facit de eis,* quae episcopi in synodis per quatuor loca sui imperii habitis necessario et utiliter nuper invenerant *(De divortio Lotharii et Tetbergae interr. 5; Opp. ed. Sirmond I, 590). Gesta autem synodalia Parisiensia tantum ad nostra usque tempora pervenerunt, Tolosana, Lugdunensia, Moguntinensia praeter pauca illa fragmenta latent*[1] *aut, ut verius dicam, non iam erui possunt. Audiamus enim quae b. m. V. Krause exposuit: '. . . uti anno 813. concordia quaedam, quae dicitur, synodorum quinque illo anno habitarum imperatori tradita esse videtur*[2]*, ita anno quoque 829. synodorum huius anni habitarum concordiam Hludowico transmissam esse crediderim. . . Praefationis primae et ultimae partis*[3] *loco litterae quaedam episcoporum ad imperatorem datae ab huius relationis*[4] *auctore positae sunt, quae in Parisiensi concilio*[5] *actorum libro tertio praefixae leguntur, mutatis tamen quibusdam verbis huius relationis indolem indicantibus, cum dicatur:* pauca[6] de multis, quae in nostris conventibus gesta sunt, excerpentes in unum redigendo succincte et ordinatim adnotavimus. *Hinc etiam colligendum videtur hanc relationem non de Parisiensi tantum conventu, sed de aliis quoque tribus esse excerptam (cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 72 sqq.): maxima sane relationis pars cum Parisiensibus canonibus concordat, qui saepe abbreviati, raro tantum paululum mutati vel paucis verbis aucti, interdum etiam neglegentius descripti et concepti*[7] *apparent. Quaedam sane huius relationis capitula frustra in Parisiensibus canonibus requiruntur, capita scilicet 11. 12. 13 infra a me numerata (MG. Capit. II, 13) et alia (cf. cc. 56 sqq.; l. l. II, 46 sqq.) argumento quidem similia, verbis autem a Parisiensi concilio diversa sunt. Haec autem capitula ex aliis eiusdem anni conciliis hausta esse putaverim: leguntur enim omnino consentanea etiam in posterioris cuiusdam synodi Aquisgrani scilicet anno 836. habitae canonibus*[8]*, quae maximam in partem et huius Parisiensis concilii et aliorum anno 829. habitorum canones iterum sanxisse videtur' (MG. Capit. II, 26 sq.).*

Facile autem perspicitur, quae difficultas sit eruendi canones Tolosanos, Lugdunenses, Moguntinenses neque in relatione illa neque in concilio Aquisgranensi suo nomine indicatos, quo fit ut cautius dicamus eos non iam singulis illis conciliis attribui posse quam prorsus deperditos. Nihilominus constat de Tolosana synodo nihil pro certo affirmari posse itemque de Lugdunensi, quamquam in eo actum esse antea putabatur de conditione Iudaeorum et in eius deliberationibus niti epistolam Agobardi archiepiscopi Lugdunensis (obiit a. 840.) itemque epistolam eiusdem, Bernardi Viennensis (817—842) et Faofi (sive Forae; cf. Simson, l. l. I, 395 ann. 7) Cabillonensis (813—837) episcoporum, Mansi XIV, 607. 611 (= MG. Epp. V, 182. 185), utramque Hludowico imperatori directam. Has autem adscribendas esse annis 826. vel 827. Simson, l. l. I, 393 sqq. feliciter evicit.

Plura dicenda sunt de concilio Moguntinensi mense Iunio anni 829. habito. Cuius triginta duos canones in membrana manuscripta circa annum 1640. vidisse et habuisse

1) *Nomina archiepiscoporum, qui singulis conciliis interesse iussi erant, leguntur in constitutione anni 828.; supra p. 596 l. 34 sqq.* 2) *V. supra p. 297 sqq.* 3) *MG. Capit. II, 27 sq. 46.* 4) *V. quae de ea infra sub E exponemus.* 5) *Cuius gesta sub D sequentur.* 6) *C. 55; l. l. II, 46.* 7) *V. cc. 2. 4. 6. 24; l. l. II, 29 sqq. 37. — Ex notis ad acta Parisiensia adspersis apparebit, quot canones in relatione illa repetita sint; non adhibita sunt concilii Parisiensis libri I. praefatio, cc. 4. 6. 7. 15. 17— 19. 23. 24. 26. 28. 29. 32. 34. 36 — 39. 51. 52, libri II. praefatio, cc. 3 — 13, libri III cc. 5. 6.* 8) *V. in hoc tomo ad annum 836. Febr. sub A.*

Grothausium, bibliothecarium collegii Coloniensis, testatur J. Hartzheim, Concil. Germaniae II, 53, sed quo ii devenerint se nescire; nos tamen illum errore ductum fuisse suspicamur et confudisse acta concilii anni 829. cum actis synodalibus anni 847., quae cum praefatione triginta duo capitula continent et in editione principi a F. L. Surio confecta (Conciliorum . . . tom. III, Coloniae Agrippinae 1567, p. 421 sqq.) secundum codicem Coloniensem nunc deperditum promulgata videntur; cf. 'Neues Archiv' XXVI, 614. Utut res se habet, fragmenta quaedam servata sunt praeter illa anonyma, quae fluxerunt in relationem episcoporum anni 829., in reliquiis collectionis cuiusdam epistolarum Fuldensium, quam excerpserunt M. Flacius Illyricus sodalesque in 'Ecclesiastica historia . . . secundum singulas centurias . . . digesta' cent. IX. et X. (Basileae 1565 et 1567). Hoc ex fonte hausit b. m. E. Dümmler (MG. Epp. V, 517 sqq.; cf. 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' V, 369 sqq. XXIV, 421 sqq.), cuius in vestigiis inhaerentes haec pauca quasi ad concilium Moguntinense pertinentia repetimus[1].

(Flacius Illyricus, Eccles. hist. cent. IX. c. 10 col. 586): In[2] hoc tamen recte sensit (Hatto)[3], quod iudicavit neminem debere invitum fieri monachum, ideoque Godeschalcum[4] pronunciavit a vinculo illo immunem, cum probasset se a Rabano[5] coactum suscepisse cucullam. *(col. 546):* Godeschalcum in pueritia coegit (Rabanus) monasticam vitam suscipere, ut patet ex epistola Hattonis ad Otgarium[6].

(ibid. c. 6 col. 280): Godescalcus, qui invitus et coactus votum monasticum fecerat, in synodo Moguntina absolutus est; Hatto in epistola ad Otgarium.

(ibid. c. 10 col. 543): Godescalcum, comitis Saxonis Berni filium, qui invitus votum monasticum fecerat, in synodo cum multis aliis episcopis anno Domini 829. absolvit, ut testatur Hatto abbas Fuldensis[7] in epistola ad eundem.

(ibid. c. 6 col. 234): Mogunti in basilica Albani martyris[8] synodus habita est in causa Godescalci; Hatto in epistola ad Otgarium.

(ibid. c. 10 col. 546 sq.): Cum adhuc abbas esset (Rabanus), Godeschalcus eum in synodo accusavit, quod se invitum fecisset monachum, ac synodus Godeschalcum absolvit. Sed Rabanus contra eam sententiam protestatus ad Ludovicum appellavit[9] anno Domini 829.; epistola Hattonis ad Otgarium.

1) *De fontibus canonum, quos Leibniz (Annales imperii I, 385 ed. Pertz) adscribere voluit huic concilio Moguntinensi cf. Wasserschleben ad Reginonis Prumiensis opus de synodalibus causis lib. I c. 404 (antea 392). II cc. 27 (26). 55. 60. 61. 94—97 (95—98). 200 (199).* 2) *Haec et sequentia leguntur MG. Epp. V, 529 sq. n. 29 ('Forschungen zur Deutschen Geschichte' V, 387 sq. n. 27).* 3) *De Hattone, tum monacho, inde ab anno 847. abbate Fuldensi Rabanique abbatis successore cf. Traube, MG. Poet. lat. III, 709 ann. 2.* 4) *De Godescalco variisque eius fatis cf. Simson, l. l. I, 314. Hefele, l. l. IV, 72 sq. 130 sqq. Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reiches' ed. 2. I, 327. Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' 90 sqq. Traube, l. l. III, 707 sqq. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 649 sqq.* 5) *Tum abbate Fuldensi (822—847), deinde archiepiscopo Moguntino (847—856).* 6) *Archiepiscopum Moguntinum (826? — 847).* 7) *De titulo Hattonis a centuriatoribus certe addito (v. supra ann. 3) cf. Schrörs, l. l. p. 92 ann. 19.* 8) *In eodem claustro habitae sunt synodi Moguntinenses annorum 813. et 847.; v. supra p. 273 l. 12 sq. MG. Capit. II, 173. Dümmler, l. l. I, 320 ann. 1.* 9) *Cf. Rabani opusculum contra eos, qui repugnant institutis beati patris Benedicti (Mabillon, Ann. ord. s. Bened. II, 726 sqq. n. 51), ubi agit* adversus eos, qui dicunt non licere parentibus liberis filios suos ingenuos Dei servitio mancipare necnon et contra illos, qui parvipendentes votum, quod Deo voverunt, servitium sanctum, quod professi sunt, quasi sine reatu deserere possent, indigni adiciunt; *cf. Dümmler, l. l. I, 327 ann. 3.*

(ibid. c. 9 col. 404 sq.): Anno Domini 829., imperii Ludovici 16., mense Iunio synodus Moguntii in claustro basilicae Albani martyris celebratur. Convenerunt (1) Otgarius eiusdem Moguntiacensis ecclesiae archiepiscopus, (2) Hetto archiepiscopus [1], (3) Hadubald archiepiscopus [2], (4) Bernwinus archiepiscopus [3], (5) Adalrham archiepiscopus [4], (6) Drogo episcopus [5], (7) Bernoldus episcopus [6], (8) Benedictus episcopus [7], (9) Nidgarius episcopus [8], (10) Folcuicus episcopus [9], (11) Wolfleoz episcopus [10], (12) Adalingus episcopus [11], (13) Baturatus episcopus [12], (14) Wolfgarius episcopus [13], (15) Harud episcopus [14], (16) Theotgrinus episcopus [15], (17) Hildi episcopus [16], (18) Frotharius episcopus [17], (19) Waldgoz episcopus [18], (20) Williricus episcopus [19], (21) Fridericus episcopus [20], (22) Gerfridus episcopus [21], (23) Geboinus episcopus [22], (24) David episcopus [23], (25) Udalricus episcopus [24], (26) Hitto episcopus [25], (27) Baturicus episcopus [26], (28) Reginheri episcopus [27], (29) Erbeo episcopus [28], (30) Humbertus chorepiscopus [29], (31) Eburaccar chorepiscopus, (32) Wolfgrinius chorepiscopus [30], (33) Manno chorepiscopus, (34) Rabanus abbas [31], (35) Sigimarus abbas [32], (36) Winibertus abbas [33], (37) Sindoltus abbas [34], (38) Albuinus abbas [35], (39) Theotgerus abbas [36]. Interpellavit Rabanum abbatem Gottescalcus, filius Berni comitis Saxonis, asserens se et invitum fuisse attonsum et violenter ab eo monasticae vitae mancipatum. Habita ratione cum in conventu sacerdotum secundum divina humanaque iura [37] diligenti studio causa discuteretur, inventus est is, qui interpellabat, auctoritate canonica esse solvendus. Ac per hoc eorum iudicio paternae restitutus est libertati, ea tamen ratione ut, si abbati ita placeret, controversiae eorum finis inter eos istius ac propinquorum suorum esset iuramentum; quod quidem si abbas suscipere vellet, omnem ei iniuriam, quam perpessus est, secundum legem componeret; si autem ille iuramentum nollet exigere, nec iste compositionem suae quaereret iniuriae, sed tantum legitima frueretur libertate; epistola Rabani et epistola Hattonis ad Otgarium. Sed Rabanus cum Otgarii licentia appellavit ad synodum, in qua praesto esset imperator, ut patet ex eius epistola ad Otgarium [38].

1) *Treverensis (816?—847).* 2) *Coloniensis (819?—841).* 3) *Vesontionensis (811—829).* 4) *Salisburgensis (821—836).* 5) *Mettensis (823—855).* 6) *Argentoratensis (823—840?).* 7) *Spirensis (804?—?).* 8) *Augustanus (822?—?).* 9) *Wormatiensis (826?—830?).* 10) *Constantiensis (811—835?).* 11) *Eichstadensis (823?—840?).* 12) *Paderbornensis (822?—859?).* 13) *Wirciburgensis (810?—832).* 14) *Verdensis († 829).* 15) *Halberstadensis († 840).* 16) *Virdunensis († 846).* 17) *Tullensis (813—845/48); cf. MG. Epp. V, 284 l. 23 sqq.* 18) *Leodiensis (810—831).* 19) *Bremensis (804/5—838).* 20) *Traiectensis (828?—834?).* 21) *Monasteriensis († 839).* 22) *Osnabruggensis? († 866?).* 23) *Lausanensis (827—850).* 24) *Basiliensis (823—835?).* 25) *Frisingensis († 835).* 26) *Ratisbonensis (817—847).* 27) *Passaviensis (820?—837/38).* 28) *Sabionensis (828?—?).* 29) *Postea episcopus Wirziburgensis (832?—842).* 30) *Cf. MG. Libri confraternit. p. 262 col. 384.* 31) *Fuldensis; de quo v. supra p. 603 ann. 5.* 32) *Murbacensis.* 33) *Schutteranus; cf. MG. Libri confraternit. 213 col. 191. MG. Poetae latini II, 359.* 34) *Elwangensis.* 35) *Fortasse Matachseensis; cf. MG. Libri confraternit. p. 188 col. 212.* 36) *Herriedensis; cf. MG. Poetae latini II, 111 ann. 4.* 37) *Cf. Karoli M. edictum legationis 789 c. 11:* . . . nullus cogatur invitus promittere *(MG. Capit. I, 63; Mühlbacher [2] n. 301), eiusdem capitula de causis cum episcopis et abbatibus tractanda c. 10:* In quo canonum vel in cuius sancti patris regula constitutum sit, ut invitus quislibet aut clericus aut monachus fiat *(l. l. I, 163; Mühlbacher [2] n. 463). Concil. Romanum 826 c. 32 (supra p. 580). Quae Dümmler, l. l. I, 327 ann. 3 laudat ex Hludowici capitulari ecclesiastico 818/19 c. 20 (MG. Capit. I, 278; Mühlbacher [2] n. 674; cf. capitula legibus addenda 818/19 c. 21, l. l. I, 285; Mühlbacher [2] n. 695) ad rem non prorsus spectare videntur; cf. supra p. 298 sq. c. 12. V. Traube, l. l. III, 709 ann. 1.* 38) *Cf.*

(Ibid. c. 6 col. 271): Licebat tamen abbatibus ab episcopo ad principem et concilium provocare, ut apparet ex Rabani epistola ad Otgarium de causa Saxonis fugitivi monachi.

(Ibid. cent. X c. 10 col. 585): Otgarium Moguntinum archiepiscopum rogat (Hatto), ut Gotschalco sit adiumento, quo haereditatem ipsi negatam recipiat.

Traube, l. l. III, 709, qui cum fragmentis supra repetitis coniungit MG. Epp. V, 519 n. 10. 528 n. 25. — Num ad concilium Moguntinense anni 829. spectent quae leguntur l. l. V, 518 n. 8 de Snaringo monacho Fuldensi ab Otgario in synodo *excommunicato, quae Dümmler annis 826.—842. adscripsit, diiudicare non ausim.*

D. CONCILIUM PARISIENSE[1].

829 mensis Iunii die 6.

In constitutione Hludowici et Hlotharii 828. Decembri mense emissa (supra p. 596 sq.) concilio Parisiensi anno 829. habendo adesse iussi sunt Ebo Remensis, Ragnowardus Rotomagensis, Lantramnus Turonensis archiepiscopi, deinde Senonensis archiepiscopus qui fuerit *eorumque suffraganei. Quid constituerint ex actis edendis elucet; quot autem synodo interfuerint episcopi, panditur diplomate quodam Inchadi Parisiensis episcopi, quo villae quaedam inter episcopum Parisiensem et canonicos ecclesiae s. Mariae et s. Stephani prothomartyris Parisiensis dividuntur, ut attributis earum stipendiis ad usus canonicorum hi* suam necessitatem propellerent et episcopum *multorum molestiis* agitatum non molestarent. *Quae dispositio — res singulae hoc loco omitti possunt — facta est ab Inchado* in aecclesia, que est in honore sancti Stephani prothomartyris coram ipso sacrosancto altari in praesentia venerabilium virorum ob Dei causam ad synodale concilium apud Parisiorum urbem convenientium, Eboni videlicet archiepiscopi[2], Aldrici archiepiscopi, Raginoardi archiepiscopi, Lamdranni[3] archiepiscopi, Ione episcopi, Iesse episcopi, Rantgarii[4] episcopi, Rothadi episcopi, Adalelmi episcopi, Hildemanni episcopi, Godofredi[5] episcopi, Freculfi episcopi, Wiladi episcopi, Theodiscli[6] episcopi, Amathei episcopi, Alitgarii episcopi, Franconis episcopi, Bernoini episcopi, Haribaldi[7] episcopi, Helie episcopi, item Ione[8] episcopi, Hugberti episcopi, Fulcharii episcopi, Hemberti (*var. lectio* Herberti[9]) episcopi. *Ad finem denique diplomatis haec leguntur:* Hoc autem nostrum statutum ut pleniorem in Christi nomine obtineat firmitatis vigorem, manus nostrae signaculo subsignavimus manibusque spectabilium personarum roborari decrevimus. † Signum (1) Inchadi Parisiacae civitatis episcopi[10], qui hoc privilegium pontificali auctoritate fieri iussit et ob amissionem luminum scribere nequivit. (2) Ebbo, divino munere sanctae Remensis aecclesiae archiepiscopus[11], huic constituto a nobis canonice promulgato subscripsi. (3) Aldricus sanctae Senonicae sedis archiepiscopus[12]

1) *In libris editis haec synodus insignitur* Concilium Parisiense VI. 2) *Sedes uniuscuiusque ex notis infra adspersis patebit. Cum Inchado numerabis hoc loco vinginti quinque episcopos, infra occurrunt viginti quattuor nomina; inter subscriptiones enim deest alter Ionas Nivernensis.* 3) *Infra Landramnus.* 4) *Infra Rangarius.* 5) *Infra Godefridus.* 6) *Infra Theodesclus.* 7) *Infra Heirboldus.* 8) *Ionas Nivernensis episcopus (817—830) infra non occurrit.* 9) *Herbertus etiam infra.* 10) *811—831; v. infra inter concilia huius tomi n. 52.* 11) *816—835. 840—841.* 12) *829—836.*

hoc decretum subterroboravi. (4) Raginoardus sanctae Rodomensis aecclesiae[1] archiepiscopus id statutum roboravi. (5) Landramnus Turonensis archiepiscopus[2] huic constituto subscripsi. (6) Amatheus[3] episcopus id statutum subterroboravi. (7) Alitgarius[4] episcopus indignus huic decreto subscripsi. (8) Franco[5] episcopus hanc consensionem inferius roboravi. (9) Bernoinus[6] episcopus hoc statutum subscripsi. (10) Heirboldus[7] episcopus hoc scriptum confirmavi. (11) Ionas[8] episcopus hoc scriptum confirmavi. (12) Iesse[9] episcopus hoc scriptum roboravi. (13) Rangarius[10] episcopus hoc scriptum confirmavi. (14) Rothadus[11] episcopus hoc subscriptum concessi. (15) Adelelmus[12] episcopus hanc consensionem roboravi. (16) Hildemannus[13] episcopus assensum prebui. (17) Godefridus[14] episcopus hoc decretum confirmavi. (18) Freculfus[15] episcopus hoc concessi. (19) Wiladus[16] episcopus hoc confirmavi. (20) Theodesclus[17] episcopus hoc roboravi. (21) Helias[18] episcopus hoc subscripsi. (22) Hugbertus[19] episcopus assensum prebui. (23) Fulcharius[20] episcopus hoc decretum decrevi. (24) Herbertus[21] episcopus aliorum statuta concessi *(R. de Lasteyrie, 'Cartulaire général de Paris' I, Paris. 1887, p. 49 n. 35)*[22].

Acta synodalia integra leguntur 1) in codice Romano bibliothecae Vaticanae 3827 (antea s. Petri Bellovacensis) saec. X. (= V) fol. 40'—76; 2) in codice Parisiensi latino 5516 (antea s. Martini Turonensis, deinde Colbertino 1925, tum regio 17060. 1) saec. X. (= P) fol. 117—170'; 3) in codice Romano bibliothecae Vaticanae inter codices reginae Christinae 1041 saec. XVII. fol. 61—120', quem omisimus, quippe cum offerat exemplar codicis V. De codicibus V et P v. supra p. 598 l. 40 sqq.

Edd.: Surius III, 359. Bollanus-Nicolini III, 771. Binius III, 1, 542. Sirmond II, 477. Coll. reg. conc. XXI, 152. Labbe-Cossart VII, 1592; ed. Coleti IX, 704. Harduin IV, 1291. Bouquet VI, 345 (praef. libri tertii). Mansi XIV, 532. Migne, Patrol. lat. CIV, 1524 (praef. libri tertii). — Reg. 'Neues Archiv' XXIV, 488.

Sicut humane infirmitati in prosperis non convenit erigi, ita nec in adversis deici; cum igitur prospera mundi sibi succedunt, meminisse debet humane conditionis foveamque pertimescere elationis, ne scilicet intumescendo in baratrum incidat dampna-
1. Cor. 10,12. tionis, perpendens illud apostoli ita dicentis: *Qui se putat stare videat, ne cadat.* Quando autem merito pondere malorum suorum premitur, frangi non debet, sed potius
Ps. 129,1. remota salutis suae disperatione illud Daviticum decantare: *De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam.* Unde prophetico atque apostolico oraculo hinc inde animus armari iubetur Christianus, ut neque ad dexteram neque ad sinistram ei declinare fas sit. In tribulatione ergo multifariisque adversitatibus et calamitatibus mundi

Lemma: **Incipit praefatio (pf. *V. P*) sinodi apud Parisiorum urbem iussu gloriosissimorum imperatorum Hludowici (Hludoici *P*) filiique eius Hlotharii habitae *V. P.***

1) *Rouen (828—837).* 2) *816—835.* 3) *Sedis ignotae.* 4) *Cameracensis (817—831).* 5) *Cenomannensis (816—832).* 6) *Carnotensis (829—836).* 7) *Autissiodorensis (828—857).* 8) *Aurelianensis (825—843).* 9) *Ambianensis (799—836).* 10) *Noviomensis (825—829).* 11) *Suessionensis (802—832).* 12) *Catalaunensis (c. 809—835).* 13) *Bellovacensis (c. 821—844).* 14) *Silvanectensis (829—838).* 15) *Lexoviensis (ca. 825—850).* 16) *Constantiensis (Coutances, 829—835).* 17) *Non inveni.* 18) *Tricassinus (829—836).* 19) *Meldensis (823—853).* 20) *Sedis ignotae.* 21) *Baiocensis?; cfr. Gams, Series episcoporum p. 507.* 22) *Eadem nomina occurrunt in diplomate spurio, quod a Karolo Magno rege ecclesiae Parisiensi concessum esse vult; de Lasteyrie, l. l. I, 34 (Mühlbacher² nr. 368). V. etiam E. Lormeau, 'Des menses épiscopales en France (Alençon' 1905), p. 41.*

non dissimulanter, sed humiliter veraciterque sunt expetenda suffragia divina. Legimus quippe Ninnivitis divina ultione dignis humiliter in tribulatione ad Deum clamantibus [cf. Ion. 3, 5sqq.] divinitus subventum. Nam et Ahab et Manases, reges idolatrae, paenitentiae satis- [cf. 3. Reg. 21, 29.] factione divinae obviavere ultioni. Meretrix porro illa evangelica, Maria nomine, [2. Paral. 33, 13sq.] profusione lacrimarum carere meruit enormitate multorum peccaminum. His et his [cf. Luc. 7, 37sqq.] similibus salutiferis documentis datur intelligi, quod Deus, bona cuncta iubens malaque omnia vetans, saepissime humane fragilitatis peccatis offensus et ad iracundiam provocatus, per paenitentiae tamen dignam satisfactionem ab humanis erratibus suae severitatis debitam suspenderit vindictam, adeo ut quem moles peccaminum provocaverat ad ultionem actuum pravorum correctio flexerit ad misericordissimam propitiationem. Oportet ergo, immo necesse est, ut, quia humane fragilitati tot tantaque salutis suae recuperande prorogantur exempla, flagella pro peccatis suis divinitus sibi inlata aequanimiter ferat caveatque, ne in his aut ad murmurationem aut ad disperationem proruat, sed devote ferventerque in tribulationibus, quas merito suae pravitatis patitur, celestem opem sibi humiliter subvenire flagitet. Quod autem Deus nolit mortem peccatoris, sed potius ut convertatur et vivat, propheticis satis abundeque instruimur [cf. Ezech. 18, 23.] oraculis.

Cum igitur haec ita fideliter se habeant et liquido pateat ecclesiam, quam Christus, qui eam suo pretioso sanguine redemit suisque orthodoxis famulis Hludowico et Chlothario, gloriosis Augustis, regendam tuendamque committere occulta sua dispensatione voluit, diversorum morborum generibus affici, multifariis cladibus conteri, divinum contra se mucronem interius exteriusque meritis exigentibus grassari plagasque, quas Dominus suis iussis oboedire nolentibus, sed potius ad mala, que vetuit, labentibus interminatus est, incessanter experiri, idem Deo pleni principes caelitus inspirati consulto ad Deum congruam dignamque conversionem iudicaverunt esse faciendam iuxta illud regis Ninnivitae, quo legitur: *Convertatur vir a via sua mala et ab iniquitate, quae* [Ion. 3, 8. 9.] *est in manibus eorum. Quis scit, si convertatur, et ignoscat Deus: et revertatur a furore ire suae, et non peribimus?* Per Iohel quoque prophetam Dominus ait: *Convertimini* [Ioel 2, 12. 13.] *ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu et planctu et scindite corda vestra et non vestimenta vestra;* item per Isaiam: *Querite Dominum, dum inveniri potest; invocate eum,* [Is. 55, 6. 7.] *dum prope est. Derelinquat impius viam suam et vir iniquus cogitationes suas et revertatur ad Dominum, et miserebitur eius, et ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum;* item per Hieremiam: *Date domino Deo vestro gloriam, antequam conte-* [Ierem. 13, 16.] *nebrescat et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos;* et Dominus in evan- [Ioh. 12, 35.] gelio: *Ambulate,* inquit, *dum lucem habetis, ne tenebrae vos conprehendant;* item: *Vigilate,* [Matth. 25, 13.] *quia nescitis diem neque horam;* et apostolus: *Ecce,* inquit, *nunc tempus acceptabile, ecce* [2. Cor. 6, 2.] *nunc dies salutis,* — quatenus haec et huiuscemodi innumera salubria documenta sectando, mores scilicet et actus corrigendo dignamque pro tot scelerum admissis paenitentiam agendo, Deum, quem peccando constabat esse iratum, sibi suoque populo mererentur facere placatum. Verum totius ecclesiae sibi commissae generalitati consulere gestientes tantaeque necessitatis negotium iuste discretionis trutina praeponderantes idque sui officii non esse humiliter diiudicantes, consultu sacerdotum et optimatum ceterorumque fidelium suorum idem negotium super placando furore Domini his digne censuerunt esse committendum, per quos homines de infidelitatis tenebris liberantur et in lucem fidei transferuntur et de filiis irae filii adoptionis efficiuntur, [cf. Rom. 8, 15.]

3 Ahab] Haab *V.* 4 ultione *P.* 13 in *ras. del. P.* 19 pretioso] praetio *P.* orthodoxis] orthoxis *P.* Chlotario *V.* 22 grassari] crassari *P.* 23 iussit *P.* 24 idem] = iidem. caelitis *P.* 32 nostrum] vestrum *V.* 38 paenitentia *P.* 40 generalitati] generaliter *P.* 41 gestientes — praeponderantes *etc.*] *scil.* imperatores. tantaequae *V.* 43 Domini] Dei *P.*

per quos etiam homines de his, quae post baptisma committunt, paenitentiae satisfactione peracta Deo reconciliari merentur, ad quorum imperium secundum sanctae
cf. Lev. 13, 7 sqq. 14, 1 sqq. legis decretum qui leprae immunditia sordebant emaculabantur, ceteraque eorum iudicio in legalibus institutis decernenda prorogabantur, quibus et in evangelio a Domino tanta confertur potestas, ut quae statuerint in terra statuta sint et in caelo et quae
cf. Matth. 16, 19. solverint in terra soluta sint et in caelis et quorum remiserint peccata remittantur eis. Hos quippe constat vicarios esse apostolorum et luminaria mundi. Per hos igitur eorumque doctrinam tales tantique piissimi principes sibi suisque fideliter crediderunt misericordiam propitiari posse divinam. Nec inmerito, quippe quia noverant Dominum praecepisse per Aggeum prophetam, ut sacerdotes de lege Domini interrogarentur. Ait
Agg. 2, 12. namque: *Interroga sacerdotes legem*, quod beatus Hieronimus ita exponit: Simul[1], inquid, considera sacerdotum officii esse de lege interrogatos respondere. Si sacerdos est, sciat legem Domini; si ignorat legem, ipse se arguit non esse Domini sacerdotem. Sacerdotis enim est scire legem
cf. Deut. 17, 8—10. et ad interrogationem respondere de lege. Quod quidem et in Deuteronomio legimus, ut, sicubi in urbibus Israhel questio fuerit nata inter sanguinem et sanguinem, iudicium et iudicium, lepram et non lepram, contradictionem et non contradictionem, eant ad sacerdotes atque Levitas et ad pontificem, qui in diebus illis fuerit constitutus, et quaerant ab eo legem Domini; quibus respondentibus faciant quod iubetur.

His igitur legalibus et propheticis institutis instructi non ab re duxerunt super suis populique sibi subiecti erratibus sacerdotes legem Domini scientes consulendos. Quapropter[2] statuerunt in[3] quattuor congruentissimis imperii sui locis conventus episcoporum uno eodemque tempore fieri debere, in quibus conventibus Domino inspirante diligenter studerent querere et investigare de causis ad religionem Christianam eorumque curam pertinentibus, quid a principibus et reliquo populo vel ita, ut divina auctoritas docet, aut aliter teneretur vel quid inde ex parte aut ex toto dimissum sit, ut non teneretur; deinde quid in ipsorum, qui pastores populi constituti sunt, conversatione et actibus inveniri posset, quod divinae regulae atque auctoritati non concordaret, simulque invenirent, quae occasiones in utroque ordine id effecerint, ut a recto tramite deviassent; et quicquid de his causis inventum fuisset, correctionis gratia iuxta ministerium sibi iniunctum patenter denuntiarent, adtendentes
Malach. 2, 7. illud, quod per Malachiam prophetam Dominus ait: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est,* quod beatus Hieronimus ita exponit: Angelus[4] autem, inquid, id est nuntius, sacerdos Dei verissime dicitur, quia Dei et hominum sequester est eiusque ad populos nuntiat voluntatem.

Eorundem itaque gloriosorum et orthodoxorum principum iussionibus oboedientes, immo non solum nostrae, sed etiam eius totiusque populi sibi commissi saluti iuxta ministerium nobis conlatum consulere cupientes anno incarnationis Domini octingentesimo vicesimo nono, imperantibus eisdem praecellentissimis ac gloriosissimis Deoque dilectis Augustis, Hludowico videlicet filioque eius Hlothario, sub die VIII. Iduum Iuniarum[5], nos indigni episcopi ex diocesi scilicet Durocortorum[6] necnon et diocesi Senonica et Turonica atque Rotomagica apud Parisiorum urbem convenimus et, qua-

3 eorum] corum *P.* 6 remittantur] remittur *V*, remittentur *P.* 17 quaerant] queant *V.* 19 duxerunt] *scil.* imperatores. 22 inspirante] spirante *P.* 24 a] ad *P.* aut] ut *P.* 25 vel quid] vel quicquid *P.* 36 nobis] vobis *V.* 37 nono] anno *V.* 38 Augustus *V.* Hlotario *V.* 39 Durocostorum *P.*

1) *Hieronymus, Comment. in Aggaeum; Opp. VI, 760.* 2) *V. infra praefationem libri tertii, unde pendet praefatio relationis episcoporum, MG. Capit. II, 28.* 3) *Sequentia verba deprompta sunt ex constitutione a. 828.; supra p. 596 l. 33 sqq.* 4) *Hieronymus, Comment. in Malachiam; Opp. VI, 960.* 5) *829 Jun. 6.* 6) *Durocortorum Remorum, hodie 'Reims', laudatur a Caesare, De bello Gallico VI c. 44 § 1. Cf. ann. Bertiniani 847 ed. Waitz p. 34:* apud Remorum Durocortorum.

liter de paulo superius praemissis causis iuxta admonitionem eorundem principum egerimus vel tractaverimus atque statuerimus, in subsequentibus breviter capitulatim adnotare curavimus, non ausu temerario sanctorum patrum terminos transgredientes, sed potius, his diligenter perpensis atque perspectis, per eos nostram ceterorumque fidelium vitam corrigere et in melius informare cupientes. Eadem porro capitula nequaquam prolixa aut superflua iudicanda sunt. Idcirco enim prolixitas eorum tanta est, quoniam, ne ex nostro corde ficta esse viderentur, divinorum eloquiorum oraculis et sanctorum patrum dictis ea munire non ab re iudicavimus.

Cap. I. Quid proprie ad religionem Christianam pertineat.

Causae ad religionem Christianam pertinentes sunt: credere in patrem et filium et Spiritum sanctum, Domino in evangelio Iohannis dicente: *Haec est autem vita aeterna,* [Ioh. 17, 3.] *ut cognoscant te, verum Deum, et quem misisti Iesum Christum.* Item discipulis ait: *Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae. Qui crediderit et* [Marc. 16, 15. 16.] *baptizatus fuerit salvus erit.* Et in evangelio Mathei: *Data est,* inquit, *mihi omnis* [Matth. 28, 18—20.] *potestas in caelo et in terra. Ite ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quecumque mandavi vobis.* Paulus: *Sine fide enim,* inquit, *inpossibile est placere Deo.* Itemque: *Credere enim* [Hebr. 11, 6. ib.] *oportet non accedentem, quia est et inquirentibus se remunerator sit.* Extant et alia huius rei innumera documenta, quibus perdocetur, qualiter fides Christi primum expetenda sit, deinde opera fidei exercenda, quoniam fides, nisi opera habeat, mortua est in semetipsa, apostolo Iacobo testante: *Sicut enim,* inquit, *corpus sine spiritu mor-* [Iac. 2, 26.] *tuum, ita et fides sine operibus mortua est.*

Licet itaque ita, ut auctoritas divina docet, eadem percipiatur fides, a plerisque tamen, quia operibus non adimpletur, eidem auctoritati divinae, immo apostolicis documentis superbiendo renititur, quorum exempla in promptu satis abundeque habentur. Quorundam etiam perversissime consuetudines propriaeque voluntatis multimoda adinventio contumaciter, quod valde periculosum est, efficiunt, ut opera fidei magna ex parte neglegantur. Qui dum legis divinae transgressores existunt, easdem consuetudines sibi legem faciunt et secundum eas se vivere absque sui discrimine et posse et debere contendunt, sua querentes, non quae Iesu Christi. Quod quantum divine auc- [cf. Phil 2, 21.] toritati contrarium sit, aut non advertunt aut certe animadvertere detrectant; quantum etiam ob hoc religio Christiana in eis periclitetur, facile qui sanum sapit advertit. Quapropter unusquisque fidelis, si salvus esse vult, oportet, ut remotis perversis consuetudinibus, quae periculum animarum generant, fidem Christi, quam percepit, bonis operibus exornare non neglegat. Constat ergo, quod fundamentum[1] Christianae religionis fides sit catholica, hoc est credere in patrem et filium et Spiritum sanctum, unum et verum Deum, trinum in personis et unum in substantia; credere etiam, quod sola persona filii pro salute nostra carnem adsumpserit, in qua et passus est et resurrexit et in caelos ascendit, cum qua etiam ad iudicium venturus est; et credere, quod per Spiritum sanctum remissio peccatorum in baptismate conferatur et quod fidelibus in ecclesia Christi, eiusdem sancti Spiritus dono, per ministerium sacerdotale et per penitentiam remissio peccatorum indubitanter adtribuatur; et quod generalis omnium in vera carne in adventu Christi resurrectio futura sit; et quod nosse unumquemque

6 prolixitas] prolix . . . *ras.* *P.* 8 muniri *V.* *P.*
I. 16 eos] eas *P.* 25 quorum] quarum *V.* *P.* in] im *P.* 32 ob] ab *V.* 35 neglegant *P.* 42 quod *deest* *V.*

1) *Inde ab hoc verbo usque ad finem capitis pendet relatio episcoporum c. 1; l. l. II, 28 sq.*

fidelem oporteat, quia haec fides vera et fructuosa esse non potest, nisi bonis operibus exornetur, id est fide, spe, caritate, humilitate, castitate, continentia, sobrietate, unanimitate, concordia, iustitia, pietate, misericordia, innocentia et simplicitate et ceteris his similibus, quae omnia in dilectione Dei et proximi consistunt. Sine his enim nemo
Iac. 2, 26. potest Deo placere nec salvus esse, quia teste apostolo *fides sine operibus mortua est in semetipsa.* Proinde necesse est, ut unusquisque Christianus diligenter perpendat, utrum in eo fides viva sit bona opera agendo an mortua bona opera neglegendo. Et
Ib. si iuxta documentum apostoli ipsa *fides sine operibus* bonis *mortua est,* qua damnatione plectendi sunt illi, qui non solum eandem fidem bonis operibus non exornant, sed etiam diversis flagitiis eam commaculant! Inter cetera quippe mala, quae eandem fidem commaculant, quattuor nobis vitia spiritalia merito exaggeranda videntur, quae, quanto occultiora sunt, tanto pernitiosiora, id est superbia, per quam angelus diabolus effectus de caelo eiectus; invidia, per quam idem diabolus hominem de paradyso eiecit; odium et discordia, quae caritatem inter proximos extingunt et dilectionem evacuant et omnia bona pervertunt et non sinunt proximos in mutua dilectione consistere nec quietam tranquillamque, ut decuerat Christianos, vitam degere. Quae ideo periculosiora, immo mortifera diximus, quoniam sectatores illorum ea aut non intellegunt aut certe intellegere dedignantur et, quia ea parvipendentes pro his ad confessionem non veniunt, idcirco nec correctionem merentur.

Cap. II. Quod universalis sancta Dei ecclesia unum corpus eiusque caput Christus sit. Primum[1] igitur, quod universalis sancta Dei ecclesia unum corpus manifeste esse credatur eiusque caput Christus, apostolicis ora-
1. Cor. 12, 27. culis adprobamus. Unde Paulus: *Vos autem estis,* inquit, *corpus Christi et membra de*
Rom. 12, 4. *membro;* itemque: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem*
Col. 2, 19. *membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo;* item: *cuius caput Christus, ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones administratum crescit in templum sanctum in Domino.* Sunt et alia huiusce rei innumera exempla, quae hic ob prolixitatem vitandam praetermittuntur. Quisquis ergo per aliqua inlicita ex membro Christi se fecit membrum diaboli noverit se non in corpore Christi, sed in corpore esse diaboli. Proinde necesse est, ut corpori Christi, a quo astu diabolico separatus est, se incunctanter, dum tempus paenitentiae in promptu habetur, restituere non neglegat.

Cap. III. Quod eiusdem ecclesiae corpus in duabus principaliter dividatur eximiis personis. Principaliter[2] itaque totius sanctae Dei ecclesiae corpus in duas eximias personas, in sacerdotalem videlicet et regalem, sicut a sanctis patribus traditum accepimus, divisum esse novimus. De qua re Gelasius Romane sedis venerabilis episcopus ad Anastasium imperatorem ita scribit: Duae[3] sunt quippe, inquit, imperatrices augustae, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas, in quibus tanto gravius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Fulgentius quoque in libro de veritate predestinationis et gratiae, ita scribit: Quantum[4] pertinet, inquit, ad huius tem-

I. 8 qua] qui *V.* 10 cummaculant *V.* 16 docuerat *V.*
II. 31 incuntanter *P.* in] im *P.*
III. 33 eximis *V.* 37 imperatrices augustae] *ita V. P.* 40 gratia *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 2; l. l. II, 29. — Cum ipso capite conferendum esse censet K. Amelung, 'Leben und Schriften des Bischofs Jonas von Orléans' (Dresden 1888), p. 43 Ionae Aurelianensis de institutione regia (Migne, Patrol. lat. CVI, 279 sqq.) c. 1.* 2) *Cf. relatio episcoporum c. 3; l. l. II, 29.* 3) *Thiel, Epistolae Romanorum pontificum I, 349 (Jaffé-K. n. 632).* 4) *Fulgentius, De veritate praedestinationis et gratiae II c. 38; Opp. p. 477.*

poris vitam, in ecclesia nemo pontifice potior et in seculo Christiano imperatore nemo celsior invenitur.

Cum haec quippe ita se habeant, primum de sacerdotali, post de regali persona dicendum statuimus.

Cap. IIII. Quod in successoribus apostolorum religio Christiana vigere et salvatio subiectorum debeat consistere. Quia[1] constat religionem Christianam per successores apostolorum salubriter administrari populisque ad vitam aeternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium iudicavimus, ut quicquid in nobis reprehensibile sacrisque ministeriis, quibus indigni mancipamur, inconveniens et indecens contrariumque videbatur toto annisu, Domino opem ferente, corrigeremus et per exempla sanctorum sacerdotum, quorum vice ecclesiae Christi sanguine redemptae praelati sumus, vitam et actus moresque nostros in melius conponere satageremus, quoniam praedicatio sacerdotalis contempnitur, quando quod verbis predicat operibus non adimplet.

Proinde qui ceteris forma et exemplum debent esse primo facere debent quod docent et ea vitare, quae fieri prohibent. Unde beatus Gregorius in libro pastorali, cum per gallum boni praedicatoris speciem tractando exponeret, inter cetera sic ait: Gallus[2], cum iam edere cantus parat, prius alas excutit et semetipsum feriens vigilantiorem reddit. Quia nimirum necesse est, ut hi, qui verba sanctae praedicationis movent, prius studio bone actionis evigilent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce, prius se per sublimia facta excutiant et tunc ad bene vivendum alios sollicitos reddant. Prius cogitationum alis semetipsos feriant, quicquid in se inutiliter torpet in se sollicita investigatione deprehendant, districta animadversione corrigant et tunc demum aliorum vitam loquendo conponant. Prius punire propria fletibus curent et tunc quae aliorum sunt punienda denuntient et, antequam verba exortationis insonent, omne, quod locuturi sunt, operibus clament. Laudem autem verorum sacerdotum eorumque officium Prosper in libro, quem de contemplativa et actuali vita scripsit, conprehendit: Ipsis[3] enim, inquit, id est sacerdotibus, proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est. Qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes pro peccatis omnium velut pro suis infatigabiliter supplicant Deo ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis et humiliati spiritus offerentes, quo cf. Exod. 30, 7.
placatur Deus, avertunt iram futurae animadversionis a populo. Qui per Dei gratiam fiunt divine voluntatis indices, ecclesiarum Christi post apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis adsertores, pravae doctrinae hostes, omnibus bonis amabiles et male sibi constiis etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, praedicatores caelestium praemiorum, exempla bonorum, documenta virtutum et forma fidelium. Ipsi sunt decus ecclesiae, in quibus amplius fulget ecclesia; ipsi columnae firmissime, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium; ipsi ianuae civitatis aeterne, per quos omnes, qui credunt, ingrediuntur ad Christum; ipsi ianitores, quibus claves date sunt regni celorum; ipsi etiam dispensatores regiae cf. Matth. 16, 19.
domus, quorum arbitrio in aula regis aeterni dividuntur gradus et officia singulorum. Hi sunt, qui non ambiendo, sed spiritaliter vivendo sacerdotium meruerunt, quique non favoris humani suffragio, sed divino munere sublimati nihil sibi de prestantia sui principatus adtollunt. Quos non inflat honor acceptus, sed exercet labor inpositus, quia non excellentiam suam cogitant provecti, sed sarcinam.

IIII. 6 salvatio] salutatio *V.* 15 qui] que *V.* 20 sublim . . *ras. P.* 21 sollicitos] sollitos *P.* 23 curet *V.* 29 ac] ad *V.* contrititi *P.* 32 constiis] *ita V. P, intellige:* consciis. 33 regeneratorum] generatorum *V.* 34 bonorum] operum *add. edd.* decus] duces *V.*

1) *Cf. infra eiusdem libri cc. 15—18; v. etiam supra p. 590 c. 3.* 2) *Gregorius M., Regula pastoralis III c. 40; Opp. II, 100.* 3) *Prosper = Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 2; Opp. Prosperi app. 25.*

cf. Ierem. 6, 17. Nec gloriantur de officii dignitate, sed sudant potius constituti sub onere. Tales scriptura divina speculatores appellat, qui speculantur actus omnium et, qualiter unusquisque cum suis in domo, qualiter in civitate cum civibus vivat, intentione religiose curiositatis explorant; quos bonos probaverint honorando confirmant, quos deprehenderint vitiosos arguentes emendant aut, si emendare nequiverint, aequanimiter portant, habituri uberrimum fructum aut de sua districtione, si correcti profecerint, aut de sua patientia, etiamsi illi, quos sustinent, emendari noluerint. Ecce laus dignitasque verorum sacerdotum eorumque ministerium breviter est digestum. Decet quippe sacerdotes Christi tanta dignitate donatos, quos utique constat ianitores caelestis aulae existere, exempla decessorum suorum, qui Deo placuerunt, infatigabiliter sectari, quatenus terrena dispiciendo et celestia amando primum ipsi atria supernae civitatis subire, deinde auditoribus suis dictis et exemplis ea studeant aperire, ne, quod absit, cf. Luc. 11, 52. audiant a Domino: Habentes clavem scientiae vos ipsi non intratis et alios intrare non sinitis.

Quando vero vita sacerdotum cum doctrina non concordat, et auditoribus infirmis scandalum et animarum provenire periculum non est dubium. Proinde summopere cavendum est sacerdotibus, ne offendiculum fiant his, quibus praesunt. Tunc enim offendiculum fiunt illis, quando quod verbis praedicant moribus inpugnant. Unde fit, ut, sicut in supra memorato libro beatus Gregorius scribit, cum[1] pastor per abrupta graditur, ad precipitium grex sequatur. Nemo[2] quippe, ut idem ait, amplius in ecclesia nocet quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Pertimescenda porro nihilominus Matth. 18, 6. sacerdotibus sententia ewangelica est, qua dicitur: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et dimergatur in profundum maris,* quod quibusdam interpositis isdem doctor ita exponit: Qui[3] ergo ad sanctitatis speciem deductus vel verbo ceteros destruit vel exemplo, melius profecto fuerat, ut hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent quam sacra officia in culpa ceteris imitabilem demonstrarent, quia nimirum, si solus caderet, utcumque hunc tolerabilior inferni poena cruciaret. Quibus terribilibus verbis liquido datur intelligi, quod melius satiusque fuerat sacerdotibus neglegentibus non subsistere quam acceptis divinis officiis per reprobam vitam pravaque exempla his, quibus prodesse debuerunt, offendiculum iniquitatis et laqueum perpetuae dampnationis existere.

Cap. V. De periculo, quod sacerdotibus imminet, et quod unusquisque in suis parroechiis suis populis specialiter denuntient, ut se corrigant et ad Deum ex toto corde convertant et pro periculis merito nostrae iniquitatis imminentibus necnon et pro vita imperatoris, coniugis et prolis eius populique sibi subiecti Domini misericordiam humiliter exorent. Statuimus pari voto parique consensu, ut[4] unusquisque nostrum dictis et exemplis plebes parroechiae suae adtentius ad meliora incitare studeat easque, ut se a malis cohibeant et ad Deum ex toto corde convertant, sollicite admoneat; Deumque, quem peccando sibi iratum fecerant, digna paenitentiae satisfactione et elemosinarum largitione sibi placabilem facere satagant necnon et pro vita piissimi Deoque amabilis Hludowici imperatoris, coniugis prolisque eius incolomitate imperiique

IIII. 6 emendare *V.* 9 infatigabiliter] investigabiliter *P.* 12 intrarem *P.* 18 abruta *V. P.* 26 tolerabili et inferni *V.* 28 satiusque] satiatusque *P.*

V. 35 imperatoris — eius] *ita correxi;* coniugum prole erunt *V, desunt P.* 38 easque — malis] *ita edd., desunt V. P.* 41 elemosynarum *P.*

1) *Gregorius M., Regula pastoralis I c. 2; Opp. II, 4.* 2) *Ibidem.* 3) *Ibidem.* 4) *Cf. relatio episcoporum c. 20; l. l. II, 35.*

sibi commissi stabilitate Dei inmensam misericordiam cernuis precibus implorent. Simulque eis ostendendum, quoniam, quamdiu quis malis operibus deditus est, nec sibi nec aliis Deum propitiari meretur et quod unusquisque elemosynam et cetera bona opera a semetipso incipere debeat. Cum itaque praedicatoribus sine cessatione populo Dei praedicare necesse sit iuxta illud Isaiae: *Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem* Is. 58, 1. 2. *tuam et adnuntia populo meo scelera eorum et domui Iacob peccata eorum,* tum maxime id eis facere necesse est, quando iram Domini contra populum Dei meritis exigentibus grassari perspexerint, iuxta illud, quod Dominus per Ezechielem prophetam loquitur: *Terra, cum induxero super eam gladium, et tulerit populus terre virum unum de novis-* Ezech. 33, 2–6. *simis suis et constituerit eum super se speculatorem, et ille viderit gladium venientem super terram, et cecinerit bucina et adnuntiaverit populo, audiens autem quisquis ille est sonum bucinae non se observaverit, veneritque gladius et tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum bucinae audivit et non se observavit: sanguis eius in ipso erit; si autem se custodierit, animam suam salvabit. Quodsi speculator viderit gladium venientem et non insonuerit tuba et populus se non custodierit veneritque gladius et tulerit de his animam, ille quidem in iniquitate sua captus est; sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram.* Item per eundem prophetam Dominus ait: *Fili hominis, specula-* Ib. 3, 17. 18. *torem dedi te domui Israhel et audies de ore meo verbum et adnuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium: Morte morieris, non fueris locutus neque adnuntiaveris ei, ut avertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Formidolosa valde et tremenda haec sententia sacerdotibus est, qua dicitur: *Sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Unde Ib. 33, 6; 3, 18. hisdem doctor Pomerius in memorato libro scribit: Ille[1], inquit, cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sanctae vivat et tamen perdite viventes arguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit; et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Item idem post pauca propheticam sententiam exponens, qua dicitur: *Si me* Ib. 3, 18. *dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua requiram,* ait: Quid[2] potuit expressius, quid apertius dici? *Si impio,* inquit, *non locutus fueris, ut se* Ib. 3, 18. *ab impietate sua custodiat, et ille perierit, sanguinem eius de manu tua requiram,* hoc est dicere: Si ei peccata sua non adnuntiaveris, si eum non argueris, ut ab impietate sua convertatur et vivat, et te, qui non increpasti, et ipsum, qui te tacente peccavit, flammis perhennibus perdam. Sed ex eo, quod idem propheta infert: *Si autem tu adnuntiaveris impio et ille non fuerit con-* Ib. 3, 18. *versus ab impietate sua et a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti* et cetera, liquido claret, quia, si praedicator adnuntiaverit impio, ut se convertat a via sua impia et vivat, et impius non se correxerit, eiusdem impii poenae sacerdos particeps non erit. Unde idem Prosper: Quodsi[3], inquit, corripientem, iram futuram, quae contemptoribus iam imminet, nuntiantem homines terreni dispiciunt, sanguis eorum in ipsis erit, et sacerdos, qui eis peccata eorum non tacuit, poenae, quae eos expectat, particeps non erit. Ecce quale periculum praedicatoribus, nisi strenue utiliterque praedicaverint, et auditoribus, nisi id, quod sibi praedicatum fuerit, oboedienter impleverint, instat. Quod autem per neglegentiam et desidiam praedicatorum et per contemptum quorundam auditorum transgressio sit divinorum praeceptorum periculumque

V. 4 populum *V. P.* 7 quando *P.* 8 grassari] crassari *P.* 21 sententia] sentia *V.* 23 Pomerius] Prosper *hic et infra l. 37 P.* 29 se] ipse *V.* 31 ut *deest V.* 32 flammis *deest P.* perennibus *P.* 34 impia] mala *V.*

1) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa I c. 20; Opp. Prosperi app. 17.* 2) *Ibidem.* 3) *Ibidem I c. 22; l. l. p. 19.*

animarum, manifestum est. Quapropter necesse est, ut haec prophetica, immo caelestis Is. 58, 1. 2. tuba, qua praecipitur: *Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam et adnuntia populo meo scelera eorum et domui Iacob peccata eorum,* et praedicatores et auditores a somno torporis et neglegentiae tandem excitet, ut hi de utili sua praedicatione et illi de oboedienti impletione aeterna a Domino donentur remuneratione.

Cap. VI. Quod inter cetera ad curam episcoporum specialiter pertineat, ut hi, qui fidem Christi expetunt, instruantur et fidei et baptismatis sacramento. In[1] primordio sanctae Dei ecclesiae nemo ad perceptionem sacrosancti baptismatis admittebatur, nisi prius et fidei et baptismatis sacramento fuisset instructus; quod verba beati Pauli Rom. 6, 3. apostoli probant, ita scribentis: *An ignoratis,* inquit, *fratres, quia, quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?* et cetera, que apostolicus sermo de baptismatis sacramento exequitur. Scribitur quoque in concilio Laodicensi titulo XLVI.: Quod[2] oporteat eos, qui ad baptisma veniunt, fidem discere et quinta feria septimanae maioris episcopo aut presbiteris reddere; item in eodem capitulo XLVII.: Quod[3] oporteat eos, qui in egritudine percipiunt baptisma, postquam convaluerint, fidem perdiscere et scire, cuius muneris participes facti sint. Quibus verbis aperte datur intelligi, quod ad fidem Christi venientes eiusdem fidei et baptismatis instruebantur sacramentis. Verum quoniam fides Christi ubique pollet et parvuli de Christianis parentibus nati, antequam ad intelligibilem aetatem veniant, baptismatis sacramenta percipiunt, necesse est, ut quod inbecillis aetas nequivit intelligibilis discere satagat. Quod quia ab usu Christianae religionis propter quorundam incuriam recessit, quantae sit neglegentiae quantique discriminis, satis dici non potest.

Cap. VII. Quod tempus baptimatis a nonnullis non ita, ut canonicus ordo docet, observetur. Sane[4] a quibusdam, quamvis fides Christi inhianter expetatur, aliter tamen agitur, quam divina auctoritas testetur. Praefixa tempora canonum super celebratione baptismatis a multis partim ignorantia, partim praesumptione violantur; secundo, quia illi, qui in sua sponsione aliquos de sacrosancto fonte suscipiunt, nec fidei nec baptismatis sacramento sunt instructi et idcirco eos, quos suscipiunt et secundum sanctorum patrum documenta docere debuerant, erudire nequeunt. Quod ad neglegentiam sacerdotum necnon et auditorum pertinere dubium non est. Quo itaque tempore baptismus celebrari debeat, Gelasius in decretalibus capitulo X. scribit: Baptizandi[5], inquit, sibi quispiam passim alio tempore nullam credat inesse fiduciam praeter Paschale festum et Pentecosten venerabile sacramentum, excepto dumtaxat gravissimi languoris incursu, in quo verendum est, ne morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis egrotans excidio praeventus abscedat. Item Leo in decretis suis titulo XI.: Unde[6] quia manifestissime patet baptizandis in ecclesia electis haec duo tempora, de quibus locuti sumus, esse legitima, dilectionem vestram monemus, ut nullos alios

VI. 9 sacrisancti *V. P.* 13 exsequitur *P.* Laudiocensi *P.* 16 particeps *V.* 22 quantiquae *V.*

VII. 24 a nonnullis] an nullum *P.* 28 qui] quia *corr.* qui *V. deest P.* aliquos] *ita edd.,* eos quos *V. P.* 33 Baptizando *corr.* Baptizandi *V,* Baptizandum *corr.* Baptizandi *P.* 34 nullum credant *V,* nullam credunt *P.* 35 morbi crescente] mortis (tis *add. al. man.*) increscente *V.*

1) *Cf. cum hoc capitulo quae exponit Ionas, De institutione laicali (Migne, Patrol. lat. CVI, 121 sqq.) I c. 8.* 2) *Concilium Laodicense c. 46; Mansi II, 581.* 3) *Ibid. c. 47; l. l.* 4) *Cf. infra eiusdem libri c. 8; v. etiam supra p. 594 c. 2.* 5) *Decreta Gelasii c. 10 (Jaffé-K. n. 636).* 6) *Decreta Leonis c. 11 (Jaffé-K. n. 414).*

dies huius observantiae misceatis. Quisquis igitur huius constitutionis superbiendo transgressor existit, nequaquam sibi super hoc facto impunitatem, nisi se humiliter correxerit, promittat. Qualiter autem hi, qui de sacro fonte alios suscipiunt, instruere debeant, beatus Augustinus in sermone habito ad populum demonstrat dicens: Quicumque[1] igitur viri, quaecumque mulieres de sacro fonte filios spiritaliter susceperunt, cognoscant se pro eis fideiussores extitisse apud Deum; et id eo necesse est, ut semper illis sollicitudinem vere caritatis impendant, ammoneant et castigent atque corripiant, ut castitatem custodiant, virginitatem usque ad nuptias servent, et ceteris bonis operibus dediti sint. In hoc quippe facto, de quo agitur, quantum a religione Christiana digressum sit, ignorari fas non est.

Cap. VIII. Ut[2] hi, qui extra statuta tempora baptizantur, ad gradus ecclesiasticos provehendi non sint. Sicut in plerisque, ita et in eo auctoritas a nonnullis saepe violatur canonica, quando scilicet hi, qui in egritudine baptismatis suscipiunt sacramenta, ad gradus ecclesiasticos contra fas provehuntur. Is usus, quia auctoritati canonicae resultat, oportet ut corrigatur, quoniam huiuscemodi baptizatos, quos vulgaris sermo gravatarios[3] vocat, canonica auctoritas a gradibus ecclesiasticis patenter repellit. Unde in concilio Neocaesariensi capitulo XII. legitur: Si[4] quis in egritudine fuerit baptizatus, ad honorem presbiterii non potest promoveri, quia non ex proposito fides eius, sed ex necessitate descendit, nisi forte propter sequens studium eius et fidem atque hominum raritatem talis possit admitti. Quodsi hi, qui in egritudine baptizantur, a gradibus arceantur ecclesiasticis, multo magis illi arcendi sunt, qui aut per cupiditatem aut per temeritatem, contempta canonica auctoritate, baptizantur et postea similiter ad gradus ecclesiasticos provehuntur. Quia ergo hactenus in hac re sive propter neglegentiam sacerdotum sive propter incuriam laicorum minus caute, immo aliter, quam auctoritas ecclesiastica doceat, actum est, decet ut abhinc observetur, ne amplius ad iniuriam canonicae institutionis et dehonorationem ecclesiasticorum graduum haec transgressio iteretur.

Cap. VIIII. Quod summopere omnes fideles meminisse oporteat pacti, quod in baptismate cum Deo fecerunt. Pactum[5], quod cum Deo in baptismate fit, a multis ex toto, a multis ex parte transgreditur. Ex toto quippe transgreditur, quando quis post acceptam baptismatis gratiam aut ad infidelitatem aut ad heresem aut certe ad schisma prolabitur; ex parte vero, quando quis aut ad superbiam aut ad invidiam aut ad cetera vitia spiritalia, quae ex radice superbiae prodeunt, labitur. Unde Dominus in evangelio: *Qui autem,* inquit, *super* Matth. 13, 20. 21.
petrosa seminatus est, hic est, qui verbum Dei audit et continuo cum gaudio accipit illud, non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione et persecutione propter verbum continuo scandalizatur. Constat igitur unumquemque fidelem

VII. 2 existat *V.* 7 castitatem] eius *add. V.* 8 sint] sunt *P.*
VIII. 11 grados *V.* 15 vulgaris] vult garis *P.* 19 Quodsi] Quod *V.* 23 sive — sacerdotum *desunt P.* 25 decet] docet *V.*
VIIII. 30 gratiam ut ad *V.* 32 aut superbiam *P.* 34 Dei *deest V.* 35 se *deest V.*

1) *Ps.-Augustinus, Sermo 168 § 3; Opp. Augustini V, app. 293.* 2) *Cf. cum argumento relatio episcoporum c. 36; l. l. II, 40.* 3) *Cf. concilium Autissiodorense 573—603 c. 18:* Non licet absque Paschae sollemnitatem ullo tempore baptizare nisi illos, quibus mors vicina est, quos grauattarios dicunt *(MG. Conc. I, 181); v. praeterea Ducange s. v. clinici.* 4) *Concilium Neocaesariense c. 12; Mansi III, 545 sq.* 5) *Cf. relatio episcoporum c. 37; l. l. II, 40. — Cum capitulo Parisiensi comparandum esse censet Amelung, l. l. p. 44 ann. 6, Ionae institutionem laicalem I c. 9.*

Deo in baptismate duarum pactionum nexibus se obligare, altera, qua abrenuntiare diabolo et omnibus operibus eius et omnibus pompis eius, altera vero, qua se in patrem et filium et Spiritum sanctum credere profitetur, unde etiam sub eiusdem sanctae trinitatis invocatione baptismatis gratiam consequitur. Cum ergo post huiuscemodi abrenuntiationem quibuslibet inlecebris vitiorum inlectus ad ea, quibus renuntiavit, redit necnon et post tantae fidei perceptionem in apostasiam aut infidelitatis aut heretice pravitatis aut fraterni schismatis prolabitur, procul dubio utriusque pactionis transgressor efficitur. Quarum altera, quia baptismi iteratione nequit, paenitentiae lamentis, elemosynarum largitionibus ceterisque bonorum operum exhibitionibus dilui potest. Altera vero, quae praedictae contagionis lepra commaculata fuerit, nisi hac primum per Christi caruerit gratiam et ad unitatem ecclesiae redierit, mundari et pristine fidei colorem sanitatisque vigorem recuperare non poterit. Quia ergo flam-
cf. Gen. 3, 24. meus ille gladius, qui propter peccatum primi hominis ianuam paradisi obice mortalibus immobili opilaverat, in sacrosancto baptismatis fonte extinguitur et eadem ianua credentibus aperitur, omnibus fidelibus studendum est, ut pactionis et sponsionis, quam cum Deo in baptismate fecerunt, semper memores existant caveantque, ne quibuslibet vitiorum sordibus se maculantes non solum eundem sibi reaccendant ignem, verum etiam inmundum spiritum a se tempore baptismatis expulsum cum septenario daemonum numero sibi addito ad se quoquomodo redire faciant fiantque illis, ut Dominus ait,
cf. Luc. 11, 26. novissima peiora prioribus, et impleatur in eis quod beatus Petrus apostolus ait:
2. Petr. 2, 21. *Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod traditum est illis sancto mandato,* apteturque eis illud, quod alibi
Ib. 2, 22. ait: *Canis reversus ad vomitum suum et sus lota in volutabro luti.* Nulli quippe dubium est, quin religio Christiana baptismum Christi fideliter expetat et salubriter percipiat. Sed valde periculosum est et a religione Christiana alienum, quod post tanti doni perceptionem unusquisque fidelis, cum ad intelligibilem aetatem venit, mysterium baptismatis discere et intelligere neglegit atque eo intellecto secundum illud vivere non satagit. Quod periculum et ad neglegentiam pertinere sacerdotum, qui id sollerter debent adnuntiare, et ad auditorum incuriam, qui hoc et intellegere et adimplere parvipendunt, nulli dubium est.

Cap. X. Quid[1] sit abrenuntiare diabolo, operibus eius et pompis eius. Sicut studendum est sacerdotibus, ut auditores sui mysterium sacri baptismatis intelligant et Deo opem ferente operibus compleant, ita nihilominus procurare debent, ut abrenuntiationes, quas in diabolum suaque opera eiusque pompas fecerunt, intelligant, et his intellectis, ne ad eas denuo redeant, sollicite invigilent. Quibus etiam ammonendo saepius inculcandum est, ne iugo satanae, quod reiecerunt, eiusque dominationi, quam aspernati sunt, quoquomodo succumbant. Magna quippe ex parte Christianum decus vilescit, quando renati in Christo ea, quibus in baptismate renuntiaverunt, nec intellegere curant nec ab his se, ut Christo polliciti sunt, abstinere satagunt. Quae si intellexissent, procul dubio adiuvante Christi gratia se ab his vigilantius custodissent. Unde necesse est, ut praedicatores in ammonendo et auditores in discendo et opere complendo abhinc, ut suum cavere periculum possint, maius adhibeant studium. Abrenuntiare igitur diabolo est: penitus eum respuere, spernere, reicere eique contradicere seque et unumquemque ab eo alienare sive aliud quid,

VIIII. 6 redat *V.* 7 schismatis] schismaticis *P.* 10 cummaculata *V.* 11 hac] *scil.* lepra. 17 reaccedant *V.* 18 babtismatis *P.* 29 intelligere *hic et infra P.*

X. 31 eius] eis *P.* 33 nichilominus *P.* 36 regecerunt *V.* 44 et] *ita edd., deest V. P.*

1) *Cf. cum argumento et capitulo relatio episcoporum c. 38; l. l. II, 40.*

quod hoc verbo in hoc sensu exprimi potest. Opera eius sunt, quae utique operibus salvatoris contraria existunt, primum superbia, cuius ille auctor est et quae eum ex angelo daemonem fecit, quae est etiam initium omnis peccati, et cetera vitia, quae ex (cf. Eccli. 10, 15.) radice prodeunt superbiae. Pompa diaboli haec est quae et pompa mundi, id est ambitio, arrogantia, vana gloria omnisque cuiuslibet rei superfluitas in humanis usibus. Unde crescit elatio, quae multoties honestati solet adscribi, et cetera huiusmodi, quae de fonte superbiae procedere noscuntur. Haec et his similia sunt, quae unusquisque fidelis tempore baptismatis a se reiecit: Christoque se mancipavit pactumque cum Deo fecit, ne penitus ad ea, quibus abrenuntiavit, rediret. Verum si iura humane pactionis firmiter conservantur, fixius tamen atque ferventius iura tanti pacti, quae cum Deo facta sunt, inviolabiliter sunt observanda.

Cap. XI. Qualiter observandum sit de electione et promotione eorum, qui ad formam et exemplum aliis preficiuntur. Providendum[1] ac summopere cavendum est, ut hi, per quos et religio Christiana constare et ceteri ab offensione debent salvari, tales posthabita symoniaca peste eligantur, quales et apostolicus sermo et canonicus ordo et beati Gregorii pastoralis regula[2] docet, scilicet ut nullius terrenae rei gratia nisi Dei solius eligantur. Quoniam si pro aliquo munere praesentis futuraeque retributionis vel pro qualibet alia re, quae contraria esse possit veritati divineque auctoritati, elegitur, liquet profecto, quod ex toto aliter agitur, quam divina auctoritas testetur, et quod in huiuscemodi facto Deus offendatur, et taliter electo et his, quibus preficitur, quin scandalum generetur, dubium non est. Proinde oportet, ut in electione et ordinatione sacerdotis valde execranda symoniaca heresis, quae propter quorundam avaritiam et ambitionem modernis temporibus dignitatem sacerdotalem fuscare conprobatur, nihil sui detestandi iuris habeat, quae in primordio sanctae Dei ecclesiae a beato Petro principe apostolorum cum auctore suo dampnata est. Quae etiam Deo odibilis pestis primum necesse est ut imperiali auctoritate et potestate cum consensu venerabilium sacerdotum a Romana ecclesia amputetur, quoniam, si caput languerit, membra incassum vigeant necesse est. Qualiter vero eadem heresis a beato Petro dampnata sit, liber actuum apostolorum docet, ubi (Act. 8, 18-23.) scribitur: *Cum vidisset autem,* inquit, *Symon, quia per impositionem manus apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date et mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non enim est tibi pars neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Paenitentiam itaque age ab hac nequitia tua et roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* Et in concilio Calcedonensi capitulo secundo scribitur: Si[3] quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationem et sub pretio redegerit gratiam, quae non potest vendi, ordinaveritque per pecuniam episcopum aut presbiterum aut diaconum vel quemlibet ex his, qui connumerantur in clero, aut promoverit per pecuniam dispensatorem aut defensorem vel quemquam, qui subiectus est regulae, pro sui turpissimi lucri commodo his, cui hoc adtemptanti probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit; et qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione

X. 8 a] ad *V*.
XI. 12 promotione] remotione *V*. 20 testestetur *P*. 21 taliter] aliter *V*. *P*. generetur] genetur *P*. 22 exsecranda *P*. 37 Calcedonens *V*, Calcedonemsi *P*. 38 potest] p̄otest *P*. 41 his] = is.

1) *Cf. relatio episcoporum c. 4; l. l. II, 29 sq.* 2) *Gregorius M., Regula pastoralis; Opp. II, 1 sqq.* 3) *Concilium Chalcedonense c. 2; Mansi VII, 373.*

vel promotione, quae est per negociationem facta, proficiat, sed sit alienus ea dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis quaesivit. Si quis vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis extiterit, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus vel monachus, anathematizetur. Gregorius in omelia evangeliorum sexta decima: Vobis[1] enim, inquit, sacerdotibus lugens loquor, quia nonnullos vestrum cum praemiis facere ordinationes agnovimus, spiritalem gratiam vendere et de alienis iniquitatibus cum peccati dampno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memoriam vestram non redit, quod vox dominica praecipiens dicit: (Matth. 10, 8.) *Gratis accepistis, gratis date;* cur non ante mentis oculos revocatis, quod templum redemptor (cf. ib. 21, 12.) noster ingressus cathedras vendentium columbas evertit, nummulariorum effudit aes? Qui namque sunt in templo Dei hodie, qui columbas vendunt, nisi qui in ecclesia pretium de impositione manus accipiunt, per quam impositionem Spiritus sanctus caelitus datur? Columba ergo venditur, quia manus impositio, per quam Spiritus sanctus accipitur, ad pretium praebetur. Sed redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit, qui talium negotiatorum sacerdotium destruxit. Hinc est, quod sacri canones symoniacam heresim dampnant et eos sacerdotio privari praecipiunt, qui de largiendis ordinibus pretium querunt. Cathedra ergo vendentium columbas evertitur, quando hi, qui spiritalem gratiam vendunt, vel ante humanos vel ante Dei oculos, sacerdotio privantur. Et in apologetico Gregorii Nanzanzeni: Religioni[2], inquit, ac doctrine nostrae obprobrium nascitur, quod sacerdotia vel ministeria ambitione potius et ad gratiam quam meritorum iudicio deferuntur. Cuius rei vitium vel labem etiamsi prohibere supra nos est, at certe erubescere et aversari pars aliqua pietatis est. Si quis igitur copiosius pleniusque de vitanda ac detestanda symoniaca herese scriptum nosse cupit, librum epistolarum beati Gregorii legat, in quibus manifeste apparet, quod eo tempore, quando easdem epistolas idem doctor ad Gallias mittebat, sedes beati Petri, cui prelatus erat, ab eadem lue immunis erat. Orandus est ergo Deus, ut eandem pestem, quae ecclesiam suam multifarie commaculat, ita abhinc ab omnium fidelium suorum corde, ore et manu procul amoveat, ut amplius tot animas in laqueum et perditionem non subruat.

Cap. XII. De accessione ad pastorale magisterium et persona sacerdotis eiusque periculo. Qualiter[3] ad culmen regiminis veniendum, qualiter in eo vivendum qualiterque docendum vel qualiter cotidie propriae infirmitatis consideratio sacerdoti ante oculos sit ponenda, praefati beati Gregorii regula plenissime docet. A cuius doctrina, quod valde dolendum et contremescendum est, multi nostrorum, qui pastorum nomine censemur, longe peccatis praepedientibus distare convincimur, unde et nostrum et eorum, quibus prodesse debuimus, magnum periculum imminere cognoscimus. Quapropter sollicite vigilanterque nobis satagendum est, ut per eiusdem doctoris et ceterorum sanctorum dicta et exempla vitam nostram in melius componamus, quatenus nobis et illis, quibus ad vitam aeternam ducatum praebere debemus, Domino auxiliante salutiferum consultum ferre possimus. Persona quoque sacerdotis qualis esse debeat, in memorato pastorali libro et in apologetico Gregorii Nanzanzeni[4] copiose taxatum est. Sed et in libro Levitico titulo (Levit. 10, 9–11.) vicesimo octavo ita personam sacerdotis Dominus describit loquens ad Aaron: *Vinum et omne, quod inebriare potest, non bibes tu et filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini, quia praeceptum sempiternum est in generationes vestras.*

XI. 10 sunt] qui *add. al. man. V.* qui *deest V.* 11 venditus *V.* 19 at] ad *V. P.*
XII. 27 accesseone *P.* 29 cotidie] quotidie *hic et infra P.* 34 sollicite] solli . . . *ras. P.*

1) *Gregorius M., Homil. in evang. lib. II, 17 § 13; Opp. I, 1503.* 2) *In Gregorii Nazianzeni oratione apologetica (Migne, Patrol. Graeca XXXV, 407 sqq.) hunc locum frustra quaesivi.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 5; l. l. II, 30.* 4) *Cf. supra ann. 2.*

Et ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum et profanum, inter pollutum et mundum doceatisque filios Israhel omnia legitima mea, quae locutus sum ad eos per manum Moysi. In Ezechiel: *Victimam igitur et pro peccato et pro delicto sive pro ignorantia comedent* (Ezech. 44, 29.) *sacerdotes.* Hieronimus: Nec[1] tantum, inquit, gaudendum est ad oblationem munerum, quantum timendum ad honoris condempnationem, si eo abutamur indigne. Item post pauca: Hoc[2] autem facimus, ut reponat sacerdos benedictionem et oblationem nostram in domo sua sive ut ad inprecationem eius Dominus benedicat domibus nostris. Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina, si peccent. Iactamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse quam meroris de sublimibus corruisse. Nec enim solum pro delictis nostris reddemus rationem, sed pro omnium quorum abutimur doctrinis, et nequaquam sumus de eorum salute solliciti. In Ageo: *Interroga sacerdotes legem.* Idem Hieronimus: Considera[3] (Agg. 2, 12.) sacerdotum esse officii de lege interrogatos respondere. Si sacerdos est, sciat legem Domini; si ignorat legem, ipse se arguit non esse Domini sacerdotem. Sacerdotis enim est scire legem et ad interrogationes respondere de lege. Item in Malachia: *Lex veritatis in ore eius.* (Malach. 2, 6.) Hoc[4] est doctrina populorum, quae in sacerdote nullo debet mendacio deturpari, sed tota de veritatis fonte procedere. Et post pauca: *Et multos avertit ab iniquitate.* Qui[5] sacerdos (Ib. 2, 6.) est et non corripit delinquentes, sacerdotis officium praeterit. *Labia sacerdotis custodient scientiam.* (Ib. 2, 7.) Non dixit proferent, sed custodient. Et post non multa: *Sicut non servastis vias* (Ib. 2, 9.) *meas et accepistis faciem in lege.* Inter[6] omnia peccata Levi sive eorum, qui ex Levi sunt, sacerdotum Dei illud et ultimum et maximum ponitur, quare accipiant faciem in lege, ut non causam, sed personam considerent iustumque pauperem dispicientes iniquos divites suscipiant et honorent. In evangelio: *Pastor bonus animam suam dat pro ovibus suis.* Hanc sen- (Ioh. 10, 11) tentiam beatus Gregorius exponens ait: Qui[7] non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro eis daturus est animam suam? Primum itaque nostrum est exteriora nostra ovibus eius inpendere, postremum vero, si necesse sit, pro eisdem ovibus animam ponere. Paulus ad Ti- (cf. 1. Tim. 3, 1 sqq. Tit. 1, 7 sqq.) motheum necnon et ad Titum, quid sit episcopatum desiderare et qualis persona episcopi esse debeat, regente eius calamum sancto Spiritu, affatim salubriterque describit. Haec igitur, que praelibata sunt, quisquis ad pastorale magisterium adspirat sobrie diligenterque perpendat seque sagaciter metiri studeat, ne, quod absit, terrenis[8] desideriis succensus propriisque reatibus adstrictus, dum loco, ut beatus Gregorius ait, delectatur gloriae, fiat subditis auctor ruinae. Omnibus igitur sacerdotibus illa specialiter sententia beati Gregorii ante oculos constituenda est, in qua inter cetera: Cum[9] rerum, inquit, necessitas exposcit, pensandum valde est ad culmen quisque regiminis, qualiter veniat atque ad hoc rite perveniens, qualiter vivat et bene vivens qualiter doceat et recte docens infirmitatem suam cotidie quanta consideratione cognoscat.

Cap. XIII. Ut avaritiam sacerdotes cavere studeant. Quia[10] vero nonnullos ordinis nostri socios avaritiam turpiter sectari et merito a multis reprehendi et ob id innoxios cum noxiis hac occasione infamari comperimus, abhinc in

XII. 3 Eczechiel *V.* 7 inpr(a)etationem *V. P.* 8 Iactamur] *ita V,* Lactamur *P.* 14 interrogationem *P.* 16 sacerdost est *P.* 27 salubriter *P.* 30 successus *V.* locum *V. P.*
XIII. 36 avaritia *P.*

1) *Hieronymus, Comment. in Ezechielem; Opp. V, 555.* 2) *Ibid.; l. l. V, 555 sq.* 3) *Hieronymus, Comment. in Aggaeum; Opp. VI, 760.* 4) *Hieronymus, Comment. in Malachiam; Opp. V, 959.* 5) *Ibidem.* 6) *Ibid.; l. l. V, 961.* 7) *Gregorius M., Homil. in evang. lib. II, 14 § 1; Opp. I, 1484 sq.* 8) *Gregorius M., Regula pastoralis I c. 10; Opp. II, 11.* 9) *Ibid., praefatio libri primi; l. l. II, 1.* 10) *Cf. relatio episcoporum c. 6; l. l. II, 30 sq.*

commune nos et socios nostros mutua exortatione corrigendos esse iudicavimus, ita videlicet, ut nec nos in huiuscemodi peste avaritiae coram Deo peccaremus nec aliis per nostrum malum exemplum detrahendi et in nobis peccandi locum daremus. Verum cf. Matth. 6, 19 sq. cum nullus Christianus thesauros in terra, sed potius, secundum Domini sententiam in caelo recondere debeat, cavendum summopere sacerdotibus est, ut ab avaritiae peste, cf. 1. Tim. 6, 10. quae est idolorum servitus, et cupiditate, quae radix omnium malorum est, suosque sectatores a regno Christi excludunt, se compescant, quoniam digne non possunt subditis predicare, ut ab his se abstineant, cum ipsi his, quod valde dedecus, immo periculosum est, se mancipaverint. Gravius quippe atrociusque hae pestiferae lues in illis dampnantur quam in his, qui eorum dictis et exemplis ab his coherceri debuerunt. Solent namque a nonnullis multifariae occasiones obtendi, quae necessitatis nomine palliantur. Et revera dum exterius necessitas praetenditur, interius avaritia tegitur. Matth. 6, 19—21. Ait itaque Dominus in evangelio: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi neque erugo neque tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi est enim thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.* Econtra Iacobus apostolus divites Iac. 5, 1—3. alloquitur: *Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis, quae advenient vobis. Divitiae vestrae putrefactae sunt; aurum vestrum et argentum eruginabit; et erugo eorum vobis in testimonium erit et manducabit carnes vestras sicut ignis.* Scribit etiam Beda in expositione tabernaculi ita inquiens: Neque[1] hoc, quod primi filiorum Aaron post ordinationem, cf. Lev. 10, 1 sq. cum ignem alienum offerrent coram Domino, igne caelesti perierunt, a significatione miserabilis nostri temporis aborret, ubi nonnulli sacerdotum ac doctorum loco potiti, quod dictu quoque grave ac lugubre satis est, dum ignem cupiditatis igni superne dilectionis anteponunt, igne supernae ultionis absumuntur, quorum perpetua dampnatio temporali est filiorum Aaron morte figurata. Scribit et Pomerius: Non[2] potest dicere sacerdos contemptoribus admonitionis suae: Futurum cogitate iudicium, quod ipse forte non cogitat; amatoribus mundi: Nolite diligere mundum, si eum mundi amor oblectat; ambitiosis: Ambitioni iam finem inponite, si eum ambitio ruinosa praecipitat; aebriosis: Aebrietatem cavete, si se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat. Sumptuosis dapibus crudus non potest suis abstinentiam laudare, quam calcat; vitio cupiditatis addictus cupidis amorem non potest dissuadere pecuniae. Inimicitiarum tenax non audebit animos dissidentium sacerdotali tranquillitate componere. Iustitiam predicare iudicibus erubescit, quam ipse persone potentis favore corrumpit; nec defendet obpressos, si personas aut honorat aut despicit; et quicquid boni non facit aut mali committit, nec iubebit fieri nec vetabit, quia necessariam docendi auctoritatem contrariaetate suae actionis amittit aut minuit. In vita beati cf. 1. Tim. 6, 10. Ambrosii legitur: Ingemescebat[3] enim vehementer, cum videret radicem omnium malorum avaritiam, quae neque copia neque inopia minui potest, magis magisque increscere in hominibus et maxime in his, qui in potestatibus erant constituti, ita ut interveniendi illi apud illos gravissimus labor esset, quia omnia praetio distrahebant. Quae res omne malum primo invexit Italiae, et exinde omnia verguntur in peius. Et quid dicam, si in huiusmodi personis ita rabiem Ps. 140, 4. suam exercent, qui solent aut filiorum aut propinquorum causas praetendere *ad excusandas excusationes in peccatis,* quandoquidem plerosque coeperit etiam caeca labes sacerdotes et Levitas,

XIII. 2 Deo] Do *P.* 3 daremus] damus *V. P.* 6 malorum est] *adde: et quae (scil. avaritia et cupiditas).* 10 damnatur *V. P.* 12 palliantur] pelliantur *V.* 24 temporalis *V.* 25 Pomeria *V,* Prosper *P.* 27 eum *deest V.* 30 cupidus *P.* 33 quicquid] *ita corr.,* quid *V. P.* 34 In] *ita edd.,* Ex *V. P.* 38 labor esset] laborasset *V.* 40 caucas *V.*

1) *Beda, De tabernaculo III c. 2; Migne, Patrol. lat. XCI, 465.* 2) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa I c. 15; Opp. Prosperi app. 13.* 3) *Paulinus, Vita Ambrosii c. 41; Opp. Ambrosii II, app. col. XI.*

quibus portio Deus est, ut illam etiam ipsi appetant? Et vae mihi misero, quia nec fine mundi provocamur, ut tam gravi iugo servitutis liberari velimus, quod dimergit usque ad profundum inferni, ut faciamus nobis amicos de *mamona iniquitatis, qui nos recipiant in aeterna tabernacula.* [Luc. 16, 9.] His ita praemissis oportet sacerdotes Domini, ut ab appetitu avaritiae et cupiditatis se cohibentes sibi subiectis in omnium virtutum profectibus imitabiles exhibeant, quibus pro omnibus divitiis solus Christus abundat iuxta illud apostoli: *Mihi vivere Christus* [Phil. 1, 21.] *est et mori lucrum.* Quod autem oblationes fidelium non ad suam avaritiam, sed ad Christi honorem ecclesiaeque utilitatem retorquere debeant, subter adnotandum est.

Capitulo XIIII. Ut hospitalitatem maxime ab his, qui aliis praesunt, sectari oporteat. Quia[1] ergo propter communem, immo necessariam correctionem pariter diligenterque inquisivimus et ex oraculis divinis et sanctorum patrum dictis manifestum fecimus, qualiter ad pastorale magisterium veniendum, qualiter in eo vivendum, qualiter docendum sit et qualiter sacerdotes Domini avaritiam, qui aliis forma et exemplum esse debent, cavere debeant, opere pretium duximus nos exortando admonere et admonendo exortari, ut hospitalitatem praecipuae sacerdotes Domini sectari meminerint, quoniam hactenus a quibusdam ordinis nostri sociis minus iusto et indecenter hospitalitas sectata est, et ideo a multis non solum ipsi neglegentes, verum etiam hospitalitati studentes tali repraehensione sunt denotati. Cum ergo hospitalitas in tremendi examinis die ab aeterno iudice sit remuneranda, qui dicturus est: *Hospes fui et collegistis me,* et ob id omnibus Christianis summopere sit sectanda, [Matth. 25, 35.] multo magis tamen vigilantiusque ab his, qui dictis et exemplis ad vitam aeternam aliis ducatum praebere debent, postposita avaritiae peste et alia qualibet occasione, prorsus est exsequenda. Ab apostolo quippe inter cetera virtutum praeconia, quae [cf. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 8.] episcopo inesse debent, hospitalitas etiam habenda praedicatur. Episcopi[2] namque domus, ut beatus Hieronimus scribit, omnium commune debet esse hospitium, et laicus, si unum aut duos aut paucos recipiat, implet hospitalitatis officium, et episcopus, nisi omnes recipiat, inhumanus ab eo scribitur. Hospitalitas porro, quam Dominus remuneraturum se esse asseruit, illa est intelligenda, quae membris Christi, recto scilicet indigentibus et diversas necessitates patientibus, exhibetur. Unde ait Iob: *Foris non mansit peregrinus; hostium* [Iob 31, 32.] *meum viatori patuit;* Petrus: *Hospitales invicem sine murmuratione,* et alibi: *Caritas* [1. Petr. 4, 9. Hebr. 13, 1. 2.] *fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite oblivisci; per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio susceptis;* Paulus: *Hospitalitatem,* inquit, *sectantes.* Origenes in [Rom. 12, 13.] epistola ad Romanos: Quam[3] digne, inquit, hospitalitatis magnificentiam uno sermone conpraehendit. Dicens enim hospitalitatem sectandam non illud solum ostendit, quod venientem ad nos hospitem suscipiamus, sed requiramus et solliciti simus et sectemur ac perquiramus ubique hospites, nec ubi forte in plateis sedeant nec extra tectum iaceant. Recordare Loth et in- [cf. Gen. 19, 2 sqq.] venies, quod non illum hospites, sed ipse quesierit hospites: et hoc erat hospitalitatem sectari. De hospitalitate etiam sectanda uberiora sunt exempla et beati Gregorii in omelia evangelii[4] copiosissima dicta. Proinde studendum summopere episcopis est, ut, cum hospitalitatem subditis habendam praedicant, ipsi eam ante omnes primum factis adimpleant, scilicet ut quod verbis praedicant operibus ostendant.

XIIII. 9 Cap. V, Capitula *P.* 19 hospitalitatis *P.* 22 dicatum *corr. al. man. in marg.* ducatum *V.* 40 eam] etiam *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 7; l. l. II, 31 sq.* 2) *Hieronymus, Comment in epist. ad Titum; Opp. VII, 701.* 3) *Origenes, In epist. ad Romanos; Opp. II (Basileae 1536), p. 501.* 4) *Cf. Gregorius M., Homil. in evang. lib. II, 23; Opp. I, 1538 sqq.*

Capitulo XV. Qualiter tractandae vel quid sint res ecclesiae. Quod nulli sacerdotum liceat res Deo dicatas sibique commissas utpote proprias tractare et ad multifarios secundum libitum suum eas usus retorquere, sed potius secundum canonicam auctoritatem sanctorumque patrum dicta et exempla administrare vel dispensare, ea, quae secuntur, perspicue manifestant. Quod autem ea, quae Domino sanctificabantur, ad ius pertinerent sacerdotum, legalia instituta sanciunt. In novo cf. Act. 4, 34 sqq. quippe testamento, in initio videlicet sanctae nascentis ecclesiae, vota fidelium ante pedes ponebantur apostolorum eorumque iudicio unicuique, prout opus erat, distribuebantur. Et licet crescente fidelium devotione copiosissimis ac munificentissimis eorum liberalitatibus sancta donata sit ecclesia, eundem tamen usum apostolorum successores in tractandis et dispensandis ecclesiasticis rebus se servare debere meminerint, quoniam qui[1] stipem ecclesiae iuxta documentum beati Hieronimi in suos convertit usus, scriba est et Phariseus similisque Iudae perdito. Scribitur in concilio Antioceno capitulo XXV.: Episcopus[2] ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reverentia et timore Dei. Participet autem et ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam suis quam fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus profuturis, ita ut in nullo cf. 1. Tim. 6, 8. qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum apostolum sic dicentem: *Habentes victum et tegumentum his contenti sumus.* Quodsi contentus istis minime fuerit, convertat autem res ecclesiae in suos usus domesticos et eius commoda vel agrorum fructus non cum praesbiterorum conscientia diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis aut propinquis aut fratribus, filiisque committat, ut per huiusmodi personas occulte ceterae ledantur ecclesiae, synodo provintiae poenas iste persolvat. Si autem et aliter accusetur episcopus aut presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea, que pertinent ad ecclesiam, vel ex agris vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc adfligantur quidem pauperes, criminationi vero et blasphemiis tam sermo predicationis quam hi, qui dispensant, taliter exponantur, et hos oportet corrigi, sancta synodo id, quod condecet, comprobante. In concilio Calcedonensi capitulo vicesimo sexto: Quoniam[3] in quibusdam ecclesiis, ut rumore comperimus, praeter hęchonomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant, placuit omnem ecclesiam habentem episcopum habere haechonomum de clero proprio, qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam episcopi proprii, ita ut ecclesiae dispensatio preter testimonium non sit et ex hoc dispergantur ecclesiasticae facultates et sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quodsi hoc minime fecerit, divinis constitutionibus subiacebit. In canonibus, qui apostolorum titulo praenotantur, capitulo quadragesimo primo ita legitur: Praecipimus[4], ut in potestate sua episcopus ecclesiae res habeat. Si enim anime hominum praetiosae illi sunt creditae, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate eius indigentibus omnia dispensentur per praesbiteros et diaconos et cum timore omnique sollicitudine ministrentur. Gelasius in decretalibus capitulo vicesimo septimo: Quattuor[5] autem, inquit, tam de reditu quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiae facultas permittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum sit una pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis adplicanda ecclesiae. De quibus sicut sacerdotis erit integram ministris ecclesiae memoratam de-

XV. 1 Cap. *V,* Capitula *P.* tractanda *V.* 13 Iudae] iudice *P.* XXV.] XV. *V. P.* 19 presbyterorum *P.* constieutia *V.* 21 ceteri *V. P.* 22 presby(i)ter *V. P.* 25 despensant *V.* oportet *deest V.* 27 vicesimo sexto] XXVI. *P.* hęchonomos] *ita V,* echonomos *P,* *intellige: oeconomos.* 29 haechonomum] *ita V,* echonomum *P.* 33 quadragesimo primo] XLI. *P.* 37 vicesimo septimo] XXVII. *P.* 39 pauperum] praesby(i)terorum *V. P.*

1) *Hieronymus, Comment. in Matthaeum; Opp. VII, 242.* 2) *Concilium Antiochenum c. 25; Mansi II, 1328.* 3) *Concilium Chalcedonense c. 26; Mansi VII, 380.* 4) *Canones apostolorum c. 41; Mansi I, 55 sq.* 5) *Decreta Gelasii c. 27 (Jaffé-K. n. 636).*

pendere quantitatem, ita clerici ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverint expetendum. Ea vero, quae ecclesiasticis aedificiis adtributa sunt, huic operi veraciter praerogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est, si sacris aedibus destitutis in lucrum suum praesul inpendia his designata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptum est: *Ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est,* oportet Matth. 5, 16. etiam presenti testificatione praedicari et bonae famae praeconiis non taceri. Pomerius autem, cum de sanctis perfectisque pontificibus tractaret, qui facultates ecclesiae non ut proprias, sed ut commendatas tractaverunt, ait: Et[1] idcirco scientes nihil aliud esse res ecclesiae nisi vota fidelium, pretia peccatorum et patrimonium pauperum, non eas vindicaverunt in usus suos ut proprias, sed ut commendatas pauperibus diviserunt. Hoc est possidendo contempnere, non sibi, sed aliis possidere nec habendi cupiditate ecclesiae facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. Hieronimus in expositione Sophoniae prophetae: Iudices[2] quoque eius quasi lupi Arabiae, occidentes et vespere, non aspicientes ad ortum solis, cf. Soph. 3, 3 sqq. sed morantes semper in tenebris, possessiunculas ecclesiae et ea, quae in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum, ut non habeant pauperes quod mane comedant, qui quasi in nocte et nullo vidente populantur et, cum luporum more cuncta diripiant, ne parvos quidem cibos indigentibus derelinquunt. Sicut igitur praemissa documenta declarant, non sunt res ecclesiae ut propriae, sed ut dominicae et a Deo commendate tractande. Quicumque ergo eas ad suos proprios usus terrenosque honores et delectationes retorquet, quanti sit discriminis quantaeque transgressionis, aperte animadverti potest.

Cap. XVI. Ut in rebus ecclesiae circa propinquos suos expendendis modum episcopi teneant discretionis. Quoniam[3] multi episcoporum amore propinquorum suorum de rebus sibi commendatis suo aut quorumlibet amicorum nomine praedia aut mancipia emunt et, ut in suorum propinquorum ius cedant, statuunt et ob hoc et iura ecclesiastica convelluntur et ministerium sacerdotale fuscatur, immo a subditis detrahitur et contempnitur, placuit omnibus, ut deinceps hoc avaritiae genus caveatur, fixumque[4] abhinc et perpetuo mansurum esse decrevimus, ut episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatum aut certe in episcopatu hereditaria successione adquisivit, secundum auctoritatem canonicam[5] quicquid vult faciat et cui vult conferat; postquam autem episcopus factus est, quascumque res de facultatibus ecclesiae aut suo aut alterius nomine qualibet conditione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in ecclesiae, cui praeest, iura deveniant. Similiter et de praesbyteris, qui de ecclesiarum rebus, quibus praesunt, praedia eo modo emunt, faciendum statuimus, quoniam multos presbiterorum occasione taliter emptarum rerum ecclesias, quibus presunt, expoliasse et a suo ministerio multis modis exorbitasse et se diabolo mancipasse multosque laicorum ex hoc facto in scandalum dampnationis et perditionis protraxisse cognovimus.

XV. 3 si sacris *desunt* V. 7 praeconis V. Pomerius] Prorsper P. autem *deest* V. 8 propriis V. 12 cupiditatem V. P. 14 Arabiae] Rabiae V. P. aspicientes] aspientes P. 15 quae] quaequae V, quaeque P. 16 qui *deest* V. 17 ne] nec V.
XVI. 37 scaldalum V.

1) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi app. 32.* 2) *Hieronymus, Comment. in Sophoniam; Opp. VI, 718.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 15; l. l. II, 34.* 4) *Cf. c. 4 C. 12 qu. 5.* 5) *Cf. E. Loening, 'Geschichte des deutschen Kirchenrechts' I, 227 sq. II, 674.*

Cap. XVII. Quod nulli episcoporum liceat res ecclesiae extra constituta canonum passim in alterius iura transferre. Canonica censura decernit, ut res ecclesiae nisi ob nimias necessitates, quas describit, nemo distrahat. Quod si quispiam inminente nimia necessitate inconsulto primatę provinciae aut certe maiori urguente necessitate, non adhibitis testibus vicinis episcopis, id facere adtemptaverit, ita canonico iudicio percellitur, scilicet ut amisso honore reus Deo et concilio teneatur. Et licet moderno tempore necessitas non compellat, ut aperte res distrahantur ecclesiae, verendum est tamen, ne clanculo vendantur et canonica interminatio subeatur. Quando enim quispiam praelatorum aut muneris aut amoris aut amicitiae aut certe timoris vel cuiuslibet alterius rei gratia res ecclesiae in commutationem dat, commoda scilicet et utilia dans et incommoda et inutilia ecclesiae suae accipiens, venditorem temerarium ecclesiasticarum rerum se esse noverit reumque Deo et concilio contremiscat. Quod quia in commutandis rebus id persepe evenisse dubium non est, cavendum summopere abhinc praelatis est, ne in commutandis ecclesiasticis rebus incauti existant. De non alienandis vero rebus ecclesiasticis papa Symmachus in decretis suis inter cetera ita scribit: His[1] ergo perpensis mansuro cum Dei nostri consideratione decreto sancimus, ut nulli apostolicae sedis praesuli a praesenti die, donec disponente Domino manserit doctrina salvatoris, liceat praedium rusticum quantaecumque vel magnitudinis vel exiguitatis sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre nec cuiusquam publicae necessitatis obtentu, quippe, cum non sit personale quod loquimur, nec aliquis clericorum vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur. Sed nec in usufructuario aliquid dari liceat nec data retineri praeter clericos et captivos atque peregrinos. His verbis aperte monstratur, quia, quod isdem papa apostolicae sedis praesul perpetuo observandum censuit, nihilominus omnibus praesulibus ecclesiarum observandum perdocuit.

Cap. XVIII. Quod res ecclesiae non sint sacerdotibus, si eas strenue dispensaverint, causa peccati. Convenit pastoribus ecclesiarum res ecclesiae possidere, non ab his possideri et, ut Pomerius[2] scribit, eas possidendo debent contempnere et non sibi, sed aliis possidere. Constat autem sanctissimos pontifices, qui cum Christo remuneratore suo regnant, quorum nos indigni locum tenemus, res ecclesiae non sibi, sed aliis possedisse et non ad suam gloriam et delectationem, sed potius ad Dei honorem et fidelium commoditatem eos his usos fuisse. Unde liquet, quia nihil eis obfuerunt ad nanciscendam aeternae patriae gloriam res ecclesiastice commodissimae atque amplissime, quas fideliter administraverunt. Quicumque ergo secundum eorundem sanctorum exempla res sibi creditas dispensaverit, seque ab inlecebris mundialibus et incentivis carnalibus custodierit, ad eorum consortium se pertinere dubitare non poterit. Si autem secus fecerit, eorum consortio se indignum fore pertimescat. Miserabiliores plane cunctis mortalibus nonnulli existunt pontifices, qui in brevissimo huius mortalitatis intervallo, suae misere fragilitatis inmemores, sacerdotalis honoris culmine ultra maetas subvecti, amore mundi decepti, cupiditate terrenarum rerum inlecti, pro caducis et cito praeterlabentibus rebus, quas

XVII. 2 tranferre *P.* 4 primatę] *ita V. P.* 5 adhibitas *V.* 6 ammisso *V.* 14 dubium *deest V.* 16 Symmacus *V.* perpennis *V.* 18 quanticumque *V. P.* 20 publica *V.* 21 aliquis] alicorum *V,* aliquorum *P.* tueatur] teneatur *V.*
XVIII. 28 Pomerius] Prosper *P.* 39 flagilitatis *V. P.* 40 maetas] *intellige: metas.*

1) *Ex Symmachi concilio Romano 502 c. 4; Mansi VIII, 267.* 2) *Cf. Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi app. 32.*

utiliter fideliterque expendere neglegunt, sanctorum sacerdotum consortio se privant. Cesset ergo ambitio, que dicere solet nimis rerum habere ecclesias Christi, et perpendat, quia, quantecumque sint res ecclesiae, si eo modo, quo dispensande sunt, dispensentur, nimiae non sunt. Cupiditas quippe, immo neglegentia quorundam dispensatorum, non ecclesiae amplae res, in vitio sunt. Mira namque res: ambitio mundialis satis non habet, et ecclesia Christi nimium habet.

Cap. XVIIII. Quod vitam conversationemque quorundam sacerdotum nonnulli subiecti livore potius quam zelo caritatis reprehendant. Sicut[1] per Sahul reprobi praelati, ita et per David subiecti sunt humiles significati[2]. (cf. 1. Reg. 16, 5.) Quapropter unusquisque subiectus non superbum Semei, qui convicia et maledictiones iniecit in David, sed magis eundem humilem imitari debet David, dicentem: *Propitius mihi sit Dominus, non mittam manum meam in christum Domini.* (1. Reg. 26, 11.) Christos Domini sacerdotes appellari dubium non est, de quibus in psalmo divina voce canitur: *Nolite tangere christos meos et in prophetis meis nolite malignari.* (Ps. 104, 15. 1. Paral. 16, 22.) Quamquam autem, quod valde dolendum est, multi praelatorum ad instar Saul sint reprobi effecti, non sunt tamen manu repraehensionis et detractionis tangendi, quia, ut Isidorus in libro sententiarum scribit, rectores[3] a Deo solummodo, non a subditis sunt iudicandi et pro moribus reprobis tolerandi magis quam a plebe sunt distringendi. In ecclesiastica historia Constantinus imperator episcopis ait: Deus[4] vos constituit sacerdotes et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi; et ideo nos a vobis recte iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium et vestra iurgia, quaecumque sunt, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis dii; et conveniens non est, ut homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptum est: *Deus stetit in synagoga deorum; in medio autem deos discernit.* (Ps. 81, 1.) Cum haec ita se habeant, utrimque non mediocriter delinquitur et animarum periculum generatur, quia, dum praelati exemplo suae perversitatis subditis detrahendi locum dant, se et illos procul dubio ad perditionem pertrahunt. Subditi vero, dum praepositorum prava facta non conpassionis, sed insultationis ac livoris voto mordent, quantum animae suae periculum incurrant, diligenter animadvertant et abhinc suae saluti prospicientes ab huiuscemodi detractionibus se cohibere non neglegant. Inrepsit sane in nonnullis ecclesiarum praesulibus miserabilis temporis nostri inepta, immo corrigenda consuetudo, que iam ita pro lege tenetur, ut sanctitatis et religionis nomen sibi adscribere non vereatur, scilicet super diversarum rerum innumeris superfluitatibus et vanitatibus, quas dinumerare longum est, necnon in avaritia et tenacitate improbaque intentione et in turpi inhonestaque conversatione morumque improbitate et vane gloriae appetitu et, quod his periculosius est, sui officii cura posthabita, in divinorum praeceptorum transgressione, ita ut illud apostolicum impletum videatur, quo dicitur: *Letantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis.* (Prov. 2, 14.) Non igitur mirum est, si propter haec et his similia Deus offendatur et infirmorum animis scandalum generetur statusque sanctae Dei ecclesiae periclitetur. Proinde omnibus studendum est sacerdotibus, ut ab his

XVIII. 1 consortium *P.* 2 Censet *V.*
XVIIII. 14 tange *P.* 18 distringendi] *ita edd.*, distinguendi *V. P.* 21 hominibus] omnibus *P.* 22 quicumque *V.* illum *V.* reserventur] referuntur *e* referentur *corr. V.* 23 di *V.*

1) *Cf. infra eiusdem libri c. 29, lib. III cc. 4. 9. 10. 21. 26; v. etiam supra p. 594 c. 4.*
2) *Cf. quae supra p. 379 sq. in institutione canonicorum Aquisgranensi anni 816. c. 103 secundum Gregorium M. ex Taione laudantur.* 3) *Isidorus, Sententiae III c. 39 § 5. 6; Opp. VI, 327.*
4) *Rufinus, Ecclesiastica historia X c. 2; ed. Basileae 1523, p. 218.*

deinceps se caveant et his rebus resistant, quibus sibi et his, quibus praesunt, Deum propitium facere mereantur. Quam moderata autem discretio in vestium cultu et mense apparatu sacerdotibus tenenda sit, dicta beati Gregorii in expositione evangeliorum necnon et vita sanctorum virorum Augustini et Ambrosii plenissime docent.

Capitulo XX. Ut conversatio sacerdotalis testes vitae probabilis habeat. Quod[1] moderni pontifices sanctorum decedentium patrum exempla usquequaque sectari debeant, in praecedentibus iam dictum est. Sed quia nonnullos socios ordinis nostri sine his personis, quas sua religiosa conversatio testes habere et quibus exemplum bonum debuit praebere, cubilia secreti sui didicimus incolere, id non sine magna turbidaque indignatione ferre potuimus et, ne deinceps quispiam praelatorum id facere pertemptet, pari consensu inhibuimus, quia in hoc facto conversatio sacerdotalis commaculatur et detrahentibus locus praebetur et animarum perditio generatur. Ut ergo sacerdos discipulis suis de se ipso exemplum bonum debeat
Tit. 2, 7. praebere, apostolus scribens ad Titum docet dicens: *In omnibus te ipsum prebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in castitate* et reliqua. Beatus quoque Gregorius in decretis suis ita ait: Verecundus[2] mos torpore indiscretionis inolevit, ut huius sedis pontificibus ad secreta cubilis servitia laici pueri eis seculares obsequantur; et, cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciunt et, ut dictum est, saeculares pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituo, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut his, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui eius in secreto conversationem videant et ex visione sedula exemplum provectus subeant. Haec igitur beatus Gregorius scripserit. Ceterum si qui de hac re copiosiora exempla querere voluerint, vitas beati Augustini et Ambrosii et ceterorum aliorum sanctorum virorum legant et perspicue invenient, quod vita et conversatio pontificis semper testes vitae probabilis habere debeat.

Capitulo XXI. Ut episcopi ceterique praelati, nisi id necessitas inevitabilis impedierit, maxime cum clericis suis horas canonicas custodiant et scripturas divinas cotidie in conlatione tractent eisque in convictu participes existant. Hoc quoque correctione congruaque emendatione dignum conperimus, eo quod nonnulli praelatorum nulla interveniente necessitate non cum clericis, sed potius seorsum cum laicis et quibusdam familiaribus suis sermocinari et convivari delectentur; similiterque et a quibusdam abbatibus et abbatissis fieri didicimus. Quae res, quia valde a paterna sollicitudine aborret et subditos in contemptum magistrorum murmurationemque et in divinorum obsequiorum transgressionem pertrahit, prorsus resecandam esse censuimus et, ut abhinc praelati in his, quae praemissa sunt, quantum facultas permiserit, sibi subditis participes existant, statuimus. De qua etiam re in actibus apostolorum et in vita beati Augustini et in concilio Sardicensi capitulo quarto decimo[3] copiosa habentur exempla. Socios vero ordinis nostri in[4] gubernandis congregationibus

XVIIII. 4 Agustini *P.*
XX. 5 Cap̄. *V.* XX.] vicesimo *P.* 6 probabiles *P.* 10 turbadaque *P.* 16 torpere *V.* 21 his[1] = is. 24 Agustini *P.* 25 inveniant *P.*
XXI. 27 Cap̄. *V.* 39 Agustini *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 14; l. l. II, 33 sq.* 2) *Concilium Romanum 595 c. 2; Opp. Gregorii M. II, app. V, col. 1289.* 3) *Cf. concilium Sardicense c. 14; Mansi III, 27.* 4) *Cf. relatio episcoporum c. 16; l. l. II, 34. Concil. Aquisgranense 836 (infra n. 56 A) cap. I c. 11.*

sibi subiectis, canonicis videlicet, monachis et sanctimonialibus, hactenus valde neglegentes extitisse et ob id multos in sui detractionem et contemptum provocasse, ita ut nonnulli alii praelati in eorum parroechiis constituti, eorum prava exempla secuti, suas similiter congregationes neglexerint. Quos et fraterno et synodali conventu admonendos esse necessario duximus, ut ab hac neglegentia deinceps se cohibeant et ceteris se imitabiles praebeant, ne forte propter illorum incuriam et divinae servitutis contemptus et pericula proveniant animarum et auribus excellentiae vestrae molestia ingeratur et nostrae mediocritati in sacris conventibus tedium et obprobrium inferatur. Conperimus[1] etiam quosdam socios ordinis nostri non causa necessitatis aut utilitatis, sed potius avaritiae et propriae delectationis saepissime, propria civitatis suae sede relicta cleroque neglecto, remociora loca frequentare, de qua re et distitutio divini cultus et praedicatio in plebibus et cura subiectorum postponitur et hospitalitas neglegitur. Quod ne ulterius a quoquam sine inevitabili necessitate et certa utilitate fiat, pari consensu inhibuimus.

Capitulo XXII. De laicorum clericis eorumque examinatione et promotione. De[2] clericis vero laicorum, unde nonnulli eorum conqueri videntur, eo quod quidam episcopi ad eorum preces nolint in ecclesiis suis eos, cum utiles sint, ordinare, visum nobis fuit, ut in utriusque partibus pax et concordia servetur et cum caritate et ratione utiles et idonei eligantur. Et si laicus idoneum utilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occasione ab episcopo sine certa ratione repellatur; et, si reiciendus est, diligens examinatio et evidens ratio, ne scandalum generetur, manifestum faciat.

Cap. XXIII. Ut pastores gregem sibi commissum non ut proprium, sed ut dominicum tractare meminerint. Quia sunt plerique, qui non paternum affectum circa gregem sibi commissum, sed quendam exercere videntur dominatum eumque non ut dominicum, sed, flatibus ventosae arrogantiae inflati, ut suum proprium tractare non verentur, quantum a paternitatis officio
aberrent, subter collecta documenta declarant. Dominus in evangelio: *Si diligis me,* Ioh. 21, 17.
pasce oves meas. 'Meas' inquid, non 'tuas'. Item: *Qui maior est vestrum erit minister* Matth. 23, 11.
vester. Et non post multa: *Non ita erit,* inquit, *inter vos; sed qui voluerit inter vos* Ib. 20, 26.
maior fieri erit vester servus. Petrus: *Neque dominantes in clero, sed forma facti* 1. Petr. 5, 3.
gregis ex animo. Salomon: *Principem te constituerunt? Noli extolli, sed esto in eis* Eccli. 32, 1.
quasi unus ex nobis. Fulgentius in libro de veritate praedestinationis et gratiae: Non[3] ideo, inquit, se solum quilibet episcopus vas misericordiae putet in gloria praeparatum, quia pontificali militia fungitur, sed si pro grege sibi credito sollicitus semper invigilet, praedicet verbo, instet oportunae, arguat, obsecret, increpet in omni patientia et doctrina; nec sibi dominatum superbus usurpare contendat, sed, apostolicis informatus eloquiis et exemplis, servum se cunctis exhibeat; neque sedis illius altitudine conlatum sibi gaudeat temporale fastigium, sed humili corde fidelibus praebeat bone conversationis exemplum. Quicumque igitur sacris officiis servituri sub quolibet ordine adplicantur, dignum est, ut illius

XXI. 2 extitisse] didicimus *secundum relationem episcoporum supplendum videtur.* 7 excellentiae vestrae] *scil.* imperatorum. 10 saepissimae *V.* 11 de] da *P.* 13 invitabili *V.*
XXII. 15 Cap. *V.*
XXIII. 32 ex] et *V.* 28 oberrent *V. P.* 33 quasi] ex *add. V.* 36 patientia] patitia *V.* 40 adplicatur *V.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 17; l. l. II, 34 sq. Concil. Aquisgranense 836 cap. I c. 12.* 2) *Cf. relatio episcoporum c. 18; l. l. II, 35.* 3) *Fulgentius, De veritate praedestinationis et gratiae II c. 38; Opp. 477.*

dicantur, cuius servitio mancipantur. Qua ergo temeritate, immo praesumptiosa vanitate quilibet praelatorum dicere praesumit: Illa congregatio mea est aut ille praesbiter vel clericus meus est, cum non illius sit, sed illius, cui dicatus est? Proinde quia isdem inolitus usus ecclesiasticae non concordat regulae, corrigatur necesse est.

Cap. XXIIII. Ut praelati carnalem spiritalemque cibum sibi subiectis impendere studeant. Sunt quidam praelatorum, qui utramque annonam, spiritalem videlicet et carnalem, sibi subiectis strenue administrant. Sunt e contrario, quod emendatione opus habet, qui neutrum cibum utiliter eis administrant. Sunt etiam, qui carnalem cibum sufficienter eis administrant et spiritalem aut scienter eis subtrahunt aut, quia nesciunt, non subministrant, pascentes solummodo carnem cito perituram cibumque vermium futurum animarumque salutem in aeternum victurarum neglegentes. Non igitur erunt praelati excusabiles et inmunes a periculis apud Dominum, cui pro sibi commissis rationes sunt reddituri, si eis carnalia solummodo et non spiritalia fideliter subministraverint, cum de manu eorum sanguinem (cf. Ezech. 3, 18 sq.) eorum, si perierint, sit exacturus, testante Ezechiele propheta et expositione beati Agustini[1] super eodem propheta plurimum huic rei adstipulante. Grandis porro miseria caecaque cupiditas, dum huiuscemodi praelati in locis sibi subiectis cupiditatem suam potius explere quam animarum suarum periculum contendunt vitare.

Cap. XXV. Ut episcopi non rapaces, sed avaritiam odientes vice sua ministros per parrochias suas constituant. Non[2] solum rumore, sed etiam evidentibus factis conperimus quorundam episcoporum ministros non solum in presbyteris, sed etiam in plebibus parroechiae suae avaritiam potius exercere quam utilitati ecclesiasticae dignitatis inservire populique saluti consulere. Quam neglegentiam, immo execrabile ac damnabile cupiditatis vitium omnes in commune deinceps vitandum statuimus. Pertimescenda porro et vigilanter cavenda est sacer- (cf. 1. Reg. 3, 12 sqq. 4, 11 sqq.) dotibus Domini Heli sacerdotis ruina, qui filios suos indigne agentes Dominumque in suis pravis actibus ad iracundiam provocantes sacrificioque Domini iniuriam inrogantes quia verbis tantum et non verberibus corripuit, cum eis divina iustaque ultione ruentibus ruit. At si forte, quod absit, ullus episcoporum deinceps sectatores avaritiae ministros in parroechia sua constituerit et eorum cognitam pravitatem auctoritate pastorali acriter ferire detractaverit, exemplum neglegentis Heli sacerdotis imitari se cognoscat sciatque, quia quicquid pravitatis vel avaritiae huiuscemodi subiecti in plebibus Christi egerint, si eos corrigere iuxta facti qualitatem neglexerit, in eum procul dubio, a quo constituti sunt, ea, quae admiserint, redundabunt, et se synodali correptioni modis omnibus subiacendum. Nam et in communi consensu statuimus, ut unusquisque episcoporum super archidiaconis suis deinceps vigilantiorem curam adhibeat, quoniam propter eorum avaritiam et morum inprobitatem multi scandalizantur et ministerium sacerdotale vituperatur et in ecclesiis a sacerdotibus multa propter eos negleguntur.

Cap. XXVI. Quid dehonorationis et detrimenti ecclesiastica iura patiuntur pro eo, quod secundum canonicam

XXIII. 2 praesummit *V. P.*
XXIIII. 6 subiectus *V.* 11 futuram *V. P.* 12 victuram *P.* 17 cupiditas] *supple:* est.
XXV. 20 suam *V.* 26 Dominumqui *V,* Dominumquae *P.* 28 cum *deest V. P.* 33 neglexerint *V.* 34 redunbabit *V. P.* se *deest V. P.* 35 correptione *V. P et rel. episc.; supple:* cognoscat *(v. l. 32).*
XXVI. 40 dehonorationibus *P.*

1) *Cf. Augustinus, Sermo 46 de pastoribus § 20 sqq.; Opp. V, 235. V. etiam supra p. 403 sq. 448.*
2) *Cf. relatio episcoporum c. 10; l. l. II, 32 sq. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. II B c. 28.*

auctoritatem episcoporum concilia bis in anno non celebrantur. Officii[1] est ecclesiasticae auctoritatis, ut quicquid noxium in agro sanctae Dei ecclesiae excreverit falce aequissimae discretionis resecet, quatenus status ipsius inconvulsus persistens recte et inconfuse per tramitem ordinis sui incedere valeat. Quod cum ita sit, inrepsit inter cetera, quae ecclesiasticae auctoritati, immo divinae contraeunt, miserabilis ac periculosa temporis nostri consuetudo, quae valde ab auctoritate canonica abhorret, eo quod episcoporum concilia bis in anno, sicut mos canonicus docet[2], per unamquamque provintiam non fiunt; et ob id ecclesiasticae utilitati magnum dispendium et principalibus auribus insolens impedimentum et multorum inpunitas nascitur flagitiorum. Proinde omnibus nobis pernecessarium visum est, ut ab imperiali celsitudine libertas temporis imploretur, quo haec ad honorem Dei et utilitatem sanctae Dei ecclesiae multorumque correctionem congruenter decenterque fieri possint et, si haec aliqua necessitate praepediente bis nequeunt, saltim in anno semel fiant. Quoniam si haec semel, ut dictum est, in anno per unamquamque provinciam caelebrata fuerint, et honor ecclesiasticus vires ordinis sui obtinebit et inpudentia quorundam superborum clericorum, que passim auctoritate canonica calcata auribus imperialibus molestiam ingerit[3], cessabit et inpunitas diversorum flagitiorum locum dilitiscendi, quem nunc habet, non habebit et alia multa, quae actenus secus, quam ecclesiastica disciplina docet, incesserunt, ordinem suum Domino auxiliante servabunt. Visum siquidem nobis et valde profuturum sanctae Dei ecclesiae fuit, ut, quia ordo canonicus docet, ut[4] in ipsis conciliis adsint praesbiteri et diaconi et omnes, qui se laesos existimant, et synodi experiantur examen, ut adsint etiam uniuscuiusque episcopi eruditi viri, quos ad Christi militiam eiusque ecclesiae honorem utilitatemque praeparat, quatenus et ceteris ecclesiis noti sint et studium ac providentia episcopi ad aliorum exemplum manifesta fiant.

Cap. XXVII. Ut[5] corepiscopi modum mensurae, qui in sacris canonibus prefixus est, non excedant. Episcopos locum apostolorum, corepiscopos autem exemplum et formam tenere septuaginta discipulorum, et liber actuum apostolorum et canonica auctoritas aperte demonstrat. Cum haec ita se habeant, emersit quidam reprehensibilis et valde iam inolitus usus, eo quod quidam corepiscopi ultra modum suum progredientes et donum sancti Spiritus per impositionem manuum tradant et alia quaeque, quae solis pontificibus debentur, contra fas peragant, praesertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum speciem in ecclesia gerunt, cf. Luc. 10, 1 sqq.
legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse. Quod autem solis apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber actuum apostolorum docet, in quo legitur: *Cum Apollo esset Chorinti, et Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum et inveniret quosdam discipulos, dixit ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? Et illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Iohannis baptismate. Dixit autem Paulus: Iohannes baptizavit baptismo* Act. 19, 1–6.

XXVI. 3 exoreverit *V.* falce] facile *V*, facile *corr. al. man.* falce *P.* 8 provintia *V.* 11 quo] quod *V.* 12 eclesiae *V.* 20 eclesiae *V.* 24 fiat *V. P.*
XXVII. 32 septuaginta] LXX *P.* gerunt legatur] gerlegatur *V.* 36 partibus *deest P.* Ephoesum *P.* dixitque *V. P.* 39 In *deest P.*

1) *Cf. infra lib. III c. 11; v. etiam supra p. 594 c. 1.* 2) *Cf. concilium Antiochenum c. 20; Mansi II, 1326. Concilium Chalcedonense c. 19; l. l. VII, 378 sq.* 3) *Cf. concilium Antiochenum c. 11; l. l. II, 1323.* 4) *Ex concilii Antiocheni canone 20; l. l. II, 1326.* 5) *Cum argumento et ipso capitulo cf. relatio episcoporum c. 9; l. l. II, 32.*

paenitentiae populum dicens: In eo, qui venturus est post ipsum, ut crederent in eum, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine Iesu. Et cum inposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguis et prophetabant. Act. 8, 14-17. Item in eodem: *Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolimis, quia recepit Samaria verbum Domini, miserunt ad eos Petrum et Iohannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum sanctum.* Ecce aperte demonstratur, quod non septuaginta discipuli, quorum formam tenent corepiscopi, sed apostoli, quorum successores sunt episcopi, tradebant Spiritum sanctum. In concilio vero Caesariensi ita de corepiscopis habetur scriptum: Corepiscopi[1] quoque ad exemplum quidem et formam septuaginta videntur esse; ut comministri autem propter studium, quod erga pauperes exhibent, honorantur. Item in concilio Antioceno capitulo decimo: Qui[2] in vicis vel possessionibus corepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint et ut episcopi consecrati sint, tamen sanctae synodo placuit, ut modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi ecclesias earumque moderamine curaque contenti sint. Ordinatio porro corepiscoporum qualiter fieri debeat et qualiter qualesve ipsi ordinationes iubentibus episcopis suis facere debeant, iura canonum liquido decernunt[3]. Unde quia hactenus quidam corepiscopi secus, quam auctoritas canonica doceat, in officiis ecclesiasticis minus caute egerunt, providendum summopere episcopis est, ut ulterius eorum corepiscopi tale quid, quod nec eorum ministerio nec auctoritati divinae concordat, facere pertemptent; nec episcopi sui eis aliud agendum committant, nisi quod ad eorum officium propriae pertinet et in sacris canonibus praefixum habetur.

Cap. XXVIII. **Ut presbiteri nullo modo fiant vilici et conductores agrorum vel negotiorum secularium sectatores atque per diversa vagantes; quod et de monachis similiter convenit observari.** Qui sacris officiis ob meritorum praerogativam sunt adplicati, dedecus et valde periculosum est terrenis actionibus turpibusque lucris eos inplicari. Conperimus igitur nonnullos praesbiteros et monachos, desertores ordinis sui, quod non sine magno animi merore prosequimur, adeo vilicationes et negotiationes diversaque Is. 24, 2. Oseae 4, 9. turpia lucra sectari, ut illud videatur impletum, quod dicitur: *Et erit sicut populus sic sacerdos.* Quod et leges divinae et iura canonica condempnant, quantumque etiam id religioni Christianae contrarium sit, manifestum est. Quod vero ab huiuscemodi inlicito actu uterque ordo, et sacerdotalis et monasticus, se cohibere debeat, subter Luc. 9, 62. breviter collecta testimonia declarant. Ait namque Dominus in evangelio: *Nemo mittens manum suam in aratro et respiciens retro, aptus est regno Dei.* Et Paulus: 2. Tim. 2, 4. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Quamquam ergo haec evangelica et apostolica sententia generaliter de omnibus Christianis sit dicta et ab omnibus observanda, specialius tamen atque religiosius ab

XXVII. 1 eo *corr. al. man.* eum *P.* 2 nomine] domini *add. V.* 5 Domini] Dei *P.* 11 scriptum] spm *V.* 13 Antiocenę *V.* capitulo] capite *P.* 15 gubernant *V.* 17 ipsi] *scil.* corepiscopi.
XXVIII. 24 vilici] *ita V. P; v. supra p. 276 l. 19.* 25 vel *bis script. P.* 33 religione *V.* Christianae] Chrystian- *P saepius.*

1) *Concilium Neocaesariense c. 13; Mansi II, 546.* 2) *Concilium Antiochenum c. 10; l. l. II, 1323.* 3) *Post verba laudata canon Antiochenus ita pergit: (corepiscopi)* ordinent etiam lectores et subdiaconos atque exorcistas; quibus promotiones istae sufficiant. Nec presbyterum vero nec diaconum audeant praeter civitatis episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est . . . Corepiscopum vero civitatis episcopus ordinet, cui ille subiectus est.

his observari convenit, qui se divinae militiae devotius strictiusque manciparunt. In concilio quoque Calcidonensi titulo tertio ita legitur: Pervenit[1] ad sanctam synodum, quod quidam, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant et saecularia negotia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministerium parvipendentes, saecularium vero domos discurrentes et propter avaritiam patrimoniorum sollicitudines sumentes. Decrevit itaque sanctum hoc magnumque concilium nullum deinceps, non episcopum, non clericum vel monachum, aut possessiones conducere aut negotiis secularibus se miscere praeter pupillorum, si forte leges inponant inexcusabilem curam aut civitatis episcopus ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere praecipiat, aut orfanorum et viduarum earumque, quae sine ulla provisione sunt, personarum, quae maxime ecclesiastico indigent adiutorio, propter timorem Domini causa deposcat. Si quis autem transgredi de cetero statuta temptaverit, huiuscemodi ecclesiasticis increpationibus subiacebit. Haec de sacerdotibus simul et monachis generaliter dicta sint. Caeterum de monachis ita specialiter in eodem concilio titulo quarto inter cetera legitur: Monachos[2] vero per unamquamque civitatem aut regionem subiectos esse episcopo et quietem diligere et intentos esse tantummodo ieiunio et orationi, in locis, quibus renuntiaverunt saeculo, permanentes. Nec ecclesiasticis vero nec secularibus negotiis communicent vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deserentes, nisi forte eis praecipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis. His ita praemissis oportet, ut episcopi suae parroechiae sacerdotes et monachos a memoratis inlicitis actionibus sua auctoritate compescant, transgressores vero censura canonica corripiant, qua dicitur: Transgredientem[3] vero hanc diffinitionem nostram excommunicatum esse decrevimus, ne nomen Dei blasphemetur.

Cap. XXVIIII. Ut presbyteri in ecclesiis constituti non sint passim, ut quibusdam praelatis moris est, per diversa mittendi. Inter cetera, quae religioni Christiane adversa sunt, hoc nihilominus contrarium et periculosum extat, quod quorundam praelatorum temerario ausu, qui sibi licere putant quod non licet et expedire quod non expedit, ecclesiae suis ad tempus (cf. 1 Cor. 6, 12.) viduantur sacerdotibus, quoniam, si quid eis in forensibus negotiis agendum, si quid etiam in diversis aliis partibus nuntiandum occasio necessitatis obponit, id potius per sacerdotes Domini currentes et discurrentes quam per alios effici praecipiunt, non adtendentes, quod eorum absentia et loca Deo dicata sibi cultu debito priventur et homines sine confessione et infantes sine baptismatis regeneratione plerumque moriantur. Quanti autem sit discriminis et personae mittentis et eius, que mittitur, animarum pericula, quae subinde huius rei causa fiunt, liquido produnt[4]. Proinde omnibus praelatis cavendum est, ne inlicita sibi presbyterorum transmissione animarum suarum subeant dampnationem. Praesbyteri porro, qui non sui praelati imperio coacti, sed potius voluptatum suarum delectatione, immo avaritie estuatione succensi, id facere praesumunt, perpendant necesse est, qua luctuosa descriptione Hieremias propheta Dei sub significatione auri eiusque coloris optimi lapidumque sanctuarii personam carnalium sacerdotum describat. Ait namque: *Quomodo obscuratum est aurum; mutatus est color optimus; dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum.* (Thren. 4, 1.) Quod beatus Gregorius in libro pastorali ita exponit: Quid[5] namque auro, quod metallis ceteris praeminet, nisi excellentia sanctitatis, quid colore optimo nisi cunctis amabilis reverentia religionis exprimitur, quid sanctuarii lapidibus nisi sacrorum ordinum persone signantur, quid

XXVIII. 7 misceri *V. P.* 9 quae] qui *V.* 14 regionem] religionem *V.* 17 opos *P.*
XXVIIII. 26 ecclesias *V.* 27 videantur *V.* 32 persona *V. P.* 37 quam luctuosam descriptionem *V. P.*

1) *Concil. Chalcedonense c. 3; Mansi VII, 373 sq.* 2) *Ibid. c. 4 med.; l. l. VII, 374.* 3) *Ibidem.* 4) *Cf. supra p. 594 c. 4.* 5) *Gregorius M., Regula pastoralis II c. 7; Opp. II, 25.*

plateearum nomine nisi presentis vitae latitudo figuratur? Et non post multa: Aurum[1] igitur obscuratur, cum terrenis actibus sanctitatis vita polluitur; color optimus commutatur, cum quorundam, qui degere religiose credebantur, aestimatio anteacta minuitur. Nam cum quilibet post sanctitatis abitum terrenis se actibus inserit, quasi colore permutato ante humanos oculos eius reverentia dispecta pallescit. Sanctuarii quoque lapides in platea disperguntur, cum causarum saecularium foras lata itinera expetunt hi, qui ad ornamentum ecclesiae internis mysteriis quasi in secretis sanctuarii vacare debuerunt. Item paulo post: Sanctuarii[2] lapides dispersi per plateas iacent, cum persone sacrorum ordinum voluptatum suarum latitudini deditae terrenis negotiis inherent. Sunt et alia multa divinae legis praecepta et sanctorum patrum dicta, quae sacerdotes Domini a terrenis et saecularibus negotiis expediri caelestique militiae libere sanciunt servire. Quisquis igitur praesbyterorum se ab his cohibere detractaverit, dignum est, ut ab episcopo suo rigida corripiatur invectione.

Cap. XXX. Ut ab omnibus episcopis propter honorem et utilitatem ecclesiasticam sollicitior circa habendas scolas cura habeatur. Iamdudum[3] a pio et orthodoxo principe domno Hludowico Deo amabili imperatore iussum et ammonitum est, ut rectores ecclesiarum in ecclesiis sibi commissis strenuos milites Christi, quibus Deus placari posset, praepararent et edu-
Dan. 12, 3. carent[4], adtendentes illud Danihelis prophete: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti; et qui ad iustitiam erudiunt alios, sicut stellae in perpetuas aeternitates.* Sed super hac eiusdem principis ammonitione, immo iussione a nonnullis rectoribus tepide et desidiose hactenus actum est. Unde omnibus nobis visum est, ut abhinc postposita totius torporis neglegentia ab omnibus diligentior in educandis et erudiendis militibus Christi et vigilantior adhibeatur diligentia, et quando ad provintiale episcoporum concilium ventum fuerit, unusquisque rectorum, sicut iam in praecedentibus[5] memoratum est, scolasticos suos eidem concilio adesse faciat, ut suum sollers studium circa divinum cultum omnibus manifestum fiat.

Cap. XXXI. Ut[6], quando episcopi parroechias suas circumeunt, hoc summopere studeant, ne his, quibus prodesse
cf. 1. Tim. 6, 10. debent, honeri sint. Si cupiditas, quae radix est omnium malorum, in membris radicitus est amputanda, multo magis a capite, ne in eo aliquid suum vindicet, longe est propellenda, quoniam valde turpe fedumque est, ut, si quid in membris repraehenditur, in capite quoquomodo inveniatur. Evangelica namque predicatio et alia divinae servitutis exsecutio non terrenarum pecuniarum questu nec cuiuslibet alterius turpis lucri gratia, sed solius Christi amore a discipulis eius est peragenda. Quisquis igitur sui questus, non Dei causa evangelicam predicationem implet, longe se a discipulatu Christi seiungit. Qualiter autem a discipulis Christi exequi debeat, et evangeliorum documenta et sanctorum patrum monumenta testantur. Didicimus sane quorundam relatu nonnullos coepiscoporum nostrorum in peragrandis parroechiis suis

XXVIIII. 3 quilibet *ex* libet *in marg. al. man. corr. P.* 4 terrenis *V.* 6 ornamentum] namentum *V.* 11 sanctiunt *P.* detrectaverit *e corr. P.* 12 regida *V*, rigida *e corr. P.*
XXX. 15 Hludovico *P.* 21 actuum *P.* 23 Christi vigilantior *V. P.*
XXXI. 28 studiant *P.* 29 honeri] oneri *hic et infra P.* 31 si quid] si *(postea del.)* quod *P.* 36 exsequi *P.* 37 monumenta] momenta *P.* 38 coepiscoporum] episcoporum *P.*

1) *Gregorius M., Regula pastoralis II c. 7; Opp. II, 25.* 2) *Ibid.; l. l. II, 26.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 39; l. l. II, 40.* 4) *Cf. infra lib. III c. 1 et quae supra p. 471 ann. 1 ad concil. Attiniacense 822 c. 3 annotavimus. V. etiam Hludowici admonitio ad omnes regni ordines 825 c. 6; MG. Capit. I, 304 (Mühlbacher[2] n. 798).* 5) *V. supra c. 26; p. 629.* 6) *Cum argumento et ipso capitulo cf. relatio episcoporum c. 8; l. l. II, 32.*

non solum consacerdotibus, verum etiam quibusdam aliis fidelibus, quibus consultum ferre debuerant, honeri existere et ob hanc causam multos in sui detractionem detestationemque pertrahere[1]. Idcirco in commune statuimus, ne ulterius a quoquam episcoporum tale quid fiat. Statuimus etiam, ut tempore congruo unusquisque parroechiam suam circumeat. Et quamquam auctoritas canonica[2] doceat, ut quarta pars decimarum et redituum ex oblationibus fidelium in usus episcoporum cedat, ubicumque tamen episcopus sua habet, suis contentus sit; ubi autem nihil rerum ecclesiae suae habet, accipiat de memorata quarta parte sibi suisque non quod avaritia, quod absit, suaserit, sed potius quod necessitas compulerit. Ceterum si accipiendi nulla necessitas urserit, nihil de memorata quarta parte accipiat, sed usibus ecclesiarum et pauperibus Christi inpertiendum secundum suam dispositionem relinquat.

Cap. XXXII. Ut codicelli, quos penitentiales vocant, quia canonicae auctoritati refragantur, poenitus aboleantur. Quoniam multi sacerdotum partim incuria, partim ignorantia modum paenitentiae reatum suum confitentibus secus, quam iura canonica decernant, imponunt, utentes scilicet quibusdam codicellis contra canonicam auctoritatem scriptis, quos paenitentiales vocant, et ob id non vulnera peccatorum curant, sed potius foventes palpant, incidentes in illud propheticum: *Vae qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus et faciunt cervicalia ad decipiendas animas,* (Ezech. 13, 18.) omnibus nobis salubriter in commune visum est, ut unusquisque episcoporum in sua parroechia eosdem erroneos codicellos diligenter perquirat et inventos igni tradat, ne per eos ulterius sacerdotes imperiti homines decipiant[3]. Sacerdotes porro, qui aut muneris aut amoris aut timoris aut certe favoris causa tempora modumque paenitentiae ad libitum paenitentium indicunt, audiant, quid Dominus per Ezechielem prophetam terribiliter dicat: *Hec dicit dominus Deus: Quia locuti estis* (Ib. 13, 8–10.) *vana et vidistis mendacium, ecce ego ad vos, ait dominus Deus; et erit manus mea super prophetas, qui vident vana et divinant mendacium; in consilio populi mei non erunt et in scriptura domus Israhel non scribentur nec in terram Israhel ingredientur; et scietis, quia ego dominus Deus. Eo quod deceperint populum meum dicentes: Pax et non est pax,* et post non multa: *Cum caperent animas populi mei, vivificabant* (Ib. 13, 18. 19.) *animas eorum et violabant me ad populum meum propter pugillum ordei et fragmentum panis, ut interficerent animas, quae non moriuntur, et vivificarent animas, quae non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.* Praesbyteri etiam imperiti sollerti studio ab episcopis suis instruendi sunt, qualiter et confitentium peccata discrete inquirere eisque congruum modum secundum canonicam auctoritatem paenitentiae noverint imponere, quoniam hactenus eorum incuria et ignorantia multorum flagitia remanserunt inpunita et hoc ad ruinam animarum pertinere dubium non est.

Cap. XXXIII. Quod[4] episcopis conveniat, ut ieiuni per inpositionem manuum tradant Spiritum sanctum. Perlatum est

XXXI. 1 consacerdotibus] cum sacerdotibus *V.* 2 honeri] = oneri. 7 sit] est *P.* 8 avaritiae *V.* 9 urserit] urguerit *V. P.*
XXXII. 16 codiceillis *V.* 27 terra *P.* 30 ordei] hordei *P.* 34 sęcundum *V.* paenitentiae] paenitiae *V.*
XXXIII. 38 manum *P.*

1) *Cf. Karoli M. capitulare Mantuanum 787 c. 5, Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 c. 19, capitula de missis instruendis 829; MG. Capit. I, 195. 278. II, 9 l. 1 sqq. (Mühlbacher[2] n. 289. 674. 860).* 2) *Cf. decreta Gelasii c. 27 (Jaffé-K. n. 636). V. etiam supra p. 591 ann. 4 et U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' I, 27 sqq.* 3) *Cf. concil. Turonense 813 c. 22, Cabillonense 813 c. 38; supra p. 289. 281. V. etiam MG. Epp. V, 617.* 4) *Cum argumento et ipso capitulo cf. relatio episcoporum c. 40 (l. l. II, 40), in cuius abbreviatione canonis Parisiensis nititur c. 7 de consecr. D. 5.*

ad nos, quod in quibusdam provintiis plerique episcopi post perceptionem cibi et potus sollempniter soleant per impositionem manuum tradere Spiritum sanctum, quod tam excellenti ministerio prorsus non convenire et ita deinceps fieri non debere omnibus nobis visum est, quoniam credibile est et auctoritas ecclesiae ita se habet, ut cf. Act. 2, 4. 33. sicut apostoli unanimes existentes Deumque conlaudantes et benedicentes, ita nimirum ieiunantes accipere meruerint paraclitum Spiritum sanctum; eosque nonnisi ieiunos, sicut eorum acta docent, aliis eum tradidisse manifestum est. Sicut enim baptismus, excepta infirmorum causa, nonnisi a ieiunis celebratur sacerdotibus, ita etiam traditio sancti Spiritus, excepta praemissa causa infirmorum, nonnisi a ieiunis celebranda est pontificibus. Dignum quippe est, ut pontifices Christi primum ieiunando et orando in cordibus suis domum praeparent Spiritui sancto et sic per impositionem manuum ceteris fidelibus eum tradant orando. Sicut autem duobus temporibus, Pascha videlicet et Pentęcosten, baptismum, ita etiam traditio sancti Spiritus per impositionem manuum fidelibus tradatur, exceptis videlicet, ut dictum est, infirmis et morte periclitantibus, quibus sicut baptismatis gratia succurrendum, ita incunctanter donum sancti Spiritus est tradendum[1].

Cap. XXXIIII. Quod patratores diversarum pollutionum, quas cum masculis et pecoribus admittunt, iudicio canonico, quod in Anchiritano concilio sub titulo quinto decimo continetur, plectendi sint. Cum miseria humana multifariis fragilitatis suae excessibus creatoris sui incomparabilem dulcedinem saepissime ad amaritudinem provocet, tunc gravius sceleratiusque in eum delinquit, quando contra naturam peccat. Hoc quippe peccatum tribus modis Dominum, ut res humanas curare videretur, terribiliter vindicasse legimus. Inter cetera namque peccata, que in exordio creationis mundi genus humanum inretractabiliter admiserat, hoc maxime peccato, ut quidam tradunt Gen. 6, 6. 7. doctores[2], ad iracundiam provocatus dixisse creditur: *Penitet me hominem fecisse super terram.* Nam et ob id cataclysmo, exceptis octo animabus, cunctam generis humani cf. ib. c. 6—9. funditus delevit stirpem. Pro quo etiam scelere igne caelesti conflagrate infernique cf. ib. 19, 24 sqq. hiatu quinque absorptae sunt civitates, necnon et quadringenta et eo amplius milia cf. Iudic. 20, 21 sqq. stirpis Beniaminaeae mucrone fraterno confossa sunt. Haec porro indicia et evidentes vindicte declarant, quam detestabile et exsecrabile apud divinam maiestatem hoc vitium cf. Levit. 20, 13 sqq. extet. In lege quoque Dominus auctorem huius sceleris et turpitudinis morte puniri Rom. 1, 32. iubet, et apostolus dignum morte adstruit. Quod quia aqua et sanguine et igne inpraesentiarum ad correctionem mortalium a Domino constat esse vindicatum, restat, cf. 2. Cor. 6, 2. ut quisquis tanti sceleris patratorem se esse meminit, dum tempus acceptabile diesque salutis existit, per confessionem et paenitentiae satisfactionem sibi consulere non 1. Cor. 11, 31. differat, adtendens illud apostoli: *Si nosmetipsos iudicaremus, a Domino non iudicabimur.* Verum si hoc, antequam diem claudat extremum, facere detrectaverit, noverit, quia non iam cataclysmo nec igne caelesti nec mucrone Israhelitico, sed igne perpetuo in

XXXIII. 5 Deumquę *V.* 6 eosque] *id est apostolos.* 7 eum] *scil.* Spiritum sanctum. 13 baptismum] *ita V. P.* traditionem *V. P.*

XXXIIII. 19 quinto decimo] XV. *e corr. P.* 27 animalibus *V*, animalibus *corr.* animabus *P.* 28 deleverit *V. P.* caelestae *V.* 31 execrabile *P.* 35 tantis *V.*

1) *Cf. concil. Moguntinense 813 c. 4; supra p. 261 cum ann. 2—6. V. etiam concil. Aquisgranense 802 Oct. c. 10, episcoporum relatio circa 820 c. 2, Haitonis episcopi Basiliensis capitula 807—823 c. 7; MG. Capit. I, 106. 367. 363, concil. Moguntinense 847 c. 3, Triburiense 895 c. 12, Walafridi librum de exordiis et incrementis rer. eccl. c. 27; l. l. II, 176 sq. 218 sq. 510 sq.; praeterea supra p. 614 sq. cc. 7. 8.* 2) *Ad quos allusum sit, frustra quaesivi.*

eo idem vitium per infinita saecula saeculorum punietur. Proinde omnibus nobis valde necessarium visum est, ut quidam sacerdotes, qui hoc vitium aliter, quam sacri canones sanciant, non ad salutem, sed ad deceptionem animarum puniunt, corrigantur et instruantur, ut codicibus paenitentialibus prorsus abdicatis [1], per quos multi inani spe et promissione decepti sunt et decipiuntur, abhinc patratores tam nefandissimi Deoque detestabilis vitii secundum iudicium canonicum, quod in Anchiritano concilio sub titulo quinto decimo [2] continetur, iudicentur. Hoc namque peccatum sancti patres divino Spiritu afflati merito in sacris canonibus acrius ceteris iudicandum decreverunt, quoniam eo regnante et statum Christi ecclesiae infirmari et regnum periclitari aperte cognoverunt.

Cap. XXXV. De presbyteris gradum amittentibus. Multos [3] a corpore Christi vere religionis inimicus seiungere certat, ut eos filios Belial efficiat. Ipse quippe in sacris litteris merito Belial, id est absque iugo dicitur, eo quod sub iugo Dei esse superbissime refugerit. cf. Iudic. 19, 22. Et idcirco ut alii maximeque hi, qui eminentiorem locum in ecclesia tenent, filii efficiantur Belial, elaborat, quoniam, per quos religionem Christianam constare debere cernit, eos nimirum in ima subruere festinat. Unde periculosa et dolenda valde res est, quod quidam presbyterorum eius astu decepti gradum, quo divine servituti mancipati sunt, amittere nihili pendunt, quoniam eo amisso adeo filii Belial efficiuntur, ut nec publicis, quia fas non est, nec canonicis propter quorundam episcoporum incuriam legibus constringantur; et ob id a quibusdam ministerium sacerdotale non divino amore appetitur et inreverenter tractatur et inpudenter amittitur et, quod his maius est, vilius habetur. Quod vero haec res periculosa sit et emendatione digna, manifestum est. Proinde, ut in hac re corrigenda abhinc sollicitius studium adsumeremus, omnes in commune decrevimus, scilicet ut unusquisque episcoporum non solum praesbiterorum, verum etiam sequentium ordinum parroechiae suae gradum amittentium vitam et conversationem morumque emendationem tam per se quam per ministros suos noverit eosque canonicae paenitentiae subdere non neglegat, iuxta quod in concilio Neocaesariensi titulo primo dicitur: Praesbyter [4], si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et sub paenitentia redigi.

Cap. XXXVI. Quod in recipiendis alterius parroechiae clericis a quibusdam statuta canonum violentur. Priscis temporibus, quando iura canonum suum servabant vigorem, nullus clericorum parroechiam suam, in qua divine militiae devinctus erat, relinquere et ad aliam sine episcopi sui commendaticiis litteris et epistolis, quas mos canonicus formatas [5] appellat, audebat quoquomodo pergere. Nostri vero temporis miserabilis dignaque emendatione inolevit consuetudo, eo quod multi ecclesiasticae regulae subiecti, propositi et loci sui desertores effecti, passim, quocumque eis voluntas suaserit, posthabita auctoritate canonica pergunt et non solum ab aliis episcopis et abbatibus, verum etiam a comitibus et nonnullis aliis nobilibus viris recipiuntur. Quod quantum et a divina et a canonica auc-

XXXIIII. 3 sanctiant *P.* 6 Anchyritano *P.* 7 acrius] carius *P.*
XXXV. 12 a *deest P.* 20 constringuntur *V. P.* 28 Neeocaesariensi *V. P.*
XXXVI. 36 quoquomodo *corr.* quomodo *P.* 40 et canonica *V.*

1) *Cf. supra c. 32; p. 633.* 2) *Concil. Ancyranum c. 15 (Mansi II, 525 sq.), quocum arte cohaeret eiusdem concilii c. 16, cuius numerum editiones praeviae in textu concilii Parisiensis receperunt.* 3) *Cf. relatio episcoporum 829 c. 42; l. l. II, 41.* 4) *Concil. Neocaesariense c. 1; Mansi II, 543.* 5) *Cf. supra p. 362 sq. et 421 cum ann. 3.*

toritate discordet, in promptu est. Quod ne ulterius fiat, et ab episcopis et a ceteris ecclesiasticis praelatis obnixe est observandum et a celsitudine imperiali humiliter petendum, ut potestate regali prohibeatur, ne quispiam laicorum sollicitare aut recipere praesumat alterius clericum. Sed et hoc specialiter ab eius magnitudine flagitandum necessitas exposcit, ut sua auctoritas inhibeat, ne Italici episcopi abbatesque et comites ac ceteri nobiles viri aliorum clericos ex Germania Galliaque illuc fugientes recipere praesumant, quia in hoc facto valde et ecclesiasticus honor leditur et violatur et regula canonica confunditur. Quantum autem hoc sacri canones [1] prohibeant, omnibus legentibus manifestum est.

Cap. XXXVII. Ut abbates canonicorum forma et exemplum sanctae religionis debeant esse sibi subiectorum. Decet, immo necesse est, ut abbates canonicorum adtendant, ut quid abbates vocentur [2]. Si patres
1. Cor. 4, 15. spiritales sunt et filios spiritales Domino gignunt iuxta illud apostoli: *Secundum evangelium meum ego vos genui,* merito patres appellantur; si vero secus incesserint, tanto nomine se indignos faciunt. Quapropter oportet, ut memores sint illius apostolici, quo
2. Cor. 6, 3. 4. dicitur: *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros,* et religiose, caste ac pudice vivere satagant, venationibus turpibusque lucris ceterisque vanitatibus paternitati suae non convenientibus nullatenus inserviant, ne per suum malum exemplum subditos ad ruinam pertrahant, quia in huiuscemodi praelatorum inlicitis factis et magnum animarum periculum generatur et religio clericalis a multis vituperatur. Unde etiam summopere episcopis, ad quorum curam pertinent, providendum est, ut huiuscemodi abbates ab inlicitis se abstineant et dictis et exemplis sibi subditis ad vitam aeternam ducatum praebere contendant. Quodsi episcopo suo oboedire superbiendo rennuerint, synodali iudicio aut corrigantur aut certe principali auctoritate interveniente honore praelationis priventur.

Cap. XXXVIII. De stultiloquio et scurrilitate. Cum ab omnibus
cf. Eph. 5, 4. Christianis iuxta apostoli documentum stultiloquium et scurrilitas sint cavenda, multo magis a sacerdotibus Domini, qui aliis exemplum et condimentum salutis esse debent, caveri oportet. Haec quippe a sanctis viris penitus sunt propellenda, quibus magis convenit lugere quam ad scurrilitates et stultiloquia et histrionum obscenas iocationes et ceteras vanitates, quae animum Christianum a rigore suae rectitudinis emollire solent, in cachinnos ora dissolvere. Neque enim decet aut fas est oculos sacerdotum Domini huiuscemodi spectaculis fedari aut mentem quibuslibet scurrilitatibus aut turpi-
Matth. 12, 36. loquiis ad inania rapi. Ait quippe Dominus in evangelio: *Omne verbum otiosum, quod*
Ephes. 4, 29. 30. *locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iuditii;* Paulus ad Ephesios: *Omnis,* inquit, *sermo malus ex ore vestro non procedat, sed sit bonus ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristari Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis*
ib. 5, 3. 4. *in die redemptionis;* et non post multa: *Fornicatio autem,* inquit, *et omnis inmunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium*
Is. 5, 12. *aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.* Et Isaias: *Cithara et lyra et timpanum et tibia et vinum in conviviis vestris; et opus Domini non respicitis*

XXXVII. 10 canonicorum] canorum *P.* 11 debean *P.* 16 offessionem *P.* 21 ad] a *V.*
XXXVIII. 27 scurrilitate] scuril- *V.* 28 sit *V. P.* 36 reddant *V.* 37 vestro] ex ore malus *add. V.*

1) *Cf. concil. Sardicense cc. 18. 19; Mansi III, 29 sq. Decreta Leonis c. 39 (Jaffé-K. n. 411); v. etiam quae ex capitularibus regum Francorum collegit V. Krause, MG. Capit. II, 591 col. 2 s. v. clericus.* 2) *Cf. concil. Aquisgranense 816 inst. can. c. 123; supra p. 403 sq.*

nec opera manuum eius consideratis. Sunt et alia huiusce rei innumera exempla, quae perspecta et diligenter animadversa non solum sacerdotibus, verum etiam ceteris fidelibus magno terrori sint necesse est, ne, dum his contra fas se subdunt, animae suae salutem neglegant. Proinde nobis omnibus in commune visum fuit, ut, si qui sacerdotum hactenus his vanitatibus usi fuerunt, ab his deinceps Domino adiuvante prorsus se cavere debere meminerint.

Cap. XXXVIIII. De feminis, quas non contigit discipulas fuisse et sanctimonialibus utpote matres spiritales praeficiuntur. Aliter, quam divina auctoritas et religio Christiana docet, agitur, quando feminae amissis viris, eatenus carnaliter viventes, repente et sine probationis examine ad regimen animarum pertrahuntur praeficiunturque sanctimonialibus utpote matres spiritales[1], quas numquam contigit eiusdem propositi discipulas extitisse; fitque, ut quae forte feliciter incedebant earum pravis exemplis miserabiliter ruant. Dum his igitur aut generositatis aut honoris temporalis aut certe mundanarum divitiarum causa huiuscemodi praelationis honor committitur, verendum est, ne animarum illarum fovea ruinae praeparetur, dicente Domino in evangelio: *Cecus autem si ceco ducatum praebeat, ambo* Matth. 15, 14.
in foveam cadunt, et per prophetam: *Ipsi,* inquit, *regnaverunt et non ex me; principes* Oseae 8, 4.
extiterunt, et non cognovi, itemque: *Ipsi pastores ignoraverunt intellegentiam.* Gregorius Is. 56, 11.
in libro pastorali titulo primo: Nulla[2] ars doceri praesumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum? Sunt et alia multa prophetica et evangelica testimonia et sanctorum patrum[3] dicta, quae huiuscemodi personas pastorale magisterium subire nonnisi ad suam ruinam manifestant. Quia ergo haec res divinae auctoritati non concordat, necesse est ut caveatur, ne forte et committenti et his, quibus committitur, laesura animarum proveniat.

Cap. XL. Ut vidue inconsultis episcopis non velentur. Comperimus[4], quod quidam praesbyterorum incaute et extraordinarie velum viduarum inconsultis episcopis suis consecrarent, et ob id eidem religioni macula ingerebatur, quia eisdem velatis per diversa vagandi occasio praebebatur. Ut autem nullus pontificum viduas velare adtemptet, canonica auctoritas[5] inhibet. Quod vero praesbyteri inconsultis episcopis suis velum viduarum consecrare non presumant, prorsus interdicimus. Quodsi quispiam praesbyterorum huius constitutionis contumaciter transgressor extiterit, canonice correptionis poenas luet.

Cap. XLI. De[6] puellis virginibus a praesbyteris non consecrandis. Quorundam relatu didicimus quosdam praesbiteros suae mensurae in-

XXXVIII. 3 terrore *P.*
XXXVIIII. 8 et] *intellige:* et quae. praeficiunt *V.* 14 certe] terre *V.* 16 praebebat *V.* 25 proveniat] proveat *V.*
XL. 26 inconsuis *P.* 29 praebeatur *P.* 30 adtemptat *P.* 33 lucet *V.*

1) *Cf. concilii Aquisgranensis 816 inst. sanct. c. 7; supra p. 442 sqq.* 2) *Gregorius M., Regula pastoralis I c. 1; Opp. II, 2.* 3) *Cf. qui laudantur in c. 7 modo allegato institutionis sanctimonialium, Gregorius M. scilicet et Caesarius Arelatensis; supra p. 442 sqq.* 4) *Cf. relatio episcoporum c. 47; l. l. II, 42. — V. etiam capitula ab episcopis in placito tractanda 829 c. 2; MG. Capit. II, 7 (Mühlbacher² n. 861).* 5) *Cf. decreta Gelasii c. 13 (Jaffé-K. n. 636), cuius verba, sicut ea repetivit Karolus M. in admonitione generali 789 c. 59 (MG. Capit. I, 57; Mühlbacher² n. 300), supra paulisper mutata occurrunt. V. etiam quae ad concil. Triburiense 895 c. 25 (MG. Capit. II, 227 sq.) annotat V. Krause.* 6) *Cf. relatio episcoporum c. 48; l. l. II, 42.*

memores, immo canonice auctoritati resultantes, in tantam audaciam prorupisse, ut sacrarum virginum consecratores existerent; et hoc ad neglegentiam episcoporum pertinere dubium non est. Quod quia canonice auctoritati[1] minime concordat, ne ulterius quisquam praesbiterorum id facere praesumat, prorsus inhibemus. Quodsi forte, quod non optamus, aliquis praesbiterorum id facere praesumpserit, utpote canonicae auctoritatis transgressor inretractabiliter feriatur.

Cap. XLII. De feminis, quae sine consensu sacerdotum velum sibi indiscrete inponunt. Invenimus[2], quod quaedam feminae, maxime hae, quae valde sensu tenues sunt, sine consensu sacerdotum idcirco sibimetipsis velum inponant, ut sub praetextu huius velaminis ecclesiarum excubatrices et administratrices fieri possint. Haec igitur incauta velatio unusquisque episcopus provideat ne in parroechia sua fiat. Et quia in plerisque locis huiuscemodi velatas laqueum sacerdotibus extitisse cognovimus, prohibemus, ne quisquam praesbyterorum huiuscemodi personas in basilicis sibi commissis pro huiusmodi obsequio admittere praesumat. Talis vero velatio, ne ulterius indiscrete fiat, inhibeatur; et huiusmodi mulierculae examinentur et instruantur, qualiter, si propter Deum se sacrari volunt, velande sint qualiterque eandem velationem sub castitatis et humilitatis proposito conservent, diligenter admoneantur.

Cap. XLIII. Ut abbatissae et cetere sanctaemoniales neque viduas neque puellas virgines velare praesumant. Inter[3] cetera, quae contra religionem Christianam in ecclesia Christi fieri cognovimus, non minus emendatione et congrua correctione dignum invenimus, quod quaedam abbatissae et ceterae sanctaemoniales non solum viduas, sed etiam virgines puellas velare solite sint; quod quantum sexui femineo inlicitum et a religione Christiana sit alienum, omnis, qui sanum sapit, facile advertit. Pene igitur in omnibus monasteriis puellaribus huiuscemodi velatas invenies. Idcirco etenim huiusmodi hoc modo potius quam a sacerdote velari volunt, quia, dum clanculo se corrumpunt, nihil sibi obesse ad peccandum tale velamentum putant. Ita ergo idem inlicitum et temerarium factum habetur in usu, ut vix aut viduae velari a praesbyteris aut puellae virgines consecrari expetant a pontificibus. Nulli quippe dubium est, quin hoc factum ex toto a divina abhorreat auctoritate et ad neglegentiam quorundam pertineat sacerdotum. Verum ne deinceps fieri praesumatur, omnes in commune inhibendum decrevimus. At si[4] forte aut abbatissa aut alia quaelibet sanctimonialis post hanc definitionem in tantam audaciam proruperit, ut aut viduam aut puellam virginem velare praesumat, congrua ab episcopo suo correctione coherceatur et paenitentiae canonicae usque ad satisfactionem subdatur.

Cap. XLIIII. De nobilibus feminis, quae amissis viris velantur et in propriis domibus residere delectantur. Nobiles[5] feminae, quae amissis viris velantur et non in monasteriis sub spiritalis matris regimine, sed potius in domibus propriis, occasione liberorum rerumque suarum, residere deli-

XLI. 5 obtamus *P.*
XLII. 9 sensu] censu *V. P.* 12 ne] nec *V.* 17 conservant *V. P.*
XLIII. 23 sanctimoniales *V.* 28 usum *V.* 29 expetantur *V. P.* 30 abhorreat] obhorreat *V. P.*
XLIIII. 37 resedere *P.*

1) *Cf. concil. Carthaginiense III c. 36; Mansi III, 885. — V. etiam concilium Papiense 850 c. 7, Triburiense 895 c. 24; MG. Capit. II, 118. 226 sq.* 2) *Cf. relatio episcoporum c. 49; l. l. II, 42.* 3) *Cf. ibid. c. 50; l. l. II, 42.* 4) *Cf. c. 3 C. 20 qu. 2.* 5) *Cf. relatio episcoporum c. 51; l. l. II, 42.*

tiisque affluere delectantur, quia, iuxta apostolum, viventes mortue sunt, necesse est, ut ab episcopis pastorali sollicitudine admoneantur et instruantur, quatenus suae saluti consulant, ne sic indiscrete vivendo et terrenis actionibus, sexui suo non convenientibus, se implicando vitam perpetuam amittant. Et abhinc ab omnibus observandum statuimus, ut huiuscemodi viduae amissis viris repente non velentur, sed cum conhibentia episcopi sui triginta diebus, ut a glorioso principe domno Hludowico cum consensu venerabilium sacerdotum iamdudum constitutum est[1], expectent, quibus peractis aut nubant aut, si potius Deo se sacrari expostulaverint, admoneantur et instruantur, ut non in domibus propriis, sed in monasteriis sub spiritalis matris regimine Deo se servituras subdant, quoniam huiuscemodi adulescentulas, viros amittentes et in sanctimoniali habitu propriis domibus residentes, persepe in laqueum diaboli lapsas esse didicimus. Qualez autem viduae eligende sint, apostolico instruimur documento. Qualiter etiam Deo sacratis vivendum sit, et apostolicus sermo et sanctorum patrum, Cypriani videlicet, Hieronimi, Augustini[2] ceterorumque, copiosa extant monumenta et liquido demonstrant viduas et deliciis et accuratione superfluarum vestium et ceteris carnalibus delectationibus, si vitam aeternam veraciter conpraehendere voluerint, omnino carere debere.

cf. 1. Tim. 5, 6.

cf. ib. 5, 9 sqq.

Cap. XLV. Ut inlicitus accessus feminarum ad altare sacraque vasa contrectantium fieri prohibeatur. Quidam[3] nostrorum verorum virorum relatu, quidam etiam visu didicimus in quibusdam provintiis contra legem divinam canonicamque institutionem feminas sanctis altaribus se ultro ingerere sacrataque vasa inpudenter contingere et indumenta sacerdotalia praesbyteris administrare et, quod his maius, indecentius ineptiusque est, corpus et sanguinem Domini populis porrigere et alia quaeque, quae ipso dictu turpia sunt, exercere. Miranda sane res est, unde hisdem inlicitus in Christiana religione inrepserit usus, ut quod viris saecularibus inlicitum est, feminae, quarum sexui nullatenus competit, aliquando contra fas sibi licitum facere potuerint; quod quorundam episcoporum incuria et neglegentia provenisse nulli dubium est. Unde vae nobis sacerdotibus, ad quos illorum sacerdotum vitia transierunt, quae in Machabeorum libro secundo leguntur, quando scilicet sacerdotes, delegatum sibi religionis officium postponentes, templo Dei sacris officiis destituto, ipsi adeo carnalibus desideriis et inlicitis actionibus vacabant, ut mulieres sacratis aedibus se nullo prohibente ingererent *introferentes ea, que non licebat.* Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, et in concilio Laodicensi capitulo quadragesimo quarto[4] et in decretis Gelasii papae titulo vicesimo sexto[5] copiose invenitur. Hoc ergo tam inlicitum factum, quia ex toto a religione Christiana abhorret, ne ulterius fiat, inhibendum est.

2. Mach. 6, 4.

XLIIII. 6 Hludovico *P.* 7 expectentur *V. P.* 14 Agustini *V.*
XLV. 18 sacrequae *V.* 25 hisdem] isdem *P.* 35 aborret *P.*

1) *Cf. Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 c. 21:* De feminis *(de viduis nobilibus verba non fiunt),* quae viros amittunt, placet, ne se sicut hactenus indiscrete velent, sed ut triginta dies post decessum viri sui exspectent et post trigesimum diem per consilium episcopi sui vel, si episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque parentum atque amicorum id, quod eligere debent, eligant *(MG. Capit. I, 278; Mühlbacher² n. 674).* 2) *V. quae concilii Aquisgranensis 816 institutio sanctimonialium c. 1 sqq. (supra p. 422 sqq.) profert ex patrum scriptis, quae vero de Augustino tacet.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 52; l. l. II, 42.* 4) *Cf. concil. Laodicense c. 44; Mansi II, 581. In relationis episcoporum capite laudato perperam concilium Chalcedonense allegatur.* 5) *Decreta Gelasii c. 26 (Jaffé-K. n. 636).*

Proinde unusquisque episcoporum sollicitae sagaciterque provideat, ne in sua parroechia tale quid fieri deinceps sinat.

Cap. XLVI. Ut accessus canonicorum et monachorum ad monasteria sanctimonialium nisi causa utilitatis non fiat. Comperimus[1] etiam quosdam canonicos et monachos posthabito religionis suae pudore monasteria sanctimonialium, tam monacharum quam canonicarum, inconsulto episcopo suo inpudenter atque inreverenter adire. Qui obtendere solent se non ob aliud illuc accedere nisi aut propinquitatis aut familiaritatis aut certe nescio cuius conlocutionis gratia. Quod factum, quia nec canonico nec monastico congruit proposito, prorsus interdicimus; nisi forte causa praedicationis aut certe inevitabilis necessitas id facere coegerit, et hoc nullatenus sine licentia episcopi aut illius, qui vice illius fungitur, fieri praesumatur. Quodsi sermo praedicationis faciendus est, congruo in loco coram omnibus fiat. Si vero conloquendum cum aliqua sanctimonialium ratio expostulat, id non aliubi nisi in constituto loco, id est in auditorio[2], sub testimonio virorum religiosorum et religiosarum feminarum fiat. Quando vero sacerdotibus in monasteriis puellaribus missarum celebrationes faciendae sunt, cum ministris sibi deputatis illuc ingrediantur, quibus rite peractis non ad secretas conlocutiones sanctimonialium se ullo modo divertant, sed cum ministris suis ilico egrediantur. Porro si sacerdotibus sanctimoniales peccata sua confiteri voluerint, id nonnisi in ecclesia coram sancto altari, adstantibus haud procul testibus, faciant. Si autem infirmitas praepedierit, ut in ecclesia eadem confessio fieri nequeat, in quacumquelibet domo facienda est, nonnisi testibus similiter haud procul adstantibus fiat. Nullo modo quippe videtur nobis convenire, ut monachus relicto monasterio suo idcirco sanctimonialium monasteria adeat, ut confitentibus peccata sua modum penitentiae inponat. Nec etiam illud nobis videtur congruum, ut clerici et laici, episcoporum et presbyterorum canonicorum iudicia declinantes, monasteria monachorum expetant, ut ibi monachis sacerdotibus confessionem peccatorum suorum faciant, praesertim cum eisdem sacerdotibus monachis id facere fas non sit, exceptis his dumtaxat, qui sub monastico ordine secum in monasteriis degunt. Illis namque est confessio peccatorum facienda, a quibus subinde et modus paenitentiae et consilium salutis capiatur et a quibus post tempora paenitentiae peracta, secundum canonicam institutionem, si episcopus iusserit, reconciliatio mereatur. Penitentia porro non in multitudine annorum, sed potius in contritione cordis et corporis est aestimanda[3]. Episcopis sane idcirco summopere providendum est, ne canonicorum aut monachorum accessus indiscretus in monasteriis puellaribus passim fiat, quia persepe hac occasione multos utriusque ordinis, canonici videlicet et monastici, cf. Sap. 14, 11. viros muscipulam diaboli incurrisse cognovimus. Cum igitur canonicis inlicitum sit supra memoratae rei gratia monasteria puellarum adire, unde tante transgressionis mos inolevit, ut monachi hanc sibimet licentiam faciendi usurpare temptaverint, cum canonica auctoritas doceat monachos[4] quietem debere diligere et intentos esse tantummodo

XLV. 1 sagaciterque] cacaciterque *V.*
XVI. 3 accensus *P.* 5 pudore] podore *P.* 7 Qui] Quia *V.* 9 monasticho *P.* prorsus] prosui *V.* 12 faciendum *V.* 16 misarum *V.* 19 eclesia *V.* 21 nequeat] DE CONFESSIONE *interponit V.* quacumquelibet] quacumque *V.* 28 monasticho *corr. (al. man.?) V.* 30 paenitentiae] paenitiae *V.* tempore *V.* 31 sęcundum *V.* 37 memoratum *V.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 53; l. l. II, 42 sq.* 2) *Cf. concil. Cabillonense 813 c. 61, concil. Aquisgranense 816 inst. sanct. cc. 20. 27 (supra p. 285. 451 sq. 455), quae capita etiam ad sequentia faciunt.* 3) *Cf. ex. gr. concil. Cabillonense 813 cc. 32—34. 38; supra p. 279 sqq.* 4) *Concil. Chalcedonense c. 4; Mansi VII, 374. V. supra p. 631 l. 14 sqq.*

ieiunio et orationi, in locis, quibus renuntiaverunt seculo, permanentes, ut nec ecclesiasticis nec saecularibus negotiis communicent nec in aliquo sint molesti propria monasteria deserentes, nisi forte eis praecipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis? His ita ex canonica auctoritate praemissis oportet, ut canonici et monachi se ab hoc inlicito facto cohibeant, ne contingat eos canonica censura percelli, qua dicitur: Transgredientem[1] vero hanc definitionem nostram excommunicatum esse decrevimus, ne nomen Domini blasphemetur. Qualiter autem conlocutiones feminarum his, qui sacris officiis mancipati sunt, vitandc sint, vita beati Augustini et beati Ambrosii et dicta sanctorum Cipriani atque Hieronimi et aliorum plurimorum aperte ostendunt.

Cap. XLVII. Quod missarum celebrationes in locis incongruentibus fieri non debeant. Consuetudines[2] ad quorundam libitum repertae, licet contra auctoritatem ecclesiasticam existant, non facilem tamen correctionem accipiunt. E quibus est illud, quod plerique praesbyteri, neglectis basilicis Deo dicatis, in domibus et hortis missarum celebrationes contra divinam auctoritatem et canonicam institutionem facere praesumunt; et hoc similiter ad episcoporum culpam pertinere perspicuum est. Proinde necesse est, ut unusquisque episcoporum huiuscemodi temerariam consuetudinem a parroechia sua poenitus amoveat. Et si quis praesbyterorum abhinc, excepto quando in itinere pergitur et locus basilicae procul est et id in altaribus ab episcopo consecratis fieri necessitas compellit, ne populus Dei sine missarum celebratione et corporis et sanguinis dominici perceptione maneat, missarum celebrationes in huiuscemodi inlicitis locis post tot tantasque prohibitiones facere adtemptaverit, dignum est, ut gradus sui periculum incurrat. Laicos namque plerosque meminisse oportet poene regis Ozie, qui pro eo, quod contra fas sacerdotale ministerium arripuit, leprae inmunditia ilico multari meruit. (cf. 2. Paral. 26, 19.) Et diligenter perpendant non esse sui officii, ut relictis basilicis Deo dicatis et episcopali auctoritate contempta ad libitum suum in hortis et domibus vel certe aediculis, quas iuxta domos suas construunt et palliis exornant, in quibus et altaria erigi faciunt, missarum celebrationes praesbiteros facere compellant[3]. Satius igitur illis est missam non audire quam eam ubi non licet nec oportet audire. Sed et praesbiteri, si tamen praesbiteri vocandi sunt, qui inconsultis episcopis suis altaria in talibus locis erigere praesumunt, iuxta censuram canonicam gradus sui periculum incurrere merentur. Recenti quippe tempore de celebrandis in talibus locis missis emersit contra auctoritatem ecclesiasticam haec, ut quibusdam videtur, religiosa consuetudo, quae, quia aperte ecclesiastice antique traditioni videtur reniti, non debet nova adinventione et qualibet pertinaci intentione defendi. Quando enim in itinere pergitur, non industria, sed necessitas aliubi quam in ecclesia missarum celebrationem fieri urget; quando vero in domibus et hortis absque praemissa necessitate fit, aperte humana praesumptio et praecepto divino et auctoritati canonice contraire conprobatur. Ubi autem Deo sacrificium offerendum sit, lex divina docet, Domino dicente: *Non offeras holocaustum tuum in omni loco, sed in loco, quem elegerit dominus Deus tuus; ibi offeras holocaustum tuum.* (Deuter. 12, 13. 14.) Et in concilio legitur: Non[4] oportet, inquid, in domibus oblationes fieri. Quando ergo quod Dominus

XLVI. 2 in aliquo] aliquo *V*, in alio *P*. 6 definitionem] deficionem *V*. 8 Agustini *V*.
XLVII. 17 consuętudinem *V*. penitus *P*. 18 perguntur *V*. 23 poene] ponae *P*. Oziae *P*. 25 et] e *P*. 36 eclesia *V*. 37 praeceptio *V*. 38 auctoritate *P*. 39 in omni — tuum *desunt V*.

1) *Concil. Chalcedonense c. 4; Mansi VII, 374 sq.* 2) *Cf. relatio episcoporum c. 46; l. l. II, 41.* 3) *Cf. quae hac de re congessit U. Stutz, l. l. I, 280 ann. 70.* 4) *Concil. Laodicense c. 58; Mansi II, 582.*

prohibet facere humana praesumptio non metuit, procul dubio praeceptum Dei transgredi non pertimescit. Quapropter necesse est, ut consuetudines prave postponantur et iussionibus divinis obtemperando ecclesiastica auctoritas amplectatur.

Cap. XLVIII. Quod nullus praesbyterorum solus missam caelebrare debeat. Inrepsit[1] in plerisque locis, partim incuria, partim avaritia, reprachensibilis usus et congrua emendatione dignus, eo quod nonnulli praesbyterorum sine ministris missarum sollempnia frequentent; quod nec verba Domini salvatoris, quibus misteria corporis et sanguinis sui discipulis caelebranda contradidit, nec apostoli Pauli documenta declarant; nec etiam in ipsis actis apostolorum, si enucleatim legantur, ita fieri debere ullo modo invenitur. Unde conveniendus, immo interrogandus nobis videtur huiusmodi corporis et sanguinis Domini solitarius consecrator: Quibus dicit: 'Dominus vobiscum'? Et a quo illi respondetur: 'Et cum spiritu tuo'? Vel pro quibus supplicando Domino inter cetera: 'Memento, Domine, et omnium circumadstantium', cum nullus circumstet, dicit? Quae consuetudo quia apostolice et ecclesiasticae auctoritati[2] refragatur et tanto mysterio quandam dehonorationem inrogare videtur, omnibus nobis in commune visum est, ut deinceps huiuscemodi usus inhibeatur, provideatque unusquisque episcoporum, ne in sua parroechia quisquam praesbyterorum missam solus caelebrare praesumat et, si hanc definitionem superbiendo transgressus fuerit, canonice correctioni subiaceat.

cf. Luc. 22, 19 sqq.

Cap. XLVIIII. De presbyteris duas aut eo amplius basilicas habentibus. Sicut[3] unicuique civitati convenit proprium habere episcopum, ita et unamquamque basilicam Deo dicatam decet et oportet proprium habere praesbyterum. Avaritia sane, quae est idolorum servitus, quod non sine magno pudore prosequimur, quosdam invasit praesbyteros suisque retinaculis adeo vinxit captivosque effecit, ut instar caecorum effecti nesciant, quo eant, nesciantque, quid esse vel quid agere debeant. Hi namque ignibus avaritiae estuantes sacerdotalisque dignitatis inmemores curamque basilicarum, in quibus promoti sunt, postponentes, datis quibusdam exeniis aut pollicitis, non solum a clericis, verum etiam a laicis alias basilicas contra fas ad Christi famulatum peragendum suscipiunt; utrum consultis an inconsultis episcopis id faciant necne, ignoratur. Si consultis id faciunt, eorum transgressioni idem episcopi procul dubio communicant; si vero eis inconsultis id facere praesumunt, nihilominus episcoporum neglegentiae id adscribendum est. Vix enim quispiam praesbyterorum in basilica, in qua divinae servituti mancipatus est, digne atque strenue militare invenitur: quanto minus id in duabus aut tribus aut eo amplius basilicis digne exequi valet. In quo facto et religio Christiana fuscatur et sacerdotalis ordo confunditur, immo avaritia sacerdotum a subditis denotatur locaque Deo dicata cultu sibi debito privantur et, ut in superioribus capitulis iam dictum est[4], animarum pericula generantur. Quod ne ulterius unusquisque episcoporum in parroechia sua fieri sinat, omnes in commune statuimus, decernentes, ut singulae basilicae, plebes et res, quibus consistere possint,

cf. Ephes. 5, 5.

XLVIII. 7 sollemnia *P*. 8 contradicit *V*. 10 convenientibus *P*. 12 ille *V*. *P*. 14 nullis *V*. consuętudo *V*. 15 inrogare] interrogare *V*. 19 correctione *P*.
XLVIIII. 23 sanę *V*. 24 efficit *V*. 32 neglegentia *V*. *P*. 34 exsequi *P*.

1) *Cf. relatio episcoporum c. 43; l. l. II, 41.* 2) *Cf. concil. Moguntinense 813 c. 43; supra p. 271. V. etiam Walafridi libellum de exordiis et incrementis rer. eccl. c. 23; MG. Capit. II, 503. Similia concludi possunt ex Amalario, De ecclesiasticis officiis III c. 5 et Eclogae de officio missae; Migne, Patrol. lat. CV, 1103 sqq. 1325 sq.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 44; l. l. II, 41.* 4) *Cf. supra c. 13; p. 619 sqq.*

habentes, singulos habeant praesbyteros. Si vero plebes habuerint et rebus, quibus consistere possint, caruerint, in arbitrio episcoporum pendet, utrum ita consistere debeant aut possint necne. Hoc tamen specialiter eorum sollertiae providendum est, ut hac occasione nullus praesbyter duas aut tres avaritiae causa, quibus sufficere secundum divinum cultum nullatenus potest, habere audeat basilicas [1].

Cap. L. De observatione diei dominici. Nullo [2] modo divinae auctoritati concordat, quod religio Christiana, sicut a sanctis patribus traditum accepit et ecclesiae auctoritas se habet, diem dominicum, in quo auctor vitae a mortuis resurrexit, reverenter venerabiliterque non colit. Utcumque enim a quibusdam dominis venerando custodiri videtur, sed a conservis servitio eorum pressis perraro debito honore coli invenitur. Paganis autem moris fuit ob memoriam et reverentiam deorum suorum dies colere; nam et Iudaeis carnalibus moris est sabbatum carnaliter observare. Christianorum porro religiosae devotionis, quae, ut creditur, ex apostolorum traditione, immo ecclesiae auctoritate descendit, mos inolevit, ut ob memoriam dominice resurrectionis diem dominicum venerabiliter atque honorabiliter colat, quoniam eo die Deus lucem mundi condidit, eo die, ut dictum est, Christus a mortuis resurrexit, eo die paraclitum Spiritum sanctum apostolis misit de caelis, eo die, ut a quibusdam doctoribus [3] traditur, manna pluit de celo. Haec et his similia liquido demonstrant hunc diem caeteris diebus celebriorem et venerabiliorem fore. Unde constat, quoniam, sicut nonnulla alia a religione Christiana propter amorem et delectationem mundi propriasque humanas delectationes et pravissimas, immo periculosissimas consuetudines, quae iam pro lege habentur, recesserunt, ita quoque tanti diei veneratio ab usu christianitatis magna ex parte recesserit. Multi namque nostrorum visu, multi etiam quorundam relatu didicimus quosdam in hac die ruralia opera exercentes fulmine interemptos, quosdam artuum contractione multatos, quosdam etiam, visibili igne corporibus ossibusque simul sub momento absumptis, in cinerem de subito resolutis, poenaliter occubuisse. Et multa alia terribilia indicia extiterunt et hactenus existunt, quibus declaratur, quod Deus in tanti diei dehonoratione offendatur. Proinde omnibus nobis visum est, ut primum sacerdotes, postea reges et principes cunctique fideles summopere procurent, ut tanti diei debita observatio religiosaque devotio, nunc esque magna ex parte neglecta, abhinc ob insigne christianitatis devotius exhibeatur. Si ergo Iudaei, quorum adhuc iugum legis carnaliter cervices praemit, a quo, quia nolunt, Christi eos gratia non liberat, sabbatum carnaliter custodientes eo die, nulla potestate terrena conpellente, ab operibus ruralibus se abstinent, quanto magis Christi gratia redemptis convenit, ut eo die, quo auctor vitae resurrexit eisque spem resurgendi concessit, ab his, quae praemissa sunt, se abstineant et solummodo spiritalibus gaudiis repleri canticisque hymnigeris et laudibus caelestibus toto cordis adnisu vacare satagant. Quapropter specialiter atque humiliter a sacerdotibus imperialis celsitudo flagitanda est, ut eius a Deo ordinata potestas ob honorem et reverentiam tanti diei cunctis metum incutiat, ne in hac sancta venerabili die mercatus, placita et ruralia quaeque opera necnon et quaslibet carrigationes ullius conditionis homines facere praesumant, quoniam, dum haec agunt, et decus christianitatis obfuscant et nomen Christi blasphe-

L. 7 auctoritate V. P. 8 se] si V. 14 eclesiae V. ut *deest* P. 19 fore] fero V. 26 simul] simulquae simul V. de] ut V. 30 tanto V. P. 35 diẹ V. vitae] *ita* V, mundi P. 37 himnigeris V.

1) *Cf. U. Stutz, l. l. I, 256 ann. 66.* 2) *Cf. relatio episcoporum c. 45; l. l. II, 41.* 3) *Ad quos remittatur, non inveni.*

mantibus locum amplius detrahendi adtribuunt. Decet igitur, ut eo die Christianus divinis laudibus, non ruralibus vacet operibus[1].

Cap. LI. De aequo modio iustoque habendo sestario. Illud quoque ex toto a divina auctoritate dissentit et adflictionem atque obpressionem ingentem pauperibus inrogat, quod quidam non solum clerici, sed et laici dominici praecepti transgressores effecti minorem modium atque sestarium in vendendo atque commodando maioremque in recipiendo habent simulque stateras minores atque dolosas in mutuando atque vendendo maioresque in recipiendo habentes, et ob hoc, dum suae intolerabili cupiditati satisfacere aestuant, heu pro dolor! miseros quosque paupertati addicunt et mendicos efficiunt, quoniam his inaequalibus mensuris et diversis fenerationibus adeo eos obligantes coartant, ut ex vineolis suis ob mercedem laboris sui nihil residui sibi suaeque coniugi et liberis nec ciatus nec uva quidem remaneat, sed ut omnia in cellaria sua ex asse deveniant, sagaciter elaborant. Quam crudelitatem quidam dominorum tam per se quam per atroces ministros suos in sibi subiectis exercere conprobantur, ita ut nihil sibi suaeque coniugi ac liberis de fructu messium vinearumque suarum usurpare audeant, sed omne, quicquid illud est, dominis suis ex integro custodire et reddere compellantur. Quod[2] impietatis vitium beatus Iob multum se
Iob 31, 38—40. cavere insinuat, cum ait: *Si adversum me terra mea clamat et cum ipsa sulci eius deflent, si fructus eius comedi absque pecunia et animam agricolarum eius adflixi, pro frumento oriatur*
Iac. 5, 4. *mihi tribulus et pro ordeo spina. Et clamor ipsorum in aures domini Sabaoth introibit.* Quae verba Beda ita exponit: Dominum[3] Sabaoth, id est dominum exercituum, appellat ad terrorem eorum, qui pauperes conterunt et adfligunt eosque nullum putant habere tutorem. Huic enim
Ps. 9 (10), 14. loco congruit illud psalmiste: *Tibi enim derelictus est pauper; pupillo tu eris adiutor.* Et alibi
ib. 11, 6. psalmista in persona Domini loquitur: *Propter miseriam inopum et gemitum pauperum*
Iob 35, 13. *nunc exsurgam, dicit Dominus.* Et illud, quod in libro beati Iob scriptum est: *Neque enim frustra audiet Deus et omnipotens singulorum causas intuebitur.* Et illud Salomonis:
Eccli. 35, 17—19. *Non dispiciet praeces pupilli nec viduam, si effundat loquellam gemitus. Nonne lacrime viduae a maxilla descendunt et exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad celos, et Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Multa quoque his similia de huiuscemodi oppressione testimonia perfacile proferri poterant, sed alibi proferenda reservantur. De modio autem aequo iustoque sestario habendo Dominus
Lev. 19, 35—37. in libro Exodi ita loquitur: *Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta et aequa sint pondera, iustus modius, aequusque sit vobis sestarius. Ego dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Egypti. Custodite praecepta mea et universa iuditia et facite ea, ego Dominus.* Salomon in proverbiis:
Prov. 20, 10. *Pondus et pondus, mensura et mensura: utrumque abominabile est apud Dominum;*
ib. 20, 23. item in eodem: *Abominatio est apud Dominum pondus et pondus; statera dolosa non*

LI. 9 cupiditate *P.* 12 uvae *P.* 17 impiętatis *V.* 19 pecunia *deest V.* animarum *V. P.* 20 ordeo] hordeo *P.* Sabahot *V.* 21 apellat *V.* 23 psalmyste *V.* 24 inopem *V.* 33 aequiusquę *V.* 34 Aegypti *P.* 35 Solomon *P.* 36 abhominabile *P.* 37 abhominatio *P.*

1) *V. quae de die dominico colendo congesserunt Maassen ex conciliis aevi Merovingici MG. Concil. I, 240 s. v. dominica dies, Krause ex capitularibus regum Francorum MG. Capit. II, 616 col. 2 s. v. dies dominicus. Ex conciliis aevi Karolingici cf. ex gr. concil. Arelatense 813 c. 16, Remense 813 c. 35, Moguntinense 813 c. 37, Cabillonense 813 c. 50, Turonense 813 c. 40, Romanum 826 c. 31; supra p. 252. 256. 270. 283. 292. 580.* 2) *Haec verba aeque atque illa de libro Iob desumpta leguntur iam apud Bedam in libro mox laudando.* 3) *Beda, Expositio in epist. Iacobi c. 5; Migne, Patrol. lat. XCIII, 36.*

est bona. In non faciendo quippe quae Dominus iubet delinquimus; in faciendo autem quae vetuit procul dubio peccamus. Ergo quando ea, quae vetat, facimus, eius procul dubio sancti praecepti transgressores existimus. Quamquam ergo consuetudines perversae non facile corrigantur, haec tamen consuetudo inaequalium modiorum et iniustorum sestariorum atque ponderum dolosorum necesse est ut principali metu ocius corrigatur et ad praeceptum divinum tanta fortitudo reflectatur, quia verendum est, ne inter cetera mala hoc quoque non solum facientibus et consentientibus, sed etiam non corrigentibus, quod absit, proveniat in dampnationem[1].

Cap. LII. De interdictu quodam, quo apud plerasque provintias pauperes adgravantur, ab imperiali clementia prohibendo. Non[2] solum rumore, sed etiam venerabilium virorum relatu comperimus, quod in quibusdam occidentalibus provinciis suadente avaritia episcopi et comites et ceteri praelati pauperibus sibi subiectis soleant edictum inponere, ut nullus illorum tempore messis modium frumenti nec tempore vindemiae modium vini maiori praetio, nisi quod ab eis constituitur, vendere praesumat. Quod si quispiam illorum facere praesumpserit, et paupertati suae magnam iacturam patitur, insuper etiam acribus verberibus flagellatur. Unde fit, ut, cum aliis modius frumenti duodecim denariis et modius vini viginti denariis venundari possit, huiuscemodi seniores modium frumenti ad quattuor et modium vini ad sex sibi extorqueant denarios. Quae res, quia impietatis iniustitiaeque plena est, necesse est ut piissimi principis auctoritate inhibeatur, quoniam verendum est, ne, dum his et his similibus gravaminibus pauperes adteruntur, ira aeterni iudicis non solum facientibus, sed etiam consentientibus et corrigere nolentibus accumuletur, quatenus pauperibus libertas tribuatur, ut redditis senioribus suis quae iuste reddenda sunt, reliqua, quae sibi supersunt, liceat aliis, prout pactio vendentis et ementis grata fuerit, absque prohibitione seniorum suorum distrahere.

Cap. LIII. De multimodis usurarum adinventionibus. Cum[3] multa et innumera sint mala, quibus et Deus offenditur et regnum Christianorum periclitatur, exstat inter cetera unum quoddam valde execrabile Deoque detestabile avaritiae genus, quo indubitanter et Deus ad iracundiam provocatur, quia eo praeceptis eius resultatur et miseriae humanae praecepta divina transgredienti augmenta dampnationis praeparantur, eo quod scilicet quidam clericorum et laicorum obliti praeceptionis dominicae, qua dicitur: *Pecuniam tuam non dabis ad usuram et frugum* Lev. 25, 37.
superhabundantiam non exiges, ego dominus Deus vester, in tantam turpissimi lucri rabiem exarserint, ut multiplicibus atque innumeris usurarum generibus sua adinventione et cupiditate reppertis adeo pauperes Christi adfligant, ut, exceptis aliis oppraessionibus, quibus ad iniuriam Dei atrociter crutiantur, hoc speciali malo multi eorum fame et egestate confecti pereant, multi etiam hac oppressione conpulsi, propriis derelictis, alienas incolatus gratia terras expetant. Famis praeterea tempore, cum quispiam pauper omnium rerum penuria adtenuatus ad aliquem feneratorem venit, utpote frater ad fratrem, quos constat uno praetioso Christi sanguine redemptos, petens ab eo suas cf. 1. Petr. 1, 18.

LI. 6 fortitudo] tortitudo V. P.
LII. 9 quodam quo] quodam quod V, quod P. 14 praecii P. 16 acribus] acris V. P. 22 aeterni] *ita corr.*, interni V, interim P.
LIII. 28 exstat] haec stat V. P. exsecrabile P. Deoquę V. 33 superabundantiam P. tantum P.

1) *Cf. concil. Arelatense 813 c. 15, Turonense 813 c. 45; supra p. 252. 292.* 2) *Cf. infra lib. II c. 2; v. etiam supra p. 595 c. 8.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 54; l. l. II, 43 sq.*

miserabiles necessitates sublevari sibique id, quo indiget, commodari, taliter sibi ab eo solet responderi: 'Non est mihi frumentum aut aliud quid, quod in cibum tibi sumere vis, ad mutuandum, sed magis ad vendendum. Si vis emere, fer pretium et tolle'. Cui pauper: 'Non est mihi', inquid, 'quicquam praetii, quo emere id, quo indigeo, valeam. Sed peto abs te, ut miserearis mei et quomodocumque vis, mihi quod peto, ne fame peream, mutuum porrige'. Fenerator econtra: 'Quot modo denariis possum modium frumenti mei vendere, aut tot denarios tempore fructus novi mihi redde aut certe eorum praetium in frumento et vino et ceteris quibuslibet aliis frugibus ad plenum supple'. Unde evenire solet, ut pro uno frumenti modio taliter mutuato tres aut certe quattuor modii a pauperibus tempore messis violenter exigantur. Quod et de modio vini similiter fieri solet. Sunt etiam alii crudelissimi feneratores, qui tempore necessitatis nihil commodare pauperibus volunt, nisi messellas[1] suas et vineolas et pratella ea ratione in pignus dederint, ut quicquid frugum in his colligi poterat pro parvo, quod mutuum acceperunt, ex asse amittant. Quae res non minimam pauperibus generat adflictionem et penuriam. Sunt et aliae multifariae calliditates quorundam feneratorum, quibus pauperes exhauriuntur et paupertati addicuntur, quas hic enumerare magni est tedii magneque prolixitatis. Dominus quippe et in legalibus et in propheticis oraculis usuram fieri minaciter atque terribiliter inhibet, et praesumptio humana a summo creatore prohibita superbiendo perpetrare ad sui discrimen non metuit. Ait
Exod. 22, 25. namque in libro Exodi: *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat*
Lev. 25, 35. 36. *tecum, non urgues eum quasi exactor nec usuris obprimes;* in libro Levitici: *Si adtenuatus fuerit frater tuus et infirmus manu, et susceperis eum quasi advenam et peregrinum, et vixerit tecum, ne accipias ab eo usuram nec amplius, quam dedisti. Time*
Deuter. 15, 7. 8. *Deum tuum, ut vivere possit frater tuus apud te;* in libro Deuteronomii: *Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuae, in terra, quam dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi et dabis ei mutuum, quo eum indigere perspexeris:*
ib. 15, 9—11. item in eodem: *Cave ne forte subrepiat tibi impia cogitatio et dicas in corde tuo: Adpropinquat septimus annus remissionis, et avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare, ne clamet contra te ad Dominum et fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei nec ages quippiam callide in eius necessitatibus sublevandis, ut benedicat tibi dominus Deus tuus in omni tempore et in cunctis, ad quae manum miseris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuae. Idcirco praecipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno et pauperi, qui tecum versantur in terra.* Per Ezechielem quoque prophetam Dominus eum, qui ad usuram dat et amplius accipit, non vivere
Ezech. 18, 10—13. protestatur. Ait autem: *Si genuerit quis filium latronem effundentem sanguinem et fecerit unum de istis et haec quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem et uxorem proximi sui polluentem, egenum et pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem et ad idola levantem oculos suos, abominationem facientem, ad usuram dantem et amplius accipientem, numquid vivet? Non vivet, dicit Dominus.*
ib. 22, 12. Item idem: *Munera acceperunt apud te ad effundendum innoxium sanguinem; usuram et superabundantiam accepisti et avare proximos tuos calumniata es.* Amos propheta:

LIII. 2 quid] quod *V.* 4 inquid quicquam] quicquam inquid *P.* 6 Quot] Quod *V,* Quo *P.* 12 mesellas *P.* 13 ea] era *P.* 19 prohibita] proinbita *V.* 23 ne] nec *V. P.* 30 clamet] dampnet *V.* 32 ad quae] atque *V.* 37 commedentem *V. P.* 39 abhominationem *P.* 41 idem] vivet *V.* effundontem *V.* 42 superhabundantiam *V.* es] est *P.*

1) *Messella est parva vel modica messis, ut interpretatur Ducange s. v., hoc unico loco adlato.*

Audite hoc, qui conteritis pauperem et deficere facitis egenos terre, dicentes: Quando transibit messis et venundabimus merces et sabbatum et aperiemus frumentum, ut inminuamus mensuram et augeamus siclum et subponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos et pauperes pro calciamentis et quisquilias frumenti vendamus? Iuravit Dominus iu superbiam Iacob: Si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum. Numquid super isto non commovebitur terra et lugebit omnis habitator eius? Amos 8, 4—8. Quis rogo tam ferrei pectoris existit, cui tam terribilis sententia terrorem non incutiat, qua dicitur: *Numquid super isto non commovebitur terra et lugebit omnis habitator eius?* Ib. 8, 8. Aperte ergo hac sententia manifestatur, quod propter usuras et inaequales mensuras staterasque dolosas atque obpressiones pauperum commotio terrae, immo periclitatio et infirmatio regni luctusque omnium habitatorum eius proveniat. Beatus quoque Hieronimus hunc locum ita exponit: O[1] tu Israhel audite, quae scelera feceritis. De nocte surgentes pro oratione et hymnis in Deum studium habetis obprimendi sive conterendi pauperes, ut fame et egestate confecti auferantur e terra, qui expectatis Kalendas, ut negotiemini et usuras augeatis usuris, et sabbata, ut aperiatis horrea detisque frumentum amplius recepturi, et Dei sollempnitates turpis lucri gratia in vestra compendia vertitis, qui minorem in vendendis mercibus mensuram facitis et maiora pondera in accipiendis stateramque iniquam, ut possideatis pecunia pauperes et tam viles habeatis homines, ut impleatis illud, quod supra de vobis dixeram: *Pro eo quod vendidistis argento iustum et pauperem pro calciamentis,* et in Ib. 2, 6. tantam lucri rabiem prosilitis, ut non frumenta, quorum esu hominum corpora sustentantur, sed quisquilias et purgamenta frumenti vendatis pauperibus, pulverem et paleas tritico commiscentes. Item idem in expositione Ezechielis prophetae: Putant[2] quidam usuram tantum esse in pecunia. Quod praevidens scriptura omni rei aufert superhabundantiam, ut plus non recipias, quam dedisti. Solet in agris frumenti et milii, vini et olei ceterarumque specierum usura exigi, sive, ut appellat sermo divinus, superabundantia; verbi gratia, ut hiemis tempore demus decem modios et in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius quam partem mediam; qui iustissimum se putaverit quartam plus accipiet portionem. Et solent argumentariae dicere: Dedi unum modium, qui satus fecit decem modios; nonne iustum est, ut medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate novem et semis de meo habeat? *Nolite errare,* inquit Galat. 6, 7. apostolus, *Deus non inridetur.* Respondeat enim nobis breviter fenerator misericors, utrum habenti dederit an non habenti. Habenti utique dare non debuerat, sed dedit quasi non habenti; ergo quare plus exigit quasi ab habente? Alii pecunia fenerata solent munuscula accipere diversi generis et non intellegunt usuram appellari et superhabundantiam, quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint. In psalmo quarto decimo: *Qui pecuniam* Ps. 14, 5. *suam non dedit ad usuram.* Hieronimus: Primo[3] dicendum iuxta litteram, quod lex indigenis tantum et civibus prohibuerit foenus imponi et alienigenis iusserit foenerari, David vero evangelicum describens virum et eum, qui habitaturus sit in monte sancto Dei, hoc est in ecclesia Dei, in cunctos generaliter fieri vetarit. Hanc etiam sententiam, qua dicitur: *Qui* Ib. 14, 5. *pecuniam suam non dedit ad usuram,* Cassiodorus ita exponit: Duobus[4] modis in scripturis sanctis pecunia probatur intellegi. Una est ista metallica, quae ad usuram dari omnino pro-

LIII. 5 superbia *V.* 9 usuram *V.* 15 apperiatis *V. P.* 16 recepti *V.* 20 prosilistis *P.* 22 Ezechihelis *P.* 23 superabundantiam *hic et infra P.* 25 superhabundantiam (superab.) *V. P.* 27 argumentariae] *ita V. P,* argumentari et *edd.* 29 liberalitate] libertate *P.* 33 intelligunt *P.* 36 aligenis *V.* 38 eclesia *V.*

1) *Hieronymus, Comment. in Amos; Opp. VI, 338.* 2) *Hieronymus, Comment. in Ezechielem c. 18; Opp. V, 210.* 3) *Hunc locum non inveni in breviario Ps.-Hieronymiano in psalmos, ex quo perquisivi commentarium in psalm. 14; Migne, Patrol. lat. XXVI, 355 (deest inter opera Hieronymi a Vallarsi edita).* 4) *Cassiodorus, Expositio in psalm. 14; Opp. II, 51.*

hibetur, quoniam vitium cupiditatis est exigere velle quod te nescias commodasse. Hanc quidem
cf. Ioh. 13, 29. habuit dominus Iesus Christus, quam Iude tradidit erogandam, quam non dedit ad usuram,
Ps. 54, 12. quando illam indigentibus ad informandos nos pia largitate concessit. Item idem: *Et*[1] *non*
defecit de plateis eius usura et dolus. Intendamus, quod non dixit occulte, sed in plateis talia
ib. 14, 5. fuisse commissa, quae superna dampnavit sententia. De usura enim dictum est: *Qui pecuniam*
ib. 33, 14. *suam non dedit ad usuram;* de dolo autem: *Et labia tua ne loquantur dolum.* Haec non
occulte gessit, sed quodammodo libera commisit iniquitate. Omne enim malum exsecrabilius
redditur, quando publica praesumptione tractatur. Iohannes apostolus conviva caenae
1. Ioh. 3, 17. dominicae strenuus ac fidelissimus: *Qui habuerit,* inquit, *facultates mundi et viderit*
fratrem suum esurientem et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in
eo? Augustinus: Ecce[2], inquit, unde incipit caritas. Si nondum es idoneus mori pro fratre,
iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Iam percutiat viscera tua caritas, ut non de
iactantia facias, sed de intimo adipe misericordiae, ut consideres illum in egestate positum. Si
enim superflua non potes dare fratri tuo, animam tuam potes ponere pro fratre? Item idem
post pauca: Vide[3], si misereris, si habes facultates mundi. Quid ad me pertinet? forte dicis.
Ego daturus sum pecuniam meam, ne ille molestiam patiatur? Si tibi hoc responderit cor
tuum, dilectio patris non manet in te. Si dilectio patris non in te manet, non es natus ex
Deo. Quomodo te gloriaris esse Christianum? Nomen habes et facta non habes. Si autem
nomen secutum fuerit opus, dicat te quisque paganum, tu autem factis ostende te Christianum.
Nam si factis non ostendis te Christianum, omnes te Christianum vocent, quid tibi prodest
nomen, ubi res non invenitur? Miserabilis plane et valde deflenda res est, quando quis
pro facultatibus mundi, quarum momentaneus possessor existit, quia eas fratribus in-
digentibus caritate dictante non inpertit, et gloriam Christiani nominis sibi adimit et
cf. 1. Ioh. 4, 16. Deum, qui caritas est, amittit. De usuris porro non faciendis et de misericordia
fratribus inpendenda supersunt copiosiora utriusque instrumenti documenta et sanctorum
patrum eximia dicta, quae sectatores usurarum non victuros neque in monte sancto
habitaturos, sed potius, quia inmisericordes extiterunt, cum purpurato et avaro divite
poenas adfirmant luituros.

Cap. LIIII. Ut hi, qui poenitentia publica sunt multati, neque in baptismate neque in percipiendo sancti Spiritus dono patroni existant pro aliis. Quod[4] hi, qui fidem Christi expetunt et provecte aetatis existunt, priusquam ad baptismum accedunt, instruendi sint et fidei et baptismatis sacramento, necnon et illi, qui alios de sacro fonte suscipiunt, quique ad percipiendum sancti Spiritus donum coram pontificibus pro aliis patroni existunt, intellegere debeant et vim tanti sacramenti et quid pro aliis spoponderint, iam in praecedentibus capitulis[5] dictum est. Illos tamen in hoc capitulo specialiter ab his officiis removendos iudicamus, qui propter reatum suum publica sunt paenitentia multati, videlicet ut nec alios de sacri fontis baptismate suscipiant nec etiam ad percipiendum sancti Spiritus donum aliorum patroni coram pontificibus existant, donec per dignam paenitentiae satisfactionem reconciliationem mereantur. Nec inmerito, quoniam quos

LIII. 2 Iudae *P.* 5 damnavit *V.* 7 gessit *deest P.* quoddammodo *P.* execrabilius *P.* 9 inquit] in qua *V.* 14 potest dari *V.* 17 dilecti *V.* 22 quorum] quarum *V. P.* 25 instrumenti] *id est testamenti.* 27 divitę *V.*

LIIII. 29 poenitentia] paentia *P.* 30 percipienda *V. P.* 31 patroni — aliis] pro aliis patroni existant *P.* Quod] Quid *V. P.* 32 accedant *P.* 35 intelligere *V.* 38 sacro *P.*

1) *Cassiodorus, Expositio in psalm. 54; Opp. II, 184.* 2) *Augustinus, Tractatus 5. in epist. Iohannis § 12; Opp. III, 2, 862.* 3) *Ibidem.* 4) *Cf. relatio episcoporum c. 35; l. l. II, 39.* 5) *Cf. supra c. 6; p. 614.*

et lex divina a castris militaribus, ne ruina sint populi, et auctoritas canonica[1] ab ecclesiarum sequestrant liminibus, multo magis a memoratis peragendis officiis usque ad tempus paenitentiae peractum dignamque perceptam reconciliationem huiuscemodi, ut iam dictum est, merito sunt excludendi. cf. Deuter. 23, 10.

Explicit liber primus, incipit liber secundus.

Hactenus de causis ad religionem Christianam curamque pastorum pertinentibus vel de his, que in persona eorum emendatione digna, vel etiam de his, que ab ipsis usque nunc neglecta sunt, in praesenti libello breviter conpraehensum est. In hoc quoque, qui sequitur, libello specialiter de regibus et principibus et generaliter de omnibus fidelibus et quod, ubi avaritia, invidia et odium et cetera vitia caritati contraria regnant — quia eadem caritas, quae Deus est, his inesse non potest — status ecclesiae periclitetur et quod religio Christiana sub apostolis devotius, quam nunc floreat, floruerit et nostro seculo circa multos marcescat, restat prosequendum. cf. 1. Ioh 4, 16.

(55). Cap.[2] I. Quid sit rex, quid esse quidve cavere debeat. Rex[3] a recte agendo vocatur. Si enim pie et iuste et misericorditer regit, merito rex appellatur; si his caruerit, non rex, sed tyrannus est[4]. Antiqui[5] autem omnes reges tyrannos vocabant, sed postea pie et iuste et misericorditer regentes regis nomen sunt adepti; impie vero, iniuste crudeliterque principantibus non regis, sed tyrannicum aptatum est nomen. Quia ergo rex a regendo dicitur, primo ei studendum est, ut semetipsum suamque domum Christi adiuvante gratia ab operibus nequam emaculet bonisque operibus exuberare faciat, ut ab ea ceteri subiecti bonum exemplum semper capiant. Ipse etiam salutiferis Christi praeceptis fideliter atque oboedienter obsecundet et recte agendo eos, quibus temporaliter imperat, in pace et concordia atque caritate ceterorumque bonorum operum exhibitione, quantum sibi divinitus datur, consistere faciat et dictis atque exemplis ad opus pietatis et iustitiae et misericordie sollerter excitet, adtendens, quod pro his Deo rationem redditurus sit, quatenus ita agendo sanctorum regum, qui Deo sincere serviendo placuerunt, post hanc peregrinationem consors efficiatur. De rege autem, qualis esse vel quid cavere debeat, ita in Deuteronomio legitur: *Cum ingressus fueris terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi, et possederis eam habitaverisque in illa et dixeris: Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constitues, quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* Et post pauca: *Non habebit uxores plurimas, quae inliciant animum eius, neque argenti et auri inmensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describat sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus Leviticae tribus, et habebit secum legetque illud omnibus diebus vitae suae, ut discat timere dominum Deum suum et custodire verba et cerimonias eius, que lege praecepta sunt. Nec extolletur cor eius in superbiam super fratres suos neque declinet* Deuter. 17, 14. 15. Ib. 17, 17–20.

LIIII. 3 poenitentiae *V.* 5 liber secundus] Deo gratias. Amen *add. V*, prologus libri secundi *P.* *Praef.* 6 ad] a *V.* 12 pereclitetur *V.* 13 prosequendum] Explicit prologus libri secundi *add. P.* I. 14 Cap. — debeat] C. I *in marg. al. atramento P.* 15 vocatus *V. P.* 22 obedienter *V.* 27 regum] regnum *V.* 28 ita *deest P.* 29 fueritis *V.* 30 possideris *P.* 35 Levitae *P.*

1) *Cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' IV, 801. 704, ut monet Krause, MG. Capit. II, 39 ann. 7.* 2) *Huius libri capita omnia redacta sunt a Iona episcopo Aurelianensi (825—843), qui concilio interfuit (v. p. 606 l. 6 sq.), munere ut videtur notarii fungens (v. p. 597 l. 14 sq.), et a. 834. eadem ipsa capita in libro de institutione regia (Migne, Patrol. lat. CVI, 279 sqq.) repetivit; cf. Simson, l. l. I, 381 sqq. Amelung, l. l. p. 38 sqq.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 56; l. l. II, 46 sq. Ionas Aurel., De institutione regia c. 3. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III cc. 1. 2. (41. 42); infra p. 715.* 4) *Cf. Isidorus, Sentent. III, 48 § 7; Opp. VI, 338 sq.* 5) *Cf. Isidorus, Etymol. IX § 19. 20; Opp. III, 428.*

in partem dextram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse et filii eius super Israhel. Adtende, quod timor Dei et custodia praeceptorum eius et humilitas, quae non patitur eum extollere super fratres suos, et iustitiae rectitudo non solum regem, sed et filios eius longo faciet regnare tempore. Ut ergo princeps extollentiam cavere debeat, Eccli. 32, 1. Ecclesiastes admonens ait: *Principem te constituerunt? Noli extolli, sed esto in illis* Prov. 29, 14. *quasi unus ex ipsis.* In proverbiis: *Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius* Ib. 20, 28. *in aeternum firmabitur,* item: *Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus eius.* Quantae igitur felicitatis sit bonus rex quantaeve infelicitatis, si nequam fuerit, beatus Cyprianus, eximius martyr Christi, de duodecim abusionibus scribens, inter cetera ita ait: Nonus[1], inquiens, abusionis gradus est rex iniquus; etenim regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Unde in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet. Nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, ut subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit qui proprios mores, ne iniqui sint, non corrigit, quoniam iustitia regis exaltatur solium, et veritate solidantur gubernacula populorum? Iustitia vero regis est neminem iniuste per potentiam obprimere, sine acceptione personarum inter virum et proximum suum iudicare, advenis et pupillis et viduis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, inpudicos et istriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas et periurantes vivere non sinere, ecclesias defendere, pauperes elemosynis alere, iustos super regni negotia constituere, senes et sapientes et sobrios consiliarios habere, magorum et hariolorum phithonissarumque superstitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam fortiter et iuste contra adversarios defendere, per omnia in Deo vivere, prosperitatibus non elevare animum, cuncta adversa pacienter ferre, fidem catholicam in Deum habere, filios suos non sinere Eccle. 10, 16. impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum: *Vae enim terrae, cui rex est puer et cuius principes mane comedunt.* Haec regni prosperitatem in presenti faciunt et regem ad caelestia regna meliora perducunt. Qui vero secundum hanc legem non dispensat, multas nimirum adversitates imperii tolerat. Idcirco enim saepe pax populorum rumpitur et offendicula etiam de regno suscitantur, terrarum quoque fructus diminuuntur et servitia populorum praepediuntur, multi etiam dolores prosperitatem regni inficiunt, carorum et liberorum mortes tristitiam conferunt, hostium incursus provintias undique vastant, bestiae armentorum et pecorum greges dilacerant, tempestates veris et hiemis terrarum fecunditatem et maris ministeria prohibent et aliquando fulminum hictus segetes et arborum flores et pampinos exurunt. Super omnia vero regis iniustitia non solum praesentis imperii faciem fuscat, sed etiam filios suos et nepotes, ne post se regni hereditatem teneant, obscurat. Propter piaculum enim Salomonis regnum domus Israhel Dominus de manibus filiorum eius dispersit et propter meritum cf. 3. Reg. 11, 34 sqq. David regis lucernam de semine eius semper in Hierusalem reliquit. Ecce quantum iustitia regis saeculo valet, intuentibus perspicuae patet. Pax populorum est, tutamentum patriae, inmunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terre fecunditas, solatium pauperum, hereditas filiorum et sibimetipsi spes futurae beatitudinis. Attamen sciat, quod, sicut in throno hominum primus constitutus est, sic et in poenis, si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est. Omnes namque, quoscumque peccatores sub se in praesenti habuit, supra se modo in illa futura poena habebit. Fulgentius in libro de veritate praedestinationis et gratiae: Clementissimus[2] quoque imperator non ideo est vas cf. Rom. 9, 23 misericordiae praeparatum in gloriam, quia apicem terreni principatus accepit, sed si imperiali culmine recta fide vivat et, vera cordis humilitate praeditus, culmen regiae dignitatis sanctae

I. 5 tronus *V.* 7 roborabitur *P.* 12 Nomen] Non *P.* 18 peiurantes *V.* aelymosinis *P.* 30 fecunditatem *deest V.* 31 hictus] ictus *P.* 34 manibus] manu *P.* 36 inmunitas] inminutas *P.* 40 primatus *V. P.*

1) *Ps.-Cyprianus, De duodecim abusivis saeculi c. 9; Opp. Cypriani ed. Hartel III, 166. V. S. Hellmann, Sedulius Scottus (Monachii 1906), p. 1 ann. 5.* 2) *Fulgentius, De veritate praedestinationis et gratiae II c. 38; Opp. p. 477.*

religioni se subiciat; si magis in timore servire Deo quam in tumore dominari populo delectetur; si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem; si se magis diligendum quam metuendum cunctis exhibeat; si subiectis salubriter consulat; si iustitiam sic teneat, ut misericordiam non relinquat; si prae omnibus ita se sancte matris ecclesiae catholicae meminerit filium, ut eius paci atque tranquillitati per universum mundum prodesse faciat principatum. Magis enim Christianum regitur atque propagatur imperium, dum ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quam cum in parte quacumque terrarum pro temporali securitate pugnatur. Isidorus: Qui recte [1] utitur regni potestate ita se praestare omnibus debet, ut, quanto magis honoris celsitudine claret, tanto semetipsum mente humiliet, praeponens sibi exemplum humilitatis David, qui de suis meritis non tumuit, sed humiliter sese deiciens dixit: Vilis incedam et vilis apparebo ante Deum, qui elegit me. (cf. 2. Reg. 6, 21. 22.) Item Isidorus: Qui [2] intra saeculum bene temporaliter imperat sine fine in perpetuum regnat et de gloria saeculi huius ad aeternam transmeat gloriam; qui vero prave regnum exercent post vestem fulgentem et lumina lapillorum nudi et miseri ad inferna torquendi descendunt. Reges a recte agendo vocati sunt, ideoque recte agendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Gregorius in moralibus: Nam [3] et viros sanctos proinde reges vocari in sacris eloquiis, eo quod recte agant sensusque proprios bene regant et motus resistentes sibi rationabili discretione componant. Recte igitur illi reges vocantur, qui tam semetipsos quam subiectos bene regendo pacificare noverunt. Quidam [4] ipsum nomen regiminis ad inmanitatem transvertunt crudelitatis, dumque ad culmen potestatis venerint, in apostasiam confestim labuntur; tantoque se tumore cordis extollunt, ut cunctos subditos in sui comparatione dispiciant eosque, quibus praeesse contigit, non agnoscant. Et paulo post: Dum [5] mundi reges sublimiores se ceteris sentiunt, mortales tamen se esse agnoscant nec regni gloriam, qua in saeculo sublimantur, aspiciant, sed opus, quod secum deportent, intendant. Item non post multa: Reges [6], quando boni sunt, muneris esse Dei; quando vero mali, sceleris esse populi. Secundum meritum enim plebium disponitur vita rectorum, testante Iob.: *Qui regnare facit hipocritam propter peccata populi.* (Iob 34, 30.) Irascente enim Deo talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro peccato merentur. Nonnumquam pro malitia plebis etiam reges mutantur et qui ante videbantur esse boni accepto regno fiunt iniqui. His ita praemissis studendum est regi, ut non solum in se, verum etiam in sibi subiectis regis nomen adimpleat provideatque ut populus sibi subiectus pietate, pace, caritate, iustitia et misericordia atque concordia et unanimitate ceterisque bonis exuberet operibus, ut haec habentes Dominum secum habere mereantur; sciatque certissime, quod non solum de se, verum etiam de ipsis Dominus ab eo fructum bone operationis exacturus est.

(56). Cap. II. Quid sit proprie ministerium regis. Regale [7] ministerium specialiter est populum Dei gubernare et regere cum equitate et iustitia et, ut pacem et concordiam habeant, studere. Ipse enim debet primo defensor esse ecclesiarum et servorum Dei, viduarum, orfanorum ceterorumque pauperum necnon et omnium indigentium. Ipsius enim terror et studium huiuscemodi, in quantum possibile est, esse debet primo, ut nulla iniustitia fiat; deinde, si evenerit, ut nullo modo eam subsistere permittat nec spem delitiscendi sive audaciam male agendi cuiquam relin-

I. 7 quamcumque *V. P.* 8 regni] genti *P.* 9 praeponens] proponens *P.* 10 tumuit] timuit *V.* dicit *V.* 24 muneris] numeris *V.* 25 fecit *V.* 27 peccato] populo *P.* 32 ętiam *V.* II. 34 propriae *V.* 36 studere] statuere *P.* 40 dilitiscendi *P.*

1) *Isidorus, Sentent. III c. 49 § 1; Opp. VI, 340.* 2) *Ibid. III c. 48 § 6. 7; l. l. VI, 338.* 3) *Isidorus (non Gregorius M.), Sentent. III c. 48 § 7; l. l. VI, 339.* 4) *Ibid. III c. 48 § 8; l. l.* 5) *Ibid. III c. 48 § 9; l. l.* 6) *Ibid. III c. 48 § 11; l. l. VI, 340.* 7) *Cf. relatio episcoporum c. 56; l. l. II, 47 sq. Ionas Aurel., De institutione regia c. 4. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III cc. 3. 4 (43. 44); infra p. 716.*

quat, sed sciant omnes, quoniam, si ad ipsius notitiam pervenerit quippiam mali, quod admiserint, nequaquam incorrectum aut inultum remanebit, sed iuxta facti qualitatem erit et modus iustae correptionis. Quapropter in throno regiminis positus est ad iudicia recta peragenda, ut ipse per se provideat et perquirat, ne in iudicio aliquis a veritate et aequitate declinet. Scire etiam debet, quod causa, quam iuxta ministerium sibi commissum administrat, non hominum, sed Dei causa existit, cui pro ministerio, quod suscepit, in examinis tremendi die rationem redditurus est. Et ideo oportet, ut ipse, qui iudex est iudicum, causam pauperum ad se ingredi faciat et diligenter inquirat, ne forte illi, qui ab eo constituti sunt et vicem eius agere debent in populo, iniuste aut neglegenter pauperes oppressiones pati permittant[1]. De ministerio autem
Iob 29, 25. regis ita Iob loquitur: *Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen*
Ib. 29, 11—17. *merentium consolator. Auris audiens beatificabat me et oculus videns testimonium reddebat mihi, quod liberassem pauperem vociferantem et pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat; et cor vidue consolatus sum. Iustitia indutus sum et vestivi me sicut vestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui caeco et pes claudo. Pater eram pauperum et causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Con-*
Prov. 20, 8. *terebam molas iniqui et de dentibus illius auferebam predam.* Salomon: *Rex, qui sedet*
Ib. 20, 26. *in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Item: *Dissipat impios rex sapiens*
Eccli. 10, 1. *et curvat super eos fornicem.* Item: *Iudex sapiens vindicabit populum suum; et princi-*
Prov. 29, 4. *patus sensati stabilis est.* Item: *Rex iustus erigit terram, et vir avarus destruit eam.*
Sap. 1, 1. In libro Sapientiae: *Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite de Domino in*
Ib. 6, 2—9. *bonitate et in simplicitate cordis querite illum.* Item ibi: *Audite ergo reges et intelligite; discite iudices finium terrae. Praebete aures vos, qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est a Domino potestas vobis et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur, quoniam, cum essetis ministri eius, non recte iudicastis neque custodistis legem iustitiae neque secundum Dei voluntatem ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes enim potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus nec reverebitur cuiusquam magnitudinem, quoniam pusillum et magnum ipse fecit et aequaliter pro omnibus cura est illi. Fortioribus autem fortior instat crutiatio.* Isidorus: Principes[2] saeculi nonnumquam intra ecclesiam potestatis adeptae culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut, quod non praevalet sacerdos efficere per doctrinae sermonem, potestas hoc imperet per disciplinae terrorem. Sepe per regnum terrenum caeleste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam ecclesiae agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiae utilitas exercere non praevalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat et, ut venerationem mereatur, virtutem potestas inperciat. Cognoscant principes saeculi Deo debere se reddere rationem propter ecclesiam, quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina ecclesiae per fideles principes sive solvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam credidit. Sunt et alia utriusque testamenti oracula copiosa, quibus affatim adstruitur, quod rex ministerium sibi commissum secundum voluntatem Dei exercere et adimplere debet, que hic ob prolixitatem vitandam praetermittuntur.

II. 5 iuxta] iusta *P.* 12 beatificat *P.* 15 vestivit *V. P.* 20 sensatus *V. P.* 22 et simplicitate *V.* 26 secundum *hic et infra V.* 32 adeptae] adoptae *P.* 33 aecclesiam *V.* 38 mereantur *P.* 39 suscipiant *V.*

1) *Cf. supra p. 595 c. 8, p. 601 l. 2 sqq. cum ann. 1.* 2) *Isidorus, Sentent. III c. 5 § 4—6; Opp. VI, 344.*

(57). Cap. III. **De periculo regis et quod bene agentes remunerare, male vero agentes sua auctoritate conprimere causamque pauperum ad se ingredi debeat facere.** Ad[1] peccatum regis pertinet, quando iudicibus ministrisque iniquis ministerium suum adimplendum committit; neque enim ministerium suum per alios tantum administrare et se ab eo debet alienare. Non ergo dicimus, ut solus iurgia et quaerimonias populi audiat et investiget et definiat, quoniam nequaquam ad haec solus sufficere potest, sed magis, ut tales sub se timentes Deum et avaritiam odientes constituat, per quos regem regum non offendat. Quales autem constituendi sint, liber Deuteronomii manifestat, in quo legitur: *Iudices* Deuter. 16, 18. 19. *et magistros constitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio nec in aliquam partem declinent.* Item ibi: *Dixique vobis in illo tempore: Non possum solus sustinere vos, quoniam* ib. 1, 9–13. *dominus Deus vester multiplicavit vos, et estis hodie sicut stelle caeli plurime. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa milia et faciat vobis, sicut locutus est. Non valeo solus sustinere vestra negotia et pondus et iurgia. Date e vobis viros sapientes et gnaros et quorum conversatio sit probata in tribubus vestris.* Iob: *Quando* Iob 29, 7–9. *procedebam ad portam civitatis et in platea parabant cathedram mihi? Videbant me iuvenes et abscondebantur, et senes adsurgentes stabant. Principes cessabant loqui et digitum superponebant ori suo.* Cum quibus etiam rex pondus regiminis sui partiri debeat, liber Exodi demonstrat, in quo legitur: *Provide autem de omni populo viros* Exod. 18, 21–26. *potentes et timentes Deum, in quibus sit veritas et qui oderint avaritiam; et constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit referent ad te et ipsi minora tantummodo iudicent; leviusque tibi sit partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini et praecepta eius poteris sustentare; et omnis hic populus revertetur cum pace ad loca sua. Quibus auditis Moyses fecit omnia, quae Iethro illi suggesserat. Et electis viris strenuis de cuncto Israhel constituit eos principes populi, tribunos et centuriones et quinquagenarios et decanos, qui iudicabant plebem omni tempore; quicquid autem gravius erat referebant ad eum.* Quod vero rex causam pauperum ad se ingredi facere et diligenter debeat inquirere, dat intelligi illud, quod legimus, antiquitus iudices idcirco in porta ad iudicandum sedisse, ut nullus accedendi difficultatem aut quispiam civium cf. Deuter. 21, 19. vim aut calumniam necesse haberet sustinere. Ideo et Hierusalem civitas iustitiae cf. Is. 1, 26. Zach. 8, 3. vocata est, quamdiu in ea iusta exercebantur iudicia, quia non permittebatur in ea a rectoribus iniquitas permanere. Quod vero rex bonos sublimare et malos debeat conprimere, apostolus Petrus docet dicens: *Subditi estote omni humanae creaturae* 1. Petr. 2, 13. 14. *propter Deum, sive regi quasi praecellenti sive ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Quae verba ita Beda exponit: Non[2] quod omnes, qui a regibus mittuntur duces, vel male facientes punire vel bonos laudare noverint; sed, que esse debeat actio boni ducis, simpliciter narrat, hoc est, ut male facientes coherceat et bene agentes remuneret. Hinc in historia gentili refertur moris fuisse Romanis parcere subiectis et debellare superbos[3]. Quod, quando pravi iudices populo Dei praeferuntur, ad delictum illius pertineat, a quo constituuntur, dicta Isidori mani-

III. 13 hodię *V.* 14 ad hunc] adhuc *P.* 23 minore *V.* 24 praeceptum *V.* 26 illi suggesserat] illę sugesserat *V,* illi gesserat *P.* 27 quinquagenarios] quiquadenarios *V.* 32 calumpniam *P.* 35 humanae *deest P.*

1) *Cf. Ionas Aurel., De institutione regia c. 5.* 2) *Beda, Expositio in I. epistolam Petri c. 2; Migne, Patrol. lat. XCIII, 52.* 3) *Cf. Virgilius, Aeneis VI v. 853.*

festant, quibus ait: Ad[1] delictum pertinet principum, qui pravos iudices contra voluntatem Dei populis fidelibus praeferunt. Nam sicut populi delictum est, quando principes mali sunt, sic principis est peccatum, quando iudices iniqui existunt. Bonus iudex, sicut nocere civibus nescit, ita prodesse omnibus novit. Aliis enim prestat censuram iustitiae, alios bonitate iudicii sine personarum acceptione suscipit. Non infirmat iustitiam avaritiae flamma nec studet auferre alteri quod cupiat sibi. Boni iudices iustitiam ad solam obtinendam salutem aeternam suscipiunt nec eam muneribus acceptis distribuunt, ut, dum de iusto iudicio temporalia lucra non appetunt, praemio aeterno ditentur. His, que praemissa sunt, declaratur, quod hi, qui post regem populum Dei regere debent, id est duces et comites, necesse est ut tales ad constituendum provideantur, qui sine periculo eius, a quo constituuntur, constitui possint, scientes se ad hoc positos esse, ut plebem Christi sibi natura aequalem recognoscant eamque clementer salvent et iuste regant, non ut dominentur et affligant neque ut populum Dei suum estiment aut ad suam gloriam sibi illum subiciant, quod non pertinet ad iustitiam, sed potius ad tyrannidem et iniquam potestatem. Valde enim exigit necessitas, ut, quia ipse procul dubio rex aequissimo iudici de commisso sibi ministerio rationem redditurus est, etiam singuli, qui sub eo constituti sunt ministri, diligentissime ab eo inquirantur, ne ipse pro eis iudicium incurrat divinum. Ipsis etiam ministris denuntiandum est, quod quicquid iudicaverint in eos redundabit iuxta
2. Paral. 19, 4—7. illud, quod in libro Paralipomenon legitur: *Habitavit ergo Iosaphat in Herusalem reversusque egressus est ad populum de Bersabeae usque ad montem Ephraim et revocavit eos ad dominum Deum patrum suorum. Constituitque iudices terrae in cunctis civitatibus Iuda munitis per singula loca et praecipiens iudicibus: Videte, ait, quid facitis; non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, et quodcumque iudicaveritis in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum et cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud dominum Deum nostrum iniquitas nec personarum acceptio nec cupido munerum.* Haec et his similia, quae praelibata sunt, rex eiusque ministri non desidiose, sed diligenter debent perpendere et studium de ministerio sibi commisso tale adhibere. ut non pro eo aeternaliter dampnari, sed potius in Domino mereantur feliciter remunerari.

(58). Cap. IIII. Quod aequitas iudicii stabilimentum regni et iniustitia sit eius eversio. Quod[2] per iustitiam stet regnum, Salomon in
Prov. 14, 34. proverbiis adstruit ita inquiens: *Iustitia elevat gentem et miseros facit populos peccatum.*
ib. 20, 28. Item: *Misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur iustitia thronus eius.* Item:
ib. 21, 3. *Facere misericordiam et iudicium magis placet Deo quam victimae.* Et infra: *Rapinae*
ib. 21, 7. ib. 21, 21. *impiorum detrahent eos, qui noluerunt facere iudicium.* Item ibi: *Qui sequitur iustitiam et misericordiam inveniet vitam et iustitiam et gloriam.* Quod vero per iniustitiam
Is. 14, 20. 21. cadat, Isaias demonstrat: *Tu enim,* inquit, *terram disperdidisti, tu populum occidisti; non vocabitur in aeternum semen pessimorum. Praeparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum; non consurgent nec hereditabunt terram neque implebunt faciem orbis*
Amos. 9, 8. *civitatum.* In Amos: *Ecce oculi Domini super regnum peccans; et conteram illud a*
Dan. 5, 18-21. *facie terrae, dicit Dominus.* Danihel loquitur ad Balthasar: *O rex, Deus altissimus regnum et magnificentiam et gloriam et honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo et*

III. 16 est] ut *add. V. P.* 19 Paralypomenon *P.* 27 ministerium *V.*
IIII. 31 iniustitia] iustitia *P.* 33 tronus *V.* 34 placent *V. P.* 35 detrahet *V. P.* 39 terram *deest V. P.* 42 Nabugodonosor *V.*

1) *Isidorus, Sententiae III c. 52 § 1—3; Opp. VI, 345.* 2) *Cf. Ionas Aurel., De institutione regia c. 6.*

propter magnificentiam, quam dederat ei, universi populi, tribus et lingue tremebant et metuebant eum; quos volebat interficiebat et quos volebat percuciebat. Quos volebat exaltabat et quos volebat humiliabat. Quando autem elevatum est cor eius et spiritus illius obfirmatus est in superbiam, depositus est de solio regni sui et gloria eius ablata est et a filiis hominum eiectus est; sed et cor eius cum bestiis positum est. In libro sapientiae: *Sedes ducum superborum detraxit Deus et sedere fecit mites pro eis.* Item: Eccli. 10, 17. *Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias et iniurias et contumelias et* Ib. 10, 8. *diversos dolos.* Quibus verbis liquido claret, quod pietas, iustitia et misericordia stabiliant regnum et lesiones viduarum et pupillorum calumniaeque miserorum violentaque iudicia et perversio iustitie evidenter illud evertant; unde et multorum regnorum conlapsio, quia pietatis, iustitiae et misericordie non habuerunt stabilimentum, his, quae praemissa sunt, patenter fidem adtribuit.

(59). Cap. V. Quod regnum non ab hominibus, sed a Deo, in cuius manu omnia regna consistunt, detur. Nemo[1] regum a progenitoribus regnum sibi administrari, sed a Deo veraciter atque humiliter credere debet dari, qui dicit: *Meum est consilium et aequitas, mea est prudentia, mea est forti-* Prov. 8, 14. 15. *tudo. Per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt; per me principes imperant et potentes iustitiam decernunt.* Quod autem non ab hominibus, sed a Deo regnum terrenum tribuatur, Danihel propheta testatur dicens: *In sententia vigilum de-* Dan. 4, 14. *cretum est et sermo sanctorum et petitio, donec cognoscant viventes, quod dominetur excelsus in regno hominum et cuicumque voluerit dabit illud et humillimum hominem constituet super illud.* Item idem loquens de Nabuchodonosor ad Balthasar: *Donec* Ib. 5, 21. *cognosceret,* inquit, *quod potestatem haberet altissimus in regno hominum et quemcumque voluerit suscitabit super illud.* Et per Hieremiam: *Haec dicit Dominus exercituum* Ierem. 27, 4. 5. *Deus Israhel: Haec dicetis ad dominos vestros: Ego feci terram et hominem et iumenta, quae sunt super faciem terrae, in fortitudine mea magna et in brachio meo extento; et dedi eam ei, qui placuit in oculis meis.* Hi vero, qui a progenitoribus sibi succedere regnum terrenum et non potius a Deo dari putant, illis aptantur, quos Dominus per prophetam inprobat dicens: *Ipsi regnaverunt et non ex me; principes extiterunt, et non* Oseae 8, 4. *cognovi.* Ignorare quippe Dei procul dubio reprobare est. Quapropter quisquis ceteris mortalibus temporaliter imperat non ab hominibus, sed a Deo sibi regnum commissum credat. Multi namque munere divino, multi etiam Dei permissu regnant. Qui pie et iuste et misericorditer regnant sine dubio per Deum regnant; qui vero secus, non eius munere, sed permissu tantum regnant. De talibus Dominus per prophetam: *Dabo* Ib. 13, 11. *tibi,* inquit, *regem in furore meo.* Et Iob: *Qui regnare facit hypocritam propter peccata* Iob 34, 30. *populi.* Ut enim Isidorus exponit, irascente[2] Deo talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro peccato merentur. Constat ergo, quia non astu, non voto neque brachio fortitudinis humanae, sed virtute, immo occulto iudicio dispensationis divine regnum confertur terrenum. Et idcirco cuicumque ab eo committitur, ita illud secundum eius voluntatem disponere et gubernare procuret, quatenus cum eo, a quo illud suscepit, feliciter in perpetuum regnare valeat; quoniam nihil prodest cuipiam terreno regno principari, si, quod absit, contigerit eum aeterno extorrem fieri.

IIII. 2 metuębant V. 9 calumpniaeque V. 11 piętatis V.
V. 35 regem] regnum *P.* 38 regnum confertur] refertur *P.*

1) *Cf. Ionas Aurel., De institutione regia c. 7.* 2) *Isidorus, Sentent. III c. 48 § 11; Opp. VI, 340. V. supra p. 651 l. 26 sq.*

(60). Cap. VI. Quod ubi caritas non est, nulla bona inesse possint. Magnum[1] in utroque ordine, clericali videlicet et laicali, periculum esse cognoscimus, [cf. 1. Ioh. 4, 16.] quod caritas, quae Deus est ac decus christianitatis et in qua summa totius fidei nostrae consistit, in multis utriusque ordinis, quod non sine magno animi dolore dicimus, non regnare convincitur. Que virtus caritatis sit, et evangelica et apostolica lectio et sanctorum patrum expositiones plenissime docent. Expressissime namque [1. Ioh. 4, 16.] apostolus Iohannes ait, quod *Deus caritas est; et qui manet in caritate in Deo manet et Deus in eo.* Perpendat quisque, si in caritate manet, Deum manere in se, si caritatem non habet, non Deum, sed hostem anime suae habitare in se; cum caritate quippe cuncta bona, sine caritate vero nulla haberi possunt; neque etenim digne angelicum hymnum[2] caritate carens Domino decantare valet. Sed quaeritur quare? Adtendatur qua re. Quia non est bonae voluntatis. Definitio quippe caritatis est, ut doctores[3] nostri tradunt, bona voluntas. Ergo quicumque bonam voluntatem non habet [cf. Ephes. 2, 14.] caritatem non habere comprobatur et ideo pacem, quae Christus est, quia bonae volun- [Luc. 2, 14.] tatis non est, habere non meretur. *Gloria,* inquid multitudo caelestis exercitus, *in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis.* Miserabiliter plane decipiuntur plerique, qui sine caritate aut Deo in hac mortalitate placere aut ad eum sine illa se putant pervenire. Verum si in nobis caritas non est, sed odium et invidia et avaritia et discordia et simulatio et luxuria et cetera mala regnant, quae omnia a christianitatis proposito abhorrent, mirum non est, si animadversiones divine nos interius exteriusque diversissimis modis feriant et impetum inimicorum adversum nos commoveant. Quapropter si pacis tempora quiete et tranquille ducere volumus, pacis et caritatis amatorem diligamus et timeamus eiusque preceptis humiliter colla submittamus. Hi autem, qui palatinis honoribus fulciuntur, clerici sint sive laici, dignum est ut vinculo caritatis conectantur, ne alterutrius iniuriam aut dehonorationem contra fas meditentur, ne desides et dolosi ad invicem existant, ne forte qui dolosi sunt in- [Ps. 27, 3. 4.] cidant in illud psalmistae dicentis: *Qui locuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis, Domine, secundum opera eorum et secundum nequitiam adinventionum ipsorum* et cetera. Qui vero desides existunt patenter ab unanimitate, [cf. Rom. 15, 6. Phil. 2, 2.] quam in Christo Paulus habitare docet, scinduntur; caveantque hypocrisin Iudae proditoris Domini. Sunt et alia huic rei convenientia, quae dinumerare longum est. Certe cum dignitatis palatinae huiusmodi homines honoribus suffulti morsibus invidiae se vicissim lacerant et in proximi ruinam et dehonorationem aestuant et Deo, cuius muneribus utuntur, in proximi adversitatibus iniuriam inferunt, et regi, cui familiariter inherent et adiutores secundum Deum esse debuerunt, debitam fidem non servant et honorem palatinum, malum exemplum aliis dantes, conmaculant et, quod his indecentius est, ad inimicos nominis Christi magnum tripudium transmittunt.

(61). Cap. VII. Quod multi professionem Christianam verbis tantum teneant, sed operibus neglegant. Si[4] mundanarum legum iura ob iurgiorum forensium negotia dirimenda a mortalibus aedita homines avidissime discere et in-

VI. 5 ewangelica *V.* 11 Sed quaeritur] Sequitur *V.* 16 planę *V.* 17 eum *deest V.* 23 eiusquę *V.* 25 alterutrius] utrius *P.* 26 qui *deest P.* 29 adinventionem *V.* 30 habitare] habere *V. P.* 33 muneribus] honoribus *P.* 34 inherent] inaerent *V.*

1) *Cf. Ionas Aurel., De institutione regia c. 9.* 2) *De hymno angelico cf. Walafridus Strabo, De exordiis et incrementis rer. eccl. c. 23; MG. Capit. II, 497 sq.* 3) *Ad quos remissum sit, non inveni.* 4) *Initium capitis fluxit ex Ionae Aurelianensis libro de institutione laicali I c. 20 princ. (de tempore libri v. Amelung, l. l. p. 46 sqq.); totum caput transiit in eiusdem institutionem regiam c. 11.*

telligere acutissime satagunt, ut his bene notis, quid verum, quid falsum, quid iustum quidve iniustum sit, in hac terra morientium liquido discernere queant, quanto magis iura caelestia a summo opifice Deo, omnium creatore, hominibus promulgata salubriterque conlata, quibus cavendum malum faciendumque bonum perdocetur, quae etiam sectatores suos ad terram provehunt viventium, cunctis fidelibus discere et intelligere intentioni esse debet. Lex itaque Christi non specialiter clericis, sed generaliter cunctis fidelibus est a Domino adtributa, licet in evangelio quedam sint praecepta specialia[1], quae solummodo contemptoribus mundi et apostolorum sectatoribus conveniant, cetera tamen cunctis fidelibus, unicuique scilicet in ordine, quo se Deo servire devovit, indissimulanter observanda censentur. Quod[2] vero fides sola neminem ad regnum provehat celorum, iam in superioribus capitulis[3] demonstratum est. Verum professio Christiana a multis et in multis propter delectationes carnales et propter diversissimas huius saeculi vanitates et perversissimas consuetudines miserabiliter neglegitur; quibus quanto plus inaniter inserviunt, tanto minus operibus Christianae professionis vacant. Quodsi[4] acta apostolorum relegamus et devotionem Christianae plebis, cf. Act. 4, 32 sqq. quae sub eisdem apostolis floruit, subtiliter animadvertimus, multum nostri saeculi Christiani populi devotionem ab illorum distare repperiemus; et quanto illi ardentius ac devotius eam sunt sectati, tanto nonnulli ab eius operibus torpentius sunt digressi. Proinde sicut tunc initio nascentis ecclesie eadem fides operibus floruit, ita nunc eisdem neglectis apud quosdam marcescit. Ut enim verbis beati Augustini scribentis in libro sermonum utamur, Christus[5] in nobis idem est, qui et in illis; sed non idem animus in nobis, qui fuit in illis; eadem fides in nobis, sed non eadem devotio. In illis enim maior erat fraternitas Christi quam sanguinis; in illis sicut una fides, ita erat et una substantia, ut, quibus erat communis Christus, communis esset et sumptus. Nefas enim putabant eum sibi participem non adsciscere in substantia, qui particeps esset in gratia. Non ergo verebantur, ne esurirent, sed potius timebant, ne alius esuriret. Nunc[6] autem, ut idem beatus Augustinus ait, ita alter de alterius inopia non cogitat, ut illud sit, quod dicit apostolus: *Alius quidem esurit, alius aebrius est.* Et paulo post: Nunc[7] 1. Cor. 11, 21. est, inquit, illud tempus, quod Dominus in evangelio ait: *Abundabit iniquitas, refrigescet caritas* Matth. 24, 12. *multorum.* Modo enim abundat avaritia et iniquitas, quae ante bonitatis largitate cessabat, et refrigescit fraternitatis caritas, quae prius Christi amore fervebat. Tunc enim sub apostolis tanta fraternitatis dilectio fuit, ut in conventu suo nulla inveniretur indigentia; tanta autem modo christianitatis dissimulatio est, ut in coetu nostro vix invenias locupletem. Locupletem autem vix inveniri dico, non facultatibus, sed operibus. Ait autem apostolus: *Divites sint in* 1. Tim. 6, 18. *operibus bonis.* Locupletem enim in ecclesia intelligi voluit, qui dives in Christo est. Et idem post pauca: Raro[8] igitur in hoc tempore in Christiano populo invenimus locupletem. Et si plerique in domibus auro sunt divites, in ecclesia tamen sunt mendici. Dum enim circa pauperes

VII. 3 salubriterquȩ *V.* 12 consuȩtudines *V.* 13 Christianae] plebis *add. V.* 19 Agustini *P.* 23 adsciscire *V.* participes essent *P.* 24 aesurirent *V.* 25 Agustinus *P.* 28 bonitatis largitate] bonitate largitatis *P.* 33 Locuplete *P.* enim] autem *P.* 35 medici *V.*

1) *Cf. supra p. 394 sqq. c. 114.* 2) *Verba* Quod — demonstratum est *(l. 10), quae ad novum argumentum capitis ducunt, scripta sunt secundum verba:* Quod ergo neminem sola fides Christi sine operibus ad regnum provehat aeternum, in subsequenti demonstrabitur capitulo, *quae exhibet Ionae Aurel. liber de institutione laicali I c. 19. Hoc in tractatu apta videntur esse, in capite concilii Parisiensis cum proposito minus congruunt; cf. Amelung, l. l. p. 47 sq. V. etiam infra c. 10 huius libri; p. 661 sqq.* 3) *Cf. supra lib. I c. 1; p. 609 sq.* 4) *Sequentia deprompta sunt ex Iona Aurel., De institutione laicali I c. 20.* 5) *Verba* Christus — esuriret *(l. 24) deprompta sunt ex Ps.-Augustino, Sermo 100 § 1; Opp. Augustini V, 2, 178.* 6) *Verba* Nunc autem ita — aebrius est *(l. 26) leguntur ibid. § 2; l. l.* 7) *Verba* Nunc est illud — Christo est *(l. 33) ibidem inveniuntur.* 8) *Verba* Raro — largiris *(p. 658 l. 4) ibidem leguntur.*

non pro eo, quod praevalent, operantur, nec hoc est gratum, quod offerunt, nec illud est Genes. 4, 7. satiabile, quod reservant. Dixit autem Dominus ad Cain, cum offerret munera: *Si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti, quiesce.* Sic tu, Christiane, non recte dividis, qui de tanto auro tuo maiorem partem mammone servas quam Deo largiris. In[1] primordio igitur sanctae Dei cf. Act. 2, 42 sqq. ecclesiae circa credentes ardor fidei ita vigebat, ut perseverarent in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus et haberent omnia communia et sumerent cibum cum exultatione et simplicitate cordis, conlaudantes Deum; nunc autem devotio christianitatis apud plerosque longe aliter se habet, quoniam a quibusdam doctrinae apostolorum praeponitur amor terrenorum negotiorum, communicationi fractionis panis tenacitas, frigor caritatis et cupiditas ambiendae rei alienae potius quam propriae largiende, orationibus delectatio carnalis, curiositas rerum, sollicitudo mundi et multimoda mentis in diversa vagatio. Quae autem illis erant communia nunc quibusdam ita sunt propria, ut perraro in alterius ex his quicquam retorqueatur usum. Illi sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis, conlaudantes Deum; nunc autem vix a quibusdam sumitur cibus sine detractione, sine simulatione, sine insultatione, sine histrionum saltatione et obscena iocatione et turpiloquiis et scurrilitatibus et ceteris innumeris vanitatibus, quae animum Christianum a vigore sui status emolliunt. Illi in simplicitate cordis, Sap. 1, 1. isti autem e contrario subdolo et duplici animo, cum scriptura dicat: *Sentite de Domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum,* illi sumentes cibum Deum conlaudabant, isti diversorum ciborum genera ad suum libitum exigentes erga lautissimos sibi cibos praeparatos artem conlaudant coquorum. Est[2] et aliud in Christiana religione magna admiratione dignum, eo quod leges humanae, quae plerumque peccare volentibus terrorem potius quam Christi praecepta incuciunt, maiorem vim quam divine habere videantur, cum utique illae sibi parentes a temporali, hae quoque ab aeterna liberent poena. Cum enim quispiam, regiae aut imperialis dignitatis apicem tenens ceterisque mortalibus temporaliter imperans, aliquod aedictum proponit, quod a sibi subditis et audiri diligenter et impleri fideliter sagaciterque velit, quis rogo subditorum non inhianter id audit illiusque iussionibus obtemperare satagit? Quis vero in tantam audaciam prorumpere audet, qui id nisi ad sui discrimen contempnere praesumat? Unde satis mirari non potest: quur homines tanta caecitate perculsi existunt, ut creatoris sui legem temerario ausu postponant? Homines[3] condunt leges et a subditis custodiuntur; Deus, creator omnium aeternaliter imperans, qui nostro augmento non crescit nec nostro detri- cf. Ierem. 18, 6. mento decrescit, in cuius manu ita sumus sicut lutum in manu figuli, dedit legem ob salutem animarum capescendam et audiri contempnitur et, si aure cordis auditur, aure cordis non percipitur et, si aure cordis percipitur, opere non adimpletur. Quid autem excusationis Christiani Domino adferre poterunt, qui mundanae legis censuram ob mundialem maetum suscipiunt et iugo cf. Matth. 11, 30. Christi, quod suave et lene est et ad vitam ducit aeternam, colla submittere rennuunt? Do- Ib. 11, 28. minus dicit: *Venite ad me qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos,* et idem alibi: Ib. 11, 29. 30. *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est et onus meum leve est.* Et venire ad talem tantumque vocantem et ab eo humilitatem et mansuetudinem discere eiusque iugum suscipere recusatur? Hoc qui faciunt quid aliud faciunt, nisi a salute propria deficiunt? Quod quam miserabile et exitiabile sit, explicari non potest. Perspicue[4] hinc sane animadverti potest, quod professio Christiana modernis

VII. 9 communicatione fractioni *P.* tenacites *P.* 10 ambiendo *V.* alienae] quam *add. P.* 11 multimoda mentis] multitudo damentis *P.* 15 cetera *P.* 19 ciborum] cibum *P.* 24 ceteris *V.* proponit] praeponit *P.* 25 fideliter] feliciter *P.* 30 aucmento *V.* 34 maetum] *ita V. P, intellige:* metum. 38 honus] onus *P.* 41 hinc *deest V.*

1) *Sequentia deprompta sunt ex Iona Aurel., De institutione laicali I c. 20.* 2) *Ibidem.* 3) *Ibidem.* 4) *Ibidem.*

temporibus a plerisque non sic devote ac religiose colitur, sicut a priscis colebatur Christianis. Hanc itaque fidei regulam, de qua superius breviter et in memoratis actis apostolorum plenissime dictum est, apostoli, immo per apostolos Christus tenendam fidelibus censuit. Si igitur hanc Christus docuit, immo quia docuit, ut quid tot tantisque perversis consuetudinibus ad votum quorundam repertis contempnitur? Quae quamvis Deo annuente veraciter percipiatur, operibus tamen a nonnullis diversis neglegitur modis. Et hoc idcirco accidisse conicimus, quia inrepsit inter quosdam nimium deflenda consuetudo, qui utique legibus divinis, quibus se per fidem subdiderunt, non ut oportet animadversis, quod libet et licitum non est, sed et id, quod licet, non [cf. 1. Cor. 6, 12.] tamen expedit, legem sibi faciunt et secundum id, quod libitum fuerit, vivere se posse inculpabiliter credunt. His ita praemissis necesse est, ut unusquisque fidelis penetralia cordis sui rimetur et, si fidem Christi, quam percepit, operibus non exornat, pacti, quod cum Deo in baptismate fecit[1], se praevaricatorem esse cognoscat. Dum ergo tempus habet, Christi adiuvante gratia viam salutis non verbis tantum, sed operibus repetat. Non ergo mirum est, si mucro divinus crassetur, ubi fides Christi non veraciter, sed simulanter tenetur. Semper enim dicimus nos Deum velle quaerere et de praeteritis admissis ab eo veniam postulare et mentimur, quia quod dicimus adimplere differimus; cotidie etiam dicimus viam Dei, a qua peccando exorbitavimus, nos quaerere velle, per quam ad Deum revertamur — et Deus eam stravit in conspectu oculorum nostrorum — et per eam ingredi contempnimus. Quis ratione utens ignorat nos debere semper potiora eligere et viliora contempnere? Diversis quippe divine ultionis cladibus merito nostrae iniquitatis adterimur et ad eum, a quo percutimur, reverti contempnimus, adimplentes illud propheticum: *Et populus non est reversus ad percu-* [Is. 9, 13.] *tientem se et Dominum exercituum non exquisierunt.* Verendum porro satis est, ne nobis toties a Domino per legales et propheticas atque evangelicas et apostolicas denuntiationes sive comminationes admonitis et flagellatis et ad Deum veraciter redire contempnentibus illud tandem proveniat, quod Israhelitico populo, prophetis Domini insultanti et ad Deum reverti contempnenti, provenit, quorum iniquitates Dominus diu patienter pertulit et ad extremum his propitiari nolens eos in Assiriorum captivitatem migrare permisit. Assirii namque demones significant et interpraetantur captivitates. [cf. ib. 20, 4(?).] Unde satis vigilanter providendum est, ne sicut illi corporaliter ita nos, quod absit, spiritaliter in eorum deveniamus captivitatem.

(62). Cap. VIII. Quod potestati regali, quae nonnisi a Deo ordinata est, humiliter atque fideliter cuncti parere debeant subiecti. Constat[2] potestatem regalem omnibus sibi subiectis secundum aequitatis ordinem consultum ferre debere; et idcirco oportet, ut omnes subiecti fideliter et utiliter atque oboedienter eidem pareant potestati, quoniam *qui potestati a Deo ordinate* [Rom. 13, 1. 2.] *resistit Dei utique ordinationi,* iuxta apostoli documentum, *resistit.* Sicut enim subiecti a rege sibi volunt pie et iuste opitulari, ita specialiter ei primum ad salutem animae suae procurandam, deinde generaliter ad honestatem et utilitatem regni secundum Dei voluntatem disponendam atque administrandam indissimulanter atque inretractabiliter solatium oportunum debent exhibere. Quod cum faciunt, et divinum praeceptum adimplere et fidem regi debitam evidenter probantur conservare. Huiuscemodi ergo obsequium a subiectis regiae potestati inpendi debere et legalia praecepta aperte

VII. 4 consuętudinibus *V.* 9 se *deest P.* 17 Dei] Domini *P.* 25 denuntiationis *V.* 29 Assyrii *P.*
VIII. 42 Huiscemodi *P.* 43 potestatis *V.*

1) *Cf. supra p. 615 sq. c. 9.* 2) *Cf. Ionas Aurel., De institutione regia c. 8.*

Matth. 22,21. testantur, et Dominus in evangelio admonet dicens: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari* 1. Petr. 2, 13. 14. *et quae sunt Dei Deo.* Petrus quoque ait: *Subiecti estote omni humanae creature propter* ib. 2,17. *Deum sive regi quasi praecellenti,* et non post multa: *Deum timete, regem honorificate.* Rom. 13,1. Paulus etiam apostolus in id ipsum concordans ait: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo; quae autem sunt a Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit* et cetera, quae de huiuscemodi potestate apostolicus sermo latius exsequitur. Idem etiam scribens ad Titum: Tit. 3,1. *Admone illos principibus et potestatibus subditos esse,* item ad Timotheum, quanti 1. Tim. 2, 1–3. pendat causam, immo salutem regis, demonstrat ita scribendo: *Obsecro,* inquit, *primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus, in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore* cf. Ierem. 29, 7. *nostro Deo* et cetera. Si enim Hieremias propheta Dei pro vita idolatre regis Nabuchodonosor orare admonet, quanto magis pro salute Christianorum regum ab omnibus ordinibus Deo est humiliter supplicandum. Qualiter igitur regiae potestati parendum qualiterque eius saluti consulendum est, breviter ex auctoritatibus divinis dictum sit. Quapropter necesse est, ut unusquisque fidelis tantae potestati ad salutem propriam et ad honorem regni secundum Dei voluntatem, utpote membrum capiti, opem congruam ferat plusque in illo generalem profectum et utilitatem atque honorem regni quam lucra quaerat mundi, quatenus his saluberrimis opitulationibus sibi vicissim suffragantes aeterno regno pariter mereantur perfrui felices.

(63). Cap. VIIII. De transgressoribus praeceptorum Dei. Mala[1], quibus Deus offenditur vel periclitatur regnum, si quis liquido vult cognoscere, divinam, id est legalem, propheticam et evangelicam atque apostolicam perspiciat auctoritatem. Ibi plene inveniet omnia mandata atque praecepta, quibus Dei adimpletur voluntas. Ibi etiam inveniet quae Deus fieri prohibuit, pro quibus ad omnem ordinem divinae comminationes multe sunt; et in quibusdam, qui audire contempserunt, ultio divina cf. Gen. c. 3. completa est. Primus quippe homo propter transgressionem divini precepti de paradiso eiectus et exilio dampnatus et morte multatus est, quod malum adhuc hodie genus cf. ib. c. 6. humanum quasi natura sibi insertum experitur. Inde facta est alia dampnatio generalis in diluvio, que, multiplicatis vitiis et diversis malis naturali lege corrupta, evenisse manifeste probatur. Quam sit etiam praesumptio gravis et periculosa, quae ex concf. ib. c. 11. temptu praeceptorum Dei nascitur, aedificatio turris et confusio linguarum prodit. Sodoma autem et Gomurra et finitimae civitates, quibus flagitiis deletae et quomodo cf. ib. 19,25. aeterna dampnatione in exemplum humani generis sint perdite, manifestum est: et cf. Thren. 4,6. tamen in comparatione earum Hierusalem duplum malum fecisse legitur, eo quod notitiam et praeceptum Dei habuerit et servare contempserit, secuta propriam voluncf. Ezech. 16, 49. tatem. Nam iniquitas Sodomitica, iuxta prophetam, fuit superbia, saturitas et habundantia et otium et quia egeno et pauperi manum non porrigebant, unde accessit oblivio cf. Exod. cc. 7–14. Dei, et operati sunt adhuc abominationes. Obduratio quoque Egyptiorum, qui nullis signis nec prodigiis, sed neque flagellis corrigi potuerunt, ad quem finem pervenerit,

VIII. 1 Cesaris Cesari *V.* 6 huiusmodi *P.* 7 latius] laicus *P.* 9 pendeat *V. P.* 13 prophęta *V.* Nabugodonosor *V.* 14 regum] regnum *P.* 15 suplicandum *V.* 19 utilitatem atque] utilitatemque *P.* 20 lucra] lacra *V.*
VIIII. 24 ewangelicam *V.* perspiciat] prospiciat *V.* 27 multe sunt *desunt P.* 33 confusio] concussio *P.* 34 flagitie *V.* 38 habundantia] abundantia *P.* 40 abbominationes *P.* Aegyptiorum *P.*

1) *Cf. Ionas Aurel., De institutione regia c. 10.*

notum est. Nam Dathan et Abiron atque Core cum sociis eorum, qui cum eis (cf. Numer. 16, 1 sqq.) perierunt, quam horribili terrae iatu propter contemptum et inoboedientiam contra Deum consumpti sunt, manifestum est. Quomodo etiam multitudo populi Dei perierit in de- (cf. ib. 14, 24. 26, 65; Iosue 5, 6. 14, 6 sqq.) serto propter concupiscentiam et contemptum et perversas consuetudines a Deo illis prohibitas, donec diversis cladibus consumerentur, ita ut nullus eorum ad terram pervenerit repromissionis praeter duos tantum oboedientes voci Domini, omnibus perspicuum est. Quoties autem acciderit populum corruisse vel regnum interisse propter unius peccatum vel inoboedientiam, sive praelati sive subiecti, longum est enumerare, sicuti contigit in Sahul, pro cuius inoboedientia regnum ab eo ablatum alterique datum (cf. 1. Reg. 15, 28.) legimus. Nam et filius eius Ionatas, in cuius fidei fortitudine victoria data est de (cf. ib. 14, 27 sqq.) adversariis, postea sanctificationis votum transgressus, licet ignarus, concupivit et victoriam totius populi perturbavit. Sed et Heli de ordine sacerdotali, quia filios suos (cf. ib. c. 4.) satis non correxit, decidit, immo filiis suis merito suae iniquitatis corruentibus corruit, sacerdotiumque de progenie eius ablatum est; quorum neglegentia et iniquitate populus in bello fugatus ac cesus est et gloria cum arca Dei de Israhel translata est, simul et locus sanctificationis eorum dissipatus est. Acham vero propter concupiscentiam inoboediens factus totum populum perturbavit. Pauca quippe de multis prosecuti (cf. Iosue c. 7.) sumus, ut diligenter animadvertatur, si tot divinis ultionibus totque periculis, tot etiam dampnationibus subiacuerunt contemptores mandatorum Dei, quorum infinitus est numerus, et non solum illi, qui praecepta susceperunt, verum etiam qui naturalem legem corruperunt, quanto putas reatui subiacebunt gratia Christi redempti et ab eodem Domino in viam iustitiae edocti et instructi, si praeceptis eius oboedire contempserint? Proinde necesse est, ut unusquisque in ordine suo pro viribus studeat, ut, quantum Deus annuerit, que iussit adimpleat et que vetuit caveat, ut non cum contemptoribus dampnari, sed potius cum exsecutoribus divinorum praeceptorum valeat remunerari, quoniam non est dubium, quin propter inoboedientiam et contemptum praeceptorum Dei regni periclitatio et animarum proveniat dampnatio.

(64). Cap. X. Quod[1] gravius puniantur qui fidem Christi perceperunt et in malis vitam finierunt quam illi, qui sine fide mortui sunt et tamen bona opera egerunt. Dici solet a nonnullis Christianis, quod hi, qui in Christo renati sunt, quamquam scelerate vivant et in malis operibus diem extremum claudant, diuturno atque purgatorio, non tamen perpetuo sint igne puniendi. Cum multi hoc adserant et nullus id verum esse ex divinis oraculis adstruere valeat, cavendum est, ut hoc non solum non credant, verum etiam nec ex ore proferant, ne forte hoc dicendo et se et alios quodammodo vana securitate deludant. Quod ergo neminem sola fides Christi sine operibus ad regnum provehat aeternum, in[2] praecedentibus iam dictum est. Quod autem in flagitiis viventes et haec nec paenitentiae lamentis nec elemosynarum largitionibus redimentes, sed in eis potius perseverantes diem obeunt, atrociora sint tormenta passuri quam illi, qui, licet lavacro Christi in ecclesia nequaquam sunt baptizati, bona tamen opera fecerunt, subter testimonia col-

VIIII. 1 Core] Chorae *P.* 2 iatu] habitu *P.* inobędientiam *V.* 4 consuętudines *V.* 6 obedientes *V.* 9 Saul *P.* inobedientia *V.* alteriquę *V.* 10 Ionathas *P.* 14 sacerdotiumquę *V.* progenię *V.* 15 ac cesus] accessus *V.* de *deest V.* 21 corrupuerunt *P.* 22 obędire *V.* 26 quin] qui in *V.*

X. 33 adstuere *V.* 34 ex *deest P.* 37 penitentiae *V.*

1) *Fluxit hoc caput ex Ionae Aurel. libro de institutione laicali I c. 19 et ex concilio Parisiensi transiit in Ionae institutionem regiam c. 12.* 2) *Cf. quae supra p. 657 ann. 2 et 3 protulimus.*

[2. Petr. 2, 21. 22.] lecta declarant. Ait itaque Petrus: *Melius enim illis fuerat non agnoscere viam veritatis quam post agnitionem veritatis retrorsum converti ab eo, quod traditum est illis sancto mandato. Contigit* [cf. Prov. 26, 11.] *enim illis illud veri proverbium: Canis reversus ad suum vomitum et sus lota in volutabro luti.* [Matth. 12, 43—45; cf. Luc. 11, 24—26.] Et[1] Dominus in evangelio: *Cum inmundus,* inquit, *spiritus exierit ab homine, vadit per loca arida, quaerit requiem et non invenit et tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi et, si veniens invenerit eam vacantem, mundatam et ornatam, vadit et adducit secum septem alios spiritus nequiores se et intrant in domum illam et habitant in ea et erunt novissima hominis illius peiora prioribus.* Origenes quoque in omelia de initio decalogi: Habitavit[2] enim in nobis inmundus spiritus, antequam crederemus, antequam veniremus ad Christum, cum adhuc fornicaretur anima nostra a Deo et esset cum amatoribus suis daemonibus; sed posteaquam dixit: Revertar ad virum meum priorem et venit ad Christum, qui eam ab initio ad imaginem suam creavit; necessario locum dedit adulter spiritus, ubi vadit ad legitimum virum. Suscepti ergo sumus a Christo, et mundata est domus nostra a peccatis prioribus et ornata est ornamentis sacramentorum fidelium, quae norunt qui initiati sunt. Item idem post pauca: Non[3] enim domus tantum, sed templum esse debet, in quo habitet Deus. Si ergo acceptam gratiam neglegat et implicet se negotiis saecularibus, continuo ille inmundus spiritus redit et vindicat sibi domum vacantem [Matth. 12, 45. Luc. 11, 26.] et, ne iterum possit expelli, alios secum septem spiritus adhibet nequiores, *et fiunt huiusmodi novissima hominis peiora prioribus.* Et Beda in expositione evangelii Lucae: Quemcumque[4] enim post baptisma sive pravitas heretica seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium prosternet in ima vitiorum. Unde recte nequiores tunc eum spiritus dicuntur ingressi, quia non solum habebit illa septem vitia, quae septem spiritalibus sunt contraria virtutibus, sed et per [ib.] hypocrisin ipsas se virtutes habere simulabit, *et sunt novissima hominis illius peiora prioribus.* [2. Petr. 2, 21.] *Melius quippe erat ei viam veritatis non cognoscere quam post agnitionem retrorsum converti.* [cf. Act. 8, 9 sqq.] Quod in Iuda traditore vel Simone mago ceterisque talibus specialiter legimus impletum. Augustinus quoque in libro Enchiridion: Creduntur[5], inquit, etiam hi, qui nomen Christi non relinquunt et eius lavacro in ecclesia baptizantur nec ab ea ullo schismate vel heresi praeciduntur, in quantislibet sceleribus vivant, que nec diluant paenitendo nec elemosynis redimant, sed in eis usque ad ultimum huius vitae diem pertinacissime perseverent, salvi futuri per ignem, licet pro magnitudine facinorum flagitiorumque diuturno, non tamen aeterno igni puniri. Sed qui hoc credunt et tamen catholici sunt, humana quadam benivolentia mihi falli videntur. Nam scriptura divina aliud consulta respondit. Et paulo post: Porro[6] autem si homo sceleratus [1. Cor. 3, 15.] propter solam fidem per ignem salvatur, et sic est accipiendum, quod ait beatus Paulus: *Ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem:* poterit ergo salvare sine operibus fides, et falsum [cf. Iac. 2, 22. 1. Cor. 6, 9. 10.] erit quod dixit eius coapostolus Iacobus, falsum erit et illud, quod idem ipse Paulus: *Nolite,* inquit, *errare; neque fornicatores neque idolis servientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Si enim etiam in istis perseverantes criminibus, tamen propter fidem Christi salvi erunt, quomodo in regno Dei non erunt? Si igitur iuxta evangelicam sententiam post agnitionem Christi quis nequiter vivendo spiritum inmundum, qui a se tempore baptismatis

X. 3 illud] illi *P.* 4 vadit] inquit *iterum add. V.* 15 implicet] implificet *P.* 20 eum] enim *V. P.* 22 hipchrisin *V.* 24 Symone *P.* 25 Agustinus *P.* 26 schismate] chrismate *V.* 27 penitendo *V.* 35 inquid *V.* 38 ewangelicam *V. P.*

1) *Ex Iona Aurel., De institutione laicali I c. 19.* 2) *Verba* Habitavit — initiati sunt *(l. 14) fluxerunt ex Origine, Homilia 8 in Exodi c. 20 de initio decalogi; Opp. I (ed. Basileae 1536), p. 95.* 3) *Verba* Non enim — prioribus *(l. 18) ibidem leguntur.* 4) *Verba* Quemcumque — impletum *(l. 24) deprompta sunt ex Beda, Expositio in c. 11 evangelii Lucae; Migne, Patrol. lat. XCII, 478 sq.* 5) *Verba* Creduntur etiam — respondit *(l. 31) sunt Augustini, Enchiridion § 18; Opp. VI, 221.* 6) *Verba* Porro — erunt *(l. 38) ex eodem fonte sumpta sunt.*

expulsus est, cum demonum septenario sibi numero addito ad se redire facit pristinamque domum in se quodammodo vindicare sinit, *fiunt illi novissima peiora prioribus.* Patet profecto, si in Matth. 12,45; Luc. 11, 26. eisdem nequitiis vitam finierit, gravius illum quam eos, qui licet fidem Christi non perceperunt, bonis tamen operibus operam dederunt, puniendum. Proinde necesse est, ut unusquisque fidem Christi, quam percepit, bonis operibus exornet. Et sicut nulli de misericordia Dei disperandum est, ita nemo post hanc vitam iudicium Dei, quod nisi iustum esse non potest, sibi aliisque favorabiliter molliendo temperet et propter hoc in hac vita bonis operibus deditus esse neglegat. Quapropter procurandum est, ut, dum in hac vita vivitur, bonis operibus insistatur. Admonet[1] quippe Dominus in evangelio: *Vigilate et orate, quia nescitis diem neque horam,* item: Matth. 25, 13. *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet,* item: *Ambulate, dum lucem habetis, ne tenebre* 1. Thess. 5, 2. Ioh. 12, 35. *vos conprehendant,* et apostolus: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* 2. Cor. 6, 2. His documentis perdocemur, quod indulta tempora paenitentiae in vanum non sint deducenda et quod fides Christi bonis semper sit operibus exornanda.

(65). Cap. XI. Quod[2] ad ecclesiam orandi gratia frequenter conveniri debeat. Quia moderno tempore Christiani populi devotio a devotione plebium fidelium, quae sub apostolis extitit, longe sit impar, in praecedentibus[3] iam commemoratum est. Procul nempe quorundam Christianorum devotio sicut et in nonnullis aliis, ita et in eo, quod ad ecclesiam tepide conveniunt, ab illius plebis religiosa devotione distat. Verum sicut sunt plerique, qui pio religiosoque studio orandi gratia ecclesiam sepissime frequentant, ita e contrario existunt quidam, qui, licet e vicino habeant basilicam, id tamen perraro, quod emendatione dignum est, faciunt. Ut ergo templa divinis cultibus mancipata frequenter adiri ibique Deum constanter et devote oporteat invocari, divine scripture testimonia subter collecta testantur. Legitur itaque in libro Paralipomenon: *Apparuit Dominus Salomoni nocte et ait: Audivi ora-* 2. Paral. 7, 12. *tionem tuam et elegi locum istum mihi in domum sacrificii* et cetera; et paulo post: *Oculi quoque* ib. 7, 15. 16. *mei erunt aperti, et aures meae erecte ad orationem eius, qui in loco isto oraverit. Elegi enim et sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.* Et in evangelio Lucae: *Et factum est, dum benediceret illis,* Luc. 24, 51—53. *recessit ab eis et ferebatur in caelum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno et erant semper in templo laudantes et benedicentes Deum.* Et in actibus apostolorum: *Erant autem,* inquid, *perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis et* Act. 2, 42. *orationibus,* et paulo post: *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo et, frangentes circa* ib. 2, 46. 47. *domos panem, sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis, conlaudantes Deum et habentes gratiam ad omnem plebem;* item ibi: *Petrus et Iohannes ascenderunt in templum ad horam* ib. 3, 1. *orationis nonam.* Origenes quoque in omelia de Rebecca: Vereor[4], inquit, ne sitis matri vestrae ecclesiae adhuc in tristitia et gemitu, cum non convenitis ad audiendum Dei verbum et vix festis diebus ad ecclesiam proceditis et hoc non tam desiderio verbi quam studio sollemnitatis et publice quodammodo remissionis obtentu. Quid igitur ego faciam, cui dispensatio verbi credita est? Ubi[5] vel quando vestrum tempus inveniam? Plurimum ex hoc, immo pene totum mun-

X. 8 procurandum] curandum *P.* 12 penitentiae *V.*
XI. 14 Cap. XI.] *desunt V,* XI. *P.* gratiam *V.* 17 nempe] nemque *P.* 25 in] hi *V.* 27 ewangelio *V. P.* 31 Cotidie *P.* 36 sollempnitatis *P.*

1) *Finis capituli Parisiensis compositus est secundum Ionae Aurel. de institutione laicali I c. 19 in fine, receptus est in eiusdem institutionem regiam c. 12 in fine.* 2) *Argumentum capitis et hoc ipsum, deprompta ex Iona Aurel., De institutione laicali I c. 11, transierunt in eiusdem institutionem regiam c. 13.* 3) *V. huius libri c. 7; supra p. 656 sqq.* 4) *Verba* Vereor ne — est *(l. 38) leguntur apud Originem, Homilia 10 in Geneseos c. 24 de Rebecca; Opp. I, 36.* 5) *Verba* Ubi — facies suas *(p. 664 l. 5) inveniuntur ibidem.*

danis occupationibus tenetis; in foro aliud, aliud in negotiatione consumitis; alius litibus vacat et ad audiendum Dei verbum nemo aut pauci admodum vacant. Sed quid vos de occupationibus culpo, quid de absentibus conqueror? Praesentes etiam in ecclesia positi non estis intenti, sed communes et ex usu fabulas tenetis et verbo Dei vel lectionibus divinis terga convertitis. Vereor cf. Ierem. 18,17 (?). ne et vobis dicatur a Domino: *Converterunt ad me dorsa et non facies suas.* Et post aliqua in eadem: Dicite[1] mihi vos, qui tantummodo festis diebus ad ecclesiam convenitis, ceteri dies non sunt festi, non sunt dies Domini? Iudaeorum est dies certos et raros observare sollemnes, et Is. 1, 13. 14. ideo ad eos dicit Dominus: *Quia neomenias vestras et sabbata et diem magnum non sustineo, ieiunium et ferias et dies festos vestros odit anima mea.* Odit ergo Deus eos, qui una die putant esse festum Domini. Quia ergo Christiani instar templi Hierosolimitani, ubi sanguis brutorum animalium effundebatur, basilicas in amore et honore Dei construunt — ubi non iam sanguis taurorum effunditur, sed corpus et sanguis Christi conficitur et a fidelibus percipitur, et Deus tam evidentibus oraculis loca nomini suo dicata inhabitare ibique supplicum preces se exaudire polliceri dignatur, et pontifices sub tanta invocatione eas Deo dedicant, ut omnes, qui illuc deprecaturi veniunt, de quacumque tribulatione ad eum clamaverint, consolationis eius beneficia consequantur —, oportet, ut remoto neglegentiae torpore huiuscemodi loca ad Deum exorandum sibique propicium faciendum frequenter ac devote adeant dignosque se aspectibus angelorum, quorum conventus ibi minime adesse dubitantur[2], exhibeant. Quodsi etiam memoratum templum, in quo pecudes mactabantur, tante venerationi habebatur, ut ad illud non solum Iudaei divinae legis notitiam habentes, verum etiam nationes a testamento Dei longe remotae orandi gratia cf. Act. 8, 27 sqq. concurrerent, sicut habes in actibus apostolorum de viro Ethiope eunucho, qui venerat adorare in Hierusalem et revertebatur et a Philippo cathecbizatus et baptizatus est, quanto magis templa Christi, ubi eius caro et sanguis immolatur, a fidelibus sunt religiosis obsequiis veneranda et assiduis precibus inexcusabiliter frequentanda. Non igitur, sicut se habet quorundam reprehendenda et emendanda consuetudo, propter aediculas, quas sibi ad votum suum construunt ibique Deo sacrificium offerri posse et debere contendunt, templa per sacerdotum ministerium nomini divino dicata paenitus sunt negligenda ac relinquenda, praesertim cum Dominus dicat in lege: Deuter. 12, 5. 6. *Ad locum, quem elegerit dominus Deus de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi et habitet in eo, venietis et offeretis in illo loco holocausta ac victimas vestras,* et post pauca: ib. 12, 13. 14. *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus, in una tribuum tuarum,* et in sacris canonibus, in concilio scilicet Laodicensi, sit institutum: Quod[3] non oporteat in domibus oblationes ab episcopis et praesbiteris fieri.

(66). Cap. XII. Quod[4] in ecclesia Christi non sit otiosis turpibusque fabulis vacandum et quod qui haec faciunt non solum sibi peccata non minuant, sed etiam maiora cumulent. Multi ecclesiam ingressi non ad Deum puram simplicemque orationem dirigunt, quoniam, quod ore precantur, hoc etiam mente non meditantur. De talibus Beda in omelia evangelii septima decima: Sunt[5], inquit, qui intrantes ecclesiam multis psalmodiae vel orationum sermonibus prolongant, sed alibi corde intendendo nec ipsi, quid dicant, recolunt; ore quidem orantes, sed mentem foris vagantem omni

XI. 1 obcupationibus *V.* fero *V.* 3 conquiror *V. P.* 4 tenetis] teritis *edd.* 9 ieiunia *P.* 11 honore] onore *V.* 13 prçces *V.* 15 depraecaturi *V.* 21 Aethiope *P.* 22 cathezizatus *V. P.* 23 immolatus *V.* 28 ponet *V. P.*
XII. 35 minuunt *P.* cumulant *P.* 37 ewangelii *V. P.* septima decima] XVII. *P.*

1) *Verba* Dicite — Domini *(l. 10) leguntur ibid.; l. l. I, 38.* 2) *Cf. supra p. 409 c. 132.* 3) *Concil. Laodicense c. 58; Mansi II, 582.* 4) *Totum caput invenitur in Ionae Aurel. de institutione laicali I c. 13, transiit in eiusdem institutionem regiam c. 14.* 5) *Verba* Sunt qui — toleremus *(p. 665 l. 5) leguntur apud Bedam, Homiliarum lib. I, 19; Migne, Patrol. lat. XCIV, 105.*

orationis fructu privantes, putantes a Deo precem exaudiri, quam nec ipsi, qui fundunt, audiunt. Quod antiqui hostis instinctu fieri nemo est qui animadvertere nequeat. Sciens enim utilitatem orandi et invidens hominibus gratiam impetrandi inmittit orantibus multimoda cogitationum levium et aliquando etiam turpium nocentiumque fantasmata, quibus orationem inpediat, adeo ut nonnumquam tales tantosque discurrentium cogitationum fluctus prostrati in oratione toleremus. Sunt itaque plerique, quibus potius cordi est vanis et obscenis confabulationibus vacare quam lectionibus divinis aurem accommodare, quibus etiam nusquam tam delectabile videtur esse consiliari, susurrationes aliorum auribus ingerere, cacinnis ora dissolvere quam in ecclesia Dei, ubi eum humiliter devoteque debuerunt invocare et peccata sua deflere. Sed et hoc eiusdem hostis antiqui instinctu fieri dubium non est. Quod autem domus Dei non sit huiuscemodi inlicitarum actionum, sed potius orationum, Dominus docet in evangelio dicens: *Domus mea domus orationis est, vos* Luc. 19, 46. *autem fecistis eam speluncam latronum.* Origenes quoque, ubi de velamine Moysi scribit, ita dicit: Dicendum[1] nobis est prius, quid sit homo aversus a Domino, ut scire possimus, quid sit conversus. Omnis, qui, cum recitantur verba legis, communibus fabulis occupatur, aversus est. Omnis, qui, cum legitur Moyses, de negotiis saeculi, de pecunia, de lucris sollicitudinem gerit, aversus est. Omnis, qui possessionum curis stringitur et divitiarum cupiditate distenditur, qui gloriatur saeculo et mundi honoribus studet, aversus est. Sed et alius, qui ab his quidem videtur alienus, adsistit autem et audit verba legis et vultu atque oculis intentus, corde tamen et cogitationibus evagatur, aversus est. Quid ergo est converti? Si his omnibus terga vertitis et studio ac mentis sollicitudine verbo Dei operam detis, in lege eius die ac nocte meditemini, hoc est conversum esse ad Deum. Aliqui[2] vestrum, ut recitari audierint que leguntur, statim discedunt; nulla ex his, que lecta sunt, inquisitio ad invicem, nulla conlatio, nusquam memoria mandati illius, quo te divina lex commonet: *Interroga patres tuos, et dicent tibi presbyteri tui et* Deuter. 32, 7. *adnuntiabunt tibi.* Alii ne hoc ipsum quidem patienter expectant, quod lectiones in ecclesia recitentur; alii vero nec, si recitentur, sciunt, sed in remotioribus dominice domus locis saecularibus fabulis occupantur. De quibus ego ausus sum dicere, quia, cum legitur Moyses, iam non velamen super cor eorum, sed paries quidam et murus est positus. Augustinus in omeliis ad populum: Quando[3] convenitis, inquit, ad ecclesiam, pro peccatis vestris orate, nolite scandala concitare aut otiosas fabulas dicere. In ecclesia stantes nolite verbosare, sed sacras scripturas patienter audite. Qui enim in ecclesia verba vana locutus fuerit et pro se et pro aliis rationem redditurus est in die iudicii, quia verbum Dei nec ipse audit nec alios audire permittit. Item idem: Plures[4] sunt, de quorum perditione nimium contristor, illos dico, qui venientes ad ecclesiam magis litigari cupiunt quam orare et, quando debent lectiones divinas in ecclesia intentis auribus tota pietate suscipere, tunc foris causas dicere et diversis se student calumniis inpugnare. Aliquando etiam, quod peius est, aliqui nimia iracundia succenduntur, amarissime rixantur et turpiter sibi convitia et crimina et calcibus et pugnis invicem conliduntur. Melius enim fuerat talibus ad ecclesiam non venire quam tot malis contra se divinam iram provocare. Isti[5] enim, etsi cum minoribus peccatis ad ecclesiam veniunt, cum multis criminibus de ecclesia revertuntur. Item idem: Sunt

XII. 1 prẹcem *V.* 2 est *deest V. P.* 9 debuerant *P.* 12 Origenis *V.* 13 sit conversus] scit conversus *V.* 14 occupatus *V.* 15 de pecunia *desunt P.* 18 oculis] legis, *postea del. V.* 24 ipsum *deest P.* exspectant *P.* 27 Agustinus *P.* 35 nimium *V.* 36 conluduntur *V.* eclesiam *V.*

1) *Verba* Dicendum — ad Deum *(l. 21) fluxerunt ex Origine, Homilia 12 in Exodi c. 34 de vultu Mosis; Opp. I, 110.* 2) *Verba* Aliqui — positus *(l. 27) ibidem inveniuntur.* 3) *Verba* Quando convenitis ad — permittit *(l. 31) leguntur et apud Ps.-Augustinum, Sermo 265 § 3 (Opp. Augustini V, 2, 437) et apud Caesarium Arelatensem, Homilia 33 (Bibl. max. patrum Lugdunensis VIII, 852).* 4) *Verba* Plures — revertuntur *(l. 38) non inveni.* 5) *Cum verbis* Isti — revertuntur *(l. 38) cf. concil. Romanum 826 c. 35; supra p. 581 l. 20 sq.*

namque[1] aliqui, qui in natalibus sanctorum aut in qualibet festivitate causas aut dicere aut audire volunt et, quod peius est, non pro veritate, sed pro avaritia et cupiditate. Debent enim causas dicere et cum iustitia deliberare, sed aliis diebus, alio tempore, non in sanctorum sollempnitate, quando omnes homines magis debent Deo vacare quam se diversis litibus inpugnare. Item idem: Quando[2] ad ecclesiam convenitis, nolite vos talibus fabulis occupare, unde possitis peccata adquirere. Nolite vos occupare ad litigandum, sed potius ad orandum, non ut rixando Deum offendere, sed supplicando gratiam illius possitis adquirere. Beda in omelia evangelii vicesima:
Ioh. 2, 15. *Cum fecisset Dominus quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.* Quid[3] ergo, fratres mei, quid putatis faceret Dominus, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos vel alio quolibet scelere reperiret inretitos, qui hostias, que sibi immolarentur, ementes in templo invenit et eliminare festinavit? Haec propter illos diximus, qui ecclesiam ingressi non solum intentionem orandi neglegunt, verum etiam ea, pro quibus orare debuerant, augent. Insuper et arguentes se pro huiusmodi stultitia, convitiis odiisque vel detractionibus insecuntur, addentes videlicet peccata peccatis et quasi funem sibi longissimum incauta eorum augmentatione texentes et nec timentes ex eo districti iudicis examinatione dampnari. Et paulo post: Unde[4] multum tremenda sunt haec, dilectissimi, et digno expavescenda timore sedulaque praecavendum industria, ne veniens inprovisus perversum quid in nobis, unde merito flagellari ac de ecclesia eici de-
cf. Luc. 19, 46. beamus, inveniat; et maxime in illa, quae specialiter domus orationis vocatur, observandum, ne
1. Cor. 11, 22. quid ineptum geramus, ne cum Corinthiis ab apostolo audiamus: *Numquid domos non habetis ad agenda vel loquenda temporalia aut ecclesiam Dei contempnitis?* Quapropter summopere omnibus fidelibus procurandum est, ut nihil in ecclesia inhonestum aut cogitatione aut dicto aut facto gerant, ne forte peccatis, pro quibus absolvendis confluxerant, peccata accumulantes non absolutionem peccatorum adquirant, sed magis funes, quibus quodammodo ligentur, sibi accumulent.

(67). Cap. XIII. Quod[5] et in aliis competentibus locis, si locus basilicae procul fuerit, oratio ad Deum et confessio peccatorum fieri possit et debeat. Sicut sunt nonnulli, qui orandi gratia ecclesiae limina frequentare neglegunt, ita e contrario existunt plerique, qui pro eo, quod basilicas adire nequeunt et reliquias sanctorum presto non habent, idcirco vota precum suarum ad Dominum, ut oportet, supplici devotione non fundunt, non animadvertentes, quod Deus non sit minus in parte quam in toto, sed ubique totus,
Ps. 138, 7. 8. ubique praesens, ubique mirabilis. Unde ait psalmista: *Quo ibo a spiritu tuo et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero in infernum, ades,* et idem
Ib. 102, 22. alibi: *In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.* Legitur itaque in libro regum:
3. Reg. 8, 44—49. *Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per viam, quamcumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis, quam elegisti, et contra domum, quam edificavi nomini tuo, et exaudies in caelo orationem eorum et preces eorum et facies iudicium eorum. Quodsi peccaverint tibi — non est enim homo, qui non peccet — et iratus tradideris eos inimicis suis, et captivi ducti fuerint in terram inimicorum suorum longe vel prope et egerint paenitentiam in corde suo in loco captivitatis et conversi depraecati te fuerint in captivitate sua, dicentes: Peccavimus, inique egimus, impie gessimus, et reversi fuerint ad te in universo corde suo et tota anima sua in terra*

XII. 3 sollemnitate *P.* 7 ewangelii *V. P.* 8 Quit *V.* 17 quid] quod *V.*
XIII. 26 ita e] itę *V.* 28 pręcum *V.* 37 terra *V. P.* poenitentiam *V.*

1) *Verba* Sunt namque — inpugnare *(l. 4) frustra quaesivi.* 2) *Verba* Quando — adquirere *(l. 7) non inveni.* 3) *Verba* Quid ergo — dampnari *(l. 15) exstant apud Bedam, Homiliarum lib. I, 22; Migne, Patrol. lat. XCIV, 115 sq.* 4) *Verba* Unde — contempnitis *(l. 20) ibidem reperies; l. l. XCIV, 116.* 5) *Argumentum capitis et hoc ipsum inveniuntur apud Ionam Aurel., De institutione laicali I c. 14 princ., et transierunt in eiusdem institutionem regiam c. 15.*

inimicorum suorum, ad quam captivi ducti sunt, et oraverint te contra viam terre suae, quam dedisti patribus eorum, et civitatis, quam elegisti, et templi, quod aedificavi nomini tuo, exaudies in caelo, in firmamento solii tui orationem eorum et preces et facies iudicium eorum. Et in libro Danihelis: *Quod cum Danihel comperisset, id est constitutam legem, ingressus est domum* Dan. 6, 10. *suam et fenestris apertis in caenaculo suo contra Hierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua et adorabat confitebaturque coram Deo suo, sicut et ante facere consueverat.* Apostolus quoque ait: *Volo igitur viros orare in omni loco, puras levantes manus, sine ira et disceptatione.* 1. Tim. 2, 8. Hieronimus ad Eustochium: Egredientes[1] hospitium armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat ante quam sessio, ne prius corpusculum requiescat, quam anima verbo Dei pascatur; ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat crucem.

Explicit liber secundus; incipit epistola episcoporum.

Dominis praestantissimis et pietatis gratia preditis Hludowico et Hlothario orthodoxis atque invictissimis Augustis.

Nos[2] famuli vestri quamvis indigni, tamen episcopi, Deo humiliter grates persolvimus eiusque inmensam pietatem et benignitatem conlaudamus et predicamus, qui vos adeo in sui amorem devotissimos famulos suos flagrare facit, ut de profectu et exaltatione sanctae suae ecclesiae indesinenter cogitetis eamque utpote matrem spiritalem sicut fideles et dilecti spiritales filii ad meliora et potiora semper provehere studeatis. Nam cum mucro divinus imperium vobis divinitus commissum interius exteriusque merito nostrae iniquitatis multifariis adtereret cladibus, prudenter animadvertentes, quod haec nonnisi iusto iudicio Dei evenirent, ilico scriptis[3] serenitatis vestrae anno praeterito cunctos ecclesiarum pastores admonuistis, ut, quia constabat eos speculatores Domini existere et gladium divinum super terram, id est super peccatores cf. Ezech. 33, 2 sqq. Domini crassari, meminerint speculationis suae et ieiunio triduano ab omnibus generaliter peracto unusquisque in quolibet ordine positus diligenter conscientiam suam conveniret et, ubi se Deum offendisse cognoscebat, maturato per paenitentiae satisfactionem corrigere non differret. In quibus etiam apicibus inserere vobis placuit, ut, si Deus pacem undique et otium vobis tribueret, in hoc placitum vestrum generale consumere voluissetis, ut primum quicquid in vobis, id est in persona et ministerio vestro, corrigendum inveniretur Domino auxiliante corrigeretis, deinde quaecumque in omnibus ordinibus imperii vestri Deo displicerent inquireretis et secundum eius voluntatem cum consensu fidelium vestrorum ad tramitem rectitudinis revocaretis, scilicet ut eum vobis populoque vobis commisso propitium faceretis. Sed quia tempus optatum, exterioribus incursionibus praepedientibus, secundum desiderium vestrum nacti non estis, libuit serenitati vestrae cum quibusdam fidelibus vestris praeterita hieme placitum habere et de his, quae praemissa sunt, diligenter tractare Deique voluntatem querere et ecclesiae vobis commisse utilitatem providere. Quapropter de omnibus, quae ad tempus emendatione digna visa sunt, congrua capitula serenitas vestra digessit[4] legatosque strenuos delegavit[5], ut per eadem capitula et flagitia malorum hominum punirent et

XIII. 2 aesdificavi *P.* 3 praeces *V.* 8 ospicium *P.* 10 pinguat *P.* 12 pietatis *V.* Lothario *P.* 26 penitentiae *V. P.* 28 consummere *V. P.* 31 displiceret *V.*

1) *Verba* Egredientes — crucem *(l. 10) inveniuntur apud Hieronymum, Epistola ad Eustochium; Opp. I, 119.* 2) *Cf. relatio episcoporum 829 praef., qua auctores alloquuntur Hludowicum solum; MG. Capit. II, 27 sq.* 3) *Quae non iam exstant; sed cf. constitutiones imperiales anni 828.; supra p. 596 sqq.* 4) *Cf. Hludowici capitula de missis instruendis 829 in. et eiusdem capitulare missorum 829 in.; MG. Capit. II, 7 sqq. 9 sq. (Mühlbacher[2] n. 862. 863).* 5) *V. supra p. 597 l. 16 sqq.*

bonorum laudem vestrae celsitudini notescerent. Inter que etiam statuistis in quattuor partibus imperii vestri conventus[1] episcoporum uno eodemque tempore fieri, in quibus tractarent, quererent atque cum Dei adiutorio invenirent de causis ad religionem Christianam eorumque curam pertinentibus, quid a principibus et reliquo populo vel ita, ut divina auctoritas docet, aut aliter teneretur vel quid inde ex parte aut ex toto dimissum esset, ut non teneretur; deinde quid in ipsorum, qui pastores populi constituti sunt, moribus, conversatione et actibus inveniri posset, quod divine regulae atque auctoritati non concordaret, simulque inveniretur, quae occasiones in utroque ordine id effecerint, ut a recto tramite deviassent. Et quicquid de his inventum fuisset, vestrae celsitudini notum facerent.

Quod ut Deus posse dedit, nos fidelissimi ac devotissimi salutis vestrae procuratores iuxta[2] parvitatem sensus nostri, prout brevitas temporis permisit, secundum sanctam devotionem et ordinationem vestram de causis ad religionem Christianam nostrumque ministerium atque periculum pertinentibus necnon et de his, que ad nostram correctionem et emendationem pertinere perspeximus, sive de his, que populis generaliter adnuntianda et admonenda praevidimus, capitulatim in praecedentibus adnotavimus libellis vestraeque serenitati legenda, immo probanda obtulimus. Et quamquam de[3] his, quae premissa sunt, vestro ardentissimo desiderio prius satisfacere elegerimus, nequaquam tamen haec, quae specialiter ad vestram personam ministeriumque pertinere cognovimus, oblivioni tradidimus, sed potius vestre saluti prospicientes nonnulla capitula necessaria in secundo huius operis libello ad nomen ministeriumque vestrum pertinentia periculumque cavendum sollerti studio congessimus et vobis familiariter admonitionis gratia porrigenda devovimus, ut ea diligenter inspiciendo, legendo et audiendo aperte atque distincte vestra cognoscat celsitudo, de quibus et pro quibus in memoratis conventibus nostris secundum virium nostrarum possibilitatem fideliter salubriterque egerimus.

Explicit epistola episcoporum.

Abhinc secuntur quaedam, que in capitulis conventus nostri breviter decerpsimus, quae, ad nostram fideliumque vestrorum laicorum observationem et salutem pertinentia, necessaria esse perspeximus.

Dehinc secuntur alia, quae vestrae pietati deposcenda valde salubria esse iudicavimus.

(68). Cap. I. Igitur[4] quia constat religionem Christianam per successores apostolorum salubriter administrari populisque ad vitam aeternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium iudicavimus, ut quicquid in nobis reprehensibile sacrisque ministeriis, quibus indigni mancipamur, inconveniens et indecens contrariumque videbatur, toto adnisu Domino opem ferente corrigeremus, id est in vita nostra et doctrina et conversatione et morum probitate et studio praedicationis et in consacerdotum et ministrorum subiectorumque nostrorum correctione diligentiorem deinceps cum omni studio et sollicitudine curam et providentiam adhiberemus et ut nos non tantum in cupiditatibus mundanis et curis et sollicitudinibus, sed potius in divinis officiis implicaremus

3 atquę *V.* 4 a] ad *V.* 14 populis — adnuntianda] generaliter populis adnuntianda *P.* 19 oblivione *P.* saluti *deest P.* 29 perspeximus] Cap. I. *add. V.* 30 vestra *V.* I. 31 Cap. I. *desunt V. P.* 34 indecens] inde *P.*

1) *Verba sumpta sunt ex constitutione anni 828.; supra p. 597 l. 5 sqq. V. etiam praefationem libri primi Parisiensis; supra p. 608 l. 21 sqq.* 2) *Cf. relatio episcoporum c. 55; l. l. II, 46. Concil. Aquisgranense 836 decr. II c. 15 (39) in fine; infra p. 714.* 3) *Cf. relatio episc. l. l.; Concil. Aquisgranense 836 decr. praefatio capitis III. (post c. 40); infra p. 714.* 4) *Cf. relatio episc. c. 19; l. l. II, 35.*

et in scolis habendis et educandis militibus sanctae Dei ecclesiae operam daremus. Que nos Deo miserante in omnibus pro viribus imitari et exercere ad nostram et universorum salutem cupimus, in quantum nobis divina favente gratia sacerdotalis libertas et optatum otium adtributum fuerit. Nam[1] et in statutis conventibus primo omnium pari voto parique consensu decrevimus, ut unusquisque nostrum in parroechia sua dictis et exemplis plebes sibi subiectas ad meliora incitare studeret easque, ut se a malis cohiberent et ad Deum ex toto corde converterent, sollicite admoneret Deumque, quem peccando sibi iratum fecerant, digna paenitentiae satisfactione et elemosynarum largitione sibi placabilem facere satagerent necnon et pro vita vestra coniugum prolisque vestrae incolomitate Dei inmensam misericordiam cernuis precibus implorarent.

(69). Cap. II. De diversorum malorum patratoribus. Sunt[2] sane diversorum malorum patratores, quos et lex divina improbat et condempnat, pro quorum etiam diversis sceleribus et flagitiis populus fame et pestilentia flagellatur et ecclesiae status infirmatur et regnum periclitatur. Contra quos nos, eorum malitiam exagerantes, quamquam in sacris eloquiis satis sint execrati, nos necessarium praevidimus iterum nostra admonitione et exortatione praecaveri omnino oportere, sicut sunt diversarum[3] pollutionum patratores, quas cum masculis et pecoribus nonnulli diversissimis modis admittunt, quae incomparabilem dulcedinem piissimi creatoris ad amaritudinem provocantes tanto gravius delinceunt, quanto contra naturam peccant. Pro quo etiam scelere igne caelesti conflagrate infernique hiatu quinque absorptae (cf. Genes. 19, 24.) sunt civitates necnon et quadraginta et eo amplius milia stirpis Beniamineae mucrone (cf. Iudic. 20, 17 sqq.) fraterno confossa sunt. Haec porro iudicia et evidentes vindicte declarant, quam detestabile et execrabile apud divinam maiestatem hoc vitium extet. Extant et alia pernitiosissima mala, quae ex ritu gentilium remansisse non dubium est, ut sunt magi, arioli, sortilegi, venefici, divini, incantatores, somniatorum coniectores, quos divina lex inretractabiliter puniri iubet, de quibus in lege dicitur: *Anima, quae declinaverit ad* (Lev. 20, 6–8.) *magos et ariolos et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam et interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini et estote sancti, quia ego sanctus sum dominus Deus vester. Custodite praecepta mea et facite ea, quia ego Dominus, qui sanctifico vos*, et alibi: *Magos et ariolos et maleficos terrae vivere ne patiamini.* (cf. Exod. 22, 18.) Dubium etenim non est, sicut multis est notum, quod a quibusdam praestigiis atque diabolicis inlusionibus ita mentes quorundam inficiantur poculis amatoriis, cibis vel filacteriis, ut in insaniam versi a plerisque iudicentur, dum proprias non sentiunt contumelias. Ferunt enim suis maleficiis aera posse conturbare et grandines inmittere, futura praedicere, fructus et lac auferre aliisque dare et innumera a talibus fieri dicuntur. Qui ut fuerint huiusmodi conperti, viri seu femine, in tantum disciplina et vigore principis acrius corrigendi sunt, in quantum manifestius ausu nefando et temerario servire diabolo non metuunt. De his quoque in concilio Anciritano titulo XXIII. ita scriptum est: Qui[4] divinationes expetunt et more gentilium subsecuntur aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica aut expiandi causa, sub regula

I. 8 poenitentiae V. 10 prolisquę V. cernuis] *id est humilibus; v. Ducange s. v.*

II. 12 Cap. II. *desunt P.* 16 exagerentes *P.* execrata *V. P.* 18 maculis *P.* 20 delinqunt *V. P.* 21 absorte civitatis *V.* 23 fraternae *V.* 25 non dubium] dubium non *P.* 26 arioli] harioli *P.* 31 hariolos *P.* 33 inficiant *V. P.* 39 Ancyritano *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 20; l. l. II, 35.* 2) *Cf. ibid. c. 54 med.; l. l. II, 44 sq.* 3) *V. supra lib. I c. 34 (p. 634 sq.), unde nonnulla hoc loco repetuntur.* 4) *Concil. Ancyranum c. 23; Mansi II, 527.*

quinquennii iaceant, secundum gradus paenitentiae definitos. Oportet enim haec in omnibus et maxime in his locis, ubi licite et inpune multi se posse hoc perpetrare confidunt, ut studiosius et diligentius admoneantur et severius corrigantur. Sunt et alia detestanda vitia, quae ita habentur quasi naturaliter in usu, ut ea perpetrantes, quanti sint discriminis, non advertant, sicut sunt ea, que apostolus aperte enumerat, id est ebrietates, commessationes, contentiones, ire, rixe, dissensiones, detractiones, invidiae, inimicitiae, quae homines iuxta eundem apostolum a regno Dei excludunt, ita inquiens: (Galat. 5, 21.) *Qui enim talia agunt regnum Dei non consecuntur.* In tantum enim ea inpudenter et fidenter quidam committunt, ut merito de illis dici possit: (Prov. 2, 14.) *Laetantur, cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis.* Unde oportet, ut omnes Christiani haec et subtiliter intelligant et studiosissime caveant, ne forte ea perpetrantes et alia bona perdant per ea, quae agunt, et propter haec a regno Dei se alienos faciant. Similiter etiam de otioso sermone, pro quo iuxta Domini vocem omnes reddituri sumus in die (cf. Matth. 12, 36.) iudicii rationem, de scurilitate et stultiloquio et maledictionibus, quoniam iuxta apostolum (1. Cor. 6, 10.) *maledicentes regnum Dei non possidebunt,* de mendatio, de periculoso noxio assiduoque iuramento et obscenis turpibusque canticis omnibus Christianis intellegendum et observandum est, ut summopere ab his se caveant, ne his studentes per neglegentiam detrimentum patiantur animarum. Haec igitur, quae breviter praemissa sunt, primum adiuvante divina gratia a nobismetipsis abdicando formam et exemplum aliis praebere volumus et fidelibus vestris humiliter innotescere et fideliter denuntiare necessario iudicavimus. Sed et parroechias nostras omnes admonendo instruere cupimus, ne, quod absit, per suam ignorantiam et nostram neglegentiam huiuscemodi mortiferis subiaceant periculis.

Congessimus etiam in opere conventus nostri nonnulla alia capitula[1] ad vestram fideliumque vestrorum observationem et salutem pertinentia, quorum hic omissa prolixitate mentionem tantum facimus, scilicet quod[2] nosse eos oporteat coniugium a Deo esse constitutum et quod non sit causa luxoriae, sed causa potius filiorum appetendum,

II. 1 poenitentiae *V.* 3 et alia] alia *P.* 6 aebriaetates *V.* 9 et fidenter *desunt P.* 12 per ea] *add. e coni., desunt V. P.* haec — Dei] *inde ab hac linea folium 166 codicis P magno foramine ex parte deletum est, ita ut singula verba, quae nunc desunt, singulis punctis adnotemus, uncis autem litteras, quae supplendae sunt, includamus.* alie(nos). Similiter *P.* 13 r(eddituri) . . (iud)icii *P.* 14 quoniam . . . regnum *P.* 16 assid(uoque) . . (obs)cenis *P.* intelligendum *P.* 17 obser(vandum) . . (summo)pere *P.* 18 d(etrimentum pati)antur *P.* praemissa] permissa *P.* sunt . . (divi)na *P.* 19 a(liis) . . . (fide)libus *P.* 21 necessar(io) . . . (parroe)chias *P.* 24 Congessi(mus) . . . (con)ventus *P.* 25 observat(ionem) . . pertinentia *P.* 26 sicilic(et qu)od *P.* 27 luxuriae *P.*

1) *Series capitulorum, quorum paulo inferius mentio fit, servata est in Ionae Aurelianensis tractatus de institutione laicali libro secundo. Quae hic leguntur lemmata singulorum capitum congruunt cum brevibus illorum argumentis, quae a patribus concilii Parisiensis aut potius ab ipso Iona mox proferuntur; cf. Amelung, l. l. p. 45 sqq. Aliter Simson, l. l. I, 382 sq., statuerat capitula illa, quae laudat concilium, deperdita esse, sed ex parte tradi in Ionae libro de institutione laicali, quem epitomem esse suspicatur actorum synodalium. Nos etiam contra Krause (MG. Capit. II, 45 ann. 59) facimus cum Amelung, qui recte demonstravit institutionem laicalem scriptam esse ante concilium Parisiense annis 818.—828., institutionem regiam autem, id quod iam Simson (l. l. I, 381) monuit, anno 834. (v. etiam MG. Epp. V, 346 sqq.). Ex institutione laicali quaedam capitula in actis Parisiensibus repetita sunt, in regiam eadem et alia ex eisdem actis transierunt; v. etiam supra p. 649 ann. 2.* 2) *Cf. Ionas Aurel., De institutione laicali II c. 1 lemma:* Quod coniugium a Deo sit institutum et non sit appetendum causa luxuriae, sed (pro?) liberorum procreatione.

et ut[1] virginitas, sicut doctores nostri[2] tradunt, usque ad nuptias sit custodienda, et[3] uxores habentes neque pelicem neque concubinam habere debeant, quomodo[4] etiam in castitate uxores suas diligere eisque utpote vasi infirmiori honorem debitum debeant inpendere, et quod[5] commixtio carnalis cum uxoribus gratia fieri debeat prolis, non voluptatis, et qualiter[6] a coitu pregnantium uxorum viris abstinendum sit, et quod[7] nisi causa fornicationis, ut Dominus ait, non sit uxor dimittenda, sed potius sustinenda, cf. Matth. 5, 32. et quod[8] hi, qui causa fornicationis dimissis uxoribus suis alias ducunt, Domini sententia adulteri esse notentur, sive etiam qualiter incesta[9] a Christianis cavenda sint, cf. ib. et quod[10] loca Deo dicata frequentius devotiusque a fidelibus ad Deum exorandum sibique propitium faciendum sint adeunda, et quod[11] in basilicis Deo dicatis non sit fabulis otiosis turpibusque et obscenis sermotinationibus vacandum et negotia saecularia publicaque placita habenda et quod qui haec in ecclesiis Dei faciunt maiora sibi peccata adcumulent, de[12] iusto iudicio iudicando et munerum acceptione cavenda, de[13] falso testimonio vitando et de[14] detractione cavenda necnon et de ceteris, quae dinumerare longum est. Sunt etiam et alia plura flagitia pernecessario corrigenda, que nos ideo hic inserere non necessarium duximus, quoniam satis evidenter in vestris capitulis conpraehensa esse scimus, que vos vestra auctoritate et fidelium consultu per strenuos missos vestros corrigenda esse censuistis[15].

(70). Cap. III. De iniustis inequalibusque mensuris atque ponderibus. De[16] mensurarum namque inaequalitate et modiis iniustis et sestariis, quae

II. 2 (concu)binam *P.* 3 utpote . (inf)irmiori *P.* 5 coitu] cogitu *V.* viris *deest P.* 6 ait . . uxor *P.* ux(oribus) suis *P.* 8 incesta] incessata *P.* a (Christi)anis *P.* 11 sermocinationibus *P.* 14 de *deest P.* denumerare *V.* 16 quoniam] quod *P.*
III. 19 Cap. III. *desunt P.*

1) *Cf. Ionas Aurel., De institutione laicali II c. 2 lemma:* Ut qui uxores ducere voluerint, sicut eas castas et incorruptas cupiunt invenire, sic ad eas casti et incorrupti studeant accedere. 2) *Cf. quae Ionas l. l. affert ex Augustino.* 3) *Ibid. II c. 4 l.:* De conservanda fide inter virum et uxorem et quod non liceat neque pellicem neque concubinam habere. 4) *Ibid. II c. 5 l.:* Quod viri in castitate uxores suas diligere eisque utpote vasi infirmiori honorem debeant impendere. 5) *Ibid. II c. 6 l.:* Quod cum uxoribus carnis commixtio gratia fieri debeat prolis, non voluptatis. 6) *Ibid. II c. 7 l.:* Contra eos, qui a coitu uxorum praegnantium se minime abstinere debere contendunt. 7) *Ibid. II c. 12 l.:* Quod nisi causa fornicationis, ut Dominus ait, non sit uxor dimittenda, sed potius sustinenda, *quae verba etiam supra omnia occurrunt.* 8) *Ibid. II c. 13 l.:* Quod hi, qui causa fornicationis, dimissis uxoribus suis, alias ducunt, Domini sententia adulteri esse notantur; *item ut supra.* 9) *Ibid. II c. 8 l.:* De incestis. 10) *Ibid. I c. 11 l.:* Quod ad ecclesiam orandi gratia frequenter conveniri debeat. *V. supra lib. II c. 11 concilii Parisiensi (p. 663 sq.) et Ionae institutionem regiam c. 13.* 11) *Ibid. I c. 13 l.:* Quod in ecclesia Dei non sit otiosis turpibusque fabulis vacandum, et quod qui haec faciunt non solum sibi peccatum non minuant, sed etiam maiora accumulent. *V. supra lib. II c. 12 (p. 664 sqq.) et Ionae institutionem regiam c. 14.* 12) *Ibid. II c. 24 l.:* Iuste iudicandum et munerum acceptionem vitandam. 13) *Ibid. II c. 26 l.:* De falso testimonio. 14) *Ibid. III c. 7 l.:* De detractione. 15) *Cf. Hludowici capitulare missorum 829 (MG. Capit. II, 14; Mühlbacher² n. 867), quod ab editoribus et Mühlbacher mense Augusto adscribitur, a Simson (l. l. I, 378) initio anni 829.* 16) *Cf. relatio episcoporum c. 54 med.; l. l. II, 44. V. etiam supra p. 595 c. 7. Cf. concil. Arelatense 813 c. 15, Turonense 813 c. 45, Karoli M. capitula e canonibus excerpta 813 c. 13, Hludowici epistolae ad archiepiscopos 818/19, v. etiam concil. Parisiense 829 lib. I c. 51; supra 252. 292. 296. 463. 644 sq. Alios locos affert Krause, MG. Capit. II, 44 ann. 47.*

cf. Lev. 19,35. Domini lege haberi prohibentur, qualiter res ad certam correctionem perduci possit, non satis perspicue nobis patet, eo quod in diversis provintiis diverse ab omnibus pene habeantur. Hoc tamen modis omnibus optamus et monemus, ut in unaquaque provintia imperii vestri iussu atque terrore celsitudinis vestrae nullus duplices mensuras in sua dominatione aut habeat aut haberi permittat, quoniam hac occasione multos pauperes affligi in plerisque locis cognovimus et ad paupertatem miseriamque devenisse.

(71). Cap. IIII. De presbiteris non passim per diversa mittendis. Ut[1] presbiteri, sicuti hactenus factum est, indiscrete per diversa non mittantur nec ab episcopis nec ab aliis praelatis nec etiam a laicis, ne forte propter eorum absentiam et animarum pericula et ecclesiarum, in quibus constituti sunt, neglegantur officia.

(72). Cap. V. De diei dominici observatione. Salubriter admonemus cunctos fideles, ut diei dominico debitum honorem et reverentiam exhibeant, quoniam huius dehonoratio et a religione Christiana valde abhorret et suis violatoribus animarum periculum procul dubio generat[2].

(73). Cap. VI. Ut missarum caelebrationes in locis incongruentibus non fiant. In conventibus serenitatis vestrae iam admonitum est, quod consecratio corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi per domos et aediculas quasdam ad quorundam libitum praeparatas et per alia quaelibet incongrua loca fieri non debeat, excepto quando in itinere pergitur et id in aliis locis quam in basilicis Deo dicatis vel etiam in altaribus ab episcopo consecratis, ne populus Dei sine missarum celebratione et corporis et sanguinis dominici perceptione maneat, necessitas fieri compellit. Nunc iterum atque iterum monemus, ut posthabitis aediculis, quas usus inolitus capellas appellat, basilice Deo dicatae ad missarum celebrationem audiendam et corporis et sanguinis dominici perceptionem sumendam assidue devoteque adeantur[3].

(74). Cap. VII. De his, quae amissis viris indiscrete sibi velum inponunt. De[4] nobilibus porro feminis, quae amissis viris repente velantur et in propriis domibus, diversas necessitates opponentes, residere delectantur, iamdudum in aliis conventibus coram serenitate vestra ventilatum et definitum est, ut nulla illarum taliter se velari inconsulto episcopo suo adtemptaret, quoniam per huiuscemodi velationem noxiam sibi libertatem adquirere et per diversa vagari cupiant illudque apostolicum prae oculis minime habentes, quo dicitur: 1. Tim. 5, 6. *Vidua, quae in deliciis est, vivens mortua est,* animarum suarum salutem parvipendunt. Unde necesse est, ut quod hac-

III. 2 patet . . . diversis *P.* 3 penę *V,* penae *P.* tame(n) . . (optam)us *P.* 4 iusu *V.* iussu . . . vestrae *P.* 5 dominatione . . . (haber)i *P.* 6 pleris(que) . . et *P.*

IIII. 8 Cap. IIII. — presbiteris] . . . (presbiteri)s *P.* Ut — factum] . . . . (fa)ctum *P.* 10 episcopis . . . . . etiam *P.* 11 animarum . . . in *P.*

V. 12 Cap. V. — dominici] . . . . (domi)nici *P.* die *V.* S(alubriter admonem)us *P.* 13 dominici *V. P.* exhi(beant) . (hu)ius *P.* 14 animarum (per)iculum *P.*

VI. 16 Cap. VI. *desunt P.* 18 aediculas] diculas *V,* aed(icu)las *P.* 19 loca . non *P.* 23 monemus] admonemus *P.* postabitis (aedicu)lis *P.* 24 cappellas *P.* caelebrat(ionem) *P.* 25 assiduae *V. P.*

VII. 26 Cap. VII. *desunt P.* 27 amissis] missis *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 41; l. l. II, 40. V. etiam ipsum concilium Parisiense lib. I c. 29; supra p. 631 sq.* 2) *V. supra lib. I c. 50 (p. 643 sqq.) cum annotationibus.* 3) *V. supra lib. I c. 47; p. 641 sq.* 4) *Cf. relatio episcoporum c. 51; l. l. II, 42.*

tenus erga eas admonendo sacerdotalis auctoritas explere nequivit, id terror imperialis atque potestas ob earum salutem adimpleat[1].

H a e c s u n t e t i a m c a p i t u l a, q u a e a v e s t r a p i e t a t e a d i m p l e r i f l a g i t a m u s.

(75). C a p. VIII. Petimus[2] humiliter vestram excellentiam, ut per vos filii et proceres vestri nomen, potestatem, vigorem et dignitatem sacerdotalem cognoscant. Quod ex verbis Domini facile intelligere possunt, quibus beato Petro, cuius vicem indigni gerimus, ait: *Quodcumque ligaveris super terram erunt ligata et in caelo, et quodcumque* Matth. 16, 19. *solveris super terram erunt soluta et in caelo;* et alibi discipulis generaliter dicit: *Ac-* Ioh. 20, 22. 23. *cipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt.* Illud[3] etiam ad exemplum eis reducendum est, quod in ecclesiastica historia Constantinus imperator episcopis ait: Deus[4], inquit, constituit vos sacerdotes et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi; et ideo nos a vobis recte iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, ut vestra iurgia, quaecumque sunt, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis dei, et conveniens non est, ut homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptum est: *Deus stetit* Ps. 81, 1. *in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat.*

(76). C a p. VIIII. Sed[5] et hoc illis ad memoriam reducendum est, qualiter beatus Prosper in libro, quem de contemplativa et actuali vita scripsit, laudem sacerdotum conprehenderit. Ipsis[6] enim, inquit, id est sacerdotibus, proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est. Qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes pro peccatis omnium velut pro suis infatigabiliter supplicant Deo ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis et humiliati cf. Exod. 30, 7. spiritus offerentes, quo placatur Deus, avertunt iram futurae animadversionis a populo. Qui per Dei gratiam fiunt divinae voluntatis indices, ecclesiarum Christi post apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis adsertores, prave doctrinae hostes, omnibus bonis amabiles et male sibi conscii etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, praedicatores caelestium praemiorum, exempla bonorum, documenta virtutum et forma fidelium. Ipsi sunt decus ecclesiae, in quibus amplius fulget ecclesia. Ipsi columpnae firmissime, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium. Ipsi ianuae civitatis aeternae, per quas omnes, qui credunt, ingrediuntur ad Christum. Ipsi ianitores, quibus claves datae sunt regni caelorum. Ipsi cf. Matth. 16, 19. etiam dispensatores regie domus, quorum arbitrio in aula regis aeterni dividuntur gradus et officia singulorum. Licet enim sanctorum praecedentium sacerdotum vita et meritis longe inferiores simus, idem tamen sacrum ministerium, quod indigni suscepimus, non minoris auctoritatis et dignitatis existit et, quamquam tanto ministerio indigni simus, propter illum tamen, cuius ministerium gerimus, in nobis non contemnendum est.

VII. 1 admonenda *P.*
3 Haec] Cap. VIII. Haec *V.* vestram *P.*
VIII. 5 Cap. VIII.] *desunt hoc loco V, in P capitum inscriptiones et numeri prorsus desiderantur.* 8 erunt ligata — erunt soluta] *ita V. P.* 14 hominibus] omnibus *V.*
VIIII. 19 Prosper] Pomerius *V.* 20 inquid *V.* propiae *P.* 23 animadversionis] adversionis *V.* 24 apostolus *V.* 28 columnae *P.* 29 quas] quos *V.* 34 indignis *P.* 35 non *deest V.* contempnendum *P.*

1) *V. supra lib. I c. 44 (p. 638 sq.) cum annotationibus.* 2) *Cf. relatio episcoporum c. 21; l. l. II, 35. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 5 (45); infra p. 716 sq.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 22; l. l. II, 35 sq. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 5 (45); l. l. p. 717.* 4) *Rufinus, Ecclesiastica historia X c. 2; ed. Basileae 1523, p. 218. V. supra lib. I c. 19; p. 625 sq.* 5) *Cf. relatio episcoporum c. 22 med.; l. l. II, 36. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 5 (45); l. l. p. 717.* 6) *Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 2; Opp. Prosperi app. 25. V. supra lib. I c. 4; p. 611.*

(77). Cap. X. Illud[1] etiam specialiter necessarium vestrae suggerere pietati duximus, ut fideles vestri per vos admoneantur et instruantur, quatenus, quando aliquid nobis vestra celsitudo de nostra correctione vel vestra necnon et illorum salute tractandum committit, ut non per inanem et falsam suspicionem contra nos scandalum sumant et sine causa in nos detrahendo Deum offendant et, unde sibi salutem sperare et adquirere debuerant, culpam incurrant, quia nos nihil aliud querere aut tractare desideramus — nec nostri officii est, ut faciamus —, nisi quod ad nostrum debitum ministerium et ad illorum salutem pertinet. Et ideo non debemus ante tempus per suspitionem iudicari, sed patienter expectari, donec ipsa veritas manifestum faciat, utrum magis audiendi an inprobandi simus. Nos enim, si forte evenerit, ut aliquid sinistre opinionis de nobis fama sparserit, Deo nobis opem ferente id aequanimiter tolerare et possumus et debemus. Ipsi vero a culpa inmunes esse non possunt, dum patrum et fratrum intentionem sine causa repraehendere non metuunt, quoniam hoc summopere elaborandum est nobis et vobis, ut semper inter pastores ecclesiarum et gregem Christi pax et concordia unanimitasque servetur. Nisi enim caritatem et concordiam in invicem habuerint, Deum sicut oportet propitium habere non merebuntur. Quapropter, sicut praemissum est[2], cum Deo inspirante vestra pietas de ecclesiastica et communi utilitate aliquid nobis tractare praecipit, non est nobis fas mentiri, quia aliquando veritatem sine gravi periculo ad tempus reticere, numquam tamen interrogati de ipsa veritate sine gravi discrimine possumus mentiri. Sed quia veritas sepe
Non inveni. odium generat, et sermo Dei adversarius a Domino nostris carnalibus voluptatibus describitur, tamen ei in via, id est in praesenti vita, consentiendum est. Sic etiam erga nos agendum est, ut, quotiescumque interrogati veritatem proferimus, quamquam nonnulli infirmi sine causa scandalizentur, nobis tamen consentiendum est propter ipsam veritatem. Quorum saluti atque utilitati nullatenus, quod absit, obesse, sed potius iuxta iniunctum nobis officium consultum usquequaque cupimus exhibere, quoniam non rerum, ut quidam arbitrantur, ambitione, sed animarum magis delectamur
2. Cor. 12, 14. salvatione, adtendentes illud apostoli: *Non enim vestra quaero, sed vos.*

(78). Cap. XI. Cum[3] sacri canones[4] bis in anno concilia caelebrari iubeant, illud obnixe vestrae pietati deposcimus, ut saltim vel semel in anno libertas oportuni temporis concedatur, quod haec ad honorem Dei et utilitatem sanctae Dei ecclesiae multorumque correctionem congruenter decenterque fieri possint, quoniam, si haec semel, ut dictum est, in anno per unamquamque provinciam caelebrata fuerint, et honor ecclesiasticus vires ordinis sui obtinebit et inpudentia quorundam superborum clericorum, quae passim auctoritate canonica[5] calcata auribus imperialibus molestiam ingerit, cessabit et impunitas diversorum flagitiorum locum delitescendi, quem nunc habet, non habebit et alia multa, quae actenus secus, quam ecclesiastica disciplina docet, incesserunt, ordinem suum Domino auxiliante servabunt.

X. 2 ut fideles] infideles *V.* 3 vestrae *V.* 4 ut] *ita V. P, quamquam per* quatenus *(l. 2) superfluum videtur.* 10 ut — sparserit *desunt P.* 15 gregem] regem *V.* 26 usquęquaque *V.* exibere *P.*

XI. 30 piaetati *V. P.* anno] alto *P.* 31 haec] *scil. concilia;* haec ad *desunt P.* 32 possit *V. P.* 34 quorondam *V.* 36 dilitiscendi *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 23; l. l. II, 36 sq. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 6 (46); infra p. 717 sq.* 2) *V. praefationes libri I. et III.; supra p. 608. 668.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 24; l. l. II, 37.* 4) *V. quae supra p. 629 ann. 1 sqq. ad lib. I c. 26 attulimus.* 5) *Cf. ex. gr. concil. Antiochenum c. 11; Mansi II, 1323 sq.*

(79). Cap. XII. Similiter[1] etiam obnixe ac suppliciter vestrae celsitudini suggerimus, ut morem paternum sequentes saltim in tribus congruentissimis imperii vestri locis scole publice ex vestra auctoritate fiant[2], ut labor patris vestri et vester per incuriam, quod absit, labefactando non depereat, quoniam ex hoc facto et magna utilitas et honor sanctae Dei ecclesiae et vobis magnum mercedis emolumentum et memoria sempiterna adcrescet.

(80). Cap. XIII. Similiter[3] et hoc a vestra pietate necessario duximus expetendum, ut sacerdotes et levitae et sequentis ordinis clerici, qui in diversas imperii vestri partes maximeque in Italiae regionem fuga lapsi sunt[4], vestra auctoritate per missos vestros diligenter perquirantur et in praesentiam vestram venire conpellantur et per vestram clementiam unicuique ecclesiae, a qua per contumatiam defecerunt, restituantur.

(81). Cap. XIIII. Illud[5] quoque nihilhominus a vestra pietate suppliciter flagitamus, ut monachi et presbiteri necnon et clerici, qui postposita canonica auctoritate[6] passim palatium adeunt et vestris sacris auribus inportunissimam molestiam inferunt, vestra auctoritate et potestate deterreantur, ne hoc facere praesumant[7], quoniam in huiuscemodi facto et vigor ecclesiasticus contempnitur et religio sacerdotalis et professio monastica vilior efficitur.

(82). Cap. XV. Illud[8] etiam obnixe vestram sanctam piissimamque devotionem suppliciter monendo deposcimus, ut ob amorem et honorem Dei et animae vestrae salutem morem paternum sequentes quasdam sedes episcopales, quae rebus propriis viduate, immo adnullate esse videntur, dum tempus habetis et oportunitas se praebuerit, de earum sublevatione et consolatione cogitetis, memores semper, quomodo progenitores vestri huiuscemodi piissimis studiis intenti fuerint.

(83). Cap. XVI. Sed[9] et illud a vestra pietate fieri deposcimus, ut in quadam parte parroechiae Alitgarii[10] et Rangarii[11], ubi turpissimam et nefandissimam et ipso dictu foedissimam rem perpetrari audivimus, missi vestri fideles existant, qui per potestatem imperialem vestram simul cum eorum auctoritate, quorum parroechiae sunt, idem malum ab illo loco quantocius radicitus evellant.

(84). Cap. XVII. Iterum[12] suppliciter admonendo vestrae suggerimus serenitati, ut vestro sollertissimo studio vestraque imperiali auctoritate tam temeraria Christianorum sanguinis effusio in regno vestro fieri non sinatur, semper illud adtendentes, quod Dominus post diluvium dixit famulo suo Noe: *De manu hominis et de manu viri et* Gen. 9, 5. 6.
fratris eius requiram animam hominis. Quicumque effuderit humanum sanguinem,

XII. 4 depereat] debeant *V.*
XIII. 8 sequendis *V.*
XIIII. 14 auctoritatę *V.*
XVI. 25 piętate *V.*
XVII. 31 solertissimo *V.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 24 med.; l. l. II, 37.* 2) *Krause, l. l. II, 37 ann. 83 monet ab his scholis publicis illas discernendas esse, quas episcopi (lib. I c. 30, III c. 1; supra p. 632. 669) in suis civitatibus habere decreverint.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 25; l. l. II, 37.* 4) *V. supra lib. I c. 36; p. 635 sq.* 5) *Cf. relatio episcoporum c. 26; l. l. II, 37 sq.* 6) *Cf. supra lib. III c. 11 (78); p. 674.* 7) *V. supra lib. I c. 36; p. 635 sq.* 8) *Cf. relatio episcoporum c. 27; l. l. II, 38.* 9) *Cf. ibid. c. 28; l. l. II, 38.* 10) *Episcopi Cameracensis (816—831).* 11) *Episcopi Noviomacensis (825?—829?).* 12) *Cf. relatio episcoporum c. 29; l. l. II, 38.*

[Lev. 24, 17.] *fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo.* Et in lege: *Qui* [Rom. 13, 3. 4.] *occiderit hominem morte moriatur.* Et apostolus: *Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac et habebis laudem ex illa; Dei enim minister est tibi in bono. Si autem malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in ira ei, qui malum agit.* De [Non inveni; cf. 1. Petr. 2, 14.] illo enim specialiter divina auctoritas dicit: *Gladium Dei portat ad vindictam malorum,* non de quolibet alio. Econtra vero nescimus, qua pernoxia adinventione a nonnullis usurpatum est, ut hi, qui nullo ministerio fulciuntur, propter sua odia et diversissimas voluntates pessimas indebitum sibi usurpant in vindicandis proximis et in interficiendis hominibus vindictae ministerium et, quod rex saltim in uno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipsi inpudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium et putant sibi licere ob inimicitiarum vindictas, quod nolunt, ut rex faciat propter Dei vindictam.

(85). Cap. XVIII. De[1] abbatibus vero canonicis et regularibus et de abbatissis, quae sanctimonialibus praeesse videntur, sive de laicis, qui monasteria habent, illud tantummodo vestrae pietati deposcimus, ut nunc in praesenti placito a vestra serenitate expresse admoneantur, ut de se ipsis ceteris bonum exemplum praebeant et religiose, sicut decet, conversentur et quod uniuscuiusque professioni inconveniens est et in sacris voluminibus prohibetur, omnino caveant et loca sibi a vobis concessa deperire et destrui per neglegentiam non dimittant et congregationes sibi commissas, sive spiritaliter sive temporaliter, paterno affectu gubernare eisque necessaria stipendia administrare non neglegant, ne forte propter aliquam inopiam et divina officia neglegantur, et ipsae congregationes inreligiosius vivere compellantur, et ut nostram admonitionem libenter audiant, benigne suscipiant et oboedienter adimpleant[2]. Quoniam si illi nostris admonitionibus paruerint, nos Deo auxiliante id per nostrum studium pro viribus efficere cupimus, ut ipsa religio semper in melius proficiat et merces vobis exinde adcrescat necnon et periculum, quantum fieri potest, caveatur animarum et ab auribus vestris amoveatur pro hac causa tedium querellarum.

(86). Cap. XVIIII. Postulamus[3] etiam, ut celsitudo vestra missis vestris specialiter iniungat, ut ad haec peragenda studiosi et veri adiutores, ubicumque necessitas poposcerit, nobis existant. De[4] praesbyteris et capellis palatinis[5] contra canonicam auctoritatem et ecclesiasticam honestatem inconsulte habitis vestram monemus sollertiam, ut a vestra potestate inhibeantur, quoniam propter hoc et honor ecclesiasticus vilior efficitur et vestri proceres et palatini ministri in diebus sollempnibus, sicut decet, vobiscum ad missarum celebrationes non procedunt. Nam[6] et obnixe deprecamur, ut in observatione diei dominici, sicuti iamdudum[7] vos deprecati sumus, debitam adhibeatis curam, quatenus nisi magna compellente necessitate in ipsa die a curis et sollicitudinibus mundanis, quantum potestis, vos exuatis et, quod tantae diei vene-

XVII. 10 vindicate *V.* 11 perpętrare *V.*
XVIII. 15 qui] quae *V. P.* piętati *V.* 28 quarellarum *P.*
XVIIII. 29 XVIIII.] XVIII. *V.* 30 proposcerit *P.* 32 honestam *P.* 36 depręcati *V.* 38 vos] vox *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 30; l. l. II, 38 sq.* 2) *V. supra lib. I cc. 37. 39; p. 636 sq.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 31; l. l. II, 39.* 4) *Cf. ibid. c. 32; l. l. II, 39.* 5) *Cf. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' ed. 2. III, 525 sqq.* 6) *Cf. relatio episcoporum c. 32 med.; l. l. II, 39. Ionas Aurel., De institutione regia c. 16.* 7) *Nihil de hac petitione in conciliis sub Hludowico usque ad annum 828. habitis legi iam monuit Krause, l. l. II, 39 ann. 99.*

rationi competit, et vos faciatis et vestros sacro vestro exemplo et doceatis et agere compellatis[1].

(87). Cap. XX. De[2] perceptione vero sacri corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi nihilhominus monemus, ut quod Christianae religioni expedit et, sicut vobis a patribus nostris admonitum est in aliis conventibus[3], quando possibile fuerit, faciatis et vestro exemplo vobis famulantes, ut hoc faciant, instruatis.

(88). Cap. XXI. De[4] capitulo siquidem, quod propter honorem ecclesiasticum in generali conventu vestra celsitudo se constituere velle decrevit[5], tantummodo vestram pietatem deposcimus, ut secundum Dei voluntatem, quod melius exinde vobis visum fuerit, ad effectum incunctanter perducatis.

(89). Cap. XXII. Iterum[6] monendo magnitudini vestrae suppliciter suggerimus, ut deinceps in bonis pastoribus rectoribusque in ecclesiis Dei constituendis magnum studium atque sollertissimam adhibeatis curam, quia, si aliter factum fuerit, et ordo ecclesiasticus suam non habebit dignitatem et religio Christiana in multis labefactando detrimenti sui iacturam patietur et anime vestrae, quod non optamus, periculum generabitur[7].

(90). Cap. XXIII. Similiter[8] deposcimus, ut in abbatissis constituendis vestrum specialiter caveatis periculum, sicut vobis saepe est admonitum et per divinam auctoritatem crebrius manifestatum[9]. Sed[10] et hoc obsecramus, ut in eligendis adiutoribus vestris et reipublicae ministris, qui vice vestra populum Dei regere et gubernare atque iudicare debent, sollertissimam providentiam habeatis, semper illud adtendentes, quod in libro Exodi ad Moysen dicitur: *Provide,* inquit, *de omni populo viros potentes* Exod. 18, 21—23.
et timentes Deum, in quibus sit veritas et qui oderint avaritiam. Et constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit referent ad te et ipsi minora tantummodo iudicent; leviusque tibi sit partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini et praecepta eius poteris sustentare. Unde et in libro Deuteronomii: *Iudices,* inquit, *et magistros* Deut. 16, 18.19.
constitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio nec in aliquam partem declinent. Item ibi:
Dixique vobis in illo tempore: Non possum solus sustinere vos, quoniam dominus Deus Ib. 1, 9—13.
vester multiplicavit vos, et estis hodie sicut stellae caeli plurime. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa milia et faciet vobis, sicut locutus est. Non

XX. 4 nihilhominis *P.* 6 famulantibus *V. P.*
XXI. 8 conventum *P.* constitui *V. P.* 9 sęcundum *V.*
XXII. 12 patoribus *P.* 13 solertissimam *V. P.*
XXIII. 26 aliis *V.* 30 Dixitque *P.* 31 hodiae *V. P.*

1) *V. supra lib. I c. 50 (p. 643 sq.) et quae ibi annotata sunt.* 2) *Cf. relatio episcoporum c. 33; l. l. II, 39. Ionas Aurel., De institutione regia c. 16 med.* 3) *Cf. supra p. 594 c. 3.* 4) *Cf. relatio episcoporum c. 34; l. l. II, 39.* 5) *Quod Hludowicus 829 in. sibi proposuit (Capitulare missorum c. 1, MG. Capit. II, 9; Mühlbacher² n. 863) constitutum est eiusdem anni mense Augusto (Capitulare Wormatiense c. 8, l. l. II, 13; Mühlbacher² n. 866).* 6) *Cf. relatio episcoporum c. 57; l. l. II, 48. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 9 (49); infra p. 719.* 7) *V. supra lib. I c. 11; p. 617 sq.* 8) *Cf. relatio episcoporum c. 58; l. l. II, 48. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 10 (50); p. 719.* 9) *V. supra lib. I c. 39; p. 637. Cf. etiam concil. Aquisgranense 816 inst. sanct. c. 7. Concil. Ingelheimense 826 c. 12; supra p. 442 sqq. 552 (ubi remittitur ad concil. Cabillonense 813 c. 52; supra p. 284).* 10) *Cf. relatio episcoporum c. 59; l. l. II, 48 sq. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 11 (51); p. 719 sq.*

valeo solus vestra negotia sustinere et pondus et iurgia. Date e vobis viros sapientes et gnaros et quorum conversatio sit probata in tribubus vestris. Sed et in libro Parali-
2. Paral. 19, 5–7. pomenon ita legitur: *Constituitque rex Iosaphat iudices terrae in cunctis civitatibus Iuda munitis per singula loca et praecipiens iudicibus: Videte, ait, quid facitis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini; et quodcumque iudicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud dominum Deum vestrum iniquitas nec personarum acceptio nec cupido munerum.*

(91). Cap. XXIIII. Rogamus[1] etiam vestram pietatem propter divinam misericordiam vestramque salutem ac totius populi utilitatem necnon et regni honorem atque stabilitatem, ut vestra pietas sollertissimam vigilantiam adhibeat, quatenus consiliarii et dignitatis vestrae ministri custodesque animae vestrae et corporis, qui debent esse intra regnum aliis decus et bonitatis exemplum et in exteris nationibus bonae opinionis condimentum, caritatem, pacem atque concordiam, omni simulatione et calliditate postposita, ad invicem habeant, ut secundum Dei voluntatem et vestram honestatem atque totius regni profectum communiter decertent et veri vobis adiutores in omnibus concorditer existant; verique adiutores vestri et totius regni salubriter esse poterunt, si unanimes extiterint et invicem dilectionem habuerint[2]. Decet quippe, ut sacra domus vestra cunctis spectabilis appareat et imitabilis existat et fama suae opinionis sive alios imperii vestri subiectos sive exteras nationes habundantissime perfundat. Ubi igitur omnes dissensiones et discordiae dirimende et omnis malitia imperiali auctoritate est comprimenda, necesse est ut quod in aliis corrigere decernit in ea minime reperiatur.

(92). Cap. XXV. Nam[3] et hoc humiliter obsecrando admonemus, ut liberos vestros, quos vobis divina pietas largiri voluit, in timore Dei iugiter diligenterque erudiatis, sicuti et facitis, et, ut in mutuae dilectionis caritate et fraternitatis amore atque unanimitatis concordia vicissim consistant, sedula paternaque admonitione insistatis et, ne inlicitis actibus creatoris sui offensam incurrant, provida sollertique circumspectione nihilhominus invigiletis, adtendentes beatum Iob, cuius studium, ut beatus Gregorius[4] in moralibus libris scribit, circa filios erudiendos tale extitit, ut non solum eos exterius perfectos opere et sermone efficeret, verum etiam eorum corda sacrificii oblatione mundaret. Adtendite etiam et David instruentem Salomonem filium suum, de quo in
3. Reg. 2, 2. 3. primo libro Malachim legitur: *Ego,* inquit, *ingredior viam universe terrae; confortare et esto vir fortis et observa custodias domini Dei tui, ut ambules in viis eius et custodias cerimonias eius et iudicia eius et praecepta et testimonia, sicut scriptum est in*
1. Paral. 28, 9. *lege Moysi.* Et in libro Paralipomenon: *Tu autem Salomon, fili mi, scito Deum patris tui et servi ei corde perfecto et animo voluntario.* Adtendite etiam Tobiam, de quo
Tob. 1, 9 sq. legitur, quod, *cum factus esset vir, accepit uxorem Annam ex tribu sua et genuit ex*

XXIII. 5 homines *P.* 7 munerum] numerum *P.*
XXIIII. 8 propter] pro *P.* 9 vestramquę *V.* 10 adhebeat *P.* 14 sęcundum *V*, secun *P.* 19 nationes *deest V.* 22 repereatur *V.*
XXV. 32 confortarę confortare *(bis igitur) V.* 34 cerimonias] cerimonitis *V.* 36 Tobiam de] Tobi te *V*, Tobi de *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 59 med.; l. l. II, 49. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 12 (52); infra p. 720.* 2) *V. supra lib. II c. 6 (60); p. 656.* 3) *Cf. relatio episcoporum c. 60; l. l. II, 49 sq. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 13 (53); p. 720 sq.* 4) *Cf. Gregorius M., Moralia I c. 9 § 13; Opp. I, 21; eadem verba ut supra ex Gregorio non verbotenus recepta occurrunt apud Ionam Aurel., De institutione laicali II c. 14, ubi eadem quoque argumenta ex scriptura sancta deprompta leguntur: certe tractatus Ionae iterum inspectus est, quamvis non sit ad verbum repetitus.*

ea filium, nomen suum inponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit et abstinere Tob. 1, 9 sq. *ab omni peccato.* Item idem adloquens eundem filium suum: *Omnibus,* inquit, *diebus* Ib. 4, 6–8. *vitae tuae habeto Deum in mente et cave, ne aliquando peccato consentias et praetermittas praecepta Dei nostri. Ex substantia tua fac aelemosynam et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors* et cetera. Item paulo post: *Adtende tibi, fili, ab omni fornicatione* Ib. 4, 13. 14. *et preter uxorem tuam nequaquam patiaris crimen scire. Superbiam numquam in tuo sensu aut in tuo corde dominari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Et idem non post multa: *Consilium semper a sapiente perquire. Omni tempore benedic* Ib. 4, 19. 20. *Deo et pete ab eo, ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant.* Item idem: *Audite ergo, filii mei, patrem vestrum. Servite Domino in veritate et inquirite, ut* Ib. 14, 10. 11. *faciatis que sunt beneplacita illi, et filiis vestris mandate, ut faciant iustitias et aelemosynas et ut sint memores Dei et benedicant Deum in omni tempore in veritate et in tota virtute sua.*

(93). Cap. XXVI. His[1] omnibus praelibatis notescimus vobis, quod ea, quae in capitulis vestris nobis tractanda commisistis, scilicet quid[2] a principibus et reliquo populo vel ita, ut divina auctoritas doceat, aut aliter teneatur vel quid inde ex parte aut ex toto dimissum sit, ut non teneatur, fatemur, quia in his capitulis, que superius continentur, necnon et in his, quae presenti anno conscribi et per missos vestros ob vitia conprimenda per imperium vestrum direxistis[3], multa demonstrata sunt, quae a pastoribus ecclesiarum et a principibus et a reliquo populo hactenus neglecta extiterunt et aliter, quam divina auctoritas se habeat, in his eos egisse et agere depraehendimus. Sed si haec nostra sacerdotalis ammonitio effectum Deo operante per vestrum bonum studium abhinc obtinuerit, credimus, quod multa, que a multis aliter, quam divina auctoritas se habeat, dimissa sunt, quae non tenebantur, corrigentur. Nam et illud, quod in eisdem capitulis continetur, ut manifestum fieret, quae cause id[4] effecerint, ut sacerdotes et principes a recto tramite deviassent, exceptis praemissis capitulis, in quibus, sicut diximus, multa neglegebantur, specialiter tamen unum obstaculum ex multo tempore iam inolevisse cognovimus, id est quia et principalis potestas diversis occasionibus intervenientibus secus, quam auctoritas divina se habeat, in causas ecclesiasticas prosilierit et sacerdotes[5] partim neglegentia, partim ignorantia, partim cupiditate in saecularibus negotiis et sollicitudinibus mundi ultra, quam debuerant, se occupaverint; et hac occasione aliter, quam divina auctoritas doceat, in utraque parte actum extitisse dubium non est. Sed quia Deo miserante a progenitoribus et genitore vestro et a vobis multa correcta gratulamur, si ea, que admonemus, prosperum successum habuerint, credimus, quod ad perfectionis statum vestra intentio nostraque devotio Deo cooperante pervenire poterit. Verumtamen, quia novimus statum huius regni sub

XXV. 5 avertatur] vertatur *V.* 6 esto] est *P.* 11 mei] mi *V. P.* 13 Deum] eum *P.*
XXVI. 16 comisistis *V,* commissistis *P.* 19 conscribi] *supple:* fecistis *vel simile quid; v. etiam infra p. 721 l. 8.* 22 his] is *V.* 23 abinc *P.* 27 capitulis] continetur, ut manifestum fieret, quae cause id effecerint, ut sacerdotes et principes a recto tramite deviassent exceptis praemissis capitulis *iterum (v. l. 26 sq.) add. V.* 31 cupiditate] nupiditate *P.* 34 dubium] dubi *V.* 35 admones *P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 61; l. l. II, 50 sq. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III cc. 14. 15 (54. 55); infra p. 721.* 2) *Repetuntur verba constitutionis anni 828. (supra p. 596 sq.), sicut iam in praefationibus librorum I. et III., supra p. 608 l. 21 sqq. p. 668 l. 2 sqq.* 3) *Cf. Hludowici capitula ab episcopis in placito tractanda eiusdemque capitula de missis instruendis 829. in.; MG. Capit. II, 6 sq. 7 sqq. (Mühlbacher*[2] *n. 861. 862).* 4) *Verba sunt deprompta ex constitutione in ann. 2 laudata.* 5) *V. supra lib. I cc. 28. 29; p. 630 sq.*

tali conditione et tenore crevisse atque dilatatum esse et a prudentissimis sanctisque praedecessoribus nostris, sive scilicet ab episcopis sive a principibus, hanc causam ex toto correctam non fuisse, propter haec, que suo tempore dici poterunt, et pondus tante considerationis parvitatis nostrae vires excessit, quoniam nec otium nec spatium temporis nec plenitudinem consacerdotum nostrorum, sicut ipsa necessitas exposcebat, habuimus. Et ideo haec congruentiori et aptiori tempori vita comite, si Deus ita annuerit, tractanda ac consideranda distulimus, quoniam tantae considerationis perfectio indiget adsensu et adiutorio principum et multitudine atque devotione necnon et studio sacerdotum et oboedientia vel concordia populi et congruentia loci temporisque spatio.

(94). Cap. XXVII. Porro [1] de episcopali libertate, quam Deo annuente vestroque adminiculo suffragante adipisci ad Dei servitium peragendum cupimus, suo in tempore vobis dicenda atque vobiscum conferenda reservavimus, quatenus ita sit, ut et nosmetipsos salvare populoque nobis subiecto utiliter salubriterque prodesse atque pro vobis et stabilitate imperii vestri liberius valeamus Domini misericordiam exorare et de vestris obsequiis et regni adiutorio solatium debitum minime subtrahatur, sed, si possibile fuerit, potius augeatur [2].

XXVI. 2 prodecessoribus *V. P.*

1) *Cf. relatio episcoporum c. 62; l. l. II, 51. Concil. Aquisgranense 836 decr. cap. III c. 16 (56); infra p. 721 sq.* 2) *V. etiam quae supra lib. I cc. 3. 4. III cc. 1. 8—11 (p. 610 sqq. 668 sq. 673 sq.) exposita sunt.*

**E. RELATIO EPISCOPORUM AD HLUDOWICUM IMPERATOREM.*

829. Aug.

Repetivimus iam supra p. 602 verba, quibus b. m. V. Krause tempus indolemque documenti satis copiosi optime illustravit. Quod cum denuo edere non possimus, hoc loco tractandum est de codicibus editionibusque relationis, quae in codicibus inscribitur Rescriptum consultationis sive exortationis episcoporum ad domnum Hludowicum imperatorem. *Servatur in his codicibus: 1) Gothano membr. I n. 84 (antea ecclesiae s. Martini Moguntini) saec. X. XI. fol. 395; 2) Mutinensi ecclesiae cathedralis ord. I. 2 anno 991. confecto fol. 185; 3) Vindobonensi 501 (Ius civ. 211) saec. XI. fol. 42'; 4) Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 295, qui praebet praefationem et cc. 1—45, quae exstant etiam in exemplaribus codicis Monacensis, scilicet 4a) codice monasterii S. Crucis (Heiligenkreuz in Austria) 217 saec. X. et 4b) codice Parisiensi latino 3878 (antea Fauriano, tum regio) saec. X.; 5) fragmentum praefationis legitur in codice Monacensi latino 29084 (antea Benedictoburano) saec. IX. X.; cf. G. Seeliger, 'Neues Archiv' XIX, 671 sqq. — Capita 35—62, quae numerat Krause, additionem secundam formant collectionis capitularium Benedicti Levitae; MG. LL. II, 2, 133—139.*

Edd.: MG. LL. I, 332. Migne, Patrol. lat. XCVII, 601. MG. Capit. II, 26. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 488.

---

51. CONCILIUM LINGONENSE.

830. Nov. 20.

Unicum quod exstat huius synodi testimonium edimus ex codice Parisiensi latino 4997 saec. XII. (= P) fol. 42'—44, in quo codice legitur chronicon Besuense, de cuius editionibus v. Potthast, 'Wegweiser' ed. 2. I, 56 s. v. Annales Besuenses.

Carta Alberici episcopi Lingonensis nuperrime typis expressa est in Analectis Divionensibus I (1875), p. 257. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 488.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Notum sit omnibus fidelibus sancte Dei ecclesie, quod ego Albericus dono Dei episcopus Lingonensium [1] repperi locum iam dirutum, quod dicitur Fons Besuus [2], in honore constructum sanctorum apostolorum Petri et Pauli necnon et aliorum plurimorum, ubi iam olim monachi regulariter Deo famulati fuerant, sub Amalgario [3] duce permittente Chlotario [4] rege. Ideoque ob amorem Dei et veniam delictorum meorum, Deo inspirante, cogitavi reaedificare supradictum locum, permittente gloriosissimo augusto Hluedovico et consentiente piissimo filio eius Hlothario imperatore congregavi ibi monachos sub abbate nomine Seraphim, qui ibi regulariter degerent et Deo in perpetuum fideliter deservirent. Concessi enim eis quicquid supradictus locus per cartarum donationem assecutus est et quicquid nostri praedecessores de hoc loco abstraxerant propter elemosinam supradicti principis eiusque filiorum libenter restauravi. Ideoque per consilium archiepiscopi nostri Agobardi [5] et consentientibus coepiscopis nostris necnon et piissimis nostris principibus seu omni clero necnon et omnibus fidelibus ecclesiae nostrae addidimus supradicto loco de episcopatu nostro villas his nominibus: Pauliacum [6] cum appenditiis suis, Bellenavum [7] vicum cum suis appenditiis, Arcionem [8] cum appenditiis suis. Istas villas cum omnibus adiacentiis seu et omni re superposita, campis, pratis, silvis, pomiferis, pascuis, accessibus, aquis aquarumque decursibus et omnes redditus, totum ad integrum, una cum mancipiis, libertis, cum omni peculio ipsorum, una cum accolabus dedi ad servitium monachorum iure perpetuo ad possidendum, ecclesiam etiam, que est in ipsa Belenavo [7] villa in honore sancti Stephani prorsus ab omni consuetudinali exactione liberrimam, ecclesiam quoque de villa, que dicitur Danbrun [9], cum appenditiis suis, et villam Trescasas [10] cum ecclesia et omnibus appenditiis suis, item ec-

Lemma: Carta domni Alberici episcopi *P.* 27 dedi] dedit *P.*

1) *Langres (820—838).* 2) *Saint-Pierre de Bèze.* 3) *De Amalgario cf. MG. SS. rer. Merov. II, 527 s. v.; Chron. Besuense, Anal. Divionensia I, 232 sqq.* 4) *Chlothario II. (584—629).* 5) *Lugdunensis (814—840).* 6) *Pouilly-sur-Vingeanne, cant. Fontaine-Française (Côte-d'Or).* 7) *Belleneuve, cant. Mirebeau (Côte-d'Or).* 8) *Arçon, cant. Mirebeau (Côte-d'Or).* 9) *Drambon, cant. Pontailler (Côte-d'Or).* 10) *Trochères, cant. Mirebeau (Côte-d'Or).*

clesiam de villa, quae dicitur sancti Sequani[1], cum appenditiis suis et ecclesiam de villa Morniaco[2] cum omnibus ad eam pertinentibus necnon etiam ecclesiam, quae est in Valle Verona[3] in honore sancti Mauritii, ecclesiam de villa Beria[4] in honore sancti Laurentii cum omnibus appenditiis suis, preterea in territorio Divionensi[5] decimas illarum vinearum, quas donaverat huic ecclesiae domnus Amalgarius, dux et fundator huius sacri cenobii, apud villam, que dicitur Fiscinis[6], vinearum non modicam quantitatem cum pratis et campis et servis et ancillis ad ea excolenda et in villa Fisciaco[7] vineas similiter et in Marcennaco[8] similiter in substantiam monachorum et alimoniam pauperum et ut ibidem delectetur servus Dei Domino servire et pro rege eiusque coniuge necnon et liberis ipsius et totius imperii eius stabilitate iugiter Domini misericordiam implorare. Ea videlicet ratione hoc constituimus, ut semper subiectus sit iam dictus locus ecclesiae sancti Mammetis[9], et, ut nec ego ipse nec ullus de successoribus meis hanc conscriptionem violare praesumat, domni imperatoris confirmationem in ea fieri postulavi[10].

Actum Lingonis civitate publica.

In Christi nomine (1) Agobardus Lugdunensis[11] ecclesiae archiepiscopus subscripsi. (2) Angericus[12] episcopus subscripsi. (3) Albericus episcopus[13] a me facta subscripsi. In Christi nomine (4) Faova Cabilonensis[14] subscripsi. (5) Modoinus Augustudunensis[15] subscripsi. (6) Winitharius indignus abbas Calticensis[16] subscripsi. (7) Audinus indignus corepiscopus subscripsi. (8) Motuinus indignus presbyter subscripsi. (9) Hiltibaldus Matiscensis[17] episcopus subscripsi. (10) Ragenardus presbyter subscripsi. Ego in Dei nomine (11) Iacob licet indignus corepiscopus subscripsi. (12) Sigoaldus presbyter subscripsi. (13) Wanilo presbyter subscripsi. (14) Adalbertus presbyter subscripsi. (15) Symeon presbyter subscripsi. (16) Unricus diaconus subscripsi. (17) Baius diaconus subscripsi. (18) Beatus diaconus subscripsi. (19) Fridericus subscripsi. (20) Theutmarus subscripsi. (21) Ragenaldus subscripsi. Signum (22) Humberti. Signum (23) Hiltanni. Signum (24) Bertardi. Signum (25) Fulcuini. Signum (26) Ervic. Signum (27) Radaldi. (28) Betto subscripsi. (29) Bernorogitus subscripsi. (30) Ragnoardus subscripsi. (31) Bavo subscripsi. (32) Ragenardus subscripsi. (33) Hilpericus subscripsi. (34) Hildigisus presbyter subscripsi. In Christi nomine (35) Bernardus archiepiscopus[18] subscripsi. (36) Godelsadus abbas subscripsi. (37) Birico acsi indignus levita subscripsi.

Actum anno ab incarnatione Domini octingentesimo XXX., indictione VIII^{a}., epacta XV., XII. Kalendas Decembres, anno Christo propitio X°IIII^{to} imperii domni Hlucdovici imperatoris et Hlotharii Augusti filii eius VI^{to}.

15 Actum] Auctum *P.* 26 Signum] S *hic et infra semper P.* 34 XV.] *ita P pro XXIII.* X°IIII^{to}] *ita P pro XVII°.* 35 VI^{to}] *ita P pro VIIII°.*

1) *Saint-Seine-l'Eglise, cant. Fontaine-Française, arr. Dijon (Côte-d'Or).* 2) *Mornay, cant. Fontaine-Française.* 3) *Véronnes-les-Petites, cant. Selongey (Côte-d'Or).* 4) *Beir-le-Châtel, cant. Mirebeau (Côte-d'Or).* 5) *Dijon.* 6) *Fixin, cant. Gevrey (Côte-d'Or).* 7) *Fixey, comm. Fixin.* 8) *Marsannay-la-Côte, cant. Dijon (Côte-d'Or).* 9) *Hodie Saint-Mamme de Langres (Haute-Marne).* 10) *Cf. diploma Hludowici et Hlotharii imperatorum anni 830., Anal. Divion. I, 254 (Mühlbacher² n. 878); v. etiam annales Besuenses 830 (MG. SS. II, 248), chron. Besuense (l. l. I, 254).* 11) *Lyon (814—840).* 12) *Embrodunensis (Embrun, ca. 829—?).* 13) *Lingonensis (Langres, 820—838).* 14) *Chalon-sur-Saône (813—837).* 15) *Autun (815—840).* 16) *Couches, dép. Saône-et-Loire.* 17) *Mâcon (815—850).* 18) *Viennensis (Vienne, 808/10—842).*

52. 53. CONCILIA IN MONASTERIO SANCTI DYONISII HABITA.

829—830. 832. Ian. 22.

52. *PRAECEPTUM SYNODALE ANNI 829 ex. vel 830 in.*

Non multo post concilium Parisiense anno 829. mense Iunio habitum (v. supra p. 605 sqq.) in monasterio sancti Dyonisii episcopi Senonicae et Remensis provinciarum cum Hilduino abbate convenerunt, ut de reformatione disciplinae monasticae in illo monasterio collapsae deliberarent regulamque sancti Benedicti prorsus neglectam restituerent. Qui conventus primus — nam anno 832. mense Ianuario alter eum excepit — certe ante placitum Compendiense anno 830. fortasse Maio mense habitum (cf. Mühlbacher[2] n. 874 b) congregatus est. Hludowicum enim imperatorem nondum imperiali potestate privatum fuisse elucet, Hilduini porro titulus ad id temporis spectare videtur, quo nondum in Pippini regis seditiosi partes transgressus erat (cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Ludwig dem Frommen' I, 351)[1]*. Anno ergo 829. post mensem Iunium vel initio anni 830. haec synodus adscribenda est.*

Unum ex actis synodalibus exstat documentum, quod a quo sit scriptum ignoratur. Membrana enim, quae hodie in archivo nationali Parisiensi (K. 9 n. 7) asservatur et a v. cl. M. Tangl in usum nostrum collata est, margine utroque abscisso caret et insuper scriptura propter complures maculas subrufas vel nigras evanuit. Argumentum tamen decreti restitui potest ex diplomate Hludowici imperatoris d. d. 832. Aug. 26 (ed. Tardif, 'Monuments historiques' 86; Mühlbacher[2] n. 905), in quo ex illo decreto quasi ex fonte omnia fere decreti verba repetuntur. Hoc igitur privilegium in textu decreti parando ea ratione adhibuimus, ut in varia lectione principales differentias adnotaremus (= L), uncis suppleta includeremus, punctis denique tribus lacunas indicaremus illas, quae expleri non poterant. Obliviscendum non est in diplomate verba legi imperatoris, in decreto autem synodi aut complurium episcoporum sententiam.

Edd.: Mabillon, De re diplomatica ed. 1. et 2. p. 518 (tab. 450); ed. 3. I, 538 (tab. 466). Mansi, Suppl. I, 858. Mansi, Conc. XIV, 633. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 489.

. . . [soller]tia prudentium virorum in melius excrescit, ita incuria plerumque decrescit faciliusque in ea virtutes plantantur et difficilius vitia eradicantur, Domino dicente per p[rophetam: *Ecce constitui te hodie super gentes et super reg]na, ut evellas et destruas,* Ierem. 1, 10. *disperdas et dissipes et aedifices et plantes.* Ecce duo ultima in aedificatione virtutum, quattuor vero prima in evulsione ponuntur vitiorum . . . quam virtutes, ut dictum est, possunt plantari. Qualiter autem Christianissimus ac religiosissimus Deoque plenus princeps Hludowicus invictissimus Augustus ecclesiam [Domini, magnificentia eius humilitati ipsius divinitus reg]endam tuendamque commissam, postquam Deo disponente regnum paternum suscepit, semper ad meliora provehere et ab ea quicquid noxium

29 sollertia *suppl. e coni.* 31 prophetam — regna *suppl. ex Vulg.* 32 disperdes *Or.* 36 disponente] auspice *L.* 37 regnum] imperium *L.* suscepit — prodit] suscepimus, studii nobis maxime semper fuit, ut Domini ecclesia, magnificentia eius humilitati nostrae divinitus regenda tuendaque commissa, felicibus polleret successibus eamque, quantum nostrae adtinet augustae devotioni, incessanter ad meliora provehere et ab illa quicquid noxium erat eradicare atque in ea incrementa virtutum plantare *L.*

1) *Monasterium sancti Dyonisii Hilduino anno 831. mense Februario ablatum, sed paulo post restitutum est; cf. Simson l. l. II, 3. 9.*

erat eradicare atque vi[rtutum in ea incrementa plantare sit cona]tus, rei evidentibus indiciis prodit. Quapropter saepissime successores apostolorum Domini, quorum id officium esse noverat, admonuit seque ex principali auctoritate adiu[torem ad Dei voluntat]em exsequendam exhibuit, ut quicquid in sua persona aut in ordinibus ecclesiasticis emendat[ione dignum] invenirent, pastorali auctoritate et principali ad min[isterium eorum exsequendum, postposita qualibet torpori]s neglegentia et personarum acceptione, incunctanter corrigerent et ad statum rectitud[inis perducere decertarent][1]. Verum cum eius pia admonitione suaque pastorali auc[toritate de statu et profectu sanctae ecclesiae et] ordinibus sacris et his, quae emendatione digna videbantur, tractarent, inter cetera vi[sum est illis, ut monasteri]um praeclarissimi et eximii martyris beati Dyonisii [sociorumque eius, quod constat tantorum martyrum nomine Deo de]dicatum et a regibus Francorum progenitoribusque eiusdem gloriosissimi imperatoris amplissimis rebus d[itatum, quo in eo mona]sticus ordo religiose Deo deserviret, magna emendat[ione et correctione opus haberet, quoniam ab e]o idem ordo ad multorum discrimen nulla necessitate praepediente, nullius rei inopia obsiste[nte penitus] avulsus erat. Quam causam tam per se quam per venerabilem p[rudentemque virum Hilduinum, memorati monast]erii religiosum abbatem sacrique palatii conspicuum archicapellanum et non solum eiusdem monasterii strenuam praelationem, sed etiam totius ecclesiae istius imperii i[llustrissimi curam pr]incipem gerentem, memorati piissimi Deoque amabilis principis auribus intimaverunt, quatenus eorum auctoritate suaque piissima imperiali potestate corr[igeretur. Unde domnus Hludowicus imperator, tantorum viro]rum saluberrima admonitione commonitus et eiusdem venerabilis abbatis Hilduini[2] humillimis precibus pulsatus, idem negotium gratanter benigneque suscipiens [atque in omnibus curam ge]rens, ne tanti ordinis conlapsio suae salutis quoquomodo fieret damnatio, ad eosdem praesules ecclesiarum idem referri censuit negotium, ut eorum iudicio, quibus [tanta est conlata potestas a Domino, et im]periali auctoritate idem ordo in eodem absque retractatione restitueretur loco. Venientes ergo Haldricus metropolita Senonicus[3] cum suffraganeis suis [necnon et Ebo metropolita Durocort]orum[4] cum suffraganeis suis ad memoratum monasterium, habito conventu, primum, quod idem monasterium ordini monastico constructum, dedicatum et rebus ditatum [fuerit et

2 successores apostolorum] sacerdotes *L.* quorum] *ita L,* cuius *Or.* 3 officii *L.* noveramus *L.* admonuit — exhibuit] admonere curavimus ac nostram principalem auctoritatem adiutricem ad eorum ministerium iuxta voluntatem Dei exsequendum prompte exhibuimus *L.* 4 in sua persona *desunt L.* ecclesiasticis] vel in quacumque persona *add. L.* 5 et — exsequendum *desunt hoc loco L.* 6 et] vel *L.* 8 eius — auctoritate] ipsi nostra sedula exhortatione admoniti suaque sollerti vigilantia *L.* 9 ordinibus sacris] sacris ordinibus *L.* videbantur] conventu apud Parisius iussione nostra habito strenua et devota perspicacitate *add. L.* 11 eximii] Christi *add. L.* 12 eiusdem — imperatoris] gloriae nostrae *L.* 16 avulsus erat] erat avulsus *L.* quam per] quamque et per *L.* 17 sacrique — gerentem *desunt L.* 19 memorati — principis] nostrae serenitatis *L.* 20 quatenus — potestate] uti nostra piissima imperiali potestate per eorum auctoritatem *L.* 21 domnus — imperator] *ita e coni.,* dignitas imperii nostri *L.* 22 commonitus *deest L.* 23 humillimis — negotium] preces humillimas more tranquillitatis nostrae solito *L.* negotium *e corr. Or.* 24 curam gerens] *ita e coni.,* emendabile iudicans *L.* suae salutis] salutis nostrae *L.* 25 dampnatio *L.* referri censuit] censuit referri *L.* 26 eorum] nostri principatus auctoritate eorumque *L.* et imperiali auctoritate *desunt L.* 27 isdem *L.* absque — loco] loco a. r. restitueretur *L.* Aldricus *L.*

1) *V. supra p. 597. 599 sqq.* 2) *Flodoardus in hist. eccl. Remensis III c. 1 (MG. SS. XIII, 475) minus recte Hincmarum* cum imperatore et . . . abbate sub episcoporum auctoritate laborasse dicit, ut ordo monasticus in . . . monasterio quorundam voluptuosa factione diu delapsus restauraretur. *Exornat ipsius Hincmari Remensis archiepiscopi († 882) verba in epistola ad Nicolaum I. (Opp. ed. Sirmond II, 304).* 3) *Sens (829 die 6. Iunii consecratus — 836); v. p. 597 ann. 8.* 4) *I. e. Remorum (816—835, 840—841); v. p. 608 ann. 6.*

in eo ipse ordo usque ad tempus, quo] sceptra imperialia isdem suscepit princeps, et eiusdem Hilduini abbatis praelationem, ibidem utcumque viguerit, manifestis indiciis cunctis palam factum est. Dein[de diligentem inquisitionem fecerunt super hi]s, qui in eodem loco regularem promissionem fecerant. Quidam, qui eandem promissionem fecerant, desertores eiusdem propositi effecti, rebus humanis iam [erant exempti, quorum perditio non sine mag]no animi ferri potuit merore. Quidam etiam non eandem professionem se fecisse mentiti sunt, sed testibus patenter convicti pro sua contumacia cano[nicae penitentiae sunt subacti. Quida]m vero, immo maxima pars, qui actenus in apostasiam prolapsi fuerant, coram venientes soloque se prostrantes confessi sunt eandem professionem in [eodem loco regulariter se promisisse suique] misereri et a Domino veniam pro tanto admisso dari humiliter flagitavere. Qua confessione facta cucullis [1] sui propositi coram coetu episcoporum et cete[rorum sacerdotum cunctique sequentis ordi]nis cleri nobiliumque virorum non modica circumadsistente turba se induerunt*. Ob memoriam vero et stabilitatem huius ordinis et, ne deinceps passim

*) *L, in cuius textum abhinc pauca tantum verba huius decreti transierunt, ita pergit:* atque in commune, ne aliquando, sicuti siþi aliisque iam in eodem loco contigerat, ab sanctae professionis proposito diabolico propulsarentur instinctu, regularem [2] promissionem iteraverunt. Pars denique quaedam eorum, illi scilicet, qui, divinae [3] inspirationis munere acti et amore devincti, in sanctae religionis proposito et habitu adprime absque ulla refragatione aut interpolatione elegerunt viriliter permanere et in cella eiusdem maioris monasterii, postquam ceteri monasticam vitam et habitum deseruerunt, usque ad hanc nostrae demandationis sinodum habitam degere, ante iam memoratos venerabiles patres venerunt locumque pristinum, in quo promissionem fecerant et regulariter, licet minus perfecte vixerant, sibi et se petierunt loco restitui. Quorum semotio ob id acciderat, quoniam, ut praediximus, mox ut divina dignatio nos paterna sede suscepta imperialibus sceptris inniti voluit, piae intentionis nostrae sollicitudo exsequi procuravit, ut religio, decor et omnis honestas a domno et genitore nostro divae memoriae Karolo coepta et instituta liquido et veraciter, remota omni simulatione, in propriis quibusque maneret et vigeret ordinibus. Unde ad monasticae institutionis normam corrigendam duos religiosos et venerabilis vitae viros, Benedictum et Arnulfum abbates [4], constituimus, qui per nostrum a Deo gubernandum et conservandum imperium seduli huic negotio studiose insisterent. Idem vero boni et devoti, sed simplicissimi patres supra memoratorum fratrum calliditate et duritia suaque simplicitate abducti, non studio, sed minus subtili et necessaria investigatione et providentia fallentes eos, qui in soliditate suae professae salvationis perduraverunt, a monasterio removerunt atque in memorata cella collocaverunt et illos, qui propriae voluntatis libitus non virtute, sed versutia quaesierunt ac collo de sub iugo regulae excusso loco disligatioris vitae soluti ampliori itinere caelestem patriam petere sunt conati, in domiciliis reverendi habitus et vitae monasticae reliquerunt. Sed laudabilius hi patres ecclesiae auctoritate sua dignae petitioni fratrum, quos in suae

1 isdem — eiusdem] superna largiente gratia clementia nostra suscepit et supra memorati *L.* et — praelationem] *intellige:* et usque ad — praelationem. 2 indiciis] regumque antiquis et modernis praeceptis et episcoporum privilegiis ac fidelium donationibus *add. L.* 3 cunctis — est] palam cunctis est factum *L.* 4 fecerant] fecerunt, ex quibus *L.* promissionem] professionem *L.* 6 potuit] potest *L.* non *ead. man. postea add. Or.* 8 actenus] hactenus *L.*

1) *Cf. concilium Aquisgranense 817 cc. 21 sq. 35 (MG. Capit. I, 345 sq.); v. etiam supra p. 210 c. 20 (15).* 2) *V. infra p. 689 l. 12 sq.* 3) *V. infra p. 689 l. 35.* 4) *De Benedicto Indensi et Arnulfo sancti Philiberti in Herio insula (Hermoutier) abbatibus cf. Simson, l. l. I, 142 sq.*

ad q . . . [ex eodem l]oco modernis futurisque temporibus qualibet occasione evelleretur, tam piissimi principis devotissimum factum, a tam religiosis tanteque auctor[itatis viris caelebratum], religiosi viri scriptis non ab re decreverunt roborari. Idem porro fratres, prolapsionis suae diuturnam calamitatem gementes futurumque scandalum, sua[m regularem promissionem iterantes, ne aliq]uando, sicuti sibi aliisque iam in eodem loco contigerat, ab eodem diabolico instinctu propulsarentur proposito, polliciti sunt ultro se eandem professionem e[sse observaturos eamque] ob monimentum facti breviculis regulariter[1] adnotari.

His ita praemissis visum est eisdem venerabilibus viris, ut super hoc negotio duae conscripti[ones pari tenore, fierent, . . .]rum altera in archivo memorati monasterii, altera vero in archivo ob memoriam et stabilitatem facti servaretur palatino, ut his perspectis pacem suae ecc[lesiae haberent], . . . et ad cumulum

---

religionis virtute diximus permansisse, quia sic nostri assensus iussio fuerat, annuentes rationabiliter et canonice satisfecerunt et ob suggestionis notitiam, ut nostrae panderetur celsitudini, qualiter vel quo ordine tam devotissimum factum ab eisdem religiosissimis viris sit caelebratum, duas super hoc iure, pari tenore conscriptiones fecerunt easque manibus firmaverunt propriis, ut altera earum in archivo ipsius monasterii ob memoriam et stabilitatem inibi huius ordinis per futura tempora servaretur, alteram nostrae magnitudini direxerunt, ut illam palatinis scriniis iuberemus recondere ob monimentum et istius rite facti perpetuam firmitatem[2]. Sed cum idem ordo Deo annuente, quantum divinitus videri dabatur, in eodem loco feliciter (feliter *Or.*) incederet, antiquus salutis humanae inimicus, quosdam ex ipsis fratribus sua organa efficiens, adeo insidiarum suarum furiis exagitavit, ut conspiratione et coniuratione facta[3] et propositum monasticum abnegarent et sine licentia sui abbatis propriique episcopi ac metropolitani eorum legati dignitatis nostrae dominationem adirent et molestiam super hac ratione contra canonicam[4] et propositi sui institutionem serenitatis nostrae auribus inferre praesumerent, offerentes nobis thomum in accusationem et blasfemiam episcoporum, qui se de apostasia, in qua versabantur, paterna sollicitudine nostra auctoritate correxerant et ad propositum, quod abdicaverant, redire suaserant, addentes etiam in eadem scedula alia, quae digna non sunt imperialibus nostris scriptis interseri. Porro nostra sollertia, auditis eorum querimoniis, supra memorato venerabili viro Hilduino nostra iussit clementia, ut eosdem episcopos, contra quos querebatur, necnon et alios ab accusatione inmunes iussione nostra ad ipsum venire mandaret monasterium. Et quia ad notitiam nostram ipsi fratres suos misere clamores, unde nil ambiguum et sine iustae diffinitionis decreto fas est abscedere, complurium episcoporum diligenti examine rem reventilari et canonice diffiniri et consopiri (consopori *Or.*) praecepimus, non quasi de praefata memoratorum patrum sententia, quae excellentiae nostrae bene manebat per omnia cognita, vel in aliquo dubitantes, sed ut maior Christo domino Deo nostro de percalcato hoste, qui iam dictos excitaverat fratres, triumphus fieret et in eodem loco firmiori, quia iterata stipulatione

1 ex — loco *suppl. e coni.* 6 contigerat *e corr. Or.* 10 . . . rum] *intellige:* quarum *vel* et ut earum; *v. l. 17.*

1) *Fortasse alluditur ad regulam Benedicti c. 68 ed. Woelfflin p. 57 sq.* 2) *Hucusque historia primae synodi de rebus sancti Dyonisii congregatae; sequitur descriptio, cur altera (infra p. 688 sqq.) convocata et ad quem finem habita sit.* 3) *Cf. concil. Chalcedonense c. 18; Mansi VII, 378.* 4) *Cf. concil. Antiochenum cc. 11. 12; ibid. II, 1323 sq. V. praeterea concil. Moguntinense 813 c. 24, Aquisgranense 816 inst. can. c. 73, Parisiense 829 lib. I c. 26. III cc. 11. 14 (supra p. 267. 366. 629. 674 sq.), relationem episcoporum 829 c. 26 (MG. Capit. II, 37).*

mercedis] domni imperatoris Hludowici suaeque coniugis et prolis eorumque salutem, quorum post tantum lapsum reparatio facta est, necnon et eorum, per quos Deo annuen[te imperiali auctoritate eadem reparatio caelebrata est, simu]l et eorum informationem, qui post ad monasticum ordinem Deo inspirante ad eundem conflu[xerint] locum, remota omni simulatione, semper in eodem mon[asterio regularis ordo permaneat, flor]eat et felicibus successibus Deo opem ferente polleat.

. . . [q]ui interfuerunt et hoc factum subterfirmaverunt: . . . Senonicae[1] archiepiscopus subscripsi. † Inchadus[2] Parisiacensis ecclesiae episcopus interfui et, quia ob amissionem luminum scribere nequivi, manu propria signo crucis subterfirmavi † . . . . s ss. *(NT.: subscripsi)*. . . . subscripsi . . . [i]ndignus episcopus subscripsi. . . . sis indignus episcopus subscripsi.

---

idem ordo confirmaretur et, quoniam super pastores ecclesiae dignitati nostrae imperiali quaecumque ingerebatur accusatio, non sine certo et rationabili oblitteraretur iudicio. Qui ad condictum tempus et diem ad suprascriptum venere monasterium et ipsis accusatoribus cum scripto, quod clementiae nostrae tulerant, coram exhibitis, cuncta, quae in eorum accusatione dixerant vel scripserant, falsa esse veris assertionibus idoneisque prolatis testibus probaverunt, sicut ex ordine in scripto manifestatur, quod ex hac causa a secunda constitutionis nostrae sinodo in *(deest Or.)* archivo nostri palatii cum cartulis, quae nomina testium continent, qui utrisque conventibus interfuerunt, directis, ob gestorum memoriam conservatur; unde aliud etiam ab ipsius monasterii scriniis retinetur. Ipsi de cetero fratres, respectu divino processu temporis corda illorum tangente propositi sui strenui et praeteritarum neglegentiarum penitentiae devoti exsecutores effecti, consensu salubri et prudenti tres cartulas conscripserunt, ut una earum ad caput gloriosissimorum Christi martyrum fieret, altera regiae dominationis nostrae custodia servari demandaretur, tertiam vero ipsius monasterii abbas haberet. In quibus se a beato patre Benedicto docente sancto Spiritu descriptam regulam sunt servare velle professi. Et unusquisque eorum nomen proprium cum gradu et monachi appellatione eisdem cartis subterfirmavit. Quarum unam benignitatis nostrae praesentiae exhibuerunt, humiliter postulantes sicut et saepe memorati venerabiles patres, a quibus sinodales diffinitiones caelebratae sunt, auctoritatem nostram sedulo petierunt, quatenus hoc, quod tam subtili et diligenti investigatione inventum et iusta ratione diffinitum seu salubri restitutione reparatum atque canonica auctoritate statutum esse dinoscitur, amplitudinis nostrae privilegio scriptis imperialibus confirmaremus, ut quod canonica docet auctoritas et vota regum cunctorumque fidelium, qui ipsum locum propter monasticum ordinem ibi servandum rebus suis ditaverunt, demonstrant, cum nequaquam ab eo sine periculo et regis et regni possit avelli, nostra imperialis potestas confirmatione provideat, ne ex eodem loco modernis futurisque temporibus idem ordo destituatur, sed potius Christo domino largiente ad[3] cumulum mercedis nostrae, coniugis quoque et prolis eorumque salutem, quorum post tantum lapsum reparatio facta est, necnon et eorum, per quos Deo annuente nostra auctoritate eadem reparatio caelebrata est, simul et illorum informationem, qui post ad monasticum ordinem Domino inspirante ad eundem confluxerint locum, remota omni simulatione semper in eodem monasterio regularis ordo permaneat, floreat et felicibus successibus Deo opem ferente polleat. . . .

1) *Scil. Aldricus, praeter quem certe Ebo Remensis archiepiscopus et Hilduinus abbas documentum subterfirmaverunt. De reliquis excepto Inchado nihil dici potest.* 2) *Qui obiit a. 831. Mart. 10; cf. supra p. 605 l. 32 sq., praeterea Gallia Christiana VII, 31.* 3) *V. supra p. 686 l. 12 sqq., unde sequentia deprompta sunt.*

53. CONSTITUTIO DE PARTITIONE BONORUM MONASTERII S. DYONISII.

832. Ian. 22.

Causa et gesta alterius synodi anno 832. mense Ianuario in monasterio sancti Dyonisii habitae in diplomate Hludowici imperatoris modo allegato (p. 686 l. 20 sqq.) narrantur. Quae ibi enumerata sunt documenta, tomus scilicet accusationis monachorum in episcopos congestus, ordo rerum gestarum cum nominibus testium, cartulae denique de iterata monachorum professione (cf. p. 686 l. 27, p. 687 l. 17 et 23) ad posteritatem non pervenerunt. Una tantum Hilduini abbatis constitutio servatur, quae Hludowici imperatoris diplomate altero d. d. 832 Aug. 26 (Félibien, 'Histoire de l'abbaye royale de St. Denys' prob. 51; Mühlbacher[2] n. 906) confirmata est.

Hoc privilegium imperiale[1] propterea hic laudandum est, quod facit ad textum parandum constitutionis Hilduini, etsi compendiosius de eis, quae ibi leguntur, refert. Carta enim Hilduini in membrana archivi Parisiensis nationalis (K. 9 n. 5 = Musée AE II n. 53) mutila maculisque foeda exhibetur, quo fit, ut compluribus locis quid suppleatur dubium sit, alibi lacunae ope diplomatis Ludowiciani (= L), perpauca etiam ope diplomatis alterius, de quo iam supra p. 683 l. 20 sqq. actum est, suppleri debeant. Originalem hanc membranam in usus nostros item contulit v. cl. M. Tangl, cui notarum quoque Tironianarum interpretatio debetur. Cui quae supplevimus uncis quadratis significantur; aliis locis verba Ludowiciani asteriscis praefixis subiecta sunt.

Hilduini constitutionem ediderunt Mabillon, De re diplomatica 519 (tab. 450); ed. 2. p. 519 (tab. 450); ed. 3. I, 538 (tab. 466). Félibien, 'Histoire de St. Denys' prob. 49. Mansi, Suppl. I, 860. Mansi, Conc. XIV, 636. Tardif, 'Monuments historiques' 84 (fragm.). — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 489.

. . . dinis oculum mentis erigere et pro percipienda spe felicitatis perpetuae ecclesiarum ac servorum Dei utilitatibus opem ferre debere, multo magis vigilandum et summopere p[rovidendum est, ut pro] futura utilitate ecclesiae sibi commissae speciali cura et sollicita mente pertractent, quatenus postpositis terrenarum rerum lucris ita ad plene servorum Dei necessitates de facultatibus [suis conferant, ut in]tentius eos in Dei servitio et propositi sui observantia certare ac studere delectet et illis, qui Deo ad eorum sustentationem res suas in eisdem locis obtulerunt, perpetua merces et retributio pro suis obla[tionibus recompensetur. Quapropter ego Hilduinus, monasteri]i apostolorum principis gloriosorumque Christi martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii abbas, cogitans ac pertractans superna Dei inspirante clementia, qualiter ipsa congregatio praedictorum sanctorum absque a . . . e observare potuisset, statui ac deliberavi una cum consilio et licentia domini mei, Hludovici videlicet serenissimi imperatoris, ut pro futuro eiusdem congregationis cavendo periculo eorum stipendia, [quae annuatim in cibo et potu accipere debeant, necnon et quasdam villas, quas specialiter

27 providendum — pro *suppl. e coni.* 29 plene] *ita Or.* suis — intentius *suppl. e coni.* 32 oblationibus — monasterii *suppl. e coni.* 35 a . . .] *littera dubia.* 37 quae — necessitatibus *suppl. ex L, addito verbo* quas, *verbo* eorum *ante* necessitatibus *posito.*

1) *Non adhibuimus Karoli Calvi privilegium eidem monasterio anno 862. Sept. 19 (Tardif, l. l. p. 116) concessum, propterea quod nova infert, quorum in Ludowiciano nondum mentio fit.*

eorum necessi]tatibus deserviendas tradideram, per hanc largitionis cartam nostra aliorumque bonorum hominum manibus roboratam eis confirmassem ac delegassem, qualiter in futuro nostra concessio, quam ob Dei amorem et ip . . . s nostrae scriptum, humiliter primo omnium ac suppliciter successores meos precor et admoneo, ut hanc nostrae ordinationis constitutionem, quam Dei, ut credo, instinctu fieri desideravi, ita inviolabiliter suis tempor[ibus et a sui]s successoribus conservari voluerint, scientes non ambitione vani nominis aut cupiditate praesentis gloriae, sed sola futurae retributionis mercede ob id me per consensum, ut dixi, domini mei hanc constituti[onem] . . . t monasticus ordo potuisset, sicut praeteritis temporibus omnibus manifestum est contigisse, in tantum ut pastorali neglegentia diuturna et incuria temporalis subsidii paulatim neglegendo etiam exa . . . ant absque retractatione postposita a maiore parte, ipsum habitum amiserunt. Quidam vero divina inspiratione admoniti et amore devincti in sanctae religionis proposito et habitu elegerunt viriliter permane[re] . . . rebus, quibus possent subsistere. Post haec siquidem in altero loco huiuscemodi professioni aptiori quaedam villa eis est data, in quo nihilominus cella est illis a novo fundata, et ita per tempus ali[quod ipsi, qui professio]nem regularem promiserant, seiuncti manserunt, donec respectu inmensae Dei clementiae periculum mihi ex hoc imminens per sollicitam investigationem et quorumdam fratrum ex eis manifestationem, [quam qui habitum monastic]um reliquerant sub monachi nomine firmaverunt, evidentissime satis cognoscere potui piique Augusti clementiam humiliter et fiducialiter adii [1], ut amore divinae iustitiae et sanctorum istorum honore, episcoporum sententia . . . eius incurreret, si erratus nostros corrigere non studeret, unde mercedem sine dubio adipisceretur, si in Dei vinea sollicitus cultor laborare ad gratiam communis Domini et creatoris nostri certaret. Qui pius . . . [pr]ivilegia perlecta seu firmationes istius congregationis perspectas, maxime autem privilegium Landrici religiosi Parisiorum episcopi [2] sollicite consideratum, quem ut hic regularis ordo inviolabiliter conse[rvaretur], . . . [praede]cessoris eius Chlodovei [3], qui eum suo praecepto firmavit, perfectum et sanctorum, qui usque hodie miraculis coruscant, manibus roboratum isti ecclesiae tradidit et libertatis eam privilegio honoravit. Tunc domin . . . derunt, qui se hoc vidisse et nosse, quod privilegia et praecepta parentum et praedecessorum suorum sonabant, protestabantur, libenter audivit. Unde hortatu et deprecatione eorum, quibus dominus Iesus Christus ad pastorale re[gimen . . . quaestio d]ifinita est, sicut synodalis ex hoc, quam habemus, carta, cuius exemplar in archivo est imperatorio, ordinatissime narrat [4], atque secundum divinas leges ecclesiae praedicti fratres habitum monasticum receperunt ac regul[arem promissionem iteraverunt. Sed antiqui salutis humanae h]ostis versutia satagente quidam ex fratribus saepefatis, quatenus de sub iugo regulae solverentur, imperatorem aggressi sunt. Quapropter ad huiuscemodi nefandissimi inimici frustranda moli[mina] . . . idum et plenissime re ventilata difinita et consopita est quaestio. Ad quod evitandum de cetero perditionis periculum studiosa

6 tempor[ibus et a sui]s *suppl. e coni.* 8 constitutionem *suppl. e coni.* 13 permanere *suppl. ex diplomate Hludowici altero; v. supra p. 685 l. 20.* 15 quo] *scil.* loco. 16 aliquod — professionem *suppl. e coni.* 19 quam — monasticum *suppl. e coni.* 24 privilegia *suppl. e coni.* 26 conservaretur . . . praedecessoris *suppl. e coni.* 29 domin . . .] *post litteram* n *littera* i *vel* u *secuta esse videtur.* 32 regimen . . . difinita *suppl. e coni.* 35 regularem — hostis *suppl. ex Hludowici diplomate altero; v. supra p. 685 l. 17, p. 686 l. 21 sq.* 38 molimina *suppl. e coni.* . . . idum] *littera* i *dubia.*

1) *V. p. 686 l. 31 et supra l. 8.* 2) *d. d. 652 Iul. 1.; Tardif, l. l. p. 8.* 3) *V. Chlodovei II. praeceptum d. d. 653 Iun. 22; MG. Dipl. Merov. 19.* 4) *Cf. documentum antecedens.*

et pernecessaria sollicitudine tractans per hanc confirmationis nostrae cons[criptionem constituo, quatenus nulla occasione nec rei publicae servitio quisquam successorum m]eorum, qui post me futuri sunt, in Dei servitio et regulari observantia eis ingerere quivisset per quod a via rectitudinis et regulae sancti Benedicti institutione qualibet cavillatione in futuro oberrare aut devia[re possent, ut dentur eis annis singulis de tritico puro ad eorum et hospitum in refector]ium venientium opus modia duo milia centum, ad praebendam famulorum eis servientium de sigale modia nongenta, de vino puro ad potiones vel ad hospites suprascriptos seu ad omnes [necessitates ipsorum modia duo milia quingenta, bracii per modia duodecim triginta et exceptis his bracii tres de spelta secu]ndum consuetudinem per modia triginta, inter Pascha, Natalem Domini et sancti Dyonisii missam [1] de legumine modia tricenta, de formatico pensiones trecentae triginta, de adipe modia triginta quinque, [de sale modia ducenta cum ipso modio, quod solvitur in salinis, ad cordevesos [2] et solas eorum componendas uncti du]centi, de butyro sestarii triginta, volatilia autem inter Pascha et Natalem Domini de suprascriptis villis cum integritate, quae super annum ex eis una cum censu, qui in volatilibus, de molendinis et cambis [3] debet e[xire]* . . . one [4], Tauriaco [5], Vitriaco [6], Ruberido [7], Wasconevalle [8], Salice [9], Braogilo [10], Blanziaco [11], Fraxnido [12], quam Bruningus habet, Alnido [13], Novavilla [14], Leudonecurte [15], Ardricovillare [16], quam Engilelmus habet, Arniaco [17], quam Hild . . . [habet], . . . co, Melniaco [18], Ferrariis [19], Mairiu [20], Auriniaco [21], Rotmino [22], Campiniaco [23], Gaunissa [24], Gunsanevilla [25], Fontanido [26], Cormiliis [27], La-

*) *L ita pergit:* sicut a longo tempore mos fuit, sive indominicate sive in beneficio donate fuerint, dari constituimus et confirmamus. *Verba:* . . . one — ad *(p. 691 l. 3) desunt L.*

1 conscriptionem — meorum *suppl. e L, ubi leguntur* ex successoribus suis. 5 deviare possent *suppl. e con.* ut — refectorium *suppl. ex L.* 6 modia] mod *saepius Or.* 7 eis] illis *L.* 8 potiones — suprascriptos] eorum et hospitum suprascriptorum *L.* necessitates — secundum *suppl. ex L.* 10 Natale *L.* 11 de legumine] leguminum *L.* trecenta *L.* pensiones] pense *L.* 12 trecente *L.* de — ducenti *suppl. ex L.* 15 suprascriptis] *ita Or., melius est* infrascriptis; *deest L.* villis] sicut in constitutionis carta prefati venerabilis viri scriptum habetur *add. L.* eis] omnibus eo tenore, quo ibi scriptum et ordinatum est *add. L.* 16 cambiis *L.* exire *suppl. ex L.* 19 habet *suppl. e coni.*

1) *Octob. 9.* 2) *Pelles de Corduba, coria caprina alutariorum arte praeparata; v. Ducange s. v. cordebisus. Solae sunt soleae calcii; v. ib. s. v. sola.* 3) *Cambae sunt loca, ubi cerevisia coquitur vel conficitur; v. Ducange s. v.* 4) *Karoli Calvi privilegium (l. l.) exhibet:* de Noviente supra Sequanam *(hodie Nogent-sur-Seine, dép. Aube),* Belna *(h. Beaune-la-Rolande, dép. Loiret),* Tibernione *(h. Tivernon, arr. Pithiviers, dép. Loiret) etc.* 5) *Toury, arr. Chartres (Eure-et-Loire); quae proferuntur MG. Dipl. Karol. I, p. 573 huic loco apta non sunt.* 6) *Non inveni.* 7) *Rouvray-Saint-Denis, arr. Chartres (Eure-et-Loire).* 8) *Garsanveau, arr. Étampes (Seine-et-Oise).* 9) *Saulges, arr. Laval (dép. Mayenne)?; cf. l. l. I, p. 361.* 10) *Le Bréau, comm. de Mézières (Loiret) vel Le Breuil, comm. de Marcheville (Eure-et-Loire)?* 11) *Blandy, arr. Étampes (Seine-et-Oise) vel Blanzy, arr. Réthel (Ardennes)?* 12) *Fresnay-l'Évêque, arr. Chartres (Eure-et-Loire); certe non Fresnay-sur-Sarthe, arr. Mamers (Sarthe), cf. l. l. I, p. 387. 512.* 13) *Aunay-sous-Auneau, arr. Chartres (Eure-et-Loire); v. etiam l. l. I, p. 499 s. v.* Alnetus. 14) *Non inveni; certe non Neuville, arr. Tours (Indre-et-Loire), cf. l. I, p. 140. 525.* 15) *Liancourt, arr. Clermont (Oise).* 16) *Hardivillers, arr. Beauvais (Oise).* 17) *Arny, canton d'Arpajon, comm. de Bruyères-le-Châtel (Seine-et-Oise).* 18) *Mauny, arr. Rouen (Seine-Inférieure).* 19) *Non inveni; cf. l. l. I, p. 572.* 20) *Méru, arr. Beauvais (Oise).* 21) *Origny, comm. Tournan (Seine-et-Marne).* 22) *Non inveni.* 23) *Champigny-sur-Marne, arr. Sceaux (Seine).* 24) *Gonesse, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 25) *Goussainville, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 26) *Fontenay-lès-Louvres, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 27) *Cormeille-en-Parisis, arr. Versailles (Seine-et-Oise).*

tuero[1], Villerolo[2], Villare[3], Latiniaco[4], Masciaco[5], Linerolas[6], Fericiaco[7], Niricao[8], Clipiaco[9] super Sequ[ane[10]], . . . [La]tuero[1], Villerolo[2], Villare[3], Latiniaco[4], Masciaco[5], Niriaco[8], Linerolas[6], Fericiaco[7], Clipiaco[9], qui est super Sequane[10], quarum loco ad saponem* fratribus solvendum constituimus Campaniam[11], de qua sicut et de supradicto Alnido[12] ex . . . lum Ulmicionem[13]. Has quidem, ut necessitati servorum Dei sufficere possit, ad redditionem huiusmodi ordinavimus, ne forte occasione aliqua intercidente de his et supradictis villis servitus operum . . . iaco in Cinnomanico[14] dabuntur illis aut aucae centum aut de argento pro eis libra una solvetur, de lignis mensurae, quae midi appellantur, mille centum, de melle secundum consuetudinem, de Tibrillo[15] carra du[o], . . . die** de porris ulnae viginti aut de aliis herbis bonis tantum, quod hoc compensare possit, seu de herbarum pulveribus ad condienda legumina sestarius unus, de frugibus autem arborum duae partes de praefatis vill[is] . . . [o]perimenta vero tectorum in eorum officinis et earum restauratio dictante necessitate, sicut a longo tempore consuetudo fuit, de iam dictis villis et abbatia reliqua fiant. Ad*** vestimenta etiam et calciamenta co[rii] . . . s dixi villas, quarum vocabula sunt Murnum[16], ut antiquitus vocabatur, nunc autem cella sancti Dyonisii, Tosonisvallem[17] cum Flaviaco[18] et omnibus appendiciis suis excepto Temeriacocurte[19], cellam sancti Marti[ni][20] . . . ad se pertinentibus, Nucitum[21] superiorem cum appendiciis suis, Francorumvillam[22], Maflare[23], medietatem de Baliolo[24], Muscellam[25], Bedolitum[26], Villarem[27], Wasconemvillam[28] cum

*) *Haec usque ad verba* solvetur *(l. 8) L ita comprehendit:* Saponem vero de ipsis villis, sicut in prefata confirmatione memorati viri constitutum habetur, fratrum usibus persolvi imperiali roboratione decrevimus.

**) *Loco verborum* . . . die — fiant *(l. 14) in L haec leguntur:* de modiis sedecim, holera quoque, fruges arborum, pix, carpentarii circuli ad vasa vinaria preparanda et operimenta tectorum; sed et edificatio et restauratio officinarum secundum quod in sepedicta conscriptione supra memorati honorabilis viri continetur, dictante necessitate ministretur et fiat.

***) *Verba* Ad vestimenta — crassum piscem *(p. 692 l. 10) in L hoc modo comprehenduntur:* Ad vestimenta etiam vel omnes eorum necessitates secundum regularem institutionem procurandas confirmamus illis easdem villas, quas ipse per suam concessionem eis visus est condonasse, id est Murnum[16], ut antiquitus vocabatur, nunc autem cella sancti Dyonisii, Tosonisvallem[17] cum Flaviaco[18] et omnibus appendiciis suis, excepto Temeriacocurte[19], cellam sancti Martini[20] in monte Iocundiaco[29] cum omni integritate, villam Pratariam[30] cum

2 Sequane *suppl. e coni.* Latuero *suppl. e coni.* 10 duo *suppl. e L.* 12 villis . . . operimenta *suppl. e coni. et L.* 15 corii *suppl. e L.* 17 Martini *suppl. e L.*

1) *Frustra quaesivi.* 2) *Villeron, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 3) *Villiers-le-Mahieu, arr. Rambouillet (Seine-et-Oise).* 4) *Lagny-sur-Marne, arr. Meaux (Seine-et-Marne).* 5) *Messy, arr. Meaux (Seine-et-Marne).* 6) *Ignotum est; cf. l. l. I, p. 572 s. v.* Linariolas. 7) *Fericy, arr. Melun (Seine-et-Marne).* 8) *Non inveni.* 9) *Clichy, arr. Saint-Denis (Seine).* 10) *Hodie Seine fluvius.* 11) *Champagne, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 12) *Aunay-sous-Auneau, arr. Chartres (Eure-et-Loire); v. supra p. 690 l. 18.* 13) *Ormesson, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 14) *Hodie 'le Maine'.* 15) *Non inveni.* 16) *Mours, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 17) *Toussonval en pays de Chambly (Oise) vel Tousson, arr. Fontainebleau (Seine-et-Marne)?* 18) *Frustra quaesivi.* 19) *Théméricourt (Seine-et-Oise).* 20) *Non inveni.* 21) *Noisy-le-Sec, arr. Saint-Denis (Seine).* 22) *Franconville, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 23) *Maffliers, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 24) *Bailleul-le-Soc, arr. Clermont (Oise).* 25) *Ignotum est.* 26) *Belloy, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 27) *Villiers-le-Mahieu, arr. Rambouillet (Seine-et-Oise); v. supra l. 1.* 28) *Garsanveau, arr. Étampes (Seine-et-Oise); v. supra p. 690 l. 17.* 29) *Hodie 'mont Javou'.* 30) *Presles, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).*

integritate et omnibus app[endiciis] . . . [a]c Villampictam[1] cum integritate ac omnibus appendiciis ad eas pertinentibus, Maioremvillam[2] cum integritate, in ipso vico mansum unum ad vaccariam[3] et alterum ad fratrum infirmorum necessitates necnon ma[nsos] . . . similiter et mansos seu vineas, quas Franci homines in Belna[4] ad usus fratrum delegaverunt, et mansos in Vanicolas[5], quos Aglardus per precariam habuit, et solitum censum de venna[6], quae est super fluvium Loch[7]; . . . riae Vallis[8] et mansa supra mare, quae appellantur Mares[9], cum integritate; super Sequanam vero capellam sancti Audoeni[10] ad retia piscatoria emendanda vel ordinanda cum manso uno in Bonogilo[11] et integr[itate sua], . . . quattuor et in Bagasino[12] Gahareium[13] cum integritate et appendiciis suis, quae coniacent in pago Constantino[14] ad capiendum crassum piscem et de pago Pontiu[15] censum de platessis[16] et anguillis Somnensibus[17] vel hanc . . .

suis omnibus, Pratariolam[18] cum Sichaldicurte[19] et omnibus ad se pertinentibus *(v. p. 691 l. 18 sqq.)*, Nucitum[20] superiorem cum appendiciis suis, Francorumvillam[21], Maflare[22], medietatem de Baliolo[23], Muscellam[24], Bedolitum[25], Villarem[26], Wasconevillam[27] cum integritate et omnibus appendiciis suis et omne theloneum atque censum, quod de mercato annuali per festivitatem sancti Dyonisii exire consuevit, sicut bone beateque memorie dominus avus noster Pippinus per suum preceptum eis dedit, quicquid exinde pars fisci poterat exactare[28], necnon et Trimlidum[29] ac Villampictam[1] cum integritate et omnibus appendiciis ad eas pertinentibus, Maioremvillam[2] cum integritate, in ipso vico mansos duos et mansionile in monte Sautia[30] cum adiacentiis suis, super Sequanam vero capellam sancti Audoeni[10] ad retia piscatoria emendanda vel ordinanda cum manso uno in Bonogilo[11] et integritate sua, in Alvernis[31] mansos duos et in Campiniago[32] mansos duos ad piscationem, villam Exonam[33] cum censu et integritate sua seu mansos et vineas in Belna[4], quas Franci homines ipsius congregationis fratribus delegaverunt, necnon et mansos in Vaniculos[5], sicut continetur in memorato scripto; censum etiam solitum de venna[6], que est super fluvium Loch[7], et de pago Pontiu[15] atque censum de Flandriis[34], sicut consuetudo fuit, villam siquidem, que dicitur Brenevallis[35] necnon et Mares[9] et piscaturam in Tellis[36] cum integritate tam in censu quam in apendiciis eorum et mansos in Bracio[37] et Gabaregium[13] in Bagasino[12] cum omni integritate et omnibus appendiciis suis, de quibus quedam coniacent in pago Constantino[14] ad capiendum crassum piscem. *Verba* et de pago — vel hanc *(l. 11) desunt in L.*

1 appendiciis . . . ac *suppl. e L.* 8 mansos *suppl. secundum L.* 9 integritate sua *suppl. e coni.* 11 platessis] platesiis *Or.*

1) *Villepinte, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 2) *Merville, comm. de la Courneuve (Seine).* 3) *Id est praedium vaccarum numero alendo idoneum; v. Ducange s. v.* 4) *Beaune-la-Rolande, arr. Pithiviers (Loiret); v. supra p. 690 l. 33 sq.* 5) *Non inveni.* 6) *Id est de septo ad intercipiendos pisces; v. Ducange s. v.* 7—9) *Non inveni.* 10) *Saint-Ouen, arr. Saint-Denis (Seine).* 11) *Bonneuil, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 12) *Hodie 'Le Bessin'.* 13) *Non inveni.* 14) *Hodie 'Le Cotentin'.* 15) *Hodie 'Le Ponthieu'.* 16) *Id est de genere piscium ('Plattfische').* 17) *Id est in Samona fluvio (hodie Somme) captis.* 18) *Prérolle, comm. de Presles, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 19) *Non inveni.* 20) *Noisy-le-Sec, arr. Saint-Denis (Seine).* 21) *Franconville, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 22) *Maffliers, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 23) *Bailleul-le-Soc, arr. Clermont (Oise).* 24) *Ignotum est.* 25) *Belloy, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).* 26) *Villiers-le-Mahieu, arr. Rambouillet (Seine-et-Oise); v. supra p. 691, l. 1 sq.* 27) *Garsanveau, arr. Étampes (Seine-et-Oise); v. supra p. 690 l. 17.* 28) *V. privilegium Pippini regis d. d. 753 Iul. 8; MG. Dipl. Karol. I, p. 9 n. 6 (Mühlbacher[2] n. 73).* 29—31) *Frustra quaesivi.* 32) *Champigny-sur-Marne, arr. Sceaux (Seine); v. supra p. 690 l. 20.* 33) *Essonnes, arr. Corbeil (Seine-et-Oise).* 34) *Non inveni.* 35) *Berneval-le-Grand, arr. Dieppe (Seine-Inférieure).*

et* appendiciis suis vel mancipiis sive cum omnibus, quae per precarias aut per beneficia exinde homines retinent, ut post eorum quoque discessum ad usus fratrum revertantur fratribus ipsius congregationis . . . [ve]l omnium necessitatum suarum indigentias, qualiter omnes servi Dei ibidem omni tempore degentes absque ulla penuria vel aliqua occasione abbatis omnipotenti Deo cum omni observatione regulari p . . . in omnibus observatione, tam villae supra memoratae quam redditus earum ad fratrum usus perpetim cedantur et quicquid exinde pro opportunitate fratrum vel utilitate communi eis visum fuerit faciant . . . [humili]ter exoramus, ut quod salubri consilio egimus nihil subtrahere aut minuare faciant aut aliquid de his villis ad usus suos retorqueant vel alicui in beneficium tribuant, sed neque servitia ex eis exa[ctent villis neque paraveredos aut expensas aut hospitum susceptiones recipiant aut ullas in aliqua re exaction]es aut mansionaticos inde exigant absque inevitabili necessitate praeter consuetudinarias operationes** ex his villis, sicut hic subiungemus: id est de Murno[1] in insula arpennes IIII, in vineis ad monaste[rium] . . . [po]nte Alvernis[2] perticam I, de Prataria[3] in insula arpennes II, in ponte Alvernis[2] perticam I, ad monasterium de Tunino[4] perticas II et in inundando Crodaldo[5] ut supra de Tosonisvalle[6] ad monasterium ad monasterium . . . monasterium de Tunino[4] perticam I, de Sichardicurte[7] in ponte Alvernis[2] dimidiam perticam, de Britnivalle[8] in ipso ponte perticam I, de Trimlido[9] in insula arpennes IIII, in Brogilo[10] similiter, in Gaiaco[11] a . . . infra monasterium in ponte perticas V, in inundatione Crodaldi[5] ut supra et ad abbatis cellarium per vindemias de circulis carra X et, dum colliguntur vindemiae, carpentarios II et manoperarios VIII . . . arpennes V, in vinea arpennes IIII, ad Ulmicionem[12] perticas V, de Tunino[4] ad Tricinam[13] in ponto perticam I, in ponte Parisius[14] perticam I. De*** omnibus siquidem,

*) *Verba ex L p. 691 l. 27 — p. 692 l. 31 laudata haec sequuntur:* Has igitur villas cum appendiciis et redditibus vel mancipiis sive cum omnibus, que per precarias aut per beneficia exinde homines retinent, ut post eorum decessum ad usus fratrum et stipendia memorata revertantur fratribus ipsius congregationis ad speciales eorum necessitates imperiali auctoritate et indulgentia per hoc preceptum confirmationis nostre, sicut predictus venerabilis abba in sua confirmavit constitutione, stabili iure eis concedimus et confirmamus, precipientes, ut nullus abbatum per successiones quod salubri *(v. p. 693 l. 8—13)* egit consilio et nostro roboratum edicto subtrahere vel minuere audeat aut ad usus suos retorqueat vel alicui quiddam inde in beneficium tribuat, sed neque servitia ex eis exactet neque paraveredos aut expensas ad hospitum susceptiones recipiat aut ullas in aliqua re exactiones aut mansionaticos inde exigat absque inevitabili necessitate preter consuetudinarias operationes.

**) *Hic addit L:* que in sepedicta memorati viri constitutionis pagina descripte habentur, quibus nil addere quisquam umquam presumat. *Verba* ex — perticam I *(l. 23) in L desunt.*

***) *L constitutionis finem ita exponit et amplificat:* Suprascripta autem ad centum quinquaginta monachorum numerum sunt ordinata. Ex quibus nil cuiquam abbatum licebit umquam

3 vel *suppl. e coni.* 8 humiliter *suppl. e coni.* 10 exactent — exactiones *suppl. e L.* 13 arpenn̄ *vel* arp̄ *semper Or.* 14 ponte *suppl. e coni.* 16 inundando] mundando *Or.* 20 inundatione] mundatione *Or.* 23 ponto] *ita Or., fortasse* ponte *corrigendum.*

1) *Mours, arr. Pontoise (Seine-et-Oise); v. supra p. 691 l. 15.* 2) *Non inveni; v. supra p. 692 l. 22.* 3) *Presles, arr. Pontoise (Seine-et-Oise); v. supra p. 691 l. 32.* 4) *Non inveni; v. infra l. 17. 22.* 5) *Hodie 'Le Crould' fluvius.* 6) *Tussonval en pays de Chambly (Oise) vel Tousson, arr. Fontainebleau (Seine-et-Marne); v. supra p. 691 l. 30 sq.* 7) *Non inveni; v. supra p. 692 l. 12.* 8) *Berneval-le-Grand, arr. Dieppe (Seine-Inférieure); v. supra p. 692 l. 27.* 9) *Non inveni; v. supra p. 692 l. 18.* 10) *Non inveni; sed fortasse idem est locus, cuius supra p. 690 l. 17* (Braogilo) *mentio fit.* 11) *Frustra quaesivi.* 12) *Ormesson, arr. Pontoise (Seine-et-Oise); v. supra p. 691 l. 5.* 13) *Non inveni.* 14) *Paris.*

quae in speciales usus fratrum ceduntur, quod . . . [con]stituimus, ex quo nil cuiquam abbatum licebit unquam subtrahere, augere vero qui forte voluerit multiplicatis ad usus eorum opibus multiplicentur et servitii divini cultores . . . necessaria devotione ob Dei amorem et istorum sanctorum honorem ac animarum salvationem egimus, inviolabiliter perpetim observare procurent et, si aliter, quod absit, iniqua saeculi cupiditate se . . . eius in conspectu sanctae et intemeratae ac semper virginis genetricis eiusdem Dei omnipotentis omniumque virtutum caelestium sanctique apostolorum principis seu istorum gloriosissim[orum martyrum] . . . ssionis institutoris cunctorumque Domini electorum dampnabiliter iudicandum cognoscant, sicut econtra, quod optamus potius et oramus, mercedem aeternae beatitudinis suam dilig . . . [adi]pisci.

Actum monasterio sancti apostolorum principis excellentissimorumque martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii anno XVIIII. Hludovici serenissimi imperatoris, indictione X., data XI. Kal. Februar. In Dei nomine feliciter.

. . . s ss. *(Nota Tironiana: subscripsi).* † Aldricus [1] archiepiscopus †. † Otgarius [2] archiepiscopus †. † Ebo indignus Remensis [3] archiepiscopus *(Signum recognitionis).* Drogo [4] episcopus *(NT.: subscripsi, scripsi).* . . . [su]bscripsi. † Witgarius peccator sanctae Taurinensis [5] ecclesiae episcopus *(NT.: Witgarius peccator sanctae Taurinensis ecclesiae episcopus subscripsi).* Ercanradus indignus Parisiacensis [6] eclesiae *(NT.: episcopus)* subscripsi. . . . ecclesiae episcopus subscripsi. † Ionas indignus Aurelianensis [7] ecclesiae episcopus subscripsi *(NT.: Ionas indignus episcopus).* † Heribaldus [8] in Dei nomine episcopus ss. . . . [e]piscopus *(NT.: subscripsi).* Truttarius [9] episcopus *(NT.: subscripsi).*

---

subtrahere, augere vero qui forte voluerit multiplicatis ad usum eorum opibus accumulet et servitii divini cultores. Qui vero facere aliter praesumpserit et post decessum nostrum hanc nostram confirmationem, quam super predicti venerabilis viri Hilduini constitutione fecimus, violare voluerit, querela ad successores nostros, qui tunc temporis nobis superstites fuerint, deveniat; ipsique agnita auctoritate nostra nostre constitutionis statuta defendant et sue auctoritatis precepto confirment, sicut a se bene gesta defendi et confirmari a suis successoribus Deo annuente voluerint, qualiter futuris temporibus fratres in cenobio supradicto, regulam beati Benedicti servantes, absque perturbatione Deo libere deservire queant nobisque pro rata confirmatione merces et illis pro pia observatione in perpetua recompensetur eternitate. *Reliqua omisimus.*

1 constituimus *suppl. e coni.* 8 gloriosissimorum martyrum *suppl. e coni.* 10 adipisci *suppl. e coni.* 21 *NT. subscripsi] lectura notae dubia.*

1) *Aldrici Senonensis (Sens, 829—836) subscriptionem sine dubio Hilduini nomen anteiit.* 2) *Moguntinus (Mainz, 826—847).* 3) *Reims (816—835. 840—841).* 4) *Mettensis (Metz, 826—855).* 5) *Térouanne?, deest apud Gams, Series episcoporum p. 521.* 6) *Paris (831—857).* 7) *Orléans (825—843).* 8) *Autissiodorensis (Auxerre, 828—857).* 9) *Namnetensis (Nantes); Gams, l. l. p. 581 Attoni Namnetensi attribuit annos 829—833., Drutcario annos 834. 835.*

*54. CONCILIUM COMPENDIENSE.

833. mense Octobri.

Annales Bertiniani ad annum 833. ed. Waitz p. 6 sq. haec referunt: Hlotharius, arrepta potestate regia, . . . patrem secum sub custodia per Mettis usque ad Suessionis civitatem perducens, illic eum in monasterio sancti Medardi in eadem custodia reliquid. . . . Deinde condictum placitum Kalendas Octobris Hlotharius in Compendio habuit. Ibique episcopi, abbates, comites et universus populus convenientes dona annualia ei praesentaverunt fidelitatemque promiserunt. . . In quo conventu multa in domnum imperatorem crimina confinxerunt. Inter quos Ebo Remorum episcopus falsarum obiectionum incentor extiterat. Et tam diu illum vexaverunt, quousque arma deponere habitumque mutare cogentes, liminibus ecclesiae pepulerunt, ita ut nullus cum eo loqui auderet nisi illi, qui ad hoc fuerant deputati.

Quo in conventu quid episcopi ad synodum separatim congregati (cf. Mühlbacher[2] n. 926a. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Ludwig dem Frommen' II, 65) statuerint — de Iesse episcopi Ambianensis restitutione v. etiam Thegani vitam Hludowici c. 4 et Flodoardi historiam Remensis ecclesiae II c. 20; MG. SS. II, 600. XIII, 473 —, reliquiae gestorum synodalium manifestant. Sunt autem hae:

**A. EPISCOPORUM DE POENITENTIA, QUAM HLUDOWICUS IMPERATOR PROFESSUS EST, RELATIO COMPENDIENSIS.*

833 Oct.

Codices manuscripti exauctorationis quae dicitur Hludowici imperatoris non iam exstare videntur.

Edd.: Pithoeus, Annalium et historiae Francorum . . . scriptores coaetanei XII (ed. Germ. Francofurti 1594), p. 322. Baronius, Ann. eccl. 833 n. 9. Binius III, 1, 573. Goldast, Constitutiones imperiales II, 16. Sirmond II, 560. Duchesne, Historiae Francorum scriptores II, 331. Coll. reg. conc. XXI, 278. Vorburg, Hist. XI, 251. Labbe-Cossart VII, 1686; ed. Coleti IX, 801. Harduin IV, 1377. Lünig, 'Reichsarchiv' XV, 111. Bouquet VI, 243. Mansi XIV, 647. MG. LL. I, 366. Migne, Patrol. lat. XCVII, 659. MG. Capit. II, 51. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 489; cf. Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 926b.

**B. AGOBARDI CARTULA DE POENITENTIA AB IMPERATORE ACTA.*

833 Oct.

Legitur inter Agobardi archiepiscopi Lugdunensis († 840) opera in codice Parisiensi latino 2853 (antea I. B. Massoni) circa annum 840. conscripto.

Edd.: Masson, S. Agobardi episcopi ecclesiae Lugdunensis opera (Paris. 1605), p. 378. Baronius, Ann. eccl. 833 n. 20. Sirmond II, 564. Duchesne, Scriptores II, 329. Coll. reg. conc. XXI, 285. Baluze, Agobardi opera II, 73. Vorburg, Hist. XI, 255. Labbe-Cossart VII, 1691; ed. Coleti IX, 806. Bibliotheca patrum Lugdunensis XIV, 319. Harduin IV, 1382. Bouquet VI, 246. Mansi XIV, 652. MG. LL. I, 369. Migne, Patrol. lat. XCVII, 664. CIV, 319. MG. Capit. II, 56. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 489.

55. CONCILIUM AD THEODONIS-VILLAM CONGREGATUM.

835. mensibus Februario et Martio.

De hoc concilio[1] *annales Bertiniani ad annum 835. ed. Waitz p. 10 sq. haec referunt: (Hludowicus imperator)* ad suum palatium in Theodonis-villam reversus est. In quo ętiam circa sanctae Mariae purificationem[2] conventum generalem habuit omnium paene totius imperii sui episcoporum et abbatum, tam canonicorum quam regularium. In quo inter caetera ecclesiasticae instituta[3] disciplinae illud summopere ventilatum est, quod annis prioribus idem religiosissimus imperator malivolorum Deoque adversantium tergiversatione inmerito depositus paterno hereditarioquę regno et honore et regio nomine fuerat[4]; tandemquę ab omnibus concorditer atque unanimiter inventum atque firmatum est, ut, illorum factionibus divino auxilio cassatis, ipse avito restitutus honori decorique regio merito reformatus, deinceps fidelissima firmissimaque oboedientia et subiectione imperator et dominus ab omnibus haberetur. Quam inventionis suaeque confirmationis seriem et unusquisque proprio scripto comprehendit propriaeque manus scriptione roboravit. Et plenius atque copiosius communi cunctorum descriptione in unum corpus in modum libelli comprehensa totius rei patratio, qualiter acta, ventilata, inventa et omnium subscriptione denuo digneque fuerit roborata, devotissima sincerissimaque benivolentia et tantis patribus auctoritate dignissima cunctorum notitiae manifestissimum facere non distulerunt[5]. Nam venientes in memoratam urbem[6], in basilica beati Stephani protomartyris, missarumque celebratione peracta et universis, qui aderant, rei ordine publice patefacto, coronam, insigne imperii, a sacrosancto altario sublevatam sacri ac venerandi antistites eius capiti cum maximo omnium gaudio propriis manibus restituerunt. Sed et Ebo Remorum pridem archiepiscopus, qui eiusdem factionis velut signifer fuerat, conscenso eminentiori loco in eadem ecclesia, coram omnibus libera voce professus est eundem Augustum iniuste depositum et omnia, quae adversus eum patrata fuerant, inique et contra totius tramitem aequitatis fuisse machinata et tunc merito, iuste digneque imperii solio reformatum. Quibus sollempniter transactis ad sepedictum palatium[7] regressi sunt; ibique Ebo in plenaria sinodo capitale crimen confessus seque tanto, id est episcopali, ministerio indignum proclamans

1) *Cf. Mühlbacher*[2] *n. 938a–c. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Ludwig dem Frommen' II, 126 sqq.* 2) *'Febr. 2.* 3) *Quae non iam exstant; de punitis praeter Ebonem episcopis cf. Simson, l. l. II, 137 sq.* 4) *Scilicet anno 833. mense Octobri in concilio Compendiensi; supra p. 695.* 5) *Quae perdita sunt.* 6) *Scil. Mettensem.* 7) *In Theodonis-villa (Diedenhofen).*

propriaque scriptione confirmans sese omnium consensu atque iudicio ab eodem ministerio reddidit alienum; *cf. etiam Thegani vita Hludowici c. 56, MG. SS. II, 600.*

Accedit epistola synodi Tricassinae (cf. 'Neues Archiv' XXVI, 638) anni 867. ad Nicolaum I. papam, ubi ita de Hludowico imperatore atque Ebone exponitur (Mansi XV, 792, respecta lectione codicis Laudunensis 407 saec. IX. ex. fol. 151 sqq.): (Ebonem) per Rothadum coepiscopum [1] suum et per Erchenradum [2], in cuius ecclesia latitabat, sed et per alios suos fideles . . . ad se imperator [3] sub custodia deduci precepit, quem in monasterio sancti Bonefacii [4] usque ad tempus synodi servari precepit. Ad quam anno incarnationis dominicae DCCCXXXV. omnes, qui convenerunt, episcopi singillatim libellos de restitutione imperatoris communi consilio atque consensu ediderunt, quos in corpus unius voluminis nobis ostensi congestos propriis manibus subscripserunt, cum quibus et Ebo libellum manu sua auctoritate archiepiscopali subscriptum edidit, in quo professus fuit quicquid in ipsius imperatoris dehonoratione atque regni privatione contumeliose gestum fuerat nec canonice nec iuste factum fuisse; ceterorum etiam episcoporum, qui ad eundem conventum confluxerant, libelli de obiectis criminibus in imperatorem compilati non tacent. Et post datos libellos venientes episcopi cum imperatore et quam plurimis eius proceribus atque fidelibus in urbem Mettensium in basilica beati Stephani inter alia, quae tunc ibi fuere acta, Ebo publice tam pro imperatoris placanda offensa quam pro gratia eius recuperanda et sua iniuria removenda quaedam minus caute, pro sui tamen ereptione, in imperatoris iustificatione et in sua denotatione pronuntiavit. Indeque ad Teodonis villae palatium cum quibus perrexerat imperatore regresso, in episcoporum synodo Ebo presens ab imperatore presente est accusatus, quod eum falso fuerat criminatus et eisdem falsis criminibus impetitum a regno deiecerat armaque ab eo ablata nec confessum nec convictum contra regulas ecclesiasticas ab ecclesiae aditu ac Christianorum societate eliminaverat. In quo molestissimum in se sentiens imperatorem petiit Ebo secessum, quatinus sine praesentia imperatoris liceret ei in synodo episcoporum suam agere causam. Quod obtinens convocavit ad se quosdam episcopos et eorum usus consilio, ut et ipse obprobrium vel periculum imminens de impetitis vel impetendis declinaret et sacerdotis dignitas insultationem saecularium devitaret, libellum temperantiae iuxta decreta Leonis papae [5], sicut tunc cautius invenire potuerunt, dictavit et scribi coram se fecit ac propria manu subscripsit eundemque proprie ac iudicum suorum vocis professione attestatum synodo in abdicationem sui sponte porrexit [6]; *cf. concil. Suessionense 853 act. II.; Mansi XIV, 985.*

Alteram epistolam eodem tempore Romam missam habuit Flodoardus, in qua accuratius de rebus Ebonis agebatur; necessarium itaque ducimus ea repetere, quae in historia Remensis ecclesiae II c. 20 (MG. SS. XIII, 471 sqq.) leguntur: De Ebonis . . . depositione requirente postmodum papa Nicholao [7], ab episcopis Galliae maximeque Belgicae provinciae haec inter alia in responsis accepit: 'Quod Ebo Remorum episcopus, accepta a Lothario pro patris proditione abbatia sancti Vedasti [8], falsarum [9] obiectionum incentor extiterit et taliter criminatum eundem imperatorem isdem Ebo, a suis complicibus a liminibus ecclesiae proiectum ac publicae poenitentiae mancipatum custodiri fecerit, usque dum in anno incarnationis dominicae octingentesimo tricesimo quarto Lotharius, territus conventu fratrum suorum ac plurimorum fidelium patris imperatoris fuga lapsus

1) *Suessionensem.* 2) *Parisiensem.* 3) *Hludowicus.* 4) *Fuldensi.* 5) *Cf. Leonis M. epistola d. d. 459 Mart. 6; Mansi VI, 410 (Jaffé-K. n. 545).* 6) *V. infra p. 701 l. 22 sqq.* 7) *858—867.* 8) *St. Vaast.* 9) *Verba* falsarum obiectionum incentor *leguntur etiam in annalibus Bertinianis ad a. 833. ed. Waitz p. 7 (v. supra p. 695 l. 10), quorum narratio cum insequentibus congruit. Illa vix a Flodoardo addita esse censet Waitz, l. l. XIII, 471 ann. 4.*

patrem suum adhuc ab ingressu ecclesiae sequestratum dimisit. Cum quo inter alios etiam quidam episcopi, fautores ipsius in adversitate patris sui, relictis *(p. 472)* contra sacras regulas sedibus suis, perrexerunt[1], Iesse videlicet Ambianensis et Hereboldus Autisiodorensis, Agobardus Lugdunensis et Bartholomeus Narbonensis episcopus. Et abscedente[2] illo, qui affuerunt episcopi imperatorem in ecclesia sancti Dyonisii reconciliaverunt et ecclesiasticae communioni restituerunt. Quod Ebo audiens quibusdam familiaribus suis plenitudinem suorum delegavit hominum et certum eis placitum dedit, ubi et quando iterum ad eum venirent'. Adicitur etiam[3]: 'Quod[4] Ebo plurima, quae de facultatibus ecclesiasticis ferre tunc in argento et auro potuit secum assumens, cum quibusdam Normannis, qui iter et portus maris ac fluminum mare influentium notos habebant, cum paucis quoque aliis domesticis suis, nullo impetente vel persequente, noctu Remis aufugit et non solum parrochiam suam[5], verum et Belgicam regionem deseruit et iter ad Normannos, quibus a Pascali[6] papa necnon ab Eugenio[7], successore ipsius, sicut epistolis eorundem presulum ad ipsum pro hac re datis edocemur[8], fuerat predicator destinatus, arripuit. Quod manifestantibus eis, cum quibus hoc consilium iniit, imperatorem latere non potuit. Quapropter imperator per episcopos eum, Rothadum scilicet Suessonicum et Erchenradum Parisiorum episcopum, revocari fecit et in monasterio sancti Bonifatii[9] ei et clericis ac laicis, qui cum eo erant, necessaria ministrari et sinodum expectare precepit. Sed[10] et Hildemannus Belvacensis episcopus insimulatus, quod sicut prefati episcopi fugam ad Lotharium moliretur, in monasterio sancti Vedasti detentus, sinodum expectavit[11]. Ad[12] quam anno incarnationis dominicae octingentesimo tricesimo quinto venientes omnes episcopi, qui convenerant, singillatim libellos de restitutione imperatoris communi consilio atque consensu ediderunt et propriis manibus subscripserunt. Cum quibus et Ebo, ut re vera in statu suo adhuc manens, libellum manu sua cum additamento archiepiscopi scriptum edidit. In quo libello professus et quicquid in ipsius imperatoris dehonoratione gestum fuerat iniustum factum fuisse'. Item post pauca: 'Et[13] post datos libellos venientes episcopi cum imperatore et quam plurimis eius fidelibus ac regni primoribus in urbem Mettensium in basilica beati Stephani publice a Drogone[14] episcopo relecta sunt quae de restitutione imperatoris omnium unanimitate inventa fuere. Post hanc adnuntiationem Ebo Remorum episcopus, qui[15] eiusdem factionis velut signifer fuerat, conscendens eundem

1) *Cf. Simson, l. l. II, 89 ann. 3. 116 ann. 5.* 2) *Verba* abscedente — reconciliaverunt *paulisper mutata occurrunt iterum in annalibus Bertinianis ad a. 834; l. l. p. 8.* 3) *In eadem certe epistola deperdita, cuius fragmenta Flodoardus operi suo inseruit.* 4) *De fide suspecta huius narrationis cf. Simson, l. l. II, 131 ann. 5, de cuius explanatione ad p. 131 sqq. remittimus.* 5) *Id est diocesim Remensem.* 6) *V. epistolam Paschalis I. papae, qua Ebo et Halitgarius, ad partes Aquilonis missi, ut fidem Christi propagarent, omnibus Christianis commendantur, circa 822. (MG. Epp. V, 68; Jaffé-E. n. 2553).* 7) *V. MG. Epp. V, 70 ann. 4; Jaffé-E. n. 2564.* 8) *Verba haec Waitz, l. l. XIII, 472 ann. 5 Flodoardo tribuenda suspicatur, quamvis mirum sit, quod ex his litteris papalibus alibi nihil attulit. Item ea ex epistola deperdita deprompta esse magis fortasse placet.* 9) *Fuldensi.* 10) *Waitz, l. l. XIII, 472 ann. 5 monet iam ipsa epistolae verba Flodoardum exscribere videri, quod num antea fecerit, certius intelligi nequire. Omnia ex epistola repetita esse, interpositis tamen verbis* Item post pauca *(l. 27),* Item post aliquanta *(p. 700 l. 7) crediderim.* 11) *Cf. Hincmari epistola ad Nicolaum papam data; Opp. II, 301.* 12) *Verba* Ad quam — factum fuisse *occurrunt paulisper mutata in epistola concilii Tricassini 867; supra p. 697 l. 8—14.* 13) *Cf. ibid. l. 16 sqq.* 14) *Mettensi.* 15) *Verba* qui — reformatum *paulisper mutata etiam in annalibus Bertinianis ad a. 835. (l. l. p. 11; supra p. 696 l. 25—29) inveniuntur.*

locum, ubi Drogo steterat, coram omnibus professus est eundem Augustum iniuste depositum et omnia, quae adversus eum patrata fuerant, inique et contra totius auctoritatis tramitem fuisse machinata, merito iusteque proprio imperii solio reformatum. Et sic omnibus laudes Deo canentibus, et quae tunc ibidem fuerant agenda peractis, ad Theodonis-villae palatium regressi sunt; ibique Hildemannus[1] in sinodo presens se a calumpnia sibi impacta regulariter exuens satisfecit sinodo et per eam imperatori. Ebo[2] vero in eadem sinodo presens ab imperatore presente accusatus est, quod eum falso fuerat criminatus et eisdem falsis criminibus appetitum a regno deiecerat armisque ab eo ablatis nec confessum nec convictum contra regulas ecclesiasticas ab ecclesiae aditu ac Christianorum societate eliminaverat[3], sicut et isdem scripto subscriptione sua roborato et verbis coram omnibus professus fuerat. Et cum essent alia etiam crimina, de quibus post hanc accusationem accusandus erat et de quibus apud imperatorem iam antea fuerat accusatus et non canonice purgatus, sicut et post epistola episcoporum ad Sergium papam[4] demonstrat, et pro quibusdam eorum extiterat a consilio imperatoris eiectus[5] — quae patefacta veritate negare non valebat —, petiit secessum, ut sine presentia imperatoris liceret ei in sinodo episcoporum suam agere causam. Quod obtinens convocavit ad se quosdam episcopos et nullo cogente, sed propria sponte secundum eorum consilium sequentium Affricanum concilium[6], ut parceretur ipsius verecundiae ac propter ecclesiae opprobrium et insolentem insultationem secularium, ne dignitas sacerdotalis pollueretur, si *(p. 473)* publice de his, de quibus impetitus et adhuc impetendus erat, confessus aut convictus foret, libellum suae depositionis dictavit et scribi coram se fecit et propria manu subscripsit secundum traditionem ecclesiasticam eundemque libellum propriae ac vivae vocis confessione attestatum in abdicationem sui, nullo ab eo quaerente vel exigente, sinodo ultro porrexit et, sicut videri tunc ab his, qui interfuerant, potuit, sacerdotio se sponte submovit, quaerens remedium poenitendi, sicut in eodem professionis ac subscriptionis suae libello continetur hoc modo: 'Ego Ebo indignus episcopus — Ebo quondam episcopus subscripsi †' *(v. infra sub A p. 701 l. 10 sqq. et sub B p. 702 l. 10 sqq.).* Et ut omnia secundum leges, quibus moderatur ecclesia, in sinodo legaliter adimpleret, simul cum eis, quos secundum Affricae provinciae canones elegerat sibi iudices, dicente apostolo: *Adversus presbiterum accusationem noli recipere nisi sub duobus vel tribus testibus,* (1. Tim. 5, 19.) ut in ore duorum vel trium testium constaret etiam suae accusationis et, ut alius se sacerdotio defuncto ei succederet, testificationis verbum, ascivit et alios tres episcopos veritatis de sua accusatione et testificatione conscios in testimonium suae professionis, Theodericum[7] scilicet episcopum et Achardum[8] episcopum dioceseos suae[9] et Nothonem[10] archiepiscopum. Et sic ipse professus et sex episcopis suae professioni attestantibus, ut prediximus, libellum sinodo porrexit, cunctique episcopi, qui sinodo interfuerunt, singillatim ac viritim dixerunt illi: 'Secundum tuam professionem et subscriptionem cessa a ministerio'; et coram omnibus hanc noticiam cum prescripto libello temporibus

1) *Bellovacensis; v. supra p. 698 l. 19.* 2) *Sequentia ad verbum fere cum epistola concilii Tricassini (supra p. 697 l. 22 sqq.) concordant.* 3) *Scilicet anno 833.; cf. supra p. 695 Simson, l. l. II, 66 sqq.* 4) *844—847.* 5) *Cf. Simson, l. l. II, 133 ann. 6.* 6) *Cf. concil. Carthaginiense 407 (in codice canonum ecclesiae Africanae c. 96 = apud Dionysium Exiguum concil. Africanum c. 63; Mansi III, 802):* Ut ab electis iudicibus provocare non liceat. Si autem fuerit provocatum, eligat qui provocaverit iudices et cum eo et ille, contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare. *A. Nissl, 'Der Gerichtsstand des Clerus im fränkischen Reich (Innsbruck 1886), p. 77 ann. 4.* 7) *Cameracensem.* 8) *Noviomacensem.* 9) *Suffraganei erant archiepiscopi Remensis.* 10) *Arelatensem.*

futuris conservandam Ionas[1] episcopus Heliae notario[2], qui libellum Ebonis scripserat, cui idem Ebo subscripsit, secundum LVIIII. capitulum[3] et item secundum capitulum LXXIIII. concilii Affricani[4] pro omnibus dictavit, et idem Helias haec, quae secuntur, conscripsit: Acta est haec Ebonis professio eiusque propriae manus subscriptione roborata in conventu sinodali generaliter habito apud Theodonis-villam anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXXXV., anno etiam imperii gloriosi Caesaris Ludowici XXIII'. Item post aliquanta: 'Libellum sibi ab Ebone porrectum post dampnationem eius sinodus Folconi presbitero, qui eidem Eboni in episcopii Remensis susceptione successerat[5], cum sinodali noticia dedit, quique in scrinio Remensis ecclesiae conservatur, cuius exemplar sanctae memoriae papae Leoni[6] directum didicimus' et cetera.

Karolus denique rex anno 867. ad Nicolaum I. papam ita scribit (Mansi XV, 796, respecta lectione codicis Laudunensis 407 s. IX. ex. fol. 178 sqq.): '*(Ebo)* Mettis civitatem est ductus, ubi in ecclesia sancti Stephani ambonem coram omnibus conscendens professus est non equum in gloriosum imperatorem dominum suum intulisse iudicium. Ibi etiam idem piissimus imperator ab omnibus episcopis, clero et populo est honorabiliter coronatus et pristino restitutus imperio. Hinc iterum placito generali convocato praefatum Ebonem sibi iussit exhiberi et eum pro inlata iniuriarum contumelia ac nonnullis episcopis praesentibus[7], episcopi siquidem, imperatori satisfacere et pontificalem reverentiam servare cupientes, obtinuerunt apud eundem imperatorem, ut non coram laicis, sed in sacrario ipsius Ebonis causa disponeretur. Ebo autem omni temporali privatus subsidio omnique humano destitutus solacio, tempori consulens, accersito quodam recluso nomine Framegaudo, misit per eum genetrici nostrae Iudith gloriosae imperatrici anulum, quem ab ea quondam acceperat, quem etiam, quotiescumque aliquo tangebatur, mittere solebat, et ut sui misereretur flebiliter peroravit. Eundem vero anulum genetrix nostra in ipso nostrae nativitatis articulo, quia archiepiscopus erat, pro sua religione et sanctitate, ut nostri iugiter in suis orationibus memor esset, ei miserat. Tunc ipsa, horum reminiscens eiusque lacrimabilia suspiria agnoscens, pio suasu apud episcopos, qui illuc convenerant, obtinere curavit, quatenus et imperatoris animum satisfaciendo lenirent et leges divinas transgrediendo non violarent, ne forte vindictam severitatis exercentes in eum, qui in eos deliquerat, non viderentur dignam Deo reddere vicissitudinem, qui eos a tanto periculo liberaverat. Statuerat enim animo, ut pro reverentia tanti ministerii nullatenus in depositionem cuiusquam episcopi praeberet adsensum. Et ob hoc apud pium imperatorem obtinuit, ne in eius depositionem amplius impelleret, quod et secundum moderatissimum eiusdem genetricis nostrae gloriosae imperatricis consilium satisfacerent piissimo imperatori et in eundem Ebonem non aliam sententiam intulissent, nisi quam ipse scripto ediderat. Hanc autem authenticam scriptionem a praefato Fulcone venerabili abbate, cui tunc ecclesia Remensis commissa fuerat[5], Hincmarus venerabilis archiepiscopus accepit et vobis eam, ut ipse nobis retulit, transmisit; sed utrum pure ac simpliciter vobis sit directa, ignoramus; hoc tamen verissime novimus, quod nullus episcoporum eam propria manu

1) *Aurelianensis.* 2) *Tum presbytero, postea episcopo Carnotensi; cf. Simson, l. l. II, 135.* 3) *Cf. concil. Carthaginiense 403 (in codice canonum ecclesiae Africanae c. 92 = apud Dionysium Exiguum concil. Africanum c. 59); Mansi III, 791 sq.* 4) *Cf. concil. Carthaginiense 407 (in codice canonum ecclesiae Africanae c. 107 = apud Dionysium Exiguum concil. Africanum c. 74; Mansi III, 810:* . . . placuit, ut sibi unus episcopus vendicet cognitionem. 5) *Cf. H. Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' (1884), p. 35 sq.* 6) *IV. (847—855).* 7) *Sensum hiare manifestum est.*

subterfirmaverit. Nam idem Ebo, comperta inevitabili sui discriminis causa, protulit tres testes tamquam suos confessores, Aiulfum videlicet archiepiscopum [1], Modoinum [2] et Badaradum [3] episcopos, qui vicem illius obtinentes dicerent, si ita verum est, ut ipse Ebo eis confitebatur, consilium ei darent, ut a pontificali ministerio abstineret. Qui etiam sibi alios tres adsciverunt, qui cum illis confitentem viderent, Notonem scilicet archiepiscopum [4], Teodricum [5] et Achardum [6] episcopos; *cf. A. Nissl, 'Der Gerichtsstand des Clerus im fränkischen Reich' p. 71. 77.*

**A. EBONIS ARCHIEPISCOPI REMENSIS RESIGNATIO.*

835. Mart. 4.

Documentum hoc, cuius textum hoc loco non praebemus ea de causa, quod iteratur in libello episcoporum infra sub B edendo, legitur in codice Berolinensi 89, Phill. 1765 (antea collegii Claramontani, tum Meermanniano) saec. X. XI. fol. 90', praemisso lemmate: Scriptum quod Ebo Remensis episcopus optulit in sinodo contra *(add. e coni.)* se ipsum. *Transiit praeterea in apologeticum Ebonis, cuius duas formas in appendice concilii Ingelheimensis 840 (infra n. 61) prima et secunda proferemus, in narrationem clericorum Remensium in appendice tertia eiusdem concilii Ingelheimensis exhibendam, in Flodoardi denique historiam Remensis ecclesiae II c. 20 (MG. SS. XIII, 473 = MG. LL. I, 370 = MG. Capit. II, 55). — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 489.*

B. LIBELLUS EPISCOPORUM DE EBONIS RESIGNATIONE.

835. Mart. 4.

Epistola concilii Tricassini anno 867. ad Nicolaum I. papam directa post verba supra p. 697 allegata ita pergit: Post cuius libelli recitationem et episcoporum, quibus secretius confessus fuerat, responsionem omnium denuntiatione actum est, ut a pontificali cessaret ministerio. Cuius libelli exemplar papae Leoni [7] missum auditu didicimus, sed et vestrae auctoritati in altera scedula cum his, quae eidem libello episcopi superaddiderunt, dirigimus.

Haec episcoporum relatio legitur in codice Laudunensi 407 saec. IX. ex. (= L) fol. 159—160, quem in textu constituendo secuti sumus. Varias lectiones adspersimus ex duobus aliis libris, codice scilicet Bruxellensi 5417—5422 saec. X. (= B) p. 113—115 et codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 576 (antea ecclesiae s. Martini Moguntini) saec. IX. (= P) fol. 33'—34'. Qui duo tantum subsidia sunt in textu constituendo propterea, quod ex Hincmari archiepiscopi opere de praedestinatione acta de Ebone deprompserunt. Hic autem in libro suo laudato (c. 36; Opp. ed. Sirmond I, 324) recepit libellum episcoporum, inter cuius duas partes, Ebonis scilicet resignationem (supra A) et additionem episcoporum (de qua verba fiunt in epistola Tricassina supra laudata) haec interposuit: Hac scriptura coram synodo prolata atque confirmata confessus est ipse *(scil. Ebo)* viva voce et dedit testes alios exceptis iudicibus, Nothonem archiepiscopum [4], Theodoricum episcopum [5] et Achardum [6] episcopum. Et sic ab omnibus, qui in eodem concilio fuerunt, episcopis accepit sententiam dicentibus per ordinem

1) *Bituricensem.* 2) *Augustodunensem.* 3) *Paderbornensem.* 4) *Arelatensem.* 5) *Cameracensem.* 6) *Noviomacensem.* 7) *IV. (847—855).*

omnibus: 'Secundum[1] tuam confessionem cessa a ministerio'. Et sic coram ipso, iubente ac audiente synodo, dictatum est a Iona Aurelianense episcopo Heliae presbytero, postea Carnotensi episcopo, et praescriptae paginae confessionis eiusdem in ipsa synodo subscriptum atque subiunctum est hoc modo: Acta est haec — Morbertus episcopus *(infra l. 21 — p. 703 l. 22). In fine autem Hincmarus addit:* Et haec scriptura iudicante synodo post haec omnia patrata data est a Drogone, qui synodo praesidebat una cum Hetti episcopo Trevirensi, Fulconi, qui successor in sede Remensi Ebonis fuerat designatus; *cf. etiam quae supra p. 697 sqq. ex Flodoardo attulimus.*

Libellus ab Ebone synodo porrectus.

Ego Ebo indignus episcopus recognoscens fragilitatem meam et pondera peccatorum meorum testes confessores meos, Aiulfum[2] videlicet archiepiscopum et Badaradum[3] episcopum necnon et Modoinum[4] episcopum, constitui mihi iudices delictorum meorum et puram ipsis confessionem dedi, quaerens remedium paenitendi et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio episcopali, quo me recognosco esse indignum, et alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus peccasse secreto ipsis confessus sum, eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alio succedendi et consecrandi subrogandique in loco meo, qui digne praeesse et prodesse possit ecclesiae, cui hactenus indignus praefui. Et ut inde ultra nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria mea subscribens firmavi. † Ebo quondam episcopus subscripsi.

Acta est haec Ebonis professio eiusque propriae manus subscriptione roborata in conventu synodali generaliter habito apud Teodonis villam anno incarnationis domini nostri Iesu Christi MCCCXXXV., anno etiam imperii gloriosi Caesaris Hludowici XXIII., indictione XIII., sub die Kalendarum quarto Nonas Martii[5].

Hi sunt episcopi, qui confessionem manu sua propria firmatam audierunt, in qua continebatur, quod ipse Ebo pro quibusdam criminibus, quae confessoribus suis, Aiulfo[2] archiepiscopo, Badarado[3] episcopo, Modoino[4] episcopo, Achardo episcopo[6], Theoderico episcopo[7] et Notoni archiepiscopo[8] confessus est, nullatenus officium pontificale agere deberet. Nam et ipsi testes, eodem Ebone poscente et coram adstante, in conspectu omnium, qui adfuerunt, tam episcoporum quam et caeterorum sacerdotum, viva voce testificati sunt, quia tale peccatum eis confessus fuerat, pro quo dignus non erat episcopale ministerium ultra iam agere. Sed et hoc ipsi testes et confessores sui intulerunt, quia, si idem peccatum ante ordinationem admisisset,

9 Libellus — porrectus] Exemplar libelli, quo iuxta decreta sanctae Romanae ecclesiae Ebo in synodo se deposuit et a quadraginta tribus episcopis secundum suam confessionem et subscriptionem adiudicatus est (fuit) *B. P.* 17 subrogandique *deest L.* 19 propria mea] mea propria *B.* 20 subscripsi] scripsit *P.* 21 Haec — Hludowici XXIII. *leguntur etiam apud Flodoardum, supra p. 700 l. 4—7.* 22 Teudonis *B. Flod.*, Theodonis *P.* 23 Ludowici *Flod.* 24 Nonarum *P.* Marcii *B. P.* 28 Teoderico *P.* Nothoni *P.*

1) *Flodoardus (supra p. 699 l. 38 sq.) praebet:* Secundum tuam professionem et subscriptionem cessa a ministerio. 2) *Bituricensem.* 3) *Paderbornensem.* 4) *Augustodunensem.* 5) *Cf. Hincmarus ad synodum Suessionensem 853 c. 1 (Opp. ed. Sirmond I, 271): . . . (Ebo)* damnatus fuit anno incarnationis dominicae DCCCXXXV., indictione XIII., sub die Kalendarum IIII. Nonas Martii. 6) *Noviomacensi.* 7) *Cameracensi; cf. Gesta epp. Cameracensium I c. 43; MG. SS. VII, 417.* 8) *Arelatensi.*

nullo modo episcopus ordinari debuisset. Pro qua re ad eorum consilium dixit se idem Ebo coram omnibus ad ministerium episcopale indignum fore et ab eo recedere debere et sub paenitentiae modo Dominum sibi propitium facere velle. Nam et episcopi secundum confessionem ipsius manu sua propria roboratam et testimonium confessorum suorum decreverunt, ut a ministerio recederet pontificali et aliis orationum officiis, excubiis Domino serviendo, eum sibi propitium faceret.

Haec sunt nomina eorundem episcoporum: (1) Drogo[1] archiepiscopus. (2) Hetti[2] archiepiscopus. (3) Otgarius[3] archiepiscopus. (4) Ragnoardus[4] archiepiscopus. (5) Landramnus[5] archiepiscopus. (6) Haldricus[6] archiepiscopus. (7) Noto[7] archiepiscopus. (8) Aiulfus[8] archiepiscopus. (9) Ratoldus[9] episcopus. (10) Ionas[10] episcopus. (11) Frotarius[11] episcopus. (12) Erchanradus[12] episcopus. (13) Raganarius[13] episcopus. (14) Vulfinus episcopus. (15) Teodericus[14] episcopus. (16) Achardus[15] episcopus. (17) Rothadus[16] episcopus. (18) Badaradus[17] episcopus. (19) Moduinus[18] episcopus. (20) Item Teodiricus[19] episcopus. (21) Walocarius episcopus. (22) Godelricus episcopus. (23) Godefridus[20] episcopus. (24) Teutmundus episcopus. (25) Ermbertus[21] episcopus. (26) Hucbertus[22] episcopus. (27) Heirardus episcopus. (28) Albericus[23] episcopus. (29) Freculfus[24] episcopus. (30) Iohannes[25] episcopus. (31) Hildemannus[26] episcopus. (32) Hildi[27] episcopus. (33) Christianus episcopus. (34) Sisagutus episcopus. (35) Item Raganarius[28] episcopus. (36) Crispio episcopus. (37) Teutgaudus episcopus. (38) Bonus episcopus. (39) Favo[29] episcopus. (40) Ado[30] episcopus. (41) Teutbertus[31] episcopus. (42) Wiladus[32] episcopus. (43) Morbertus episcopus.

6 officiis] et *add. P.* eum *om. P.* 7 Hetti] Aethi *B. P.* 8 Otgarius] Autgarius *B. P.* 9 Landramnus *P.* Notho *P.* 11 Frotharius *P.* 13 Rothadus] Hrothadus *B. P.* Badaradus] Battradus *B. P.* Modoinus *P.* 14 Theodericus *B,* Teodericus *P.* Walocharius *P.* Godolricus *P.* 15 Godofridus *B. P.* 16 Arbericus *P.* 17 Freculfus] Ferculfus *B. P.* 18 Sisaguttus *P.* 19 Theutgaudus *B.* 21 Viladus *B. P.*

1) *Mettensis.* 2) *Treverensis.* 3) *Moguntinus.* 4) *Rotomagensis.* 5) *Turonensis.* 6) *Cenomannensis.* 7) *Arelatensis.* 8) *Bituricensis.* 9) *Strassburgensis.* 10) *Aurelianensis.* 11) *Tullensis.* 12) *Parisiensis.* 13) *Ambianensis. — Sedes episcoporum, quorum nomina numeris carent, ignorantur.* 14) *Cameracensis.* 15) *Noviomacensis.* 16) *Suessionensis.* 17) *Paderbornensis.* 18) *Augustodunensis.* 19) *Mindensis.* 20) *Nivernensis aut Silvanectensis?* 21) *Baiocensis.* 22) *Meldensis.* 23) *Lingonensis.* 24) *Lexoviensis.* 25) *Abrincatensis?* 26) *Bellovacensis?* 27) *Virdunensis.* 28) *Passaviensis aut Venetiensis (Vannes)?* 29) *Cabillonensis.* 30) *Valentinus.* 31) *Massiliensis.* 32) *Constantiensis?*

56. CONCILIUM AQUISGRANENSE[1].

836. mense Februario.

Annales Bertiniani Prudentio Trecensi auctore ad annum 837. (ed. Waitz p. 13) haec referunt: In tempore . . . post natalitiae celebritatis sollempnia, purificatione beatae semper virginis Mariae episcoporum conventum in Aquis habuit *(sc. Hludowicus imperator),* in quo sanctae Dei ecclesiae plurimum tractatum est, et quid cuique ordini propriç conveniret, patefactum atque descriptum est. Epistola etiam ab eodem venerabilium episcoporum conventu ad Pippinum directum est, in qua eum salutis suae magnopere monuerunt et insuper, ut memor moris progenitorum suorum ac precipue piissimi genitoris sui res ecclesiarum Dei pridem a suis invasas atque direptas integritati earum restitueret, ne tali etiam occasione divinam contra se iracundiam ardentius incitaret.

Patet Prudentium hoc concilium Aquisgranense minus recte anno 837. adscripsisse (cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Ludwig dem Frommen' II, 148 ann. 2), cum in editionibus annus occurrat incarnationis 836., imperii Hludowici 24., indictio 14. Observandum autem est unicum illorum codicem praebere annum incarnationis 833. Sed pro DCCCXXXIII. legendum est DCCCXXXVI., quod levi emendatione statui potest, annum imperii XXIIII mutare in XXIII., qui currebat inde a die 5. vel 4. Kalendas Februarii 836. usque 837., equidem mutare non ausim, propterea quod in documento non in ipso tabulario imperatoris confecto facile error irrepsit; indictionis denique numerus in unum annum 836. quadrat. Dies 2. mensis Februarii (erat feria IV.), quem praebet Prudentius (l. l.), fortasse est ille, quo synodus convocata est aut coepta; cf. Mühlbacher[2] n. 954 a.

A. DECRETA CONCILII AQUISGRANENSIS.

836. Febr. 6.

Decreta synodalia non prorsus nova afferunt. Repetunt enim capita nonnulla concilii Parisiensis anno 829. celebrati ac saepe ea, quae inde et in episcoporum ad Hludowicum imperatorem relationem anni 829. (MG. Capit. II, 26 sqq.) et in Ionae Aurelianensis libellum de institutione regia (ed. L. d'Achéry, Spicilegium ed. 2. I, 324 sqq. = Migne, Patrol. lat. CVI, 285 sqq.) transierunt. Ex annotationibus autem infra adspersis apparebit hos tres fontes (concilium Parisiense, relationem episcoporum, Ionae librum) promiscue esse adhibitos, ita ut modo hunc, modo illum secuti sint synodales. Alia capita leguntur et in relatione illa episcoporum et in his decretis Aquisgranensibus, non in concilio Parisiensi: si respexeris ad ea, quae de indole ac natura relationis laudatae exposuimus (supra p. 602), haec capita ex aliis conciliis anni 829. originem trahere

1) *Hoc concilium in editis insignitur* Concilium Aquisgranense II.

statues, quorum acta ad nostra usque tempora non pervenerunt (v. supra p. 601 sq.). Quot capita denique Aquisgranensia in decretales Pseudoisidorianas transierint, earum editor P. Hinschius b. m. luculenter demonstravit (p. CXXVI).

Decreta ipsa leguntur in codice Guelferbytano inter Helmstadienses 365 (antea M. Flacii Illyrici) saec. X. (= G) fol. 44—62'.

Edd.: Surius III, 409. Bollanus-Nicolini III, 821. Binius III, 1, 575. Sirmond II, 574. Coll. reg. conc. XXI, 295. Labbe-Cossart VII, 1700; ed. Coleti IX, 815. Harduin IV, 1387. Hartzheim II, 73. Mansi XIV, 671. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 490.

In nomine sanctae trinitatis. Cum convenissemus episcopi, quorum nomina[1] subter adnectentur, synodali evocatione convocante nos gloriosissimo et orthodoxo imperatore Hludowicho, invictissimo Augusto, gratia inspirante divina, Aquisgrani palatii in secretario basilicae sanctae genetricis Dei Mariae, quod dicitur Lateranis[2], anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXXXVI., indictione XIIII., anno vero imperii praedicti Caesaris XXIIII.[3], VIII. scilicet Iduum mensis Febroarii[4] et ibi de statu sanctae Dei aecclesiae ammonente serenissimo atque totius religionis devotissimo praefato imperatore tractare coepissemus pari consensu, primo visum est normam universae religionis atque aecclesiasticae disciplinae in duabus consistere personis, pontificali videlicet atque imperiali, de[5] qua re Gelasius Romanae sedis venerabilis episcopus ad Anastasium scripserit ita imperatorem: Duae[6] sunt, inquit, imperatrices augustae, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas scilicet sacrata pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus in divino reddituri sunt examine rationem. Unde etiam Fulgentius in libro de veritate praedestinationis et gratiae ita scribit: Quantum[7] pertinet, inquit, ad huius temporis vitam, in aecclesia nemo pontifice potior et in saeculo Christiano imperatore nemo celsior invenitur.

Cum haec quippe ita se habeant[5], primo, o venerande Caesar, omnipotenti Domino vestraeque benignissimae excellentiae exultantibus praecordiis inmensas referimus gratias, qui nos instinctu divino per tam devotissimum a se electum atque constitutum ammonitorem tam misericorditer tamque clementer ammonere dignatus est iuxta con-

13 DCCCXXXVI.] DCCCXXXIII. *G*. 18 imperali *G*. 22 praedistinationis *G*.

1) *Quae non iam exstant.* 2) *Cf. quae supra p. 464 ann. 1 protulimus.* 3) *Operae pretium est hoc loco, quamquam de synodi tempore iam Simson (l. l. II, 148 ann. 2) fusius egit, repetere notam Binii editioni ipsius (v. supra l. 6) subiunctam (legitur etiam apud Mansi XIV, 734): Cum quo (scil. anno Christi 836.) indictio XIV. et tempora Ludovici imperatoris, quae hic signantur (v. autem p. 704 l. 18 sqq.) coincidunt. Unde patet in numerum annorum Domini apud acta concilii expressorum mendum et errorem irrepsisse, ubi legitur* Anno Christi redemptoris DCCCXXXIII. *Siquidem iste annus cum XIV. indictione nullo modo coaptari potest. Dubitari posset, sitne error potius in numero indictionum quam annorum Christi redemptoris, nisi ex actis concilii constaret hanc synodum istis temporibus posteriorem esse, quibus Ludovicus absque imperio sub potestate hostium erat atque in ordinem redactus privatam vitam ducebat. Illud contigisse anno Domini DCCCXXXIII. patet ex iis, quae dixi supra in notis concilii illius, quod habitum est apud Compendium (in hac editione supra p. 695). Quae suspicor in numerum potius annorum Christi irrepsisse mendum hac ratione, ut quod notatum habetur* anno Domini DCCCXXXVI *scriptor ita reddiderit* DCCCXXXIII., *quinarii numeri nota* V *in duo sic dissecta.* 4) *Febr. 6 (scil. die dominico); v. supra p. 704 l. 21 sqq.* 5) *Ex concilio Parisiensi 829 lib. I c. 3 (supra p. 610 l. 35 — p. 611 l. 3) aut ex relatione episcoporum 829 c. 3 (MG. Capit. II, 29).* 6) *Gelasius I., Epistola ad Anastasium imperatorem; Thiel, Epistolae Roman. pontif. I, 349 (Jaffé-K. n. 632).* 7) *Fulgentius, De veritate praedestinationis et gratiae II c. 38; Opp. 477.*

suetudinem beatissimae memoriae genitoris vestri, ut memores ministerii nostri divinitus nobis licet indignis conlati pro modulo possibilitatis officio sacerdotali secundum omnipotentis Dei voluntatem operam dare studeremus.

Revolutis igitur a vestra nobis benignissima devotione conlatis tribus capitulis, id est ut ventilentur, sine[1] quo episcopi episcopale ministerium absque offensione divina ullo modo perficere non possunt, aut[2] quid unumquemque episcoporum scire oporteat atque implere nec omnino ignorare absque periculo liceat, vel etiam quid ad ornatum sanctae Dei aecclesiae et ministerium sacerdotale pertineat, sine quo nec sacerdotis vita probabilis esse potest nec competens honor illi a ceteris devote impendi, quidque[3] hoc sit, sine quo communis omnium salus ac salvatio esse non potest, sacerdotum videlicet totiusque populi, — quibus perfacile succinctim ac debitae per singula respondere non possumus — sed quia iuxta assertionem vestram primo repperimus temporum varietate et ordinum confusione perplura, quae ad sanctae Dei aecclesiae ornatum erigi debeant, quoquomodo neglectu elapsa, quaecumque in nobis nostrisque ex his neglecta videntur officiis, omni devotione omnique exoptatione, prout omnipotens posse annuerit, erigenda atque, ut in perfectiorem statum vertantur, omni nisu divina suffragante gratia operam dare desideramus, vestram siquidem nihilominus supplici ammonitione et affectu caritatis excellentiam ammonentes, si quae sunt aecclesiastici iuris vestra piissima gubernatione erigenda, ut per vos per vestrosque Christianae relegionis commilitones subleventur. De cetero noverit serenitas vestra, iamque ut praedictum est, quaedam in aecclesiastico ordine confusa videntur, ea nos pro modulo uniuscuiusque capacitatis perquirere et inspecta, quantum ad nos pertinet, Domini oppitulante gratia restaurare cupimus et, ut fiat, magno desiderio optamus. Perspicientes ergo devotionem vestram sanctam et Deo, ut credimus, amabilem non mediocri laude magnificentiam Dei nostri magnificandam eandemque devotionem valde necessariam sanctae Dei ecclesiae duximus atque benigno affectu commissa consideranda suscepimus, non aliquid novum querentes nec contra veritatis religionem quid statuentes, sed statuta antiquorum patrum innovantes, quae per desidiam quorundam labefactari visa sunt in quocumque ordine ac propter inusitatum vel inveteratum usum oblivioni tradita, ut ad pristinum Domino adiuvante gradum releventur, capitulis strictim adnectendum censuimus. De duabus siquidem personis, quas principales in hoc mundo esse non dubium est, sacerdotalem prout sub tanto temporis spatio posse non denegat, nonnulla, quae ad hoc pertinere visa sunt, sub brevitate adneximus.

(Caput I. de vita episcoporum).

I. Initium enim episcopalis culminis post divinam praedestinationem esse videtur, quomodo quisque ad culmen huius honoris pervenerit. Ideoque placuit conventui humilitatis nostrae, ut sicut saepe auctoritate divinarum scripturarum, scilicet beati
cf. Act. 8, 9 sqq. Petri apostoli in Simonem magum damnatione necnon et canonum sanctione, sed et beati Gregorii[4] adhortatione sancitum est, nullus episcopale ministerium per ambitionem munerum adtemptare praesumat, sed is episcopali officio perveniens secundum

8 sacerdotalis *G.* 9 illis *G.* 10 sit *add. e coni.* 13 ecclesiae] atque *add. G., ubi* honorem *vel simile quid deesse videtur.* 14 debeant] debebantur *G.* 16 im *G.* 18 ammotione *G.* 20 iamque — est] *fortasse legendum est* iam, quod, ut praedictum est. 26 considerandi *G.* 29 quocumque] quocum *G.* 32 sacerdotalem — denegat] *sensus hiare videtur.*

I. 34 Caput — episcoporum] *ita praemisso verbo* Canones *edd., desunt G.* 35 praedistinationem *G.* 40 perveniens] si *add. G.*

1) *V. infra l. 35 sqq.* 2) *V. p. 708 l. 32 sqq.* 3) *V. p. 714 l. 26 sqq.* 4) *Cf. Gregorius M., Regula pastoralis I c. 8; Opp. II, 8.*

apostolum vivat, id est inrepraehensibiliter, sobriae, prudenter, pudice, ornate, cum [cf. 1. Tim. 3, 2. 3.] hospitalitate, cum doctrina, non vinolenter, non iniuriose, modeste, non litigiose, non cupide. Oportet etiam pontificem propriae domui esse bene praepositum et testimo- [cf. Tit. 1, 7 sqq.] nium habere bonum ab his, qui foris sunt, ut doctrinam Dei nostri exornet in omnibus; nos autem etiam adiungentes et ab his, qui intus sunt conversantes cum episcopo, habere testimonium omnem episcopum oportere.

II. Post vero, ut episcopus iuxta regulam a beato Paulo apostolo decretam mi- [cf. ib.] nisterium peragat episcopale, at qui secus gesserit canonum coerceatur auctoritate.

III. Decernit etiam apostolus hospitalitatem sectandam ab episcopo, quam in [cf. 1. Tim. 3, 2.] pluribus repperimus neglectam locis. Ideoque placet, ut deinceps in singulis civitatibus et monasteriis iuxta modum rerum hospitalitas ordinetur advenientium. Et placuit omnibus episcopis, ut, quocumque sit loco, coram se adgreget pauperes semper ad refectionem.

IIII. Interdicit interea apostolica auctoritas litigium omni episcopo; quam et [cf. ib. 3, 3.] nos auctoritatem benigno amplectentes animo constituimus, ut nullus episcoporum se litigiosis inmisceat contentionibus, sed neque inreligiosis vel indisciplinatis locutionibus tam in domibus quam in forinsecis conventiculis omnino indulgeat.

V. Cupiditatem porro tamquam radicem omnium malorum et apostolica damnat [cf. ib. 6, 10.] sententia et ab omni ordine aecclesiastico canonica perturbat interdictio, ita ut statuerit nullum clericorum de qualibet re fenus accipere[1]. Quarum auctoritatem et nos secuti decrevimus, immo illorum auctoritati adsensum praebuimus, ut nullus episcoporum vel ministrorum ipsorum deinceps pro distributione sacrorum ordinum, pro dedicatione sanctae aecclesiae seu pro acceptione sacri chrismatis vel pro inmutatione titulorum aliquid exigere praesumat et qui fecerit convictus canonice subiaceat disciplinae[2].

VI. Sobrietatem vero, quam apostolus episcopo habendam docet, adeo nos eam [cf. ib. 3, 2. Tit. 1, 8.] nobis sectandam statuimus, ut nullus sacerdotum aebrietatis depravatione se aut ministerium suum vilescere faciat, quo merito reprachensibilis videatur, quia legimus aebrietatem dedecus esse cuique Christiano sectanti, quanto magis sacerdotibus. Unde [cf. Galat. 5, 21.] apostolus inquit: *Nolite inebriari vino, in quo est luxoria.* Legitur[3] et alibi sic opor- [Ephes. 5, 18.] tere episcopum bibere, ut quasi non bibisse videatur. Quapropter deinceps quicumque huius ordinis huic noxio vitio inserviens depraehensus fuerit, censuimus, ut secundum statutum canonicum[4] quicumque ebrietati deservit aut desinat aut deponatur.

VII. In ipsa autem vita sacerdotum pensandum est, qualiter quisque doceat, sicut ait egregius doctor beatus Gregorius, ut recte[5] docens infirmitatem suam cotidiae omni consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat aut perventioni vita contradicat aut vitam doctrina destituat aut doctrinam presumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet, post autem magisterium, quod suscipitur, vita commendet ac deinde necesse est, ut pastoralis vitae bonum, quod vivendo ostenditur, etiam loquendo propagetur.

I. 2 litigose *G.*
III. 10 neglectam] repertam *G.*
V. 18 Cupidatem *G.* 20 Quorum *G.* 22 ministrorum] ministeriorum *G.*
VI. 26 se] seu *G.* 28 sectandi *G,* sectari *edd.*

1) *Cf. canones apost. c. 44, concil. Nicaenum c. 17, Laodicense c. 5 ac praecipue Carthaginiense c. 5 (Mansi I, 56. II, 682. 577. III, 711).* 2) *Cf. concil. Chalcedonense c. 2; Mansi VII, 373.* 3) *Non inveni.* 4) *Cf. canones apost. c. 42, concil. Laodicense c. 24; Mansi I, 56. II, 579.* 5) *Gregorius M., Regula pastor. libri I praef.; Opp. II, 2.*

VIII. Doctrina autem sacerdotalis secundum cuiusque qualitatem omnibus sufficiens esse debet, modesta, prudens, discreta, honesta atque utilis; nec minus exemplum boni operis doctrinae conveniens in sacerdotibus esse debet, ut quod ore doctrina profert vitae meritum iustae operationis verba sacerdotis omnibus delectabilia faciat exequenda vitamque probabilem commendet.

VIIII. In libro pastorali beatus Gregorius inquit: Tantum[1] debet actionem populi actio transcendere praesulis, quantum distare solet a grege vita pastoris. Oportet namque, ut metiri se sollicite studeat, quanta tenendae rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius estimatione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitatione mundus, actione precipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis conpassione proximus, prae cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem sotius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam internorum sollicitudine non relinquens.

X. Eiusdem papae ex eodem libro: Inter[2] haec necesse est, ut rector sollerter invigilet, nec hunc cupido placendi hominibus pulset, ne, cum studiose interiora penetrat, cum provide exteriora subministrat, se magis a subditis diligi quam veritatem quaerat, ne, cum bonis actibus fultus a mundo videtur alienus, hunc auctori reddat extraneum amor suus.

XI. Didicimus[3] sane nonnullos episcopos in gubernandis congregationibus sibi subiectis, canonicis videlicet et monachis et sanctimonialibus, hactenus valde neglegentes extitisse et ob id multos in sui detractionem et contemptum provocasse, ita ut nonnulli alii praelati in eorum parrochiis constituti, eorum prava exempla secuti, suas similiter congregationes neglexerint. Quos et fraterno et synodali conventu admonendos esse necessario duximus, ut ab hac neglegentia deinceps se cohibeant et ceteris se imitabiles praebeant, ne forte propter illorum incuriam et divinae servitutis contemptus et pericula proveniant animarum et auribus excellentiae vestrae molestia ingeratur et nostrae mediocritati in sacris conventibus tedium et obprobrium inferatur.

XII. Comperimus[4] etiam quosdam socios ordinis nostri non causa necessitatis aut utilitatis, sed potius avaritiae et propriae delectationis saepissimae, propria civitatis suae sede relicta cleroque neglecto, remotiora loca frequentare, de qua re et destitutio divini cultus et praedicatio in plebibus et cura subiectorum postponitur et hospitalitas neglegitur. Quod ne ulterius a quoquam sine inevitabili necessitate et certa utilitate fiat, pari consensu inhibuimus.

(Caput II. de doctrina episcoporum).

Consultum etiam est in propositione secundi capituli commissumque ventilandum, quid unumquemque episcoporum scire oporteret atque implere nec omnino ignorare absque periculo liceret.

(13). I. Primo visum est omnibus unumquemque pontificum scire oportere fidem sinceram, ut a principio sumamus exordium omnium bonorum ponentes fundamentum, id est qualiter illi fidem ac credulitatem sanctae trinitatis in unitate deitatis sibi tenere

VIIII. 6 In] Ex *G*.
X. 15 cum] tum *G e corr.* 17 reddit extraneus *g*.
XI. 22 necessarios *G*. neglegentiae *G*. 24 proveniant] promoveantur *G*.
XII. 29 im *G*.
31 Caput — episcoporum] *ita edd., desunt g*. 32 saecundi *G*. ventilandi *G*.
(13). I. 37 ille *G*. ac] ad *G*.

1) *Gregorius M., Regula pastor. II c. 1; Opp. II, 14.* 2) *ib. II c. 8; l. l. II, 27.* 3) *Ex relatione episcoporum 829 c. 16 (MG. Cap. II, 34), quae nititur in concilio Parisiensi 829 lib. I c. 21; supra p. 626 sq.* 4) *Ex relatione episcoporum c. 17 (l. l. II, 34 sq.) = concil. Paris. lib. I c. 21; p. 627.*

atque credere conveniat ac ceteros perfecte instruere, qualiter et ipsi credendo salvi fieri possint.

(14). II. Summos itaque sacerdotes inexcusabiliter nosse oportet, ut ex veteris novique testamenti scriptis quae vera sunt salutique omnium proficua proferre docte sciant, videlicet quantum divina gratia caelitus aspirare cuique dignatur, quia neminem in hac incertitudine positum assequi omnia posse certum est, quousque illo perveniatur, ubi erit Deus omnia in omnibus. cf. 1. Cor. 15, 28.

(15). III. Nec minus medicinam spiritalem consiliumque salubre animarum pastores populi scire oportet uti medicos spiritales, asserente sanctissimo pontifice Gregorio atque dicente, quia[1] artium ars est regimen animarum. Quis ergo interiora vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Et ideo metuendum est cordis se medicos profiteri sacerdotes ministerii sui ignaros.

(16). IIII. Convenit insuper sacerdotali ministerio scire formam ewangelicam, documenta apostolica, canonum instituta, normam regulae pastoralis a sanctissimo pontifice Gregorio editae, ne iuxta eundem sanctissimum virum[2] ab imperitis, quod absit, pastorale magisterium aliqua temeritate usurpetur aut vilescat.

(17). V. Sed et hoc scire convenit, quantum rector sacrae legis meditationibus esse debeat intentus iuxta quod in libro pastorali habetur, id est quod omne[3] bonum rite a rectore agitur, si supernae formidinis et dilectionis spiritu afflatus studiose cotidie sacri eloquii praecepta meditetur, ut in eo vim sollicitudinis et erga caelestem vitam provide circumspectionis, quam humanae conversationis usus indesinenter destruit, divinae ammonitionis verba restaurent et qui ad vetustatem vitae per societatem saecularium ducitur ad amorem semper spiritalis patriae conpunctionis aspiratione renovetur.

(18). VI. Sic denique ignorari non licet, quanta debet esse diversitas atque discretio in arte praedicationis, prout in libro pastorali digestum habetur, ita inquiens sanctus Gregorius: Ut[4] enim ante nos longe reverendae memoriae Gregorius Nazanzenus[5] edocuit, non una eademque cunctis exortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas adstringit. Saepe namque aliis officiunt quae aliis prosunt. Ideoque scire debet rector discretiones personarum, quae in eodem libro a plenius scire volentibus inveniri possunt.

(19). VII. Similiter scire convenit praesulibus res aecclesiasticas non ut proprias, sed a Domino sibi pro aliorum necessitatibus commissas atque iuxta Prosperi[6] documentum nihil aliut esse res aecclesiae quam vota fidelium, praetia peccatorum et patrimonia pauperum. Idcirco summopere est decertandum, ne aliquis pontificum ea, quae aecclesiasticis tradita sunt ministeriis pro remissione peccatorum aut aliis aptanda officiis aut pauperibus eroganda, — ne aliquis ea propria cupiditate aut potentum terrore parentumque procuratione ad alios usus retorqueat, ne forte, quod aliis exstat

(14). II. 7 ubi] *ita edd.*, quo *G.*
(15). III. 11 se] esse *G.*
(16). IIII. 15 ne] ut *G.* virum] ne *add. G.*
(17). V. 19 dilectione *G.* 21 divina *G.* 22 restaurant *G.*
(18). VI. 25 pastoralis *G.* 27 asstringit *G.* 28 officiunt] inficiunt *G.* discretionis *G.* 29 a *deest G.*
(19). VII. 34 aptando *G.*

1) *Gregorius M., Reg. past. I c. 1; Opp. II, 2.* 2) *Cf. ibidem.* 3) *Ibid. II c. 11; l. l. II, 33.* 4) *Ibid. libri III praef.; l. l. II, 34.* 5) *Cf. Gregorius Nazianzenus, Oratio II cc. 30. 31; Opp. ed. Maurin. I, 27.* 6) *Cf. Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi app. 32.*

remissio peccatorum, ipsis sit dampnationis augmentum, sed potius sollerti meditatione indigentibus eas et aecclesiasticis ministeriis distribuat, ne exinde a Domino velut inutilis dispensator damnetur, verum, quod beatius est, desiderabili voce laudetur iuxta Matth. 25, 21. ewangelicae parabolae exemplum: *Euge serve bone et fidelis; intra in gaudium domini Dei tui.*

(20). VIII. Statutum etiam est, ut vel semel in anno, id est in quinta feria, quae est in caena Domini, unctio sancti olei, in quo salvatio infirmorum creditur, per omnes civitates ab episcopis non neglegatur, sicut nunc usque neglectum est, sed omni devotione iuxta traditionem apostolicam ac statuta decretalium [1], in quo de eadem re praecipitur, peragatur [2].

(21). VIIII. Vespertinales quoque in vigilia Paschae melius celebrandae visae sunt propter laetitiam resurrectionis Domini quam dimittendae.

(22). X. De letania quoque maiore atque de rogationibus ventilatum est; sed communi consensu ab omnibus electum atque decretum iuxta morem Romanum VII. Kalendas Maii [3] illam celebrationem secundum consuetudinem nostrae aecclesiae non omittendam [4].

(23). XI. Dignum etiam duximus, ut unusquisque episcoporum studeat ministros suos pro modulo possibilitatis bene instruere, ut, si forte contigerit aliquem episcoporum tardiloquentem esse aut infirmitate aliqua inpeditum, habeat tamen ministrum doctum, qui eius vice pabula verbi divini populo administrare possit vel etiam, si transierit episcopus de hac mortalitatis luce, ut ecclesia, si a Domino factum fuerit, doctore futuro non indigeat.

cf. Rom. 13, 2. (24). XII. Constat igitur, quia quicumque potestati a Deo datae resistit iuxta apostolicum documentum Dei ordinationi resistit. Et idcirco in commune statuimus, ut, si quispiam episcoporum aut quilibet sequentis ordinis ecclesiastici deinceps timore aut cupiditate aut qualibet suasione a domino et orthodoxo Hludowico imperatore defecerit aut etiam sacramentum fidelitatis illi promissum violaverit et eius contrariis malivola intentione quolibet modo se copulaverit, gradum proprium canonica atque synodali sententia amittat. Quodsi quisquam laicus superius conprehensa facere temptaverit, sciat se ab universo gradu anathematizandum.

(De vita et doctrina inferiorum ordinum).

Quia vero de vita atque doctrina episcoporum, quae in posterum servanda necnon tenenda est, de pluribus perpauca divinae auctoritatis documentis prediximus, necesse est etiam, ut de sequentibus ordinibus aliqua adiungamus.

(25). Capitulum I. De ordine rectorum. Ut abbates canonici gregibus sibi commissis instanter invigilent et geminam eis pastionem inpendant, id est cibi et verbi,

(22). X. 13 ventilandum *G.* 14 decretum] ut *add. G.* 15 celebrationes *G.* 16 non omittendam] omittendum *G.*
(23). XI. 21 episcopis *G.*
(24). XII. 25 sequentis] exsequentis *G.* 26 suassione *G.*
31 De — ordinum] *ita edd., desunt G.* 33 est] *add. e coni.*

1) *Cf. Schrod apud Wetzer et Welte, 'Kirchenlexikon' ed. 2. IX, 712 sqq.* 2) *Cf. capitula ecclesiastica 801—813(!) c. 17; MG. Capit. I, 179. Concil. Meldense-Parisiense 845—846 c. 46; l. l. II, 409.* 3) *Apr. 25.* 4) *Cf. concil. Moguntinense 813 c. 33; supra p. 269 cum ann. 3. Amalarius, De officiis ecclesiasticis I c. 37; Migne, Patrol. lat. CV, 1066 sqq. Walafridus, De exordiis et incrementis rer. eccl. c. 29; MG. Capit. II, 513.*

quatenus absque murmurationis vitio Deo servire valeant[1]; simul etiam ut praedicti abbates ecclesiastica iura intemerata custodiant, videlicet ut cognoscant, cuius praenomine notentur in eo, quod abbates vocati sunt, quod et intellegitur in typo Christi nomen spiritalis patris, ideoque semetipsos nomini, quod accipiant, conforment, ut subditis et spiritalibus filiis exemplum, praeeundo et informando relegiose, exhibeant. Ideoque non convenit ministerio ipsorum aliqua turpia aut saecularia vel etiam inania quaeque sectari, quae contra relegionem esse noscuntur, sed potius canonice, relegiose, caste, sobrie atque pie et iuste vita eorum omnibus sibi commissis aeternae felicitatis ducatum praebeat et, inquantum ipsi abbates abbatumque subiecti episcopis propriis pro se suisque omnibus rationem reddituros noverint, tanto eorum consilio atque auctoritate modis omnibus mancipentur.

(26) Cap. II. Abbates vero monachorum oportet pervigili studio gregis sibi commissi curam gerere, videlicet ut sine quibus esse non possunt temporalia subsidia administrent tantoque id studiosius decertent agere, quanto sciunt exterius nihil contingere licere. Simul etiam divinae lectionis studio iugiter eos informent, ne aut temporali desolati auxilio divinum opus explere nequeant aut torpentes otio in laqueum temptationis incidant. Ipsos etiam monachos passim et quasi absque canonicae auctoritatis iugo effrenatos per secularia negotia minime oportet discurrere et villicis atque saecularibus curis inservire, sed secundum institutionem canonicam[2] in quibus renuntiaverunt contentos esse et neque saecularibus neque ecclesiasticis negotiis nisi in causa necessitatis, accepta tamen propriae civitatis episcopi licentia, interesse[3].

(27). Cap. III. Monachi interea non debent parvipendere pastores suos in cuiuscumque parrochia consistentes, sicut aliqui faciunt.

(28). Cap. IIII. Episcopi ministros non sectantes avaritiam per parrochias suas constituant. Comperimus[4] quorundam episcoporum ministros, id est corepiscopos, archipresbiteros et archidiaconos, non solum in presbiteris, sed etiam in plebibus parrochiae suae avaritiam potius exercere quam utilitati ecclesiasticae dignitatis inservire populique saluti consulere. Quam neglegentiam, immo eorum exsecrabile ac damnabile cupiditatis vitium omnes in commune deinceps vitandum statuimus. Pertimescenda porro et vigilanter cavenda est sacerdotibus Domini Heli sacerdotis ruina, qui filios suos indigne agentes Dominumque in suis pravis actibus ad iracundiam provocantes sacrificioque Domini iniuriam inrogantes, quia verbis tantum et non verberibus corripuit, eis divina iustaque ultione ruentibus ruit. cf. 1. Reg. 3, 12 sqq. 4, 11 sqq. At si forte, quod absit, ullus episcoporum deinceps sectatores avaritiae ministros in parrochia sua constituerit et eorum cognitam pravitatem auctoritate pastorali acriter ferire detractaverit, exemplum neglegentis Heli sacerdotis imitari se cognoscat et synodali correptioni modis omnibus subiacendum. Nam et in communi consensu statuimus, ut unusquisque episcoporum super archidiaconos suos deinceps vigilantiorem curam adhibeat, quoniam propter eorum avaritiam et morum inprobitatem multi scandalizantur et ministerium sacerdotale vituperatur et in ecclesiis a sacerdotibus multa propter eos neglegunt.

(29). Cap. V. Presbiterorum vero, qui praesunt ecclesiae Christi et in confectione divini corporis et sanguinis consortes cum episcopis sunt, ministerium esse videtur, ut in doctrina praesint populis et in officio predicandi nec in aliquo desides

(25). I. 3 notantur *G*. 9 proprios *G*.
(28). IIII. 26 im *G*. 35 correptione *G*. 38 neglegunt *G*.

1) *Cf. concil. Aquisgranense 816 inst. can. c. 123, Parisiense 829 lib. I c. 37; supra p. 403 sq. 636.* 2) *Cf. concil. Chalcedonense c. 4 med.; Mansi VII, 374.* 3) *Cf. concil. Parisiense lib. I c. 28; supra p. 631, concil. Meldense-Parisiense 845—846 c. 57; l. l. II, 411 sq.* 4) *Ex relatione episcoporum c. 10 (l. l. II, 32 sq.), cuius verba nituntur in concilii Parisiensis libri I c. 25; supra p. 628.*

inventi appareant. Item ut de omnibus hominibus, qui ad eorum ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant, scientes se pro certo reddituros rationem pro ipsis in die iudicii, quia cooperatores oneris nostri esse procul dubio noscuntur. Quapropter ab ortu nativitatis cuiusque ad se pertinentis predictam curam habeat, ne aliquis eorum absque renatione sacri baptismatis moriatur. Post acceptum autem sacrum baptisma sine manus inpositione episcopi non remaneat ac deinde inbuatur orationem scire dominicam atque symbolum. Postea vero, qualiter vivere debeat, doceatur. Si forte vitiosus vel criminosus apparuerit, qualiter corrigatur, provideatur. Si autem infirmitate depressus fuerit, ne confessione atque oratione sacerdotali necnon unctione sacrificati olei per eius neglegentiam careat. Denique si finem urgentem perspexerit, commendet animam Christianam domino Deo suo more sacerdotali cum acceptione sacrae communionis, corpus sepulturae, non ut mos est gentilium, sed sicut Christianorum.

(30). Cap. VI. De[1] presbiteris et eorum aecclesiis, unde multa negleguntur et scandala generantur, in nostra discussione quattuor nobis pericula apparuerunt. Primo quia nonnulli eorum ex ipsis sacerdotibus quadam securitate accepta nec ea, quae ad cultum divinum pertinent, faciunt neque in restauratione et luminaribus ecclesiae studium habent nec etiam senioribus suis debitam reverentiam exhibent et insuper ecclesias suas expoliant et in prediola sua propria transferunt. Quae omnia ad neglegentiam episcoporum pertinere depraehendimus. Ob id vero quadam occasione accepta seniores eorum permoti in tantam audatiam prorumpunt, ut eos etiam inlicite et inhonestae atque inreverenter tractare praesumant. Unde summopere omnibus nobis abhinc providendum iudicavimus, ut ea, quae a domno imperatore cum consensu episcoporum ob honorem et amorem Dei ecclesiis concessa sunt, non in avaritiam presbiterorum aut in rapacitatem episcopalium ministrorum cedant, sed in utilitatem ecclesiae et in usus clericorum et pauperum deveniant.

(31). Cap. VII. Illud[2] quoque non minus periculosum esse didicimus, quod in quorundam episcoporum parrochiis quosdam presbiteros contra interdicta sanctorum canonum[3] feminas in domibus suis non solum habitare, sed etiam ministrare sibi faciunt, quas et laqueum sacerdotibus persepe extitisse et multos hac occasione in scandalum et detractionem corruisse cognovimus. Quae transgressio et tempore genitoris vestri[4] et vestro[5] in conventibus episcoporum secundum auctoritatem canonicam prohibita, sed necdum ad correctionem plene est perducta. Unde in commune censuimus, ut hi, qui tantae transgressionis incorrectores actenus extiterint, si abhinc
cf. Rom. 1,32. 2. Thess. 2,12. huius rei correctores esse neglexerint, iuxta apostoli sententiam quasi consentientes malorum coherceantur.

(32). Cap. VIII. Similiter[6] de illis presbiteris, qui contra statuta canonum[7] villici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur et diversissimis modis usuris inserviunt et aliorum

(29). V. 1 appareant] apar- *G saepius.* Idem *G.* 6 inpositionis *G.* 9 ne] ut sine *G.* 10 commendat *G.*
(30). VI. 15 ex ipsis] ipsi *G.* 18 tranferunt *G.* episcoporum] eorum *G.* 21 inperatore *G.* cum *deest G.* 22 concessum est *G.*
(31). VII. 30 correptionem *G.* 32 correptores *G.*

1) *Ex relatione episcoporum c. 11; l. l. II, 33.* 2) *Ex eadem relatione c. 12; l. l. II, 33.* 3) *Cf. concil. Nicaenum c. 3; Mansi II, 679.* 4) *Cf. concil. Rispacense etc. 799. 800 c. 17; supra p. 210. V. etiam capitula a sacerdotibus proposita 802 c. 15, capitulare missorum 802 c. 3, Ghaerbaldi Leodiensis capitula 802—810 c. 1; MG. Capit. I, 107. 102. 243.* 5) *Cf. Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 c. 17; l. l. I, 278 (Mühlbacher[2] n. 674). Concil. Paris. 829 lib. I c. 45; supra p. 639 sq.* 6) *Ex relatione episcoporum c. 13; l. l. II, 33.* 7) *Cf. ex. grat. concil. Nicaenum c. 17, Laodicense cc. 5. 24. 54; Mansi II, 682. 577. 579. 582. V. etiam supra p. 630 sq. c. 28, p. 645 sqq. c. 53.*

domos inhoneste et inpudice frequentant et commessationibus et ebrietatibus deservire non erubescunt et per diversos mercatus indiscrete discurrunt, observandum iudicavimus, ut abhinc districte severiterque cohercеantur, ne per eorum inlicitam et indecentem actionem et ministerium sacerdotale vituperetur et quibus debuerant esse in exemplum deveniant in scandalum.

(33). Cap. VIIII. Necessarium etiam in quibusdam reperimus ecclesiis, ut clericorum ordo maiori astringatur disciplina et custodia ampliorique foveatur stipendiorum copia, ut occasione temporalium subsidiorum sanctarum non depereat institutio rerum.

(34). Cap. X. De eorundem porro presbiterorum vita, quae, ut vos vere fatemini, ridicula habetur, quantum nobis posse est, curabimus, ut minus perfecti eorum actus ad debitum revocentur statum. Vestrum autem erit precipere laicis, ut ipsi congruum eis et debitum inpendant honorem et in eos, qui contra eos perperam gesserunt, congrua procedat castigatio, quatenus et illi corrigantur et reliqui terreantur.

(35). Cap. XI. Decernimus etiam, ut presbiteris nulla omnino cohabitet feminarum, contempnentes autem hanc constitutionem periculum proprii sustinere gradus.

(36). Cap. XII. Illud namque necessarium visum est de monasteriis puellarum, quae in quibusdam locis lupanaria potius videntur esse quam monasteria propter neglegentiam stipendiorum aut certe insollerciam prelatarum. Unde postulandum est, ut relegiosi viri ad hoc dirigantur, ut talia inquirant et secundum relegionem Deo placabilem emendare studeant, sicuti superius[1] de clericis decrevimus.

(37). Cap. XIII. Ammonendae etiam sunt praelatae monasteriorum, ut subditas moribus probis atque exemplis praecedant et de necessariis subditarum victualibus ad proprios usus subditis subtrahere non presumant, ne et ille inde, occasione videlicet minorationis victus atque vestimentorum, in laqueum incidant diaboli. Sed deinceps illae ovibus Christi praeferendae sunt, quas contagio vitiorum non coinquinet, sed relegionis devotio commendet. Nam illud perspicuum est, quae necdum noverant esse filiae in disciplina relegionis nec in sese relegionis normam habere, matres relegiosarum fieri non posse[2].

(38). Cap. XIIII. Ammonendae praelatae sunt, ut praevideant, ne in ipsis monasteriis multimodi sint anguli vel talia loca, quae sint tenebrosa aut certe visui praelatorum occulta, in quibus Deus pro sceleribus inibi commissis ad iracundiam provocetur.

(39). Cap. XV. In custodiis vero congregationum tam canonicorum quamque monachorum necnon sanctimonialium summopere studendum censuimus, ut in omnibus locis claustra eis praevideantur relegioni eorum congruentia, sed et habitacula domorum, in quibus relegio a Deum sequi volentibus perfici atque augeri possit potius quam vitia nutriri. Hoc tamen ut non neglegatur a praelatis congregationum, missis dominicis committatur. Modus autem erga ipsarum congregationum disciplinam hic esse debet, id est ut canonici secundum id, quod continetur in libro, qui de eorum vita collectus est[3], relegiose conversentur; monachi vero secundum traditam a beato

(32). VIII. 2 mercatos *G.* 4 vituperet *G.* in] eorum *add. G.*
(33). VIIII. 6 ampliori *G.*
(34). X. 10 ridiculo *G.*
(37). XIII. 23 inde — videlicet] occasione videlicet inde *G.* 27 habentes *G.*
(38). XIIII. 29 ut] aut *G.*
(39). XV. 36 a *suppl. e coni.* atquę *G.*

1) *Supra c. 9 (33).* 2) *Cf. supra p. 637 c. 39, p. 677 sq. c. 23 (90), infra p. 719 c. 50.* 3) *Scil. liber de institutione canonicorum 816 congestus (supra p. 312 sqq.). Mirum videtur, quod institutionis sanctimonialium eodem anno compilatae mentio non fit.*

Benedicto regulam unanimiter, quantumcumque posse est, cuiusque relegionis regularem vitam in omnibus sectentur. Sanctimoniales denique secundum id, quod earundem sexus fragilitati congruit, relegioni cum omni diligentia subdantur.

Haec[1] nos, fideles et devotissimi famuli et oratores[2] vestri, iuxta parvitatem sensus nostri, prout brevitas temporis permisit, secundum sanctam ordinationem vestram de his, quae ad nostram et consacerdotum subiectorumque nostrorum correctionem et emendationem pertinere perspeximus, pauca de multis sanctarum scripturarum excerpentes exempla, — licet perplura inibi ad haec pertinentia non ignorentur, quae si per singula adnotarentur, nec etiam anni volutionem ad hoc posse credimus sufficere — ideoque, ut diximus, pauca succincte ordinatimque, ut videtur, adnotavimus.

(40). Cap. XVI. Communi consensu insuper censuimus, ubicumque possibile fuerit, unicuique ecclesiae suus praevideatur ab episcopis presbiter, ut aut per se eam tenere possit aut etiam priori presbitero subiugatus ministerium sacerdotale perficere possit, quia in multis locis pericula presbiterorum inminentia perspeximus, videlicet in officiis divinis, quamquam missarum celebrationes per omnes ecclesias sibi commissas agere possent, cetera officia, quae ad divinum cultum pertinent, propter inpossibilitatem et multitudinem ecclesiarum quodammodo neglectu elapsa, similiter et praevidentiae in baptismate infirmorum et in confessione quaerentium atque in communione periclitantium per plura remansisse. Ideoque congruentius, ut supra dictum est, omnibus videtur, cuique congruere ecclesiae proprium habere presbiterum[3].

His itaque sic se habentibus, nunc, quia communium salutem perspiciendam atque considerandam dignum duximus, petimus insuper iam, quia labor ad ea, quae proposita sunt inquirenda, additus est, ut non in tedium auditui vertatur, sed potius ad audiendum aures accommodentur, supplici devotione rogamus.

(Caput III. de persona regis filiorumque eius et ministrorum).

Tertium quoque capitulum duobus superioribus capitulis ex parte convenire videtur, in vita scilicet atque doctrina sacerdotum; in quibusdam vero pariter cum sacerdotibus principes et omnem populum Christianum tangere non dubitatur, sed et in utroque ordine partim defecisse. In sacerdotibus enim defecit, auctoritate sacerdotalis ministerii labente, quantum in ipsorum studio aliquid minus fuit quam conveniret; in principibus, scilicet in illis, quos vos benivola intentione enutrire studuistis atque sublimastis, non permanente dilectione, sed habundante iniquitate et refrigescente multorum caritate. Sed nunc, quia de[4] his, quae praemissa sunt, vestro ardentissimo desiderio prius satisfacere studuimus, illud tamen, quod ad vestram specialiter personam ministeriumque pertinere cognoscimus, nullatenus oblivioni tradidimus, sed potius vestrae saluti prospicientes nonnulla capitula necessaria fideliter collegimus et vobis familiariter ammonitionis gratia devoteque porrigenda devovimus, similiter quaedam ad filios vestros pertinentia, quaedam vero ad commilitones vestros non minus pertinentia. Nec pretereundum dignum iudicavimus, ut[4] aperte atque distincte inspiciendo, legendo et audiendo vestra cognoscere possit sollertia filiorumque vestrorum ac ceterorum omnium industria, de[4] quibus et pro quibus con-

(39). XV. 2 denique] *ita edd.*, namque *G*.
(40). XVI. 21 sic *deest G*. 22 praeposita *G*. 23 aditus *G*. 24 acommodentur *G*.
25 Caput — ministrorum] *ita edd.*, *desunt G*. 26 conveniri *G*. 28 Cristianum *G*. 39 inspeciendo *G*.

1) *Verba deprompta sunt ex relatione episcoporum c. 55 (l. l. II, 46), quae nititur in concilii Parisiensis 829 praefatione libri III; supra p. 668 l. 11 sqq.* 2) *V. supra p. 473 ann. 1.* 3) *Cf. supra p. 642 sq. c. 49.* 4) *Ex relatione episcoporum c. 55 (l. l. II, 46), quae adhibuit concilii Parisiensis 829 libri III praefationem; supra p. 668 l. 17 sqq.*

venienter humilitati nostrae secundum[1] virium possibilitatem nostrarum fideliter tractavimus pro communi omnium perpetua salute.

(41). Cap. I. Ut[2] quid rex dictus sit, Isidorus in libro sententiarum scribit: Rex[3] enim, inquit, a recte agendo vocatur. Si enim pie et iuste et misericorditer regit, merito rex appellatur; si his caruerit, non rex, sed tirannus est. Antiqui autem, ut idem Isidorus[4] in libro ethimologiarum scribit, omnes reges tyrannos vocabant; sed postea pie et iuste et misericorditer regentibus regis nomen adeptis, impie vero, iniuste crudeliterque principantibus non regis, sed tyrannicum aptatum est nomen. Unde et beatus Gregorius ait in moralibus: Viros[5] namque sanctos proinde vocari reges in sacris eloquiis didicimus, eo quod recte agant sensusque proprios bene regant et motus resistentes sibi rationabili discretione conponant. Recte igitur illi reges vocantur, qui tam semetipsos quamque subiectos bene regendo pacificare noverunt.

(42). Cap. II. Ad[6] quid etiam constitutus sit imperator, Fulgentius in libro de veritate praedestinationis et gratiae scribit: Clementissimus[7] quoque imperator non ideo est misericordiae vas praeparatum in gloria, quia apicem terreni principatus accepit, sed si in imperiali culmine recta fide vivat et vera cordis humilitate praeditus culmen regiae dignitatis sanctae relegioni subiciat, si magis in timore servire Deo quam in tumore dominari populo delectetur, si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem, si se magis diligendum quam metuendum cunctis exibeat, si subiectis salubriter consulat, si iustitiam sic teneat, ut misericordiam non relinquat, si prae omnibus ita se sanctae matris ecclesiae catholicae meminerit filium, ut eius paci atque tranquillitati per universum mundum prodesse suum faciat principatum. Magis enim Christianum regitur ac propagatur imperium, dum ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quam cum in parte quacumque terrarum pro temporali securitate pugnatur. Unde et Isidorus dicit: Principes[8] namque saeculi nonnumquam intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Caeterum intra ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut, quod non praevalet sacerdos efficere per doctrinae sermonem, potestas hoc imperet per disciplinae terrorem. Saepe per regnum terrenum caeleste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam ecclesiae agunt rigore principum conterantur ipsamque disciplinam, quam ecclesiae utilitas exercere non praevalet, cervicibus superborum potestas principalis inponat. Salomon[9] in proverbiis: *Misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur clementia thronus eius.*

cf. Rom. 9, 23. — Prov. 20, 28.

1 humilitatis *G.* possibilitatum *G.*
(41). I. 3 sententiarum] prosententiarum *G.* 4 rex *deest G.* 5 in *deest G.* 7 adepti *G.* 10 reges *deest G.*
(42). II. 13 praedistinationis *G.* misericordia *G.* 14 imperali *G.* 15 relegioni] se *add. G.* 17 mitigat *G.* 19 tenentur *G.*

1) *V. p. 714 ann. 4.* 2) *Ex relatione episcoporum c. 56 (l. l. II, 46 sq.), quae usa est sicut Ionas Aurelianensis (De institutione regia c. 3) concil. Parisiensi 829 lib. II c. 1; supra p. 649 sq.* 3) *Cum verbis* Rex enim — tyrannus est *(l. 5) cf. Isidorus, Sentent. III c. 48 § 7; Opp. VI, 338 sq.* 4) *Cum verbis* Antiqui autem omnes — nomen *(l. 8) cf. Isidorus, Etymol. IX c. 3 § 19. 20; l. l. III, 428.* 5) *Verba* Viros — noverunt *(l. 11) deprompta sunt ex Isidoro (non Gregorio M.), Sentent. III c. 48 § 7; l. l. VI, 339.* 6) *Ex relatione episcoporum c. 56 med. (l. l. II, 47), quae adhibuit concil. Paris. 829 lib. II c. 1 (supra p. 650 l. 41 sqq.).* 7) *Verba* Clementissimus — pugnatur *(l. 22) sunt Fulgentii, De veritate praedestinationis II c. 38; Opp. p. 477.* 8) *Verba* Principes — inponat *(l. 29; sunt Isidori, Sentent. III c. 51 § 4. 5, Opp. VI, 344) leguntur iam in concil. Paris. lib. II. c. 2 (supra p. 652 l. 31 sqq.); verba* Principes — terrorem *(l. 26) exhibet relatio episcoporum c. 56 (l. l.). Synodales Aquisgranenses inspexerunt aut concilium Parisiense, ubi plura verba Isidori quam supra l. 23—29 et etiam in relatione episcoporum leguntur, aut Ionae Aurelianensis librum de institutione regia c. 4 (v. supra p. 649 ann. 2, p. 651 ann. 7).* 9) *Verba* Salomon — eius *(l. 30) leguntur in sola relatione episcoporum c. 56; l. l.*

(43). III. Regale[1] namque ministerium specialiter est populum Dei gubernare et regere cum aequitate et iustitia et, ut pacem et concordiam habeant, studere. Ipse enim debet primo defensor esse ecclesiarum et servorum Dei, viduarum, orfanorum ceterorumque pauperum necnon et omnium indigentium. Ipsius enim terror et studium huiuscemodi, in quantum possibile est, esse debet primo, ut nulla iniustitia fiat; deinde, si evenerit, ut nullo modo eam subsistere permittat nec spem delitiscendi sive audatiam male agendi cuiquam relinquat, sed sciant omnes, quoniam, si ad ipsius notitiam pervenerit quippiam mali, quod admiserint, nequaquam incorrectum aut inultum remanebit, sed iuxta facti qualitatem erit et modus iuste correctionis. Unde oportet, ut ipse, qui iudex est iudicum, causam pauperum ad se ingredi faciat et diligenter inquirat, ne forte illi, qui ab eo constituti sunt et vicem eius agere debent in populo, iniuste aut neglegenter pauperes oppressiones pati permittant. Scire autem unumquemque, cuiuslibet sit ordinis, oportet,
cf. Matth. 12, 36. quia, si de otioso sermone Deo rationem redditurus est, multo magis de ministerio sibi divinitus commisso.

Iob 29, 25. (44). IIII. De[2] ministerio autem regis ita Iob loquitur: *Cumque sederem quasi rex circum-*
Ib. 29, 11–17. *stante exercitu, eram tamen merentium consolator. Auris audiens beatificabat me et oculus videns testimonium reddebat mihi, quod liberassem pauperem vociferantem et pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduae consolatus sum. Iustitia indutus sum et vestivi me sicut vestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui ceco et pes claudo. Pater eram pauperum et causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui*
Prov. 20, 8. *et dentibus illius auferebam praedam.* Salomon: *Rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne*
Sap. 1, 1. *malum intuitu suo.* Item idem in libro Sapientiae: *Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite*
Ib. 6, 2–8. *de Domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum.* Item ibi: *Audite ergo, reges, et intellegite; discite, iudices finium terrae. Praebete aures vos, qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est vobis a Domino potestas et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur, quoniam, cum essetis ministri eius, non recte iudicastis neque custodistis legem iustitiae neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis Dominus, quoniam iuditium durissimum in his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes enim potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus nec reverebitur cuiusquam magnitudinem, quoniam pusillum et magnum ipse fecit et aequaliter pro omnibus cura est illi.* Extant[3] et alia innumera sanctarum scripturarum testimonia regio nomini et officio convenientia, super quibus colligendis vestra sancta devotio idcirco magnum nobis ademit laborem, eo quod divina gratia adeo tot virtutum praerogativis vestrum repleverit animum et exornaverit dignitatem, ut non sit necesse sacerdotibus Domini copiosioribus exemplis ac qualibet exageratione vestrum animum onerare. Quare Deo omnipotenti gratias uberrimas ac multiplices referimus, qui ita vos pia relegione, sancta devotione, benigna humilitate, amore iustitiae, operibus misericordiae ceterarumque sanctarum virtutum perfectione sua gratuita piaetate ditavit, ut merito ab omnibus amandi et imitandi sitis.

(45). Cap. V. Petimus[4] humiliter vestram excellentiam, ut per vos filii et proceres vestri nomen, potestatem, vigorem et dignitatem sacerdotalem cognoscant. Quod ex verbis Domini facile

(43). III. 2 enim G. 3 orfanum G. 8 iusta G. 9 ad se [illegible] G. 11 unanquamque G. (44). IIII. 15 exercitus G. 18 vestivit G. sicut] sico G [illegible] iudicium meum G. 20 praeda G. 22 de] in G. 28 patiuntur G. 29 pusillum G. [illegible] G. 34 copiossioribus G. ac deest G. Quare] quia add. G.

1) *Ex relatione episcoporum c. 56 ed.; l. l. II. 47, atque Ionas Aurel. De institutione regia c. 4 secundum concil. Parisiense 829 lib. II c. 2; supra p. 651 sq.* 2) *Ex relatione episcoporum c. 56 ed.; l. l. II. 47 sq., quae sicut Ionas Aurel. De institutione regia c. 4 [illegible] concil. Parisiense 829 lib. II c. 2; supra p. 652 sq.* 3) *Ex relatione episcoporum c. 56 ed.; l. l. II. 48. [illegible] Parisiensi [illegible] l. l. [illegible] at.* 4) *Ex relatione episcoporum c. 21. 2[illegible] l. l. II. 35 sq. [illegible] Parisiense 829 lib. III c. 8. 9; supra p. 673.*

intellegere possunt, quibus beato Petro, cuius vicem indigni gerimus, ait: *Quotcumque ligaveris super terram erunt ligata et in caelo, et quotcumque solveris super terram erunt soluta et in caelo.* [Matth. 16, 19.] Et alibi discipulis generaliter dicit: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittentur eis, et quorum retinueritis retenta sunt.* [Ioh. 30, 22. 23.] Illud etiam ad exemplum reducendum est, quod in ecclesiastica historia Constantinus imperator episcopis ait: Deus[1], inquit, constituit vos sacerdotes et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, et ideo nos a vobis recte iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos exspectate iuditium, ut vestra iurgia, quaecumque sunt, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis dei, et conveniens non est, ut homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptum est: *Deus stetit in sinagoga deorum, in medio autem deos discernit.* [Ps. 81, 1.] Sed et hoc illis ad memoriam reducendum est, qualiter beatus Prosper in libro, quem de contemplativa et actuali vita scripsit, laudem sacerdotum conpraehenderit. Ipsis[2] enim, inquit, id est sacerdotibus, proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est, qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes pro peccatis omnium velut pro suis infatigabiliter subplicant Deo ac velut quidam Aaron incensum [cf. Exod. 30, 7.] contriti cordis et humiliati spiritus offerentes, quo placatur Deus, avertunt iram futurae animadversionis a populo. Qui per Dei gratiam fiunt divinae voluntatis indices, ecclesiarum Christi post apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis adsertores, prave doctrine hostes, omnibus bonis amabiles et male sibi consciis etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, praedicatores caelestium praemiorum, exempla bonorum, documenta virtutum et forma fidelium. Ipsi decus ecclesiae, in quibus amplius fulget ecclesia. Ipsi columnae firmissimae, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium. Ipsi ianuae civitatis aeternae, per quos omnes, qui credunt, ingrediuntur ad Christum. Ipsi ianitores, quibus claves datae sunt regni [cf. Matth. 16, 19.] caelorum. Ipsi etiam dispensatores regie domus, quorum arbitrio in aula regis dividuntur aeterni gradus et officia singulorum. Licet enim sanctorum praecedentium sacerdotum vita et meritis longe inferiores simus, idem tamen sacrum ministerium, quod indigni suscepimus, non minoris auctoritatis et dignitatis existit et, quamquam ministerio tanto indigni simus, propter illum tamen, cuius ministerium gerimus, in nobis non contempnendum est.

(46). Cap. VI. Illud[3] etiam specialiter necessarium vestrae suggerere pietati duximus, ut fideles vestri per vos admoneantur et instruantur, quatenus, quando aliquid nobis vestra celsitudo de nostra correctione vel vestra necnon et illorum salute tractandum committit, ut non per inanem et falsam suspicionem contra nos scandalum sumant et sine causa in nos detrahendo Deum offendant et unde sibi sperare salutem et adquirere debuerant culpam incurrant, quia nos nihil aliud querere aut tractare desideramus — nec nostri officii est ut faciamus —, nisi quod ad nostrum debitum ministerium et ad illorum salutem pertinet. Et ideo non debemus ante tempus per suspicionem iudicari, sed pacienter exspectari, donec ipsa veritas manifestum faciat, utrum magis audiendi an inprobandi simus. Nos enim, si forte evenerit, ut aliquid sinistre opinionis de nobis fama sparserit, Deo nobis opem ferente aequanimiter tollerare et possumus et debemus. Ipsi vero a culpa inmunes esse non possunt, dum patrum et fratrum intentionem sine causa reprachendere non metuunt, quoniam hoc summopere elaborandum est nobis et vobis, ut semper inter pastores ecclesiarum et gregem Christi pax et concordia unanimiter servetur. Nisi enim caritatem et concordiam in invicem habuerint, Deum sicut oportet propitium habere non merentur. Quapropter, sicut praemissum est, cum Deo

(45). V. 16 gratia *G.*
(46). VI. 40 habuerunt *G.*

1) *Verba* Deus constituit — discernit *(l. 10) deprompta sunt ex Rufino, Ecclesiastica historia c. 2; ed. Basileae 1523, p. 218.* 2) *Verba* Ipsis enim id est — singulorum *(l. 24) leguntur apud Iulianum Pomerium, De vita contemplativa II c. 2; Opp. Prosperi app. 25.* 3) *Ex relatione episcoporum c. 23 (l. l. II, 36 sq.), quae nititur in concilio Parisiensi 829 lib. III c. 10; supra p. 674.*

inspirante vestra pietas de aecclesiastica et communi utilitate aliquid nobis tractare praecipit, non est nobis fas mentiri, quia aliquando veritatem sine gravi periculo ad tempus reticere, numquam tamen interrogati de ipsa veritate sine gravi discrimine possumus mentiri. Sed quia veritas sepe odium generat, et sermo Dei adversarius a Domino nostris carnalibus voluptatibus describitur, tamen ei in via, id est in presenti vita, consentiendum est. Sic etiam erga nos agendum est, ut, quotienscumque interrogati veritatem proferimus, quamquam nonnulli infirmi sine causa scandalizentur, nobis tamen consentiendum est propter ipsam veritatem. Nam[1] saepe, quando vobis suggerimus, ut fideles quique res aecclesiarum pie et cum reverentia et timore Dei tractent et cognoscant illas Deo esse dicatas, quatenus sic habeant de illis temporalem profectum, ut non propter ignorantiam et neglegentiam aeternum patiantur detrimentum, suspicantur nonnulli, quod nos causa cupiditatis potius hoc admoneamus quam causa salutis, cum nos veraciter nullis rebus sibi conlatis optemus eos expoliari, sed magis eorum communi saluti consultum praebere, quia non rerum, ut multi arbitrantur, ambitione, sed animarum potius delectamur salvatione.

cf. Luc. 9, 26. 12, 9.

(47). VII. Didicimus sane nonnullos episcoporum a quibusdam personis clam temeraria detractione accusatos atque detractos, sine approbatione tamen in causis reprachensibilibus, quae pontificatus ordini non congruere visae sunt, si approbatae fuerint. Idcirco obnixe praecamur, ut, si aliquis deinceps accusator adnisus fuerit aliquem excessum in episcopali ordine rite reprachendere et ad aures imperiales perducere, ut non facile per cuiuscumque personam officium tanti ministerii in aliquo vilescere videatur. Accusator itaque, uti actenus, delitiscendo se subtrahere locum non habeat, sed neque accusatus. Huius rei veritas sinodali conventui pateat, ibidemque omni occasione remota utrorumque examinatio secundum veritatem examinetur, ut quod quisque meretur, accusatus videlicet sive accusator, pro merito canonicae disciplinae subiaceat, ne forte quisquam sacerdotum se reprachensibilem exibere audeat aut etiam quisque leviter inaniterque propriae intemperantiae assensum praebens tanti ordinis viros sine causa atque probatione vituperare praesumat.

Capitula de honore episcopali.

Licet[2] enim sacerdotes moderno tempore propter inminentes perturbationes in multis sint neglegentes, non sunt tamen vituperandi nec dispiciendi, sed propter illum, cuius ministerium gerunt, audiendi et congruo honore venerandi. Post apostolos enim ad ipsos haec Domini sententia dirigitur: *Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit.* Quapropter adtendendum est, quod sacerdotum Christi spretio ad iniuriam Christi pertinet, cuius vicem et ministerium gerunt.

Luc. 10, 16.

(48). (VIII). **De conservandis rebus quae a fidelibus conferuntur.** In canonibus Niceni concilii ita roboratum esse constat: Quae[3] sunt aeclesiae sub omni sollicitudine et conscientia bona et fide, quae in Deum est, qui cuncta con-

(46). VI. 2 quia] qui *G.* at *G.* 9 habeat *G.* 10 suspicante *G.* 12 consaltum *G.* 13 salvationem *e corr. G.*

(47). VII. 15 accusatos] accuss- *hic et infra G.* aprobatione *G.* 16 approl ata *G.* 23 merita *G.* 26 viro *G.*

29 sint] si non *G.* disspiciendi *G.* 30 congrue *G.* 32 spreto *G.* pertinent *G.* gerant *G.*

(48). (VIII). 33 VIII] *numeri q. d. Romani uncis inclusi in edd. inveniuntur.* rebus] regibus *G.*

1) *Verbis* Nam saepe --- salvatione *(l. 13), quae plenius dicta sunt in relatione episcoporum quam in concilio Parisiensi, efficitur hoc loco illam adhibitam esse, supra autem huius capitis III c. 6 (46; p. 717) ex eo, quod concilium Aquisgranense magis cum concilio Parisiensi quam cum relatione episcoporum congruit, sequitur anno 836. et acta anni 829. synodalia et relationem episcoporum promiscue adhibita esse.* 2) *Ex Iona Aureliensi, De institutione regia c. 2.* 3) *Concil. Antiochenum (non Nicaenum) c. 24: Mansi II, 1327.*

siderat iudicatque, serventur; quae etiam dispensanda sunt iudicio et potestate pontificis, cui commissus est populus et animae, quae intra ecclesiam congregantur. Item in decretalibus pape Simachi: Sinodali [1] igitur conventu provida sententia modis omnibus enervari placuit et in irritum deduci, ne in exemplum remaneret praesumendi quibuslibet laicis, quamvis religiosis vel potentibus, in quacumque civitate quolibet modo de ecclesiasticis facultatibus aliquid distrahendo decernere quarum solis sacerdotibus disponendi indiscussa a Deo cura commissa docetur. Quoniam, ut beatus Prosper [2] ait, res eclesiae non sunt propriae, sed communes, vota videlicet fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum, ergo quia a relegiosis viris ad substantiam pauperum ac servorum Dei et sustentationem ac reparationem ecclesiarum sunt derelictae, nulli contra fas sine aliqua pietatis consideratione licet dispergi. Item unde supra ex concilio Toletano, quod [3] eclesiarum omnium dotes ad episcoporum ordinationem et potestatem pertineant nec a quoquam aliqua praesumptione distrahantur. Item post pauca: Omnis [4] itaque rei aeclesiae quantitas, sicut remedium veniae tribuit conferenti, ita damnum rite praeparat abstrahenti.

(49). (VIIII). VIII. Iterum [5] monendo magnitudini vestrae suppliciter suggerimus, ut deinceps in bonis pastoribus rectoribusque in eclesiis Dei constituendis magnum studium atque sollertissimam adhibeatis curam, quia, si aliter factum fuerit, et ordo ecclesiasticus suam non habebit dignitatem et religio Christiana in multis labefactando damna detrimenti sui pacietur et animae vestrae, quod non optamus, periculum generabitur.

(50). (X). VIIII. Similiter [6] deposcimus, ut in abbatissis constituendis et rectoribus monasteriorum vestrum specialiter caveatis periculum, sicut vobis saepe est admonitum et per divinam auctoritatem crebrius manifestatum.

(51). (XI). X. Sed [7] et hoc obsecramus, ut in elegendis adiutoribus vestris et reipublice ministris, qui vice vestra populum Dei regere et gubernare atque iudicare debent, sollertissimam providentiam habeatis, semper illud adtendentes, quod in libro Exodi ad Moysen dicitur: *Provide,* inquit, *de omni populo viros prudentes et timentes Deum, in quibus sit veritas et qui oderint avaritiam. Et constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit referant ad te et ipsi minora tantummodo iudicent; leviusque tibi sit partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini et praecepta eius poteris sustentare.* Exod. 18, 21. 22. Unde et in libro Deuteronomii: *Iudices,* inquit, *et magistros constitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio nec in aliquam partem declinent.* Deuter. 16, 18. 19. Item ibi: *Dixique vobis in illo tempore: Non possum solus sustinere vos, quoniam dominus Deus vester multiplicavit vos, et estis hodie sicut stellae caeli plurimae. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa milia et faciat vobis sicut locutus est. Non valeo solus sustinere vestra negotia et pondus et iurgia.* Ib. 1, 9–12.

(48). (VIII). 8 a *deest G.* 9 supstantiam *G.* 10 derelicta *G.* 13 Omnis itaque] omnitaque *G.* veniae] veniet *G.*
(49). (VIIII). VIII] *numeri sine uncis in G leguntur.* 17 quia si] quis *G.* abebit *G.*
(50). (X). VIIII. 20 constituendis] construendis *G.*
(51). (XI). X. 24 ministeriis *G.* 28 referent *G.* 33 multiplicabit *G.* 34 ad hunc] adhuc *G.* multa] in multa *G.*

1) *Ex Symmachi concilio Romano 502 c. 3; Mansi VIII, 266.* 2) *Cf. Iulianus Pomerius, De vita contemplativa II c. 9; Opp. Prosperi app. 32.* 3) *Cf. concil. Toletanum III. (a. 589.) c. 19; Mansi IX, 998.* 4) *Ex concilio Toletano IX. (a. 655.); Mansi XI, 25.* 5) *Ex concilio Parisiensi 829 lib. III c. 22 (supra p. 677) = Relatio episcoporum c. 57; l. l. II, 48.* 6) *Ex concilio Parisiensi 829 lib. III c. 23 (supra p. 677), adhibita relatione episcoporum c. 58; l. l. II, 48.* 7) *Ex concilio Parisiensi 829 lib. III c. 23 (supra p. 677 sq.) = Relatio episcoporum c. 59; l. l. II, 48 sq.*

Deuter. 1, 12. *Date e vobis viros sapientes et gnaros et quorum conversatio sit probata in tribubus vestris.* 2. Paral. 19, 5–7. Sed et in libro Paralipomenon ita legitur: *Constituitque rex Iosaphat iudices terrae in cunctis civitatibus Iuda munitis per singula loca et praecipiens iudicibus: Videte, ait, quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei; et quodcumque iudicaveritis in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum et cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud dominum Deum vestrum iniquitas nec personarum acceptio nec cupido munerum.*

(52.) (XII). XI. Rogamus[1] etiam vestram pietatem propter divinam misericordiam vestramque salutem hac totius populi utilitatem necnon et regni honorem atque stabilitatem, ut vestra pietas sollertissimam vigilantiam adhibeat, quatenus consiliarii et dignitatis vestrae ministri custodesque anime vestrae et corporis, qui debent esse intra regnum aliis decus et bonitatis exemplum et in ceteris nationibus bone opinionis condimentum, caritatem, pacem atque concordiam omni simulatione et calliditate postposita ad invicem habeant, ut secundum Dei voluntatem et vestram honestatem atque totius populi profectum communiter decertent et veri vobis adiutores in omnibus concorditer existant. Tunc etenim veri consiliarii verique adiutores vestri et totius regni salubriter esse poterunt, si unanimes extiterint et invicem dilectionem habuerint. Decet quippe, ut sacra domus vestra cunctis spectabilis appareat et imitabilis existat, et fama suae bone opinionis sive alios imperii vestri subiectos sive exteras nationes habundantissime perfundat. Ubi igitur omnes dissensiones et discordiae dirimendae et omnis malitia imperiali auctoritate est comprimenda, necesse est, ut quod in aliis corrigere decernit in ea minime repperiatur.

(53.) (XIII). XII. Nam[2] et hoc humiliter admonemus, ut liberos vestros, quos vobis divina pietas largiri voluit, in timore Dei iugiter diligenterque erudiatis, sicuti et facitis et, ut in mutua dilectionis caritate et fraternitatis amore atque unanimitatis concordia vicissim consistant, sedula paternaque ammonitione insistatis et, ne inlicitis actibus creatoris sui offensam incurrant, provida sollertique circumspectione nihilhominus invigiletis, adtendentes beatum Iob, cuius studium, ut beatus Gregorius[3] in moralibus libris s c r i p s i t, circa filios erudiendos tale extitit, ut non solum eos exterius perfectos opere et sermone p e r ficeret, verum etiam eorum corda sacrificii oblatione mundaret. Adtendite etiam et David instruentem Salomonem filium suum, de quo in primo libro 3. Reg. 2, 2. 3. Malachim legitur: *Ego,* inquid, *ingredior viam universae terrae; confortare et esto vir fortis et observare custodias domini Dei tui, ut ambules in viis eius et custodias cerimonias eius et iudicia* 1. Paral. 28, 9. *eius et praecepta. Fili mi, scito Deum patris tui et s e r v i e s ei corde perfecto et animo volun-* cf. Tob. 1, 9. 10 *tario.* Attendite etiam Tobiam, de quo legitur, quod, cum factus esset vir, accepit uxorem Annam ex tribu sua et genuit ex ea filium, nomen suum inponens ei, quem ab infantia timere Deum ib. 4, 6–8 docuit et abstinere ab omni peccato. Item idem alloquens eundem filium suum: *Omnibus,* inquid, *diebus vite tuae habeto Deum in mente et cave, ne aliquando peccato consentias et pretermittas praecepta Dei nostri. Ex substantia tua fac elimosinam et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto* ib. 4. 13. 14. *misericors* et cetera. Item paulo post: *Adtende tibi, fili, ab omni fornicatione et praeter uxorem tuam nequaquam patiaris crimen scire. Superbiam numquam in tuo sensu aut in tuo corde* ib. 4, 19. 20. *dominari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Et idem non post multa: *Consilium semper a sapiente perquire. Omni tempore benedic Deo et pete ab eo, ut vias tuas dirigat,*

(51). (XI). X. 2 Paralipemenon *G.* 4 sed Dei] sedui *G.* redundavit *G.*
(52). (XII). XI. 11 oppinionis *hic et infra G.* 16 fame *G.*
(53). (XIII). XII. 21 largire *G.* 23 offensum *G.* 25 talis *G.* 26 oblationem *G.* 29 custodies cerimonia *G.* 31 Tobiam] tibi *G.* 35 nolli *G.* 39 dominare *G.*

1) *Ex concilio Parisiensi 829 lib. III c. 24 (supra p. 678) = Relatio episcoporum c. 59 med.; l. l. II, 49.* 2) *Ex concilio Parisiensi 829 lib. III c. 25 (supra p. 678 sq.) = Relatio episcoporum c. 60; l. l. II, 49 sq.* 3) *Cf. Gregorius M., Moralia I c. 9 § 13; Opp. I, 21.*

et omnia consilia tua in ipso permaneant. Item idem: *Audite ergo, filii mei, patrem vestrum. Servite Domino in veritate et inquirite, ut faciatis quae sunt placita illi, et filiis vestris mandate, ut faciant iustitias et elymosinas et ut sint memores Dei et benedicant eum in omni tempore in veritate et in tota virtute sua.* Tob.14,10.11.

(54). (XIIII). XIII. His[1] omnibus praelibatis innotescimus vobis, quod ea, quae in capitulis vestris nobis tractanda commisistis, scilicet quid[2] a principibus et reliquo populo vel ita, ut divina auctoritas doceat, aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte aut ex toto dimissum sit, ut non teneatur, necnon et in his, quae praesenti anno[3] conscribi et per missos vestros ob vitia conprimenda per imperium vestrum direxistis, fatemur, quia in his capitulis, quae superius continentur, multa demonstrata sunt, quae a pastoribus aeclesiarum et a principibus et reliquo populo actenus neglecta extiterunt; et aliter, quam divina auctoritas se habeat, in his eos egisse et agere novimus. Sed si haec nostra sacerdotalis ammonitio effectum Deo operante per vestrum bonum studium abhinc obtinuerit, credimus, quod multa, quae a multis aliter, quam divina auctoritas se habeat, dimissa sunt, que non tenebantur, corrigentur.

(55). (XV). XIIII. Nam[4] et illud, quod in hisdem capitulis continetur, ut manifestum fieret, quae causae id effecerint, ut sacerdotes et principes a recto tramite deviassent, exceptis praemissis capitulis, in quibus, sicut diximus, multa neglegebantur, specialiter tamen unum obstaculum ex multo tempore iam inolevisse cognovimus, id est quia principalis potestas diversis occasionibus intervenientibus secus, quam auctoritas divina se habeat, in causas ecclesiasticas prosilierit et sacerdotes partim neglegentia, partim ignorantia, partim cupiditate in saecularibus negotiis et sollicitudinibus ultra, quam debuerant, se occupaverunt; et hac occasione aliter, quam divina auctoritas doceat, in utraque parte actum extitisse dubium non sit. Sed quia Deo miserante a progenitoribus et genitore vestro et a vobis multa correcta gratulamur, si ea, quae ammonemus, prosperum successum habuerint, credimus, quod ad perfectionis statum vestra intentio nostraque devotio Deo cooperante pervenire possit. Verumtamen, quia novimus statum huius regni sub tali conditione et tenore crevisse adque dilatatum esse et a prudentissimis sanctisque praedecessoribus nostris, sive scilicet ab episcopis sive a principibus, hanc causam ex toto correctam non fuisse, propter haec, quae suo tempore dici possunt, et pondus tantae considerationis parvitatis nostrae vires excessit, quoniam nec otium nec spatium temporis nec plenitudinem consacerdotum nostrorum, sicut ipsa necessitas exposcebat, habuimus.

(56). (XVI). XV. Porro[5] de episcopali libertate, quam Deo annuente vestroque amminiculo suffragante adipisci ad Dei servitium peragendum cupimus, suo in tempore vobis dicenda atque vobiscum conferenda reservavimus, quatenus ita sit, ut et nosmetipsos salvare populoque nobis subiecto utiliter prodesse atque pro vobis et stabilitate imperii vestri liberius valeamus exorare et

(54). (XIIII). XIII. 9 quia] qui *G.* 14 corrigerentur *G.*

(55). (XV). XIIII. 16 efficerint *G.* 18 quia] qui *hic et infra G.* 19 habeant *G.* 21 hac] ac *G.* 22 misserante *G.* 25 statum] statim *G.* 26 dilatatam *G.* praedecessoribus] prodecessoribus *G.* 29 cumsacerdotum *G.*

(56). (XVI). XV. 32 suo] isto *G.* 33 populoque] populo quae *G.*

1) *Relatio episcoporum c. 61 (l. l. II, 50) ex concilio Parisiensi 829 lib. III c. 26 (supra p. 679).* 2) *Verba* quid — teneatur *(l. 8), ut in fontibus modo indicatis, deprompta sunt ex constitutione anni 828.; supra p. 596 sq.* 3) *Verba* praesenti anno *apta erant anno 829., ut ad concil. Parisiense lib. III c. 26 supra p. 679 ann. 3 exposuimus, non autem anno 836.* 4) *Ex concilio Parisiensi 829 lib. III c. 26 (supra p. 679 sq.) = Relatio episcoporum c. 61 med.; l. l. II, 50 sq.* 5) *Ex concilio Parisiensi 829 lib. III c. 27 (supra p. 680) = Relatio episcoporum c. 62; l. l. II, 51.*

de vestris obsequiis et regni adiutorio solatium debitum minime subtrahatur, sed, si possibile fuerit, potius augeatur.

(57). (XVII). XVI. Vestram interea, Deo amabilis Auguste, petimus clementiam, uti absque inevitabili necessitate sanctum tempus quadragesimae liceat ecclesiasticis viris sub quiete agere, quatenus tempus illud, quod purificatio debet esse aliorum temporum, non inquietetur inquietudine perturbationum [1].

(58). (XVIII). XVII. Ieiunium diebus dominicis tenere et canonica interdicit auctoritas [2] et resurrectionis dominice tanta solemnitas. Et ideo placita [3] illis diebus neque nubtias pro reverentia tantae solemnitatis non celebrari visum est.

(59). (XVIIII). XVIII. Monasteria divinis solummodo cultibus dicata non debere et secularibus dari et canonica prodit auctoritas [4] et ipsorum destructio locorum. Sed quia id exigit reipublicae necessitas, saltem conlapsa loca erigi debent et clerici locis, in quibus fuerant, restitui, quousque oportunitas id permittat emendari plenius.

(60). (XX). XVIIII. Laici sane monendi sunt, ne sacerdotes contemptui habeant neve eorum monita dispiciant et tam turpiter tractent uti actenus, ne superveniat quod
Osee 4, 4. 5. ait propheta: *Populus tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti, et corrues hodie et corruet etiam propheta tecum.*

(61). (XXI). XX. Meminisse etiam debent qui res ecclesiae atque familiam sub manu sua habent non eos debere severe et crudeliter cum eis agere, sed cogitare, quia utrorumque Dominus est in caelis, et consuetum atque antiquum ab eis servitium exigant, nihil superaddentes.

(62). (XXII). XXI. Sane communicatio corporis Domini omni die dominico debuit celebrari [5]. Ideoque necesse est, quantum ratio permittit, ut moderna corrigatur consuetudo, ne forte qui longe est a sacramentis, quibus est redemtus, longe sit a salute, quam fuerat consecuturus.

(63). (XXIII). XXII. Similiter est postulandum de presbiteris, qui hincinde de diversis parrochiis veniunt et in palatio morantur, ut sine proprii episcopi consensu ibi locum consistendi non habeant nec recipiantur, quia fieri potest, ut intra parrochiam metu perpetrati criminis, ne id palam iuxta canonum sanctiones ulciscatur, palatinas aedes frequentent, aut certe, licet non sit ordinatus, ipse tamen absque litteris ordinatum se adtestetur [6].

(64). (XXIV). XXIII. Nec minus de monachis postulandum est, ut et ipsi in publicis locis sine ratione decenti discurrere prohibeantur, quia hoc a proposito ip-

(58). (XVIII). XVII. 9 nubtias] nundinas *proponit Binterim, 'Pragm. Gesch.' II, 492.*
(59). (XVIIII). XVIII. 12 quia] qui *G.* 13 restituti *G.*
(60). (XX). XVIIII. 16 hic *G.*
(62). (XXII). XXI. 24 est a] est *G.*
(63). (XXIII). XXII. 28 quia] qui *G.* intra] infra *G.* 29 sanctionis *G.*
(64). (XXIIII). XXIII. 33 quia] qui *G.*

1) *In episcoporum de poenitentia Hludowici imperatoris relatione Compendiensi 833 (v. supra p. 695) mense Octobri Hludowicus vituperatur,* quia contra Christianam religionem et contra votum suum sine ulla utilitate publica aut certa necessitate pravorum consilio delusus in diebus quadragesimae expeditionem generalem fieri iussit *(c. 3; MG. Capit. II, 54), id quod factum est anno 830., ut testantur annales Bertiniani ed. Waitz p. 2.* 2) *Cf. concil. Gangrense c. 18; Mansi II, 1108.* 3) *De placitis die dominico non habendis v. quae congessit Krause (MG. Capit. II, 616 col. 2) s. v. dies dominicus; v. etiam supra p. 644 ann. 1, p. 672 c. 5 (72), p. 676 c. 19 (86).* 4) *Cf. concil. Chalcedonense c. 24; Mansi VII, 380.* 5) *Cf. Walafridus Strabo, De exordiis et incrementis rer. eccl. c. 21; MG. Capit. II, 495.* 6) *Cf. concil. Parisiense 829 lib. III c. 14; supra p. 675.*

sorum procul absistit. Fieri etiam potest, ut quidam illorum, sicut superius[1] dictum est de presbiteris, perpetrato scelere in monasterio causam vagandi potius eligat quam regularibus disciplinis subiacere.

(65). (XXV). XXIIII. De raptoribus etenim viduarum ac virginum dignum duximus, ut ab universis comitibus omni nisu investigentur et inventi condigna invectione ex auctoritate imperiali castigentur[2], ut a tam inlicita praesumptionis audatia ipsi coerceantur et ceteri hoc admittere volentes terreantur.

(66). XXV. Si haec omnia debito dignoque ordine impleantur, opitulante superna gratia honestatem ornatumque ecclesiae adimplere credimus. Quia enim ecclesia in una adque indiscreta Christi fide ac dilectione concorditer ad caelestia tendens populus dicitur, necesse est, ut praedicatorum bene vivendi ac docendi instantia et auditorum oboediendi atque existendi insistentia perornetur. Hic vero ornatus fieri ullatenus nequid, nisi uniuscuiusque officium proprie conservetur, immo peragatur. Constat autem eam peregrinantem duabus, ut dictum est[3], praesentialiter personis gubernari, sacerdotali scilicet ac regali, quatenus, auctoritate episcopali atque imperiali censura intrinsecus et extrinsecus circumsepta, liberius modum proprium valeat conservare.

Proinde cum liqueat nos plurimum ac multifarie exorbitasse atque a ministerio nostro non minime excessisse, in hoc summopere integritatem sinceritatemque cernimus esse concussam, quod filiorum vestrorum defectio atque inprobitas, sed et quorundam procerum perversitas atque infidelitas in inauditum a saeculis facinus excrevisse cognoscitur[4]. Quae omnia nullo modo integra et ad necessarium finem perduci posse nobis videntur, nisi miserante Domino imperiali potestate, paterna hereditate immo vigore sinceriter restituta, honor sanctae Dei ecclesiae integerrime reparetur et episcopalis auctoritas proprio, immo a Christo Domino sibi commisso officio denuo solidetur. Meminimus enim, in praeteritis conventibus nonnulla capitula ab episcopis vestra ammonitione fuisse tractata atque statuta pro necessitate et communi salute utrorumque ordinum, ecclesiasticorum videlicet atque secularium; sed nescimus, quibus inpedientibus obstaculis quasi oblivioni tradita[5]. Ideoque affectu devoto, suplici ammonitione ammonemus et ammonendo praecamur, ne ista, quae nunc licet perpauca praelibavimus ad statum sanctae Dei ecclesiae, simili modo oblivioni tradantur, sed pro speculo ab omnibus inconvulsa habeantur atque conserventur.

Verum[6] quod nos, si haec vobis caelitus adtributa non fuissent, cum temporali periculo propter auctoritatem ministerii nostri vos ad ea peragenda admonere, immo admonendo exigere a vobis quoquo modo debueramus, vos econtra propter divinum amorem et honorem et ammonendo nos ad potiora provocatis et pium oportunumque adiutorium nobis ferre devotissime curatis, proinde humillimis praecibus specialiter pietati vestrae suggerimus, ut bonum, quod

(64). (XXIIII). XXIII. 2 prespiteris *G.*
(65). (XXV). XXIIII. 5 ut *deest G.* 6 imperali *G.*
(66). XXV. 9 quia] qui *G.* 14 ea *G.* gubernare *G.* 17 liquent *G.* 19 quo *G.* 20 in *deest G.* excraevisse *G.* 21 modo] sed *add. G.* 22 videtur *G.* immo] *ita G.*, imo *edd.*, *num* in suo *corrigendum est?* 24 solidetur] *ita coniecit M. Krammer,* solventur *G.* 26 utrarumque *G.* 30 traduntur *G.* 35 piam oportunamque *G, ubi* adiutorium *deest.*

1) *Scil. c. 22 (63) huius concilii; supra p. 722.* 2) *Cf. Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 cc. 22—24, capitula legibus addenda 818/19 c. 9; MG. Capit. I, 278 sq. 282 (Mühlbacher² n. 674. 676).* 3) *V. praefationem huius concilii; supra p. 705.* 4) *De seditionibus bellisque variis annorum 830 sqq. cf. Mühlbacher² n. 874a. 899a. 925a—d. 928b. 929a. 931a—d, de Hludowici depositione 833 v. ibid. n. 925d sqq., restitutione 834 v. ibid. n. 926p.* 5) *Haec ad concilia a. 829., praecipue ad concil. Parisiense spectare videntur.* 6) *Ex relatione episcoporum c. 56 med.; l. l. II, 48.*

cepistis, Deo opitulante indesinenter perficere, ne gravemini, et in adimplendis operibus iustitiae et pietatis ac misericordiae nullatenus deficiatis, quoniam non inchoantibus, sed perseverantibus prae-
Matth. 10, 22. mium aeternae vitae datur et iuxta veritatis vocem: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

(66). XXV. 1 perfice *G.* 2 deficiatis] perficiatis *G.*

B. EPISTOLA CONCILII AQUISGRANENSIS AD PIPPINUM REGEM DIRECTA.

836. Febr.

Duplex illius epistolae, cuius in annalibus Bertinianis supra p. 704 l. 7 sqq. laudatis fit mentio, exstat forma, una quae indicem capitulorum et in praefatione libri primi nomina Aldrici Cenomannensis et Herchinradi Parisiensis episcoporum habet; altera, quae haec omittit, compluribus locis textum paulisper commutat, praecipue vero in libri tertii capite nono ex Origenis homilia quaedam cum commentariolo adiecto exhibet, quae in prima omnino desunt. Quod cum neque sine consilio neque a scriba quodam factum esse credendum sit, hanc diversitatem inde ortam putarim, quod Ionas Aurelianensis episcopus, secundum codicem Bellovacensem auctor epistolae, primum iussu concilii et in persona episcoporum apud Aquisgrani palatii congregatorum *scripsit, deinde opus suum nomine ipsius anteposito, aliorum nominibus omissis, paucis mutatis vel additis denuo emisit*[1]*. Tali autem coniectura non omni difficultati medemur. Nam primum libri scripti varios afferunt titulos, sive* de rebus ecclesiasticis non invadendis *ut codex Bellovacensis, sive* libellus de religione oblationum Dei *ut codex Mettensis. Accedit, quod in codice Londiniensi inter duas partes operis de institutione laicali a Iona confecti (ed. L. d'Achery, Spicilegium ed. 2. I, 258 sqq. = Migne, Patrol. lat. CVI, 121 sqq.; cf. Thompson, 'Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum' II, 52) prima huius epistolae recensio legitur. Quo novo indicio etsi Ionam auctorem epistolae fuisse efficitur, tamen frustra interrogatur, qua de causa alteram etiam formam operis divulgaverit. Non est, cur codicis Bellovacensis verba pro nihilo aestimemus. Ex annotationibus enim textui appositis patebit non semel ordinem sententiarum cum nonnullis capitibus opusculi illius de institutione laicali ita congruere, ut auctor epistolae anno 836. confectae illum tractatum ante annum 829. scriptum (cf. K. Amelung, 'Leben und Schriften des Bischofs Jonas von Orléans; Programm des Vitzthumschen Gymnasiums in Dresden' 1888, p. 46 sqq.) ante oculos habuisse videatur, quin etiam ut unum eundemque scriptorem et epistolam et tractatum de institutione laicali composuisse suspiceris.*

Prima epistolae forma in codicibus legitur 1) capituli Coloniensis 125 saec. IX. X. (= C) fol. 1—48'; 2) Bernensi 303 saec. IX. X. (= B 1) fol. 2—53'; 3) Londiniensi musei Britannici add. 10459 saec. IX. X. (= L) fol. 106—130, quem contulit v. d. W. Levison. Alteram exhibent codices 1) tribunalis civilis Bellovacensis A 4 saec. IX. X. (= B 2) fol. 1—51; 2) Berolinensis 87, Phill. 1763 (antea s. Benigni Divionensis monasterii) saec. IX. X. (= B 3) fol. 56—102; 3) Mettensis 226 saec. XI. XII. (= M) fol. 85'—119.

Edd. (primam recensionem): Crabbe II (1551), 703. Sagittarius 402. Ioverius II, 111. Surius III, 428. Bollanus-Nicolini III, 480. Binius III, 1, 583. Sirmond II, 596. Coll. reg. conc. XXI, 336. Labbe-Cossart VII, 1727; ed. Coleti IX, 842. Harduin IV, 1408. Hartzheim II, 91. Mansi XIV, 696. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 490.

1) *V. etiam supra p. 649 ann. 2.*

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI.

Cap. I. Quod Deus nullum peccatum inultum dimittit.

II. Cur Deus quaedam peccata in hoc saeculo iudicat, quaedam in futuro iudicanda reservat.

III. Contra eos, qui dicunt nullum esse discrimen, si rebus Deo oblatis in suis utantur necessitatibus.

IIII. Quod omnia terrarum regna et omnia bona terrae Domini sint et ex suis sibi sua offerantur.

V. Qualiter David rex de aedificanda domo Domini Salomonem filium suum instruxerit.

VI. De inpensis, quas David ad domum Domini construendam praeparavit.

VII. De diversis donariis, quas templo Domini consecravit.

VIII. Quod iuxta verba David peregrini simus et advenae in hac peregrinatione.

VIIII. Quod nemo Deo quicquam offerre valet, nisi quod de manu eius accepit.

X. Quod nemo de iniuste adquisitis Deo gratum quid offerre valet.

XI. Qualiter origo et religio Deo offerendarum rerum inchoaverit.

XII. Qualiter apostoli post resurrectionem Christi tam in Oriente quam in Occidente ecclesias fundaverint.

XIII. Quod memorata origo et religio primum sine altari ab Abel coeperit iusto.

XIIII. Quod Noe et altare Domino aedificaverit et holocausta super illud obtulerit.

XV. Quid benedictionis Noe pro eo, quod altare Domino aedificavit et desuper holocausta obtulerit, consecutus sit.

XVI. Quid promissionis quidve benedictionis Abraham pro eo, quod Deo credidit eique diversa altaria erexit, a Deo consequi meruit.

XVII. Quod facta Abrahae non imitantur hi, qui eo, unde Deo in altaribus suis famulandum est, auferunt.

XVIII. Quod Abraham propheta Melchisedech sacerdoti Dei decimas dederit ex omnibus.

XVIIII. Quod fides et devotio Abrahae circa divinum in tantum excreverit, ut ad filium suum Deo immolandum paratus fuerit.

XX. Quod imitatores Abrahae, id est amatores et exaltatores ac ditatores sive etiam veneratores divini cultus, a Domino et in praesenti saeculo tueri et exaltari et in futuro mercede aeterna mereantur donari.

XXI. Qualiter Isaac altare Deo aedificaverit tabernaculumque extenderit.

XXII. Quod in Iacob cultus sanctae religionis amplius augmentatus sit.

XXIII. Quod Iacob non solum altaria erexerit oleumque desuper fuderit, victimas obtulerit, sed et de omnibus, quae Deus illi dedisset, decimas et hostias ei se daturum promiserit.

XXIIII. Quod religio Christiana ad instar Iacob domos in honore Dei aedificat ac dedicat et altaria erigit eisque oleum superfundit ac sacrosancto chrismate perunguit.

XXV. Quod post internitionem Amalech Moyses altare Domino aedificaverit.

XXVI. Quod post altaria a Moyse Domino aedificata et cetera, quae ei a Domino iniuncta sunt, peracta religio divini cultus excreverit.

Index capitulorum legitur in codd. C. B 1. L. — 2 dimittat *B 1. L.* 8 sibi — offerantur] sua sibi offeruntur *L.* 12 quas] in *add. B 1.* 14 Deo *deest B 1.* 15 valet] possit *B 1. L.* 22 Domino] Deo *L.* 24 Deo] Domino *L.* 27 est] pravos *add. L.* 28 Habraham Melchisedec *L.* 31 ad *deest C. B 1. L.* 32 Habrahae *L.* 35 Isahac *B 1,* Isaach *L.* 36 in *deest L.* 40 honorem *L.* 41 ac dedicat *desunt L.* superfudit *L.* 42 internecion- *hic et infra B 1. L.* Amalec *L.*

XXVII. De diversis donariis, quae Dominus ad construendum sanctuarium et tabernaculum suum dari praecipit.

XXVIII. Quam expiationem princeps in lege pro reatu suo Domino offerre praecipiatur.

XXVIIII. Qualiter ignis in altari Domini nutriri iubetur.

XXX. Quid ad sanctuarium Domini paventibus promittatur.

XXXI. Quid autem ad sanctuarium Domini non paventibus Dominus comminetur.

XXXII. De domibus et agris et hominibus Domini sanctificandis et quod ea, quae Domino sanctificantur, ad ius pertineant sacerdotum.

XXXIII. Quid conclusio libri Levitici innuat.

ABHINC EX LIBRO NUMERI ET DEUTERONOMII.

XXXIIII. De omnibus primitiis et de his, quae ad sanctuarium Domini offeruntur, quod ad ius pertineant sacerdotum, necnon et de erectione et dedicatione tabernaculi et altaris et de his, quae in eadem dedicatione a principibus Domino oblata sunt.

XXXV. Quod non sit Dominus in ministris suis detrahendus.

XXXVI. De partibus praedae, quam filii Israhel coeperant, sacerdotibus et Levitis et tabernaculo Domino exhibitis et quod Dominus in tabernaculo suo proprium aerarium habere voluerit.

XXXVII. Quod urbes Dominus et suburbana earum Levitis dari praeceperit.

XXXVIII. De votis Deo reddendis.

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.
DE LIBRO HIESU NAVE.

Cap. I. De Hiericuntinae urbis subversione et populi Dei propter furtum Achan peremptione et ipsius Achan iusto Dei iudicio horribili internitione.

II. Quod punito iusto Dei iudicio Achan populus Israheliticus continuo de hostibus suis triumphare meruerit et pro eodem triumpho Iosue altare domino Deo Israhel aedificaverit.

III. De Gabaonitis, quos Iosue tabernaculo Domini mancipavit.

EX LIBRO IUDICUM.

IIII. Quod tempore iudicum cultus divinus propter peccata populi neglectus et a quibusdam iudicibus Deo placentibus erectus et ob id persaepe de hostium dominio populus Dei sit liberatus.

EX LIBRO REGUM.

V. Quid benedictionis Anna pro eo, quod filium suum Domino obtulit, promeruerit.

VI. Quomodo peccatum, quo in Deum peccatur, sit accipiendum.

VII. Quod ruina Heli sacerdotis filiorumque eius non solum sacerdotibus cultum Dei neglegentibus, verum etiam patribus et filiis debitam sibi reverentiam non exhibentibus sit pertimescenda.

2 praecepit *B 1. L.* 5 Domini *deest B 1.* 10 Leviti *L.* 11 Numerorum *B 1.* 13 ad *deest C.* 18 Laevitis *hic et infra B 1.* 23 Secundi] quae incipiunt *add. B 1. L.* 24 De] A *B 1. L.* Hesu *L.* 30 Gaboenitis *B 1. L.* 39 Eli *L.* cultum — neglegentibus *desunt B 1.*

VIII. Quod saepe culpa sacerdotum populi et populi culpa ruina extiterit sacerdotum.

VIIII. Quid captoribus arcae Dei Deique populi caesoribus provenerit.

X. Quomodo tempore Samuhelis cultus divinus per neglegentiam ministrorum conlapsus et per eius studium, Domino se adiuvante, fuerit erectus et populus ab idolorum cultura ad divinum cultum revocatus.

XI. Quod oboedientia secundum verba eiusdem Samuhelis praeferatur victimis et holocaustis.

XII. De reprobatione Saul regis et electione atque unctione David regis.

XIII. Quantae venerationi idem David arcam Dei habuerit et cum quanto honore eam in medio tabernaculo posuerit ibique coram Domino holocausta et pacifica obtulerit.

XIIII. Quod in numeratione populi idem David Domino peccaverit et monente Gad propheta altare Domino construxerit et oblatis holocaustis et pacificis non solum reatus sui obliterationem, verum etiam divinam repropitiationem ac populi nancisci meruerit liberationem.

XV. Quod David voluerit aedificare domum Domino et, cur eam aedificare non posset, per Nathan prophetam instructus est, iubente Domino.

XVI. Quod, qualiter Salomon, filius David, domum Domini aedificaverit et cum ingenti gloria dedicaverit et suis atque paternis donariis sublimaverit, in hoc opere prosequi necessarium non sit.

XVII. Quod eadem domus a Salomone aedificata typum gesserit sanctae Dei ecclesiae et quod multa bona eiusdem domus honoratores adepti, multa quoque eius dehonoratores sind adversa perpessi.

XVIII. Quod eadem Deo sacrata domus ab externis gentibus et regibus sit venerata et multiplicibus donis honorata.

XVIIII. Quod idem templum Dei propter peccata sacerdotum et regum totiusque populi primum a Chaldeis fuerit destitutum ac dirutum.

XX. De abiectione et humiliatione et cum feris habitatione Nabuchodonosor regis, quam propter sacrilegium, quod circa templum Dei commisit, et elationem, qua contra Deum tumuit, perpeti promeruit.

XXI. De recognitione eiusdem Nabuchodonosor et Dei in sempiternum viventis laudatione et glorificatione.

XXII. De Balthasar, qui pro eo, quod Deo sacrata vasa sibi adferri iussit, ut in eis ipse et optimates eius, uxores et concubinae biberent, eadem nocte regno cum vita caruit.

XXIII. De septuagesimo captivitatis Israhelitici populi anno peracto et populo Dei ad propria reverso et ab eis civitate et templo constructo.

XXIIII. De eodem Domino consecrato templo propter peccata sacerdotum et regum totiusque populi ab Anthioco, profanissimo rege Grecorum, capto et idolorum sordibus polluto et de sacratis Deo rebus, quas ab eodem abstulit templo.

XXV. Quod idem templum, expugnatis Anthioci ducibus, Iudas Machabeus purificaverit et diversis muneribus ditaverit Deoque consecraverit.

XXVI. De horrenda et invisibili plaga, quam Anthiocus pro eo, quod templum Domini coepit, polluit et vasa sancta inde abstulit tormentaque diversa populo Dei inflixit, perpessus est.

10 archam *L.* 11 et *deest* *C. B 1. L.* 15 oblitterationem *B 1.* 17 voluerit aedificare] aedificare voluerit *B 1. L.* 25 sit] scit *L.* 28 fuerit *deest* *C.* destitutum ac] destructum et *B 1.* 30 elatione *C. B 1. L.* 40 Antiocho *B 1. L.* 42 Antioci *B 1. L.* 44 Antiochus *B 1. L.* 45 pollui *C.*

XXVII. Quae Menelaum pro eo, quod Anthioci regis ad capiendum et expoliandum templum Domini ductor et consiliator extitit, poena consecuta est.

XXVIII. Quid Helioderus comitesque eius aerarium, id est templum Domini, pecuniis Deo oblatis et ab aliis depositis expoliare temptantes perpessi sint.

XXVIIII. Quod in locis Deo dicatis vere sit Dei virtus eorumque visitator et adiutor sit Deus et venientes ad maleficiendum percutiat ac perdat.

XXX. Quod Deo oblata, quae utique sanctificata vocantur, secundum verba Iudith, ab his, quibus officii non est, nullo modo auferri nec contingi fas sit.

XXXI. Quod Ozias rex pro eo, quod sacerdotale ministerium sibi indebite usurpavit, lepra multari meruerit.

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII.

Cap. I. Quod Salomon, aedificator Iudaici templi, redemptoris nostri et templum, quod aedificavit, typum gesserit ecclesiae catholicae.

II. Quod idem rex noster pacificus Christus ecclesiam in hoc saeculo, quod per septem dies evolvitur, construat et in futuro, id est in octavo die, eam dedicaturus sit.

III. Quod duae sint confusiones, una in praesenti, altera in futuro saeculo, una quae per paenitentiam remedium capit, altera quae alteram poenam flebiliter incurrit.

IIII. Qualiter ecclesia Christi ab exordio nativitatis suae coeperit crescere, dilatari ac propagari et fidelium oblationibus munerari.

V. Quod caput nostrum Christus oblata fidelium suscepisse non ambigitur.

VI. Quod qui aliquid de ecclesia furatur Iudae perdito comparetur.

VII. Quod idcirco Dominus et redemptor noster loculos habere voluerit, eo quod ecclesia ipsius loculos suos habitura esset.

VIII. Quod iuxta beati Hieronimi documentum qui stipe templi et his, quae conferuntur in usus ecclesiae, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sint scribarum et sacerdotum redimentium mendacium et sanguinem salvatoris.

VIIII. De unguento, quo mulier corpus Domini perunxit.

X. De vidua duos nummos in gazophilatium mittente et quid sit gazophilatium.

XI. Quid respectio Domini in gazophilatium significet.

XII. Quod Dominus et redemptor noster dehonorationem templi sui fieri non velit, factum eius demonstrat, quando flagello adhibito vendentes et ementes de templo eiecit.

XIII. Quod expositio beati Hieronimi valde sit terribilis, quam digessit de expulsione eiusdem templi, quam Dominus et redemptor noster mirabiliter fecit.

XIIII. Quod licet ecclesia Christi propter peccata nostra diversis temporibus diversisque modis saepe sit expugnata, nunquam tamen a Christo sit deserta.

XV. Quid beatus Hieronimus de his, qui possessiunculas ecclesiae et ea, quae in Dei donaria conlata sunt, vertunt in lucrum suum, in expositione Sophoniae prophetae dicat.

XVI. Quid idem in expositione eiusdem prophetae sentiat de his, qui de rapinis et nudatione miserorum offerunt sacrificia et aelemosynis ex iniquitate se putant redimere peccata.

1 Antiochi *B 1*, Antioci *L*. 3 Elioderus *L*. 8 quibus] quorum *B 1*. 10 meruit *B 1*. 16 in octavo] octavo *L*. 17 sit *C*. 29 perunxit] unxit *B*. 30 gazaphylacium *hic et infra B 1*. 34 eiecit] *reliqua desunt L, folio absciso.*

XVII. Quid idem doctor in expositione Esaiae prophetae de his, qui plebem sibi subiectam adterunt et rapina pauperum in domibus eorum est, et ecclesiae opibus abutuntur in delicias publicas et stipes, quae ad sustentationem pauperum datae sunt, vel sibi reservant vel filiis distribuunt.

XVIII. Quid significet, quod Dominus et redemptor noster templum Hierosolymitanum statutis temporibus adierit ibique docuerit, signa multa fecerit et cetera, quae sacra testantur evangelia.

XVIIII. Quomodo ecclesia Christi post eius passionem et resurrectionem et ad caelos ascensionem per apostolos roborata et propagata atque fidelium oblationibus sit ditata et exornata.

XX. Quod ad predicationem beati Petri per apostolos ecclesia in Christum coeperit credere et crescere ac multiplicari et in exordio sui inchoaverit vota fidelium suscipere.

XXI. Quod Ananias suaque uxor pro eo, quod de propriis rebus, quas Deo voverant, aliquid abstraxerunt vel defraudati sunt, horribili morte multati sunt.

XXII. Quod Herodes parricida et scaeleratissimus rex, ut cetera eius mala omittantur, pro eo, quod sacerdotes Domini interemit eorumque ministerium et ea, quae ad cultum domus Domini consecrata erant, sibi surripuit, credatur meruisse et ab angelo percuti et a vermibus depasci.

XXIII. Quod ecclesia Christi per successores apostolorum sub orthodoxis imperatoribus et regibus ac principibus ceterisque fidelibus sua vota Deo offerentibus inaltata sit, ditata ac sublimata.

XXIIII. Quod multa sanctorum patrum Latinorum atque Grecorum documenta pretermittantur, qui res Deo dicatas atque sacratas inpune auferri non posse testantur.

XXV. Quod aperte sacri canones auferendarum rerum ecclesiasticarum inhibeant audaciam.

XXVI. De duobus capitulis Gangrensis concilii, quibus Deo oblata accipi et dari prohibentur.

XXVII. In calce huius operis fit ad domnum regem sacerdotum allocutio humilis atque fidelis.

Inclito caelestique gratia regio munere insigniter sublimato domno Pippino, regi nobilissimo et per inmensum a Deo conservando, coetus venerabilium praesulum et sequentis ordinis religiosorum sacerdotum, apud Aquasgranii iussu salutifero et ordine providentissimo piissimi et orthodoxi genitoris vestri domni nostri Hludowici, Caesaris eximii, ob honorem et decorem sanctae Dei ecclesiae procurandum et quasdam dignitates ecclesiasticas magna ex parte conlapsas atque fuscatas ad pristinum statum nitoremque Domino opem ferente revocandas synodaliter congregatus, aeternae beatitudinis optans felicitatem.

1 doctor] *scil.* sentiat; *v. p. 728 l. 42.* Isaiae *B.* 5 Hierosolimitanum *B 1.* 7 evangelia] *reliqua desunt B 1 folio absciso.* 11 per] post *C.* 24 atqua *C.* 26 offerendarum *C.* 28 Grangrensi *C.*
32 Inclito] Hoc opus, a Iona episcopo Aurelianiensis urbis praecipiente serenissimo Augusto Ludoico in persona episcoporum apud Aquisgrani palatii congregatorum editum, Pippino regi directum est. Incipit liber primus *praemittit B 2, ubi in summo margine folii primi haec leguntur:* Inclito celestique de rebus ecclesiasticis non invadendis Ione Aurelianensis episcopi ad Pippinum; Incipit liber primus *praemittit B 3;* Incipit libellus de religione oblationum Dei directus Pipino regi Francorum *praemittit M.* Pippino regi] Pipino regi *B 3,* regi Pipino *M.* 33 conservandum *M.* 34 Aquasgrani *B 2.* 35 domini *B 8.* Ludovici *B 3,* Ludowici *M.* 39 optans] obtat *B 2,* optat *B 3. M.*

Nos igitur, fidelissimi oratores[1] vestri salutisque vestrae amatores devotissimi, misimus celsitudini vestrae per venerabiles fratres, Aldricum[2] videlicet Cenomannicae urbis et Herchinradum[3] Parisiorum coepiscopos nostros, quandam scaedulam[4], quaedam ex auctoritate ministerii nostri salutaria monita continentem. Cui quia de negotiis, unde vestram magnitudinem admonuimus, testimonia sanctarum scripturarum, vitantes illius prolixitatem, adnectere nequivimus, utile necessariumque iudicavimus, ut in hoc opusculo ea breviter adnotaremus vestraeque prudentissime sollertiae legenda mitteremus, ut, si forte quispiam obicere voluerit haec, quae vobis scripsimus, non ex auctoritate divina constare, sed potius arbitrio cordis nostri, immo cupiditate et quadam adinventione commentata esse, his lectis atque perpensis evidenter agnoscat nos quae Dei sunt et ad vestram salvationem hic et in aeternum et ad regni vobis commissi stabilimentum, se autem ea, quae mundi sunt eiusque amatores diligunt et Dei voluntati usquequaque contraria existunt et ad animarum interitum pertinent, absque dubio loqui.

I. Sunt enim nonnulli, qui propterea haec tam temere loquuntur et in baratrum cupiditatum suarum miserabiliter labuntur, eo quod divinorum preceptorum transgressores sanctaeque Dei ecclesiae dehonoratores atque expoliatores non continuo puniantur, non animadvertentes neque animadvertere volentes, quod Deus nullum peccatum inultum dimissurus sit. Tribus itaque modis peccata mortalium vindicantur, 1. Cor. 11, 31. duobus in hac vita, tercio vero in futura vita. De duobus ita apostolus inquit: *Si nosmetipsos iudicaverimus, a Domino non iudicabimur.* Haec est vindicta, quam inspirante Deo omnis peccator pro suis ammissis paenitendo in se ipso vindicat. Quod ib. 11, 32. autem prosecutus idem apostolus infert: *Cum iudicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur,* haec est vindicta, quam omnipotens Deus misericor- Prov. 3, 12. Hebr. 12, 6. diter peccatori inrogat iuxta illud: *Deus quem amat corripit; flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Tercia autem extat valde pertimescenda atque terribilis, quae non in hoc, sed in futuro iustissimo Dei iudicio fiet saeculo, quando iustus iudex dic- Matth. 25, 41. turus est: *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.*

II. Si enim, ut verbis beati Augustini[5] utamur, omnipotens Deus omnia mala mortalium in hoc saeculo iudicasset, nequaquam homines male agentes diem futuri iudicii pertimescerent. Rursus si nulla mortalium mala in hoc saeculo iudicasset, non putaretur res curare humanas. Idcirco quaedam iudicat in hoc saeculo, ut videatur eius piissima providentia et misericordia gratuita rebus consulere humanis; idcirco quaedam non iudicat, sed futuro reservat iudicio, ut homines de futuro terreantur examine.

1 dovotissimi *L.* 2 misimus] miseramus nuper *B 2. 3. M.* per — nostros *desunt B 2. 3. M.* Cenomanicae *B 1.* 3 seaedulam] scidulam *B 2,* scedulam *B 3.* 6 nequivivimus *L.* 12 stabilimentum] pertinere *add. B 3. M.*

I. 15 I] *in capitibus distinguendis codicem Coloniensem sequimur, respecta tamen varietate initiorum, quae in ceteris codd. inveniuntur. Singulis numeris hinc inde* cap *praemittitur, quod aeque neglex imus atque multos in numeratione capitum errores.* locuntur *B 2. 3. M.* 18 animadvertentes] anima advertentes *B 2.* animadvertere] adnima advertere *B 2.* 21 iudicabimur] iudicaremur *e corr. M.* 22 admissis *ex* amissis *corr. M.* 25 omne *C.*

II. 30 Agustini *C. B 2.* 32 mala *deest B 3. M.* 33 res curare *desunt M.*

1) *V. quae supra p. 473 ann. 1 attulimus.* 2) *831 — c. 857.* 3) *831—837.* 4) *De tempore huius schedulae deperditae cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, 151 ann. 5.* 5) *Hunc locum Augustini frustra quaesivi.*

Sunt etiam quidam dignitatem ecclesiasticam non curantes, immo suam cupiditatem explere volentes sibique in Deo oblatis sacratisque rebus auferendis inpunitatem inaniter promittentes, qui contra salutem suam haec temerario, immo pernitiosissimo solent dicere ausu:

III. 'Quid mali quidve discriminis est, si rebus ecclesiasticis in nostris pro libitu nostro utimur necessitatibus? Quid curae est inde Deo sanctisque eius, ob quorum amorem et honorem Deo dicuntur oblatae, cum utique in eorundem sanctorum usus nihil ex his cedat? Et ubi Deus haec, quae ecclesiarum rectores opponunt, iussit sibi offerri, presertim cum omnia, quae in terris sunt, sua sint et ille ea ad usus hominum creaverit?' Quorum argumentationi insanissimae divinaeque iniuriae plenissimae, prout Dominus annuerit, ex utriusque testamenti paginis et sanctorum patrum dictis eximiis temptabimus respondere.

IIII. Primum quidem, quod omnia terrarum regna et omnia bona terrae Domini sint et ex suis sua sibi offerantur, ex verbis David, regum sanctissimi et prophetarum eximii, post autem, quod Deus sua sive ante legem sive in lege et ad sanctuarium et ad templum sanctum suum iusserit offerri, conabimur demonstrare.

Legitur itaque in libro Paralipomenon:

V. *Dixit quoque David Salomoni filio suo: Viriliter age et confortare et fac, ne* 1. Paral. 28, 20—29, 1.
timeas neque paveas. Dominus enim Deus meus erit tecum et non dimittet te neque derelinquet, donec perficias omne opus ministerii domus Domini. Ecce divisiones sacerdotum et Levitarum in omne opus ministerii domus Domini adsistunt tibi et parati sunt tam principes quam populus facere omnia precepta tua. Locutusque est David rex ad omnem ecclesiam: Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum et tenerum. Opus autem grande est; neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo.

VI. *Ego autem totis viribus meis preparavi inpensas domus domini Dei mei.* 1. Paral. 29, 2.
Aurum in vasa aurea et argentum in argentea, aes in aenea, ferrum in ferrea, lignum in lignea, lapides onichinos et quasi stibinos et diversorum colorum, omnem pretiosum lapidem et marmor Parium abundantissimae.

VII. *Et super haec, quae obtuli in domum Dei de peculio meo aurum et argentum,* 1. Paral. 29, 3–14.
do in templum Dei mei exceptis his, quae paravi in aedem sanctorum. Tria milia talenta auri de auro Ophir et septem milia talentorum argenti probatissimi ad deaurandos parietes templi. Et ubicumque opus est aurum de auro et ubicumque opus est argentum argenti, opera fiant per manus artificum. Et si quis sponte offert, impleat manum suam hodie et offerat quod voluerit Domino. Polliciti sunt itaque principes familiarum et proceres tribuum Israhel, tribuni quoque et centuriones et principes possessionum regis. Dederuntque in operibus domus Domini auri talenta quinque milia et solidos decem milia, argenti talenta decem milia et aeris talenta decem et octo milia, ferri quoque centum milia talentorum. Et apud quemcumque inventi sunt lapides, dederunt in thesaurum domus Domini per manum Geihel Gersonitis. Laetatusque est populus, cum

II. 1 currantes *B 2.*

III. 5 discriminis] criminis *e corr. M.* 6 cura *B 2.* inde *deest M.* 8 caedat *C.* 10 divinaeque — plenissimae] saneque rationi ac divinae iussioni contrariae *L.* 11 utrisque *B 2. 3. M.*

IIII. 17 legitur itaque] lege igitur *B 2. 3. M.* in libro] libro *B 3,* librum *M.* Paralipemenon *C. L.*

V. 18 Salomon *B 3. M.* ne — paveas *desunt B 3. M.* 19 dimittet te] dimitte *B 3.* 21 ministerium *L.* 23 Deus] Dominus *M.*

VI. 28 marmorum *M.*

VII. 29 Dei] mei *add M.* 31 Opphir *C.* 32 opus est] est opus *M.* 34 sunt *deest M.* 35 Israhel] *ita C semper,* Israel, Isrt *cett. saepius.* 36 Dederunt *B 1. L. B 2.* 38 thesauros *B 2.* 39 Gehel *M.*

1. Paral. 29, 9–14. *vota sua sponte promitterent, quia corde toto offerebant ea Domino. Sed et David rex laetatus est gaudio magno et benedixit Domino coram universa multitudine et ait: Benedictus es, domine Deus Israhel patris nostri, ab aeterno in aeternum. Tua est, Domine, magnificentia et potentia et gloria atque victoria et tibi laus: cuncta enim, quae in caelo sunt et quae in terra, tua sunt. Tuum, Domine, regnum, et tu es super omnes principes. Tuae divitiae et tua est gloria. Tu dominaris omnium, in manu tua virtus et potentia, in manu tua magnitudo et imperium omnium. Nunc igitur, Deus noster, confitemur tibi et laudamus nomen tuum inclitum. Quis ego et quis populus meus, ut possimus haec tibi universa promittere? Tua sunt omnia, et quae de manu tua accepimus dedimus tibi.*

1. Paral. 29, 15–18. VIII. *Peregrini enim sumus coram te et advenae, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terram, et nulla est mora. Domine Deus noster, omnis haec copia, quam paravimus, ut aedificaretur domus nomini tuo sancto, de manu tua est, et tua sunt omnia. Scio, Deus meus, quod probes corda et simplicitatem diligas. Unde et ego in simplicitate cordis mei laetus obtuli universa haec et populum tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Domine Deus Abraham, Isaac et Israhel, patrum nostrorum, custodi in aeternum hanc voluntatem cordis eorum et semper in veneratione tui mens ista permaneat.* Ecce quibus documentis tanti regis, Deo videlicet pleni, (Act. 13, 22.) de quo Dominus ait: *Inveni David secundum cor meum,* et de quo in psalmo (Ps. 88, 21.) canitur: *Inveni David servum meum, oleo sancto meo uncxi eum,* liquido demonstratur, quod omnia, quae in caelis et in terris sunt, Domini sint.

VIIII. Et quod nemo Deo quicquam offerre valet nisi ea, quae de manu eius accepit, et quod Dominus de his, quae dedit, sibi pretiosa quaeque suoque sancto nomini sacratis locis offerri non abnuit, immo oblatis delectatur et oblata auferri non patitur. Nam his et aliis divinarum scripturarum verbis luce clarius extat manifestum, quod ea, quae Dominus sibi offerri iussit, ad cultum sanctuarii templique sui et ad usum sacerdotum Levitarumque omnino cedere voluerit. Et sicut in votis sponte offerentium laetatur, ita in non offerentium vel etiam quoquomodo auferre temptantium transgressionibus periculum interminatur mortis, sicut in sequentibus demonstrabitur.

X. Nemo porro putet ea, quae iniuste adquisivit, de manu Dei se accepisse aut (Eccli. 34, 24.) quicquam ex his Deo gratum offerre posse, cum scriptum sit: *Qui offert Deo ex rapina pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Qui ergo ordinate vult (Rom. 12, 1.) aliquid Deo offerre, primum seipsum offerat, videlicet iuxta apostolum, *hostiam vivam, sanctam, Deo placentem;* deinde ex his, quae iuste adquisivit, id est quae de manu domini Dei accepit, sibi profuturum feliciter foenus Domino accommodet.

XI. Adgrediamur igitur tandem seriem veteris testamenti et rimando inspiciamus et inspiciendo rimemur, qualiter origo et religio Deo offerendarum rerum inchoaverit et qualiter usque ad saeculum nostrum per mediatorem Dei et hominum, dominum videlicet Iesum Christum, redemptorem nostrum, et per eius apostolos, nominis sancti sui strenuos predicatores suaeque fidei rudimenta in omnem terram propagatores, eorumque successores dilatata et incrementata fuerit.

VII. 6 Tuae] sunt *add. M.* 7 confitebimur *L. B 3.*

VIII. 10 patris *M.* 15 Isahac *B 1. L.* 19 Davit *B 2.* 20 caelis] sunt *add. L.* sunt *deest L.*

VIIII. 21 valeat *B 2. 3. M.* 23 auferri] offerri *L. B 2. 3.* 24 patitur] *sc.* liquido demonstratur, *quae ex cap. VIII. (l. 19) supplenda sunt.* 27 auferre] offerre *C. B 1.* 28 transgressionibus] *ita L,* transgressoribus *cett.*

X. 29 se] sese *M.* 30 quicquam] quicquid *M.* 32 offerre] desiderat *add. al. man. M.* primo *e corr. M.* 34 domini *deest B 1. L. B 3.* Dei *deest M.* foenus] foedus *M.*

XI. 36 inspiciando *L.* 37 dominum] Deum *L.* 39 fidei rudimenta] *ita codd., excepto M, ubi e corr. legitur:* fidei rudimenti. 40 incrementa *L.*

XII. Per beatum videlicet Petrum apostolorum principem in occiduis, per beatum vero Iohannem apostolum et evangelistam in Orientis, id est Asiae, partibus, per beatum etiam Paulum in tota generaliter mundi latitudine fundata et ex oblationibus fidelium constat ditata atque honorata. Qualiter autem ceteri coapostoli illorum in regionibus sibi a Christo Domino ad predicandum commissis ecclesiam Christi fundaverint et fidelium donis constare fecerint, gesta illorum, quae in promptu habentur evidenter testantur. Quae hic ponere magnae est prolixitatis.

XIII. Memorata igitur origo et religio primum coepit sine altari ab Abel iusto, de quo in libro Geneseos ita legitur: *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui* [Gen. 4, 4. 5.] *et de adipibus eorum. Et respexit Dominus ad Abel et ad munera eius; ad Cain vero et ad munera illius non respexit.* Quibus verbis non inconvenienter accipi possunt in persona Abel hi, qui sua sponte, id est ea, quae de manu Dei acceperunt, Deo creatori suo gratanter offerunt, in persona vero Cain hi, qui malivolo et invido animo ex male adquisitis quicquam Deo offerre gratum putant. Quapropter necesse est, ut factum Abel imitetur et factum Cain prorsus detestetur.

XIIII. Noe quoque, ingentis cataclismi periculo, Domino se protegente, liberatus eoque iubente de arca egressus, non extra altare, sed iam super altare ob liberationem sui holocausta Deo optulit, sicut in eodem libro Geneseos legitur: *Aedificavit* [Gen. 8, 20.] *autem Noe altare Domino et tollens de cunctis pecudibus et volucribus mundis obtulit holocausta super altare; odoratusque est Dominus odorem suavitatis.*

XV. Perpendenda sunt haec verba quibus dicitur: *Odoratusque est Dominus* [Gen. 8, 20.] *odorem suavitatis.* Manifestum quippe est et offerentis animum et eadem holocausta Deo usquequaque placuisse, quoniam nec in offerente nec in his, quae oblata sunt, quicquam Deo odibile ac detestabile creditur extitisse, et propter donum suae oblationis continuo benedictionem a Domino eundem Noe percepisse. *Benedixit,* inquit, [Ib. 9, 1. 2.] *Deus Noe et filiis eius et dixit ad eos: Crescite et multiplicamini et replete terram; et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrae* et cetera, quae sequuntur. Si enim oblationem Noe Dominus in odorem suavitatis odoratus est, procul dubio ablationem sibi oblatarum rerum et detestatur et detestatus est. Et si pro sua oblatione benedictionem a Deo isdem Noe promeruit, patet profecto, quia qui Deo oblata sibi surripit aut aliis distribuit pro benedictione maledictionem incurrit.

XVI. Abraham autem, cuius non natura, sed gratia filii sumus et in cuius semine, id est in Christo, benedicimur, qui credidit Deo et reputatum est ei ad iusti- [cf. Gal. 3, 8.] tiam, et qui Domino imperante egressus est de terra sua et de cognatione sua et de [cf. Gen. 15, 6.] domo patris sui et venit in terram, quam ei Deus demonstravit, cui et Dominus dixit: *Faciam te in gentem magnam et magnificabo nomen tuum erisque benedictus. Benedicam* [Ib. 12, 2. 3.] *benedicentibus tibi et maledicam maledicentibus tibi atque in te benedicentur universae cognationes terrae,* cui etiam rursum Dominus apparens dixit: *Semini tuo dabo terram* [Ib. 12, 7.] *hanc, — aedificavit altare Domino,* qui apparuerat ei. *Et ipse,* ut in libro Geneseos

XII. 2 id est *desunt B 2.* 3 fundata] s(cilicet) ipsa religio *superscr. M.* 4 apostoli *M.*
XIII. 11 illius] eius *B 1. M.* 15 Abel] quisque *add. B 2. 3.* imitemur *L.*
XIIII. 20 olocausta *M.*
XV. 21 XV. *omittunt codd. praeter C.* Odoratus *B 1. 2. 3. M.* 23 placuisse *deest C.* quoniam] quando *e corr. M.* offerente] offerentis animum *M.* 25 Benedixit] *hoc verbo praemittunt* XVI. *codd. L. B 2. 3. M.* 26 Crescite] *hoc verbo praemittit* XVI. *B 1.* 27 secuntur *L. B 2. 3. M.* 28 ablationem] oblationem *L. B 2.* 29 oblatione] benedictione *M.* 30 a Deo] a Domino *L. B 2. 3. M.* promeruerit *L.*
XVI. 35 ei Deus] Deus ei *M.* 38 cui *deest L.* 39 hanc] et *add. M.* qui] quia *L.*

Gen. 12, 8. legitur, *inde transgreditur ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum ab occidente habens Bethel et ab oriente Hai. Aedificavit quoque* ib. 13, 14—18. *ibi altare Domino et invocavit nomen eius.* Item post pauca in eodem libro: *Dixit Dominus ad Abraham, postquam divisus est Loth ab eo: Leva oculos tuos et vide a loco, in quo nunc es, ad aquilonem et ad meridiem, ad orientem et ad occidentem. Omnem terram, quam vides, tibi dabo et semini tuo in sempiternum faciamque semen tuum sicut pulverem terrae. Si quis potest hominum numerare pulverem, semen quoque tuum numerare poterit. Surge et perambula terram in longitudine et in latitudine sua, quia tibi daturus sum eam. Movens igitur Abraham tabernaculum suum venit et habitavit iuxta convallem Mambrae, quod est in Hebron; aedificavit quoque ibi altare Domino.* Perpendendum quippe est, quantae fidei quantaeve devotionis vir iste sanctus fuerit, qui pro eo, quod Deo credidit eique altaria erexit cultumque eius venerando dilexit, et a Deo benedici semenque suum propagari ac multiplicari eique amplissima regna terrae dari et de hostibus suis triumphum sibi praeberi necnon et in suo se- cf. Gen. 22, 18. Act. 3, 25. mine, quod est Christus, gentes, quae nos sumus, benedici et alia, quae enumerare longum est, beneficia promeruit nancisci.

XVII. Quodsi Abraham pro eo, quo Dei altaria erexit cultumque eius veneratus est, tot a Deo meritorum prerogativis donatur, dubium non est, quin sanctorum altarium eversores et sacrarum rerum, quibus in eisdem altaribus Deo famulandum est, surreptores damnentur. Reverso igitur eodem Abraham a caede regum, quos Deo secum pugnante superaverat, et egresso sibi obviam rege Sodomorum, ita de illo in Gen. 14, 18—20. eodem sequitur libro: *At vero Melchisedech, rex Salem, proferens panem et vinum, — erat enim sacerdos Dei altissimi — benedixit ei et ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creavit caelum et terram, et benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus*[1].

cf. Hebr. 6, 20. 7, 1 sqq. XVIII. Quod Melchisedech sacerdos Dei altissimi typum gesserit Christi, catholica sentit ecclesia[2]. Quod ei Abraham decimas ex omnibus dedit, ipsius Abrahae ingentia commendantur preconia. Quem imitantur qui sacerdotibus Christi ob illius amorem et honorem decimas dant, et ab illius merito sequestrantur qui Deo oblatas decimas auferunt.

XVIIII. Videamus itaque sequentia, quibus fides et devotio Abrahae quodam admirabili modo incrementatur, quae adeo erga divinum cultum timoremque Dei flagrando excrevit et excrescendo flagravit, ut iubente Deo non solum iam altare in honorem Dei construxerit, sed etiam in eo unigenitum filium suum immolare paratus

XVI. 1 transgrediens *B 2. 3. M.* 2 Bethel] et *add. L.* 7 terrae *deest M.* potest] possit *M.* 8 numerare poterit] poterit numerare *M.* in longitudine — sua *desunt B 3. M.* 10 Mambrae] *ita C. B 1,* Mambre *cett.* Ebron *M.* 11 Perpendum *B 2.* quippe] itaque *B 2. 3. M.* 14 hostibus] ost- *M saepius.* 16 promeruerit *B 2. 3.*
XVII. 22 Melchisedec *M.* 24 quo] qui *C.*
XVIII. 26 Melchisedaec *M.* 27 ei] is *e corr. M.* 29 illis *M.* 30 offerunt *B 2.*
XVIIII. 32 quae] qui *B 1. 2.* 33 Deo] Domino *B 2. 3. M.*

1) *Perplura testimonia hic et infra laudata occurrunt etiam in Ionae institutione laicali II c. 19, ubi simili modo laici monentur, ut* caveant . . . se . . . ab appetitu decimarum et oblationum fidelium nec quicquam sibi ex his per vim nisi ad periculum suum vendicare posse sciant; suoque contenti sint ministerio, ne, dum alterius usurpant, suo, quo contenti esse debent, ministerio quodammodo se indignos faciant et aliorum quoque pia vota sibi in peccatum convertant et sacrilegii notam incurrant. 2) *Cf. Hieronymus, Epistola ad Euangelum c. 4; Opp. I, 440.*

fuerit. Et quia, ne filium immolaret, angelus ei inhibuit, arietem tamen in holocaustum Deo pro filio obtulit, et propterea audire meruit, sicut in saepefato libro legitur: *Vocavit autem angelus Domini Abraham secundo de caelo, dicens: Per memetipsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc et non pepercisti unigenito filio tuo propter me, benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli* et cetera, quae sequuntur. Perspicuum quippe est et valde mirandum, quia, quanto ferventior circa Dei cultum mens Abrahae fuit, tanto amplius uberiusque divina beneficia, et presentia et futura, sibi polliceri audivit. Gen. 22, 15—17.

XX. Unde datur intellegi, quod amatores et exaltatores ac ditatores sive etiam veneratores divini cultus a Domino et in presenti saeculo tueri et exaltari et in futuro mercede aeterna merentur donari et qui secus agunt aut egerint infernalibus claustris mancipari. Deus itaque, sicut iam supra dictum est, si ea, quae dedit, sibi suisque sacratis locis iubet offerre et ea quidam auferre non pertimescunt, quid facerent hi, rogo, si Deus illis aut semetipsos aut filios suos sibi in holocaustum iuberet offerre? Certe credendum est, quod, sicut in offerendis sacratis rebus Deo inoboedientes existunt, ita nihilhominus in offerendis semetipsis aut filiis suis inoboedientes existerent.

Audiamus etiam, quid Isaac patriarcha fecerit, de quo ita in memorato habetur libro: *Ascendit autem ex illo loco in Bersabeae, ubi apparuit ei Deus in ipsa nocte dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui. Noli metuere, quia tecum sum et benedicam tibi et multiplicabo semen tuum propter servum meum Abraham. Itaque aedificavit altare et invocato nomine Domini extendit tabernaculum.* Gen. 26, 23—25.

XXI. Adtende, quod Isaac Deus apparere et, ne metuere debeat, ammonere eique benedicere ac semen suum se multiplicaturum polliceri dignatus sit, eique Isaac altare aedificaverit tabernaculumque extenderit. Et perpende, quod pro Dei beneficiis, quibus, largiente eius clementia, inmeriti et ingrati ubertim in hac mortalitate utimur, potius debeamus divinum cultum ad instar Isaac et ceterorum sanctorum patriarcharum in altaribus erigendis et oblationibus aliisque muneribus offerendis honorare quam his abstractis nostroque libitu utentes quodammodo dehonorare.

XXII. Videamus preterea, quomodo religio, de qua agitur, in Iacob patriarcha amplius exhuberaverit, de quo ita in eodem libro legitur: *Igitur egressus Iacob de Bersabeae pergebat Aran. Cumque venisset ad quendam locum et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, et subponens capiti suo dormivit in eodem loco. Viditque scalam stantem super terram et cacumen illius tangens caelum, angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam et Dominum innixum scale dicentem sibi: Ego sum dominus Deus Abraham patris tui et Deus Isaac; terram, in qua dormis, tibi dabo et semini tuo, eritque germen tuum quasi pulvis terrae. Dilataberis ad occidentem et orientem, septemtrionem et meridiem; et benedicentur in te et in semine tuo cunctae tribus terrae. Et ero custos tuus quocumque perrexeris et reducam te in terram hanc nec dimittam, nisi complevero universa, quae dixi. Cumque evigilasset* Gen. 28, 10—22.

XVIIII. 2 meruerit *L.* 5 sequuntur] *ita C,* secuntur cett.

XX. 9 et exaltatores — veneratores *desunt M.* ac ditatores *desunt B 2.* 10 tueri] defendi *B 2. 3. M.* 11 mercede aeterna] aeterna mercede *M.* 13 ea] ei *M.* quidem *B 3. M.* auferre] offerre *C. B 1.* 14 olocaustum *L.* 16 suis *deest B 1.* 19 Abraam *M.*

XXI. 22 Isahac *hic et infra B 1.* ne *deest B 3.* 25 moralitate *B 2.* 26 potius — cultum] divinum potius cultum *M, ubi* debeamus *deest.* ad *deest B 2. M.* Isahac *hic et infra B 3.* 28 dehonorare] debemus *add. (al. man.?) M.*

XXII. 30 exhuberaverit] *ita C,* exuberaverit *cett.* 31 Aaran *B 2.* 36 quam *B 1.* 39 cumplevero *B 2.*

Gen. 28, 16—22. *Iacob de somno, ait: Vere Dominus est in loco isto et ego nesciebam, pavensque: Quam terribilis, inquit, est locus iste; non est hic aliud nisi domus Dei et porta caeli. Surgens vero mane tulit lapidem, quem subposuerat capiti suo, et erexit in titulum fundens oleum desuper. Appellavitque nomen urbis Bethel, quae prius Luza vocabatur. Vovit etiam votum dicens: Si fuerit Deus mecum et custodierit me in via, per quam ambulo, et dederit mihi panem ad vescendum et vestimentum ad induendum, reversusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, et lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumque, quae dederis mihi, decimas offeram* ib. 33, 18—20. *tibi.* Item post pauca: *Postquam egressus est Iacob de Mesopotamia Syriae et habitavit iuxta oppidum emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula, a filiis Emor patris Sicem centum agnis et erecto ibi altari invocavit super illud fortissimum Deum Israhel.* ib. 35, 1—3. Item paulo post: *Interea locutus est Deus ad Iacob: Surge et ascende Bethel et habita ibi facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob vero convocata omni domo sua ait: Abicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, et mundamini ac mutate vestimenta vestra. Surgite et ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo, qui exaudivit me in die tribulationis meae et fuit socius itineris mei.* ib. 35, 6. 7. Et infra: *Venit igitur Iacob Luzam, quae est in terra Chanaan, cognomento Bethel, ipse et omnis populus cum eo. Aedificavitque ibi altare et appellavit nomen loci Domus Dei.* ib. 35, 9—15. *Ibi enim apparuit ei Deus, cum fugeret fratrem suum.* Item infra: *Apparuit autem iterum Deus Iacob, postquam reversus est de Mesopotamia Syriae, benedixitque ei dicens: Non vocaberis ultra Iacob, sed Israhel erit nomen tuum, et appellavit eum Israhel dixitque ei: Ego Deus omnipotens, cresce et multiplicare; gentes et populi nationum erunt ex te, reges de lumbis tuis egredientur. Terramque, quam dedi Abraham et Isaac, dabo tibi et semini tuo post te, et recessit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideum in loco, quo locutus ei fuerat Deus, libans super eum libamina et effundens oleum vocansque* ib. 46, 1—4. *nomen loci illius Bethel.* Item post multa: *Profectus Israhel cum omnibus, quae habebat, venit ad Puteum iuramenti. Et mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac audivit eum per visionem nocte vocantem se et dicentem sibi: Iacob, Iacob. Qui respondit: Ecce adsum. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui; noli timere, descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc et ego inde adducam te revertentem.*

XXIII. Ecce quo maior iam in Iacob divini cultus amplificatio facta est, qui non solum altaria erexit, oleum desuper fudit, victimas optulit et Deo, si prospere ad propria illum redire fecisset, de omnibus, quae illi dedisset decimas et hostias se illi daturum promisit locumque, ubi in somnis scalam pertingentem usque ad caelos angelosque per eam ascendentes et descendentes et Dominum innixum scalae vidit terribilem et vere domum Dei ac portam caeli esse dixit.

XXIIII. Unde hodie quoque Christiana religio, exemplum sumens ex antiqua patrum traditione, domos in honorem Dei aedificat ac dedicat, et altaria erigit eisque oleum superfundit ac sacrosancto chrismate ea perunguit et de factis dictisque eiusdem

XXII. 2 inquit est] est inquit *L.* 5 Vovit] Vocavit *B 2.* 9 pauca] Transivitque in Salem urbem Sicimorum, quae est in terra Chanaan *add. B 2. 3, quae in M desunt.* Postquam — paulo post *(infra l. 12) om. M.* egressus] reversus *B 2. 3.* est] scilicet *add. B 2. 3.* Siriae *hic et infra L.* 11 Sicem] *ita C. L,* Sichem *cett.* 13 qui] quia *B 2.* 15 in *deest M.* 20 Mosopotamia *C.* Siriae *M.* 22 Ego] sum *add. C.* crescere *M.* 23 Isaac] Iacob *C.* dabo tibi] tibi dabo *C.* 24 post] per *B 2.* 25 labamina *C.* 26 profectus] est *add. C.* habebat] et *add. C.* 27 veni *B 2.* patri *L.* Isahac *L.* 30 Egiptum *M.*

XXIII. 32 quo] quomodo *B 2,* vel quam *superscr. al. man. M.* 34 se illi] se *B 2. 3. M.* 36 et descendentes] ac descendentes *B 1. L. B 3.*

XXIIII. 38 hodie quoque] hodieque *L. B 2. 3. M.* 39 Dei *deest L.* 40 chrysmate *B 2. 3,* crismate *M.* perungit *L.* dictis *M.*

Iacob moelodiam Christo canit[1] et a fidelibus oblationes et vota et pretiosarum diversarumque rerum ad decorem et honorem divini cultus, sacerdotum ceterorumque ministrorum Christi usus pauperumque receptionem ac recreationem suscipit donaria. Qui autem huiuscemodi donaria ad iniuriam Dei omnipotentis templorumque sanctorum suorum dehonorationem et humiliationem sacerdotumque Dei vituperationem auferre presumit, cuius sit discriminis et dampnationis, ut perpendat, salubriter ammonemus, quoniam, sicut verbis eiusdem patriarchae Iacob aperte demonstratur, cuncta Deo dicata templa et terribilia sunt et Dei habitacula et vere domus Dei sunt et portae caeli. Paveat ergo ad instar Iacob humana presumptio, ne quoquomodo de tam terri- [cf. Gen. 28, 17.] bilibus et sacratis locis violandis sibi proveniat dampnatio.

Liberato quoque populo Israhelitico de Aegyptia servitute, quid Dominus per famulum suum Moysen, sicut in libro Exodi legitur, precipat, videamus. *Locutus est* [Exod. 13, 1. 2.] *Dominus ad Moysen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israhel, tam de hominibus quam de iumentis; mea sunt enim omnia.* Si querit aliquis, quid sit sanctificare, et ex hoc loco et ex aliis divinarum scripturarum locis diligenter animadvertat, quod nomen sanctificationis dominicae sit oblationis atque consecrationis. Sequitur in eodem libro: *Cumque introduxerit te Dominus in terram* [ib. 13, 11. 12.] *Chananaei, sicut iuravit tibi et patribus tuis, et dederit eam tibi, separabis omne, quod aperit vulvam, Domino et quod primitivum est in pecoribus tuis; quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino.* Notandum, quia quod supra dixit sanctificare Domino hic modo dicit consecrare Domino. Sequitur in eodem:

XXV. *Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monimentum in libro et* [Exod. 17, 14—16.] *trade auribus Iosue; delebo enim memoriam Amalech sub caelo. Aedificavit Moyses altare et vocavit nomen eius Dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus solii Domini et bellum Dei erit contra Amalech a generatione in generationem.* Perpende, quod famulus Dei Moyses ob gratiarum actionem suique ac populi Dei liberationem hostiumque suorum internitionem altare Domino erexerit. Et si Moyses propter haec, quae praemissa sunt, Domino altare erexit, cavendum illis est, qui altaria Domini obruendo dehonorant et dehonorando obruunt, ne, si quando adversus hostes suos arma corripiunt, se ipsos eisdem hostibus suis triumphum exhibeant. Sequitur in eodem: *Dixit preterea* [ib. 20, 22. 24.] *Dominus ad Moysen: Haec dices filiis Israhel: Altare de terra facietis mihi et offeretis super illud holocausta et pacifica vestra, oves vestras et boves in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Veniam ad te et benedicam tibi.* Nota, quod altare Domino erigentibus et holocausta immolantibus adventus Dei et benedictio promittatur. Potest et huic loco aptari illud evangelicum, quo dicitur: *Si quis diligit me, sermonem meum* [Ioh. 14, 23.] *servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.* Felix porro et valde felix illa mens est, quae tanto habitatore laetatur. Quapropter noverint his, quae paulo supra memorata sunt, contraria agentes et adventu et bene-

XXIIII. 4 Qui] Quod *L.* 8 domus Dei] Dei domus *M.* porta *B 3. M.* 9 ad *del. M.* 11 Egyptia *B 3,* Egiptia *M.* 14 ominibus *B 2.* 15 loco] loquo *B 2.* 18 Chananei *L. B 2. 3. M.* 19 promitivum *C,* primitium *B 2.* 21 consecrare Domino] nec consecrare iubet *al. man. add. M.*

XXV. 22 Mosen *B 2.* 23 Iosuae *B 2. 3. M (saepius).* Aedificavit] XXV. *praemittit L,* XXVI. Aedificavitque *B 2. 3. M.* Moses *B 2 saepius (etiam in casibus obliquis).* 24 vocavit] invocavit *B 2. 3, in M* in *deletum est.* 26 famulus — Moyses] Moyses famulus Dei *M.* Dei *deest L.* 27 erexit *C. M.* 28 promissa *C. B 3. M.* Domino] a Domino *L.* illis est] est illis *M.* 30 exibeant *M.* 35 quod *B 2. M.*

1) *'Melodiae' huius textum non inveni; sed cf. Rhabanus, Comment. in Genesim III c. 20, Migne, Patrol. lat. CVII, 610 sqq.*

Exod. 23, 19. dictione Dei se indignos usquequaque fore. Sequitur in eodem post multa: *Primitias* Ib. 23, 22. *frugum terrae tuae deferes in domum domini Dei.* Et infra: *Quodsi audieris vocem domini Dei tui et feceris ea, quae loquor, inimicus ero inimicis tuis et adfligam adfli-* Ib. 23, 25. *gentes te, precedetque te angelus meus.* Item infra: *Si servieritis domino Deo vestro, benedicam panibus tuis et aquis et auferam infirmitatem de medio tui.* Vide queso, quot quantave pro primitiis frugum terrae Deo oblatis et aliis, quae cominus iunguntur, beneficia offerentibus polliceantur et quanta non deferentibus poena et maledictio interminetur, sicut in subsequentibus multis in locis perfacile inveniri potest. Sequitur in Ib. 24, 4. 5. 7. eodem: *Scripsit autem Moyses universos sermones Domini et mane consurgens aedificavit altare ad radices montis et duodecim titulos per duodecim tribus Israhel. Misitque iuvenes de filiis Israhel, et obtulerunt holocausta immolaveruntque victimas pacificas Domino. Assumensque volumen foederis, legit audiente populo. Qui dixerunt: Omnia, quae locutus est Dominus, faciemus et erimus oboedientes.* Quodsi querit aliquis, quid mercedis quidve remunerationis pro altari aedificato et oblatis holocaustis et victimis filii Israhel Ib. 24, 9. nacti sint, audiat sequentia: *Ascenderuntque Moyses et Aaron, Nadab et Abiu et septuaginta de senioribus Israhel et viderunt Deum Israhel.* Quae merces quaeve remuneratio cultum Dei venerantibus maior potest esse quam videre Deum suum specie videlicet, qua se videri voluit, et loqui et esse cum Deo suo?

XXVI. Hactenus de altaribus Domino erectis et aedificatis et quibusdam oleo perunctis, de holocaustis et victimis et hostiis pacificis Deo oblatis et primitiis frugum terrae offerendis et ceteris, quae enumerari longum est, paucis collectum sit. Nunc autem subtiliter perpendendum est, qualiter religio divini cultus ad maiora et eminen- Exod. 24, 12. tiora Domino iubente subcrescat. Sequitur enim in eodem libro: *Dixit autem Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem et esto ibi; daboque tibi tabulas lapideas et legem* Ib. 24, 18. *ac mandata, quae scripsi, ut doceas filios Israhel.* Et infra: *Ingressusque Moyses medium nebulae ascendit in montem et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus.*

Exod. 25, 1–9. XXVII. *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israhel, ut tollant mihi primitias; ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas. Haec sunt autem, quae accipere debetis: aurum, argentum et aes, iacinctum et purpuram coccumque bis tinctum et bissum, pilos caprarum et pelles arietum rubricatas, pelles iacinctinas et ligna sethim, oleum ad luminaria concinnanda, aromata in unguentum et thimiamata boni odoris, lapides onichinos et gemmas ad ornandum ephot et rationale. Facientque mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi, et omnium vasorum in cultum eius.* Qualiter vero eiusdem sanctuarii et tabernaculi omniumque ad cultum et honorem eius pertinentium constructio Domino precipiente celebrata sit quaeve sanctificata pretiosa sacerdotum indumenta nec non et Levitarum et cetera ad usus eorum pertinentia et diversarum rerum, non aliarum nisi pretiosarum, ingentia ac multiplicia dona Domino oblata et sanctificata seu sacrata sint, quia hic longum est commemorare, si quis plenius ea nosse vult, sequentia legat

XXV. 2 frugum — tuae] terrae tuae frugrum *L.* Dei *deest C.* tui *add. B 2. 3. M.* 4 servieris *B 2.* 6 quod *B 2.* quanteve *C.* 7 offerentibus polliceantur] afferentibus promittantur *B 2. 3. M.* 8 sicut in] sicut *M.* 10 titulos per *desunt B 2.* 13 erimus oboedientes] oboediemus *B 2.* 15 sunt *B 1.* 16 quaeve] quae *B 2.* 17 suum *deest B 2.* 18 loqui] concedit *add. man. mod. B 3.*

XXVI. 19 Domino] Deo *L.* 20 ostiis *M.* 21 numerari *L,* enumerare *B 3. M.* sit] est *L.* 22 perpendum *B 2.* 25 ac] hac *B 2.*

XXVII. 27 Locutus *M.* 29 iacinchtum *B 1. L. M,* yacinctum *B 2,* yacinchtum *B 3.* cocum *B 2.* 30 ianthinas *B 1,* iacinthinas *L,* ianethinas *B 2,* iacincthinas *B 3,* iaccinhtinas *M.* 31 ungentum *B 3.* thimiamata] thimia *e corr. C.* 37 Laevitarum *B 1. 3.* usus] husus *B 2.* 38 Domino] Deo *M.*

et inquirendo inveniet, quod ea, quae Deo offeruntur et sanctificantur, in ius sacerdotum cedere iubeantur et non sit externorum officii ad ea accedere aut quicquam ex his aliquid contingere aut auferre; et qui hoc facere temptaverit, mors ei a Domino comminetur, sicut habes in libro Levitici: *Si quis externorum accesserit, morte moriatur.* Num. 1, 51. Plenum sane est sacramenti, quod non alibi nisi in monte et lex datur et sanctuarium Domini fieri precipitur. Quid autem et lex et sanctuarium et arca et tabula et cetera, quae ibi fieri iubentur, significent, sanctorum patrum explanationibus legere et nosse volentibus copiosissime panditur.

XXVIII. Sequitur in libro Levitico: *Si peccaverit princeps et fecerit unum e* Lev. 4, 22. 23. *pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur, et postea intellexerit peccatum suum, offeret hostium Domino.* Et infra: *Rogabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius* Ib. 5, 10. *ac dimittetur ei.* Observa, quod quilibet reatus principis nonnisi oblatione Domino facta et oratione solvatur sacerdotis. Item idem in eodem: *Anima, si prevaricans cerimonias* Ib. 5, 15. *per errorem in his, quae Domino sunt sanctificata, peccaverit, offerat pro delicto suo hostiam.* Et infra: *Ipsumque, quod intulit damni, restituet et quintam partem addet supra,* Ib. 5, 16. *tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo; et dimittetur ei.* Si anima ceremonias Domini prevaricans per errorem in his, quae Domino sanctificata sunt, peccaverit, expiatione holocausti et oratione indiget sacerdotis, quid putas de anima illa, quae non per errorem, sed scienter et per cupiditatem et pernitiosam presumptionem in his, quae Domino sanctificata sunt, peccat promittitque sibi inpunitatem et iactanter dicit, si ea, quae Domino sanctificata sunt, abstulerit hisque ad suum libitum usus fuerit, se nullo modo peccare?

XXVIIII. Item in eodem: *Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet* Lev. 6, 12. 13. *sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies, et inposito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui numquam deficiet de altari.* Multum igitur haec verba legis praeponderanda et pertimescenda sunt his, qui unde ignis perpetuus, id est luminaria, in basilicis Deo dicatis concinnari ex fidelium oblationibus debent, auferre presumunt, quoniam, si filii Aaron, Nadab et Abiu, qui pro eo, quod per suam neglegentiam ignis, qui iubetur in altari esse perpetuus, extinctus est, et propterea ignem alienum coram Domino offerre presumpserunt, ob id igne egresso a Domino devorati sunt, merito — quod non sine magno animi merore prosequimur — horribili cf. Ib. 10, 1. 2. Num. 3, 4. 26, 61. morte devorandi sunt hi, qui ignem Domini in basilicis sibi dicatis et consecratis audacter extinguunt. Et si quaeritur, qualiter illum extinguunt, manifestum est, quod, quando ea auferunt, unde isdem ignis Domino nutriri debet, tunc illum extinguunt.

Quod vero basilice Deo dicatae et consecratae loca sint divina, sint etiam Dei habitacula et omnibus in Christiana religione consistentibus pavenda et veneranda, et in superioribus iam dictum est [1] et hic non ab re repetendum est, quia sequitur in eodem libro:

XXVII. 1 inquirando *L.* 3 aliquid *corr.* aliquem *M.* 5 est *deest B 2.* 6 archa *B 2. M.*

XXVIII. 10 Domini lege] lege Domini *C.* proibetur *B 2.* 12 dimittatur *C.* Domino] Deo *M.* 13 salvatur *L. M.* eodem] loco *add. M.* Anima] quae peccaverit *add. M.* cerimonias] *ita C,* ceremonias *M,* caerimonias *rell.* 15 dampni *B 2.* 16 rogavit *L.* 18 putas] erit *add. mod. man. B 3.* 21 usus] abusus *B 2. 3. M.*

XXVIIII. 23 nutriens *C.* 24 adolebit adipes *desunt M.* 26 praeponderanda] ponderanda *B 1.* 28 auferre] offerrae *B 2.* Abiu pro *C e corr.,* Habiu qui pro *L.* 29 iubetur] iubebatur *B 2. 3. M.* 30 presumpserunt] et *add. B 1. L. B 2. 3. M.* 33 extinguunt] *ita C. M,* extingunt *cett. (ita semper).* 34 ea] illud *B 2.* Domino *deest M.*

1) *Cf. supra c. 24; p. 736 sq.*

Lev. 26, 1. 2. XXX. *Ego enim sum dominus Deus vester. Custodite sabbata mea et pavete ad sanctuarium meum, ego Dominus.* His verbis aperte demonstratur, quod ad sanctuarium Domini potius sit pavendum quam illud dehonorandum et expoliandum.

Quid autem paventibus ad sanctuarium Domini et precepta eius servantibus Lev. 26, 3–13. Dominus promittat, sequens sermo demonstrat, ita inquiens: *Si in preceptis meis ambulaveritis et mandata mea custodieritis et feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis, et terra gignet germen suum et pomis arbores replebuntur. Adprehendet messium tritura vindemiam et vindemia occupabit sementem; et comedetis panem vestrum in saturitate et absque pavore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris; dormietis et non erit qui exterreat. Auferam malas bestias et gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros et corruent coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos et centum ex vobis decem milia; cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Respiciam vos et crescere faciam. Multiplicabimini, et firmabo pactum meum vobiscum, et comedetis vetustissima veterum et vetera novis supervenientibus proicietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri et non abiciet vos anima mea. Et ambulabo inter vos et ero vester Deus, vosque eritis populus meus. Ego dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne serviretis eis, et qui confregi catenas cervicum vestrarum, ut incederetis erecti.*

XXXI. Quid autem ad sanctuarium Domini non paventibus, sed potius illud contempnentibus et dehonorantibus et non facientibus quae ab illo constituta sunt Dominus Lev. 26, 14–17. comminetur, sequentia manifestant, quae ita se habent: *Quodsi non audieritis me nec feceritis omnia precepta mea, si spreveritis leges meas et iudicia mea contempseritis, ut non faciatis ea, quae a me constituta sunt, ut ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque haec faciam vobis. Visitabo quoque vos velociter in egestate et ardore, qui conficiat oculos vestros et consumat animas vestras. Frustra seretis sementem, quae ab hostibus devorabitur. Ponam faciem meam contra vos, corruetis coram hostibus vestris et subiciemini his, qui oderunt vos, fugietis nemine persequente* et cetera, quae latius stilus legalis exsequitur. Evidens namque est, quod ille populus carnalis pro eo, quod legem Dei non custodivit et legis auctorem, dominum videlicet nostrum Iesum Christum, sibi a patriarchis et prophetis promissum, non solum non recepit, quin immo cruci addixit, haec, quae a Domino sibi comminata sunt, perpessus sit. Licet enim eidem populo carnalia et terrena, si ea, quae a Domino constituta sunt, observaverint, promittantur et, si ea observare contempserint, auferri comminentur, tu tamen, o Christiane, iam per Christi gratiam spiritalis effectus, cui non terrena et caduca, sed caelestia et perpetuo mansura promittuntur, nisi ad sanctuarium Dei pavidus fueris illudque venerationi et honori habueris et sua auferre non omiseris, quin ea, quae isdem populus carnalis temporaliter perpessus est, corpore temporaliter, anima vero in aeternis cruciatibus aeternaliter te passurum nullomodo dubites.

Lev. 27, 14–16. XXXII. Item in eodem: *Homo si voverit domum suam et sanctificaverit Domino, considerabit eam sacerdos, utrum bona an mala sit; et iuxta pretium, quod ab eo fuerit*

XXX. 3 sit *deest L.* pavendo *M.* 5 seques *B 2.* ita] itaque *B 3. M.* 8 commedetis *hic et infra B 2.* 12 in — gladio] gladio in conspectu vestro *M.* 14 et vetera] vetera *B 3.* 17 Egyptiorum *L. B 2.* 18 vestrum *B 2.*

XXXI. 19 autem *deest L.* ad *deest C.* 22 mea *deest M.* 23 a me *desunt M.* 24 facio *B 2.* quoque vos] vos quoque *B 1,* quoque *deest M.* 25 consumet *C.* 28 exequitur *M.* 29 Dei] Domini *B 2. 3. M.* 30 non recepit] recepit *L.* 35 perpetua *C.* 36 auferre] offerre *B 2.* quin *in M deletum.* isdem] hisdem *B 2.* 38 te passurum] *ita codd. pro:* passurus sis.

XXXII. 39 eodem] loco *add. B 2.* 40 ab] hab *B 2.*

constitutum, venundabitur. Sin autem ille, qui voverat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem estimationis supra et habebit domum. Quodsi agrum possessionis suae voverit et consecraverit Domino, iuxta mensuram sementis estimabitur pretium. Et infra: *Si voluerit redimere ille, qui voverat, addet quintam partem estimatae pecuniae et possidebit eum. Sin autem noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, ultra eum qui voverat redimere non poterit, quia, cum iubelei venerit dies, sanctificatus erit Domino et possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum.* Considera, prudens auditor et diligens lector, qualiter augeatur cultus divinus. Superius namque pretiosa quaeque in pecudibus, in auro et argento et gemmis et serico et ceteris diversis speciebus sibi Dominus suoque sancto tabernaculo iusserat offerri, hic autem iam inchoantur et domus et agri Domino consecrari, et ea, quae Domino consecrantur, ad ius pertineant sacerdotum. Item in eodem: *Omne, quod Domino consecratur, sive homo fuerit sive animal sive ager, non venietur nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum sanctum sanctorum erit Domino.* Vide etiam in hoc loco, quid de homine sibi consecrato Dominus precipiat, et perpende, quod homines consecrari precipiantur Domino. Item paulo post in eodem: *Omnes decimae terrae, sive de frugibus sive de pomis arborum, Domini sunt et illi sanctificantur.* Et infra: *Bovis et ovis et caprae, quae sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum nec malum nec altero commutabitur. Si quis mutabitur, et quod mutat et quod mutatum est et pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino et non redimetur.*

[Lev. 27, 14—16. — Ib. 27, 19—21. — Ib. 27, 28. — Ib. 27, 30. — Ib. 27, 32. 33.]

XXXIII. *Haec sunt precepta, quae mandavit Dominus Moysi ad filios Israhel in monte Synai.* Observa, quod et paulo superius[1] de omnibus decimis terrae, tam de frugibus quam de pomis arborum, hic autem de decimis pecorum Domino offerendis precepta dentur. Sed et hoc nihilhominus vigilanter observa, quid conclusio libri Levitici contineat, quae ita se habet: *Haec sunt,* inquit, *precepta, quae mandavit Dominus Moysi ad filios Israhel in monte Synai.* Videtur itaque parvitati nostrae eadem conclusio precedentium divinorum preceptorum quasi quoddam firmitatis esse signaculum. Et, si parva magnis conparari possunt, sicut quidam aut regum aut imperatorum, ut sua statuta vigorem perpetuum obtineant, suo sigillo ea subterfirmat, ita et Dominus sua precepta a se constituta et promulgata veraque et minime violanda esse demonstrat.

[Lev. 27, 34. — Ib.]

Sequitur in libro Numerorum:

XXXIIII. *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israhel: Omnes primitiae, quas offerunt filii Israhel, ad sacerdotem pertinent; et quicquid ad sanctuarium offertur a singulis et traditur manibus sacerdotis, ipsius erit.* Adtende diligenter, lector, quod et omnes primitiae et quicquid ad sanctuarium Domini a singulis aut offertur aut oblatum est, sacerdotis sint et ad eius ius pertineant. Item in eodem: *Factum est autem in die, qua complevit Moyses tabernaculum et erexit illud; unxitque et sanctificavit*

[Num. 5, 5. 6. 9. 10. — Ib. 7, 1—3.]

XXXII. 9 sibi Dominus *desunt C.* 11 pertinent *B 2. 3. M.* 13 veniet *B 2. 2. M.* 14 homine] homne *M.* 15 Item — eodem *desunt B 2. 3. M.* 17 capra *M.* 18 transseunt *M.* quicquid] ad *add. L. B 2. 3. M.* 19 mutabitur] mutaverit *B 2. 3. M.* et quod mutat *desunt M.*

XXXIII. 22 montem *M.* Synai] *ita C. M (et infra),* Sinai *cett.* paulus *B 2.* 23 pecorum Domino] Domino peccorum *B 2.* 25 Laevitici *B 3.* 27 quoddam *deest M.* 29 eam *C.* subterfirmant *B 2.* 32 Sequitur] *praemittunt* XXXIIII. *codd. B 2. 3. M.* Numerum *L.*

XXXIIII. 37 sacerdoti *B 2.* 38 et erexit — vasa eius *desunt B 2. 3. M.* uncxitque *L.*

1) *Cf. supra c. 32; l. 16 sqq.*

Num. 7, 1–3. *cum omnibus vasis suis altare similiter et vasa eius. Optulerunt principes Israhel et capita familiarum, qui erant per singulas tribus prefecti eorum, qui numerati fuerant, munera coram Domino.* Quid autem in dedicatione altaris precipiente Domino principes obtulerint, sequentia ipsius libri demonstrant. Item in eodem: (Ib. 8, 5. 17–19.) *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Mea sunt omnia primogenita filiorum Israhel, tam ex hominibus quam ex iumentis. Ex die, quo percussi omne primogenitum in terra Aegypti, sanctificavi eos mihi et tuli Levitas pro cunctis primogenitis filiorum Israhel tradidique eos dono Aaron et filiis eius de medio populi, ut serviant mihi pro Israhel in tabernaculo foederis et orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium.* In his Domini verbis duo nobis videntur precipue necessarioque consideranda, unum, quod idcirco Dominus iubet Levitas sibi in tabernaculo pro Israhel servire, ut orent pro eis, ad quorum exemplum constituti esse videntur sacerdotes Christi in ecclesia, ut contenti oblationibus fidelium orent ad Dominum pro eis; alterum quidem, (Ib. 8, 19.) quo dicitur: *Ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium,* dat non inconvenienter posse intellegi eandem accessionem aliquam circa sanctuarium temerariam praesumptionem aut quamlibet surreptionem.

(Num. 14, 11. 12.) Item in eodem: *Et dixit Dominus ad Moysen: Usquequo detrahet mihi populus iste? Quousque non credet mihi in omnibus signis, quae feci coram eis? Feriam igitur* (Ib. 14, 21–23.) *eos pestilentia atque consumam.* Et post pauca: *Vivo ego, dicit Dominus, implebitur gloria Domini universa terra; adtamen omnes homines, qui viderunt maiestatem meam et signa, quae feci in Aegypto et in solitudine et temptaverunt me iam per decem vices nec oboedierunt voci meae, non videbunt terram, pro qua iuravi patribus eorum.*

XXXV. Haec verba congruunt his, qui in ministris Domini Domino detrahunt, (Luc. 10, 16.) iuxta illud, quod Dominus discipulis suis ait: *Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit.* Congruunt etiam et ea, quae sequuntur, his, qui errata sua corrigere promittunt et quod promittunt adimplere neglegunt. Unde verendum est, ne, sicut ille populus carnalis propter detractiones et temptationes et pro eo, quod ad imperium Domini inoboediens extitit, terram repromissionis minime intravit, sed potius in heremi vastitate occubuit, ita, populus Christi nomine insignitus, imperiis Domini inoboediens factus, a terra viventium sit secretus. Item in eodem ait Moyses ad populum Israhel: (Num. 14, 41. 42.) *Cur transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere. Non enim est Dominus vobiscum; ne corruatis coram inimicis vestris.* His verbis deterrendi sunt hi, qui, cum Dominum secum non habeant, iure adversus inimicos suos se arma convertere posse putant. Prius enim enitendum et vigilanter procurandum est, ut Christiani Dominum secum habeant, quatenus postea securius fidentiusque, immo fortius hostes suos superare prevaleant. Item in eodem: *Dixitque Dominus ad Moysen* (Ib. 16, 44–48.) *et Aaron: Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cumque iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron: Tolle turibulum et hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, ut roges pro eis. Iam enim egressa est ira a Domino et plaga desaevit. Quod cum fecisset Aaron et cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit tymiama et stans inter mortuos ac viventes pro populo deprecatus est et plaga cessavit.* His verbis declaratur, quantum Dei sacer-

XXXIIII. 2 qui] que *M.* 4 obtulerunt *L.* 6 Egypti *M.* 7 Levitas] Laevit- *B 3. M saepius.* 17 deterrahet *B 2,* detraet *M.* 20 viderint *B 3.* 21 Egipto *M.* temtaverunt *M.*

XXXV. 24 et *deest L. B 2. 3. M.* 25 secuntur *L. B 2. M.* 26 sicut] si quid *M.* 27 temptationes] temtationes *B 2,* ac murmurationes *add. B 2. 3. M.* ad imperium] imperio *e corr. C.* 28 intraverit *M.* 31 transgredimini *M.* verbum] mandatum *B 2 (?). 3. M.* 33 hii *B 1.* adversus *deest B 2.* 34 suos *deest L.* 36 Dixitque] Dixit quoque *M.* 37 Aaro *B 2.* 38 turribulum *M.* hausto] austo *B 2.* 40 cuccurisset *B 1.* 41 thymiama *B 1. L. B 2. 3.* 42 Hys *M.*

dotum deprecatio valeat apud altissimum. Patet quippe, quod hi, per quorum orationem furor Domini placari et a populo plaga Dei potest cessari, nequaquam sint vituperandi et detrahendi, sed potius propter eum, cuius ministerium gerunt, honorandi et venerandi. Item in eodem: *Locutus est Dominus ad Aaron: Omnia, quae sancti-* Num. 18, 8. *ficantur a filiis Israhel, tibi tradidi et filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.* Et infra: *Omnis oblatio et sacrificium et quicquid pro peccato atque delicto red-* Ib. 18, 9. *ditur mihi et cedit in sancta sanctorum, tuum erit et filiorum tuorum.* Item infra: *Primitias autem, quas voverint et obtulerint filii Israhel, tibi dedi et filiis ac filiabus* Ib. 18, 11. *tuis iure perpetuo.* Item infra: *Omnem medullam olei et vini ac frumenti, quicquid* Ib. 18, 12. 13. *offerunt filii Israhel Domino, tibi dedi; universae frugum primitiae, quas gignit humus et Domino deportantur, cedent in usus tuos.* Item infra: *Omne, quod ex voto reddiderint* Ib. 18, 14. 15. *filii Israhel, tuum erit; quicquid primum erumpet e vulva cunctae carnis, quam offerunt Domino, sive ex hominibus sive de pecoribus fuerit, tui iuris erit.* Item non post multa: *Omnes primitias sanctuarii, quas offerunt filii Israhel Domino, tibi dedi et filiis ac* Ib. 18, 19. *filiabus tuis. Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis.* Haec verba Domini contra illos agunt, qui ea, quae Domino aut offeruntur aut oblata sunt, ad sacerdotes Christi non pertinere contendunt. Verum si ea diligenter consideraverint, se non mediocriter errare, immo contra Deum agere repperient.

In precedentibus satis abundeque dictum est de diversis sacrificiis et diversorum munerum speciebus, sive de his, quae Dominus sibi offerre iussit, sive de his, quae populus sponte obtulit ad tabernaculum Domini, quod typum gerebat futurae ecclesiae Christi. Nunc autem, quia iubente Domino populus Israheliticus contemptum Dei in Madianitas ultus est, ita ut ne unus quidem ex his in bello occubuerit, quid cf. Ib. 25, 17. 31, 2. pro gratiarum actione suaque liberatione Deo pro se pugnante et vincente suoque sacerdoti donariorum ad suum sanctum contulerint tabernaculum, videamus.

XXXVI. *Dixit,* inquit, *Dominus ad Moysen: Tollite summam eorum, quae capta* Num. 31, 25—29. *sunt ab homine usque ad pecus, tu et Eleazar sacerdos et omnes principes vulgi; dividesque ex aequo praedam inter eos, qui pugnaverunt et egressi sunt ad bellum, et inter omnem reliquam multitudinem et separabis partem Domino ab his, qui pugnaverunt et fuerunt in bello, unam animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bubus et asinis et ovibus, et dabis ea Eleazaro sacerdoti, quia primitiae Domini sunt.* Quod ita ad iussum Domini Moyses fecerit, sequentia demonstrant. Ecce pars, quae Domino ad usus sacerdotum de his, quae capta sunt, oblata est; videamus etiam, quid in partem Levitarum de eadem praeda iubente Domino cesserit. Sequitur autem: *De media vero* Ib. 31, 43—47. *parte, quae contigerat reliquae multitudini, id est de ovium trecentis triginta et septem milibus quingentis et de bubus triginta sex milibus et de asinis triginta milibus quingentis et de hominibus sedecim milibus, tulit Moyses quinquagesimum caput et dedit Levitis, qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut preceperat Dominus.* Ecce pars Levitarum; videamus etiam partem Domini, quam populus ob suam liberationem de praeda, quam coeperat, ei sponte obtulit, et perpendamus, quod Dominus in tabernaculo sancto suo thesaurum sive aerarium — utrumque enim legimus — habere voluerit, et opponamus eis, qui aurum et argentum et ceteras species pretiosas Deo sacratas in thesauris sanctae Dei ecclesiae reprehendendo asserunt frustra inesse. Hi

XXXV. 2 cessare *B 2. 3. M.* 3 et] ac *B 3. M.* 7 in] ad *L. B 2. 3. M.* 10 Domino *deest M.* universas frugum primitias *codd.* 11 cedent] cadent *L.* 12 filiis *L.* 14 quos *B 2.* 15 tuis *deest B 1.* ac] et *M.* 16 qui] quia *B 2.* 18 roperirent *M.* 20 offerri *B 2. 3. M.* 21 futura *B 2.* 23 ultus] vultus *M.* 24 pungnante *M.* 25 donarium *M.*

XXXVI. 27 principes *deest M.* dividesque] ea *add. C.* 31 eam *B 2.* 32 iusum *B 2.* 37 sedecim] VIX *M, ubi* sedecim *suprascriptum est.* 42 eis] is *B 3. M.*

Num. 31, 48–54. ergo videant quid sequitur. *Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, tribuni et centuriones, dixerunt: Nos servi tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra, et ne unus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singuli quod in praeda auri potuimus invenire, periscelides et armillas, anulos et dextralia ac murenulas, ut depreceris pro nobis Dominum. Susceperuntque Moyses et Eleazar sacerdos omne aurum in diversis speciebus, pondere sanctuarii sedecim milia, septingentos quinquaginta siclos a tribunis et centurionibus. Unusquisque enim quod in praeda rapuerat suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonii in monimentum filiorum Israhel coram Domino.* Si populus carnalis de preda hostium suorum, quam coepit, donaria grata Deo obtulit et his datis, ut pro se oraretur, postulavit Deumque sibi placabilem fecit, cavendum omnino, immo expavescendum illis est, qui pretioso Christi sanguine sunt redempti, ne ab aliis fidelibus Deo oblata et consecrata, immo sanctificata, contra fas auferant et in suos inlicitos usus retorqueant, ne forte, sicut memoratus populus de donariis, quae Deo contulit eumque sibi propitium fecit, ita e contrario, quod absit, illi de aliorum Deo ecclesiaeque sanctae suae oblatis rebus eum sibi iratum faciant suumque inmensum furorem in se provocent et, quod plurimum pertimescendum est, eius iusto iudicio in praedam hostium suorum, non solum visibilium, verum etiam invisibilium incurrant.

Quod ergo Dominus ad sanctuarium suum inter ceteras species, quas dinumerare longum est, domos et agros et servos sibi offerre preceperit, in superioribus iam dictum est[1]; nunc maiora et copiosiora, quae in tabernaculo sancto suo famulantibus Dominus dare iubet, intueamur.

Num. 35, 1–3. XXXVII. *Haec quoque locutus est Dominus ad Moysen in campestribus Moab super Iordanen contra Hiericho: Precipe filiis Israhel, ut dent Levitis de possessionibus suis urbes ad habitandum et suburbana earum per circuitum, ut ipsi in oppidis maneant* ib. 35, 8. *et suburbana sint pecoribus ac iumentis.* Et infra: *Ipse autem urbes, quae dabuntur ex possessionibus filiorum Israhel, ab his, qui plus habent, plures auferentur, et qui minus, pauciores; singuli iuxta mensuram hereditatis suae dabunt oppida Levitis.* Quod ita cf. Ios. 21, 2 sq. Iosue in terra repromissionis fecerit, textus libri illius liquido depromit. Perspicuum sane satis est et nosse volentibus apertissimum, quod Deus idcirco populo suo de hereditate possessionum suarum domos et agros et mancipia, insuper etiam, quod maius est, civitates et suburbana sanctuario suo famulantibus dare preceperit, ut ministri sanctuarii sui instantius honestiusque atque inexcusabilius sacrum suum cultum exercere suumque famulatum potuissent liberius explere. Quibus verbis liquido colligi potest, quod quisquis ea, quae alii fideles de hereditate possessionum suarum ob remedium animarum suarum Deo ad honorem et decorem ecclesiae suae eiusque ministrorum usus contulerunt, aut abstulit aut auferre presumit, procul dubio aliorum data in suarum animarum convertit pericula. Sequitur enim in eodem: *Haec sunt* Num. 36, 13. *mandata atque iudicia, quae precepit Dominus per manum Moysi ad filios Israhel in campestribus Moab super Iordanen contra Hiericho.* Non est pretereundum nec negle-

XXXVI. 2 abuimus *B 2.* 3 donariis] domus *add., sed postea del. B 3.* 4 periscediles *B 2.* 6 pondere sanctuarii] ponderes cum arii *C.* 9 ostium *M.* 10 danaria *L.* Deo] Domino *L.* 11 omnino] est *add. M.* 14 donariis] bonariis *B 2.* etumque *B 2.* 15 contrario] conrio *L,* contraria *M.* 17 ostium *B 2.* 19 inter] iter *B 2.* 20 offerri *B 2. 3. M.* precepit *M.*

XXXVII. 24 Hierico *hic et infra B 1. L.* 26 ex] et *L.* 27 Israhel *deest L.* habent] habebant *B 2.* auferentur] offerentur *e corr. L.* 28 Laevitis *B 2.* 32 dari *B 2. 3. M.* 34 liberius] expeditiusque *add. B 2. 3. M.* 35 ob — suarum *desunt M.* 40 Iericho *M.*

1) *Cf. supra c. 32; p. 741.*

genter considerandum, quid clausula vel conclusio libri huius, id est Numerorum, contineat. Innuit autem, quod ea, quae precepta sunt, Dominus preceperit et facienda decreverit et ea adimplentibus praemia, non autem adimplentibus diversa supplicia interminatus sit. Sequitur in libro Deuteronomii, in quo inter cetera multa mandata, quae Moyses locutus est ad filios Israhel, ita legitur: *En,* inquit, *propono in conspectu* [Deuter. 11, 26—28.] *vestro hodie benedictionem et maledictionem, benedictionem, si oboedieritis mandatis domini Dei vestri, quae ego hodie precipio vobis, maledictionem, si non obaudieritis mandata Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis.* Notandum diligenter est, quod oboedientes preceptorum divinorum benedictionem, inoboedientes vero maledictionem mereantur. Luce enim clarius constat, quod surreptores ecclesiasticarum rerum iniuriam et inoboedientiam Deo inrogent suorumque preceptorum transgressores existant. Unde providendum est, ne huiuscemodi maledictionem, quam legifer proponit, pro benedictione subeant. Qui autem nosse vult, quae sit eadem maledictio, scrupulosissime diligenterque precedentia et subsequentia divinae legis legat eloquia et pro certo inveniet, quantum sibi terribilis et horribilis atque pertimescenda sit eadem maledictio. Porro quod ad locum, quem Dominus elegit, veniendum sit et quae offerenda sunt ibi offerre decernantur, paulo post subsequentia innuunt: *Ad locum,* [Ib. 12, 5. 6.] inquit Moyses, *quem elegerit dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi et habitet in eo, venietis et offeretis in illo loco holocausta et victimas vestras, decimas et primitias manuum vestrarum et vota atque donaria.* Et infra: *Transibitis* [Ib. 12, 10. 11.] *Iordanen et habitabitis in terra, quam dominus Deus vester daturus est vobis, ut requiescatis a cunctis hostibus per circuitum et absque ullo timore habitetis in loco, quem elegerit dominus Deus vester, ut sit nomen eius in eo. Illuc omnia, qnae precipio, offeretis, holocausta et hostias ac decimas, et primitias manuum vestrarum et quicquid precipuum est in muneribus, quae vovistis Domino.* Et post pauca: *Cave ne offeras* [Ib. 12, 13. 14.] *holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus.* His verbis patenter intellegi datur, quod omnia, quae ex muneribus precipua et pretiosa sunt, sibi Dominus voluerit offerri et quod, si ea, sive quae Dominus precepit, sive ea, quae eius populus sua sponte offerre voluisset, non alibi nisi in loco, quem Dominus elegisset, ut esset nomen eius in eo, offerri iubebantur, procul dubio ea, quae ecclesiae sanctae sunt conlata, non alienis, sed eiusdem ecclesiae sunt usibus applicanda.

XXXVIII. Item in eodem: *Cum voveris votum domino Deo tuo, non tardabis* [Deuter. 23, 21—23.] *reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus, et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis observabis et facies, sicut promisisti domino Deo tuo et propria voluntate et ore tuo locutus es.* Si illi, qui propria voluntate Deo votum vovit et non reddit, Dominus in peccatum reputat, quod putas peccatum Domino sibi reputante incurrit, qui aliorum vota voluntarie Domino exhibita auferre presumit et tantae comminationis poenam non formidat? Quia ergo qui votum vovit et non reddit, Dominus sibi in peccatum reputat, et quisquis ea, quae Domino vovit, reddidit ei, nullo modo postea

XXXVII. 5 loquutus *C.* En] Eu *B 3,* Heu *M.* 6 mandata *B 3,* mandatis — obaudieritis *desunt M.* 7 odie *L.* 8 sed *corr.* si *M.* 9 preceptorum divinorum] divinorum preceptorum *C.* 10 enim *deest M.* 12 huiuscemodi] uiuscemodi *M.* 13 vult]uul *B 2.* 17 subsequentia] sequentia *B 2. 3. M.* 18 elegit *L.* de *deest B 3. M.* 19 venietis] cum venietis *B 3,* cum venienietis *M.* loco *deest B 1.* 23 eius] meum *M.* 24 hostias] ostias *M.* 25 praecipuum] praetium *B 2.* 29 offerre — elegisset *desunt M.*

XXXVIII. 32 XXXVIII. *om. B 1.* voveris votum] votum voveris *L.* 33 illum *C.* 34 Si] XXXVIII. *praemittit B 1.* gressum *L.* 35 Deo *deest M.* 36 tuo *deest L. B 2.* reddidit *C. B 3.* 38 exibita *M.* tantae] tandem *M.* 39 poene *B 3. M.*

auferre licet, multo minus ea, quae alii voverunt et reddiderunt ei, fas est auferre, quoniam si illi, qui vovit et non reddit, in peccatum reputatur, multo magis ille, qui aliorum vota tollit, maius sibi peccatum adquirit. Haec de quinque libris Moysi congessisse sufficiat. Ceterum quicumque plenius latiusque de his, quae Dominus sibi suoque tabernaculo, sacerdotibus et ministris suis offerri et dari precepit, scire voluerit, Pentatheucum eiusdem Moysi enucleatim legat et de his, quae in hoc opusculo non continentur, quae utique plena sunt auctoritate ad negotium, de quo agitur, adstruendum et adstipulandum, patenter repperire valet quae huic opusculo ob sui prolixitatem vitandam non inseruntur.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

Presens opusculum, quod hactenus ex libris Mosaycae legis de religione Deo oblatarum sive offerendarum rerum, quantum Dominus donare dignatus est, breviter congessimus et abhinc tam de veteri, quod restat, quam etiam de novo testamento et sanctorum patrum documentis congerere, adiuvante Christi gratia, cupimus, ob utilitatem legere volentium et fastidiosis taedium auferendum in tribus libellis distinguendum iudicavimus. Exactus sit ergo primus, et exordium a libro Hiesu Nave sumat secundus.

Iosue 6, 16. 17. (39). I. *Dixit autem Iosue ad omnem Israhel: Vociferamini; tradidit enim vobis Dominus civitatem; sitque civitas haec anathema et omnia, quae in ea sunt, Domino.* Et
ib. 6, 18. 19. infra: *Vos autem cavete, ne de his, quae precepta sunt, quippiam contingatis et sitis prevaricationis rei et omnia castra Israhel sub peccato sint atque turbentur. Quicquid autem auri et argenti fuerit et vasorum aeneorum ac ferri, Domino consecrabitis repositum in thesauris eius.* Nulli quippe dubium est, quin de Hiericho civitate subvertenda haec dicantur. Quapropter observa, diligens lector et curiose auditor, quod duo in his verbis, quae praemissa sunt, iubeantur, alterum videlicet, quo cavendum omnino precipitur, ne de his, quae Domino consecrata sunt, quippiam contingatur, alterum, quo iubetur, quicquid auri vel argenti ac ferri omniumque vasorum aeneorum fuerit Domino consecrari et in thesauris eius recondi. Vitandumque tibi est, ne contingendo ea, quae Domino consecrata sunt, sis prevaricationis reus et alii propter te sub peccato sint atque turbentur, et sagaciter intende, qualiter thesauri Domini eo iubente incremententur. Sed et hoc diligenter observa, ne tuo astu vel cupiditate ea, quae in thesauris Domini ei consecrata sunt, auferantur. Quod autem, sicut Iosue Domino
ib. 6, 24. imperante facienda preceperat, postea sint completa, sequentia testantur: *Urbem autem et omnia, quae in ea erant, succenderunt absque argento et auro et vasis aeneis ac ferro, quae in aerarium Domini consecrarunt.* Qui autem ausu quodam temerario inlectus de his, quae Domino consecrata sunt, palam atque occulte quippiam surripere
cf. ib. 7, 1 sqq. posse arbitratur, exemplo Achan deterreatur, qui astu avaritiae succensus de his, quae

XXXVIII. 1 auferre] afferre *ex* offerre *corr. C,* offerre *cett.* est auferre] est offerre *M.* 2 quoniam — adquierit *desunt C.* reddidit *M.* ille] illi *B 1. L. B 3. M.* 3 vota *deest M.* tulit *B 2.* maius] magis *M.* 5 sacerdotibusque *C.* 6 Pentatheuchum *M.* 7 continetur *C.* 8 reperiri *M.* 9 vitandum *B 2.*

12 hactenus] actenus *B 2. M.* Mosaicae *e corr. B 2,* Moysaicae *B 3,* Mosayce *M.* 13 sive] seve *M.* offerendarum] offendarum *L.* 17 Exauctus *M.* Hiesu] *ita C,* Iesu *cett.*

I. 19 Iosuae *B 2. 3. M saepius.* 21 ne] non *M.* 23 fuerit *deest M.* consecrabitur *B 2.* 24 Hierico *L. B 3,* Iericho *e corr. B 2.* 25 duo] sunt *add. M.* 29 consecrati *B 2.* ne] nec *M.* 31 intente *M.* thesauris *L.* 36 aerario *B 2. 3. M.* 37 inlectus] *ita corr.,* inlecti *vel* illecti *codd.* 38 his] is *M.*

Domino consecranda erant, furtim sibi subripuit, pallium scilicet coccineum valde bonum et ducentos siclos argenti regulamque auream quinquaginta siclorum et, ne deprehenderetur, in tabernaculo suo suffossa humo, consciis liberis ac domesticis suis, occuluit, quae utique Domino consecrata erant. Ob cuius immane facinus quaedam pars populi Israhelitici coram hostibus suis caesa extitit et Iosue consulto Domino haec audivit: *Surge, cur iaces pronus in terra? Peccavit Israhel et prevaricatus est pactum meum; tuleruntque de anathemate et furati sunt atque mentiti et absconderunt inter vasa sua. Nec poterit Israhel stare ante hostes suos eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est.* Nota, quod unius inlicitum factum totus Israheliticus populus generaliter fecisse narretur et quod propter unius facinus in populum Dei Domini ingens comminatio fiat, videlicet ut nec Deum secum habere nec coram inimicis suis stare posset, donec ille interiret, qui huiuscemodi scelere contaminatus erat. Qualiter vero ipse Achan a Iosue, applicato sibi Israhel per tribus suas, sollertissime examinatus ac deprehensus sive reatum suum confessus fuerit, qualiter etiam lapidum grandine occubuerit et omnia, quae illius erant, igne consumpta sint, sequentia pandunt. Verumtamen valde pavenda sunt haec et omnibus fide Christi insignitis cavenda, ne propter aliorum inlicitum, immo sacrilegum factum nec secum, quod absit, Dominum habeant nec coram inimicis suis stare praevaleant. Patratores autem tam immanis, immo sacrilegi facti magnopere cavere oportet, ne propter suam cupiditatem, quam erga res Deo sacratas aut exercent aut exercere cupiunt, sibi ad instar Achan mortem aeternam aliisque Dei offensam et coram hostibus suis adquirant miserabilem ruinam.

[Marginal notes: cf. Iosue 7, 1 sqq. — Ib. 7, 10–12. — cf. ib. 7, 25.]

(40). II. Punito itaque iusto Dei iudicio eodem Achan, continuo precipiente Domino populus Israheliticus de hostibus suis triumphare, quia Dominum iam secum habebat, promeruit, sicut sequentia libri eiusdem Iosue manifestant; et ob id aedificatum est altare domino Deo Israhel. Habes igitur ita in eodem libro: *Tunc aedificavit Iosue altare domino Deo Israhel in monte Aebal, sicut preceperat Moyses famulus Domini filiis Israhel, et scriptum est in volumine legis Moysi: Altare de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit. Et obtulit super illud holocausta Domino immolavitque pacificas victimas.*

[Marginal note: Iosue 8, 30. 31; cf. Exod. 20, 25; Deuter. 27, 5.]

(41). III. Quia igitur sunt plerique diversissimis modis argumentantes et callide percontantes, unde usus de mancipiis Deo suoque tabernaculo, quod typum gessit sanctae ecclesiae, delegandis inoleverit, — si precedentia, in quibus satis abundeque de hominibus sanctuario Domini mancipandis et mancipatis [1], illis non sufficiunt, adtendant qualiter Iosue Gabaonitas tabernaculo Domini servituros delegaverit. Ait enim illis, sicut in eodem libro legitur: *Non deficiet de stirpe vestra ligna caedens aquasque conportans in domum Dei mei,* et infra: *Decrevitque in illo die esse eos in ministerio cuncti populi et altaris Domini, caedentes ligna aquasque conportantes usque in presens tempus in loco, quem Dominus elegisset.* Hi namque Gabaonitae eorumque posteritas quod in tabernaculo Domini secundum constitutionem Iosue deservierint necnon et in templo, quod postea a Salomone Domino aedificatum et dedicatum est, habes ple-

[Marginal notes: Iosue 9, 23. — Ib. 9, 27. — cf. 2. Reg. 21, 1 sqq.]

I. 1 coocineum *L.* 3 constiis *B 1.* 4 Domine *B 2.* 5 Israelitici *M.* hostibus] ost- *M saepius.* caeca *C.* 7 pectum *L.* 10 inlititum *M.* Israelliticus *M.* 16 pandunt] manifestant *M.* 20 aut *deest M.*
II. 23 eadem *B 2.* 24 Hisraelliticus *M.* 25 aeficatum *L.* 27 Ebal *B 2.* Moses] Mos — *saepius B 2.*
III. 31 III. *om. B 1. L. B 2. 3. M.* precontantes *L.* 32 suoque] suo qui *M.* 34 mancipatis] tractatum est *supplent edd.* 35 Ait] III. *praemittunt B 1. L. B 2. 3. M.*

1) *Cf. lib. I c. 35 sq.; supra p. 743.*

cf. 2. Reg. 21, 1 sqq. nissime in libro Regum. Quod vero sacerdotibus cum populo in captivitatem ductis et in eadem captivitate per septuaginta annos detentis memorati Gabaonitae eorundem
cf. 1. Esdrae 2, 36. 40. 43. 55. sacerdotum obsequio fuerint mancipati, habes in libro Haesdrae, ubi seorsum sacerdotes, seorsum vero numerantur Levitae, ad extremum numerantur Nathinnei, numerantur etiam et filii servorum Salomonis. Nathan quippe Ebraicae, Latine 'donatus', Nathinnei Ebraice, Latine quoque 'donati' vel 'donaticii' appellantur[1]. Hi sunt profecto accipiendi memorati Gabaonitae, quos Iosue tabernaculo Domini servituros donavit. Porro quos vocat in eodem libro Ezrae filios servorum Salomonis, hi sunt absque
cf. 2. Paral. 8, 11. dubio intellegendi, quos Salomon ob honorem divini cultus templo Domini delegavit.

(42). IIII. Tempore igitur Iudicum manifestum est populum Israheliticum a cultu divino recessisse et ab offerendis Deo sacrificiis et hostiis pacificis et ceteris, quae lege precepta sunt, diversarum specierum muneribus torpuisse et ad ritum gentium
Iudic. 17, 6. defecisse, quoniam, ut in libro Iudicum legitur, *in diebus illis non erat rex in Israhel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat,* et idcirco ob meritum scelerum suorum earundem gentium dominio subiugatum et diversis tribulationibus et angustiis afflictum fuisse. Qui saepe reatum suum agnoscentes et luctuosis paenitentiae gemitibus deflentes per sacrificia Deo oblata, a quibus diu vacaverant, de inimicis suis
cf. ib. cc. 6—8. 13, 2 sqq. extitere victores, sicut legimus de Gedeon et Manue. Haec ideo protulimus, ut magnopere perpendatur, quanti sit discriminis cultum divinum Deoque sacrificia debita aut neglegi aut dehonorari et quanti sit solatii contra hostes visibiles et invisibiles magnique muniminis ea rite et honeste Deo exhiberi. Veremurque nimium, ne hoc, quod
ib. 17, 6. dicitur: *Faciebat unusquisque quod sibi rectum videbatur,* quoquomodo illis aptari queat, qui res ecclesiae aut dant aut accipiunt et in suos usus contra fas retorquent et hoc sibi rectum iustumque videri putant.

cf. 1. Reg. 1, 1 sqq. (43). V. Legimus itaque in libro Samuhelis primo, quia pro eo, quod Anna filium suum Samuhelem adduxit in domum Domini, quae erat in Silo, eumque cum holocaustis per officium Heli sacerdotis obtulit Domino, ita ut cunctis diebus vitae suae serviret Domino, idcirco benedictionem meruerit a Domino. Nota, prudens lector, quod tabernaculum Domini vocetur hic domus Domini, sicut habes in eodem libro:
ib. 1, 24. *Et adduxit eum,* id est Samuhelem, *in domum Domini in Silo.* At si forte quis quaerat, quam benedictionem eadem Anna consecuta sit, videat sequentia. Ascendit
ib. 2, 19—21. itaque Anna cum viro suo Helchana, *ut immolaret hostiam sollemnem. Et benedixit Heli Helchanae et uxori eius dixitque: Reddat Dominus tibi semen de muliere hac pro foenore, quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum. Visitavit ergo Dominus*

III. 2 detentos *C.* Gabaonite *L.* 3 Haesdrae] *ita C,* Esdrae *L. M,* Ezdrae *B 1. 2. 3.* 4 vero *deest B 3. M.* Laevitae *C,* Levite *M.* 5 Nathan] is *add. L.* Ebraicae] *ita C,* Haebraice *L,* Hebraicae *B 3 (?),* Hebraice *rell.* 6 Ebraice] *ita C,* Hebraice *cett.* 7 Gabaonite *B 2. M.* 8 Ezrae] *ita C. B 1,* Edrae *L,* Ezdrae *B 2. 3,* Esdrae *M.* hy *M.*

IIII. 10 IIII.] *ita C. B 1. L; in B 2. 3. M hinc usque ad cap. VIII. capita non distinguuntur.* Israhelliticum *M.* 16 fuisse] *scil.* manifestum est, *v. l. 10.* 18 Manuae *M.* 20 quanta *M.* magni *L. B 2.* 21 Deo *deest C.* exiberi *B 2. M.* 22 aptari queat] valeat aptari *B 2. 3. M.* 23 et in] aut in *B 3. M.*

V. 25 V.] *ita C, in L ad cap. V. et VI. margo abscisus est.* Samuhelis] Samuel- *M saepius.* 26 holocausti *M.* 28 meruerit] meruit *L,* meruerit accipere *B 2,* meruit accipere *B 3. M.* Nota] *huic verbo praemittit* V. *B 1.* 30 eum *deest M.* domo *M.* Ad *L.* 32 Helcana *L,* Elchana *B 2. 3.* hostia *L.* 33 Helcanae *L,* Elchanae *B 3.* Reddet *B 2.* 34 foeore *C.* quomodasti *B 2,* comodasti *B 3. M.* abierunt] habierunt *B 2.*

1) *Unde haec fluxerint, frustra quaesivi; sed v. Hieronymi Opp. I, 890.*

Annam et concepit et peperit tres filios et duas filias; et magnificatus est puer Samuhel 1. Reg. 2, 21. *apud Dominum.* Si pro filio et hostiis Deo oblatis Anna benedici et spiritum prophetiae et sobolem meruit adipisci, cavendum illis est, qui hostias ab aliis Deo oblatas auferunt, ut non solum maledictionem, sed etiam extinctionem filiorum suorum incurrant, sicuti quosdam incurrisse non ambigimus.

(44). VI. Quod autem sequitur in eodem libro nimium est terribile: *Si,* inquit, *pecca-* 1. Reg. 2, 25. *verit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Deum peccaverit vir, quis orabit pro eo?* Inter cetera namque peccata, quibus in Deum peccatur, non minimum peccatum extat illud, quo cultus Dei contempnitur aut diminuitur vel dehonestatur, et idcirco tam ingens peccatum modis omnibus est cavendum. Quicumque ergo ea, quae divino nomini consecrata sunt, aufert, in Deum se peccare nullo modo dubitet. Sed et hoc valde est terribile, quod Dominus loquens ad Heli sacerdotem ita inter cetera inquit: *Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contempnunt me erunt* Ib. 2, 30. *ignobiles.* Cum multis modis Deus in operibus nostris glorificetur, iuxta illud evangelicum: *Videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui est in caelis,* Matth. 5, 16. specialiter tamen glorificatur Deus in cultu suo et in his, quae ei consecrantur et sanctificantur; contempnitur autem ab his, qui in tantam vesaniam prorumpunt, ut sibi consecrata auferre non formident, quibus valde pertimescendum est illud, quod sequitur: *Qui autem contempnunt me erunt ignobiles.* Magna porro ignobilitas est aliquem 1. Reg. 2, 30. Deo in suis sacratis rebus iniuriam inferre et a voluntate et servitio illius se desiungere et hostis sui voluntati et obsequio mancipare.

(45). VII. Ruina quoque Heli sacerdotis filiorumque eius, quae in eodem libro Samu- cf. 1. Reg. 4, 11 sqq. helis sequitur facta, non solum patribus, sed etiam filiis est pertimescenda. Quapropter patribus studendum est, ut filios suos indigne atque inlicite agentes congrua invectione corripiant; filiis autem providendum est, ne circa ea, quae Domino aut consecrata sunt aut consecrantur, inlicitum quid gerant. Inlicitum dicimus factum, quando ea, quae illis fas non est, a cultu divino abstrahunt et sine dubio furorem Domini in se concitant. Timendumque valde est, ne tandem in auferendis rebus Deo oblatis tale gignatur peccatum, quod non expietur nec victimis nec muneribus, sicuti pro iniquitate Heli filiorumque eius a Domino dictum esse legimus. Unde in eodem libro per Samuhelem prophetam de Heli Dominus loquitur: *In die illo suscitabo adversum Heli* Ib. 3, 12–14. *omnia, quae locutus sum super domum eius; incipiam et complebo. Predixi enim ei quod iudicaturus essem domum eius in aeternum propter iniquitatem eius, eo quod noverat indigne agere filios suos et non corripuit eos. Idcirco iuravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis et muneribus usque in aeternum.* Adtendendum et pertimescendum valde est, quale sit facinus vel flagitium, quod nec victimis nec muneribus expiari possit, et agnoscendum liquido est, quod tam terribilis divina interminatio, quae non modo victimis, verum etiam quibuslibet muneribus expiari interdicitur, ex duobus contemptibus nasci nullo modo dubitatur, uno quidem, quo paterna disciplina erga filios delinquentes et Deum in suis actibus ad iracundiam

V. 2 Dominum] Deum *M.* 3 subolem *B 2. 3. M (?).* 5 quoddam *L.*

VI. 7 placare *M.* Deum] Dominum *B 3.* 8 Inter] *huic verbo* VI. *praemittit B 1.* peccator *M.* minimum] nimium *corr. al. man.* minimum *B 3,* nimium *M.* 10 icirco *M.* modum *M.* 13 contemnunt *L.* 14 evangelium *B 3,* ewangelium *M.* 15 est in caelis] in caelis (celis *B 2. M*) est *B 2. 3. M.* 16 glorificavit *L.* 17 autem *deest L.* tantum *L.* 18 est *deest M.*

VII. 23 pertimescendum *M.* 26 inlititum *M.* quod *B 2.* quando] quantum *M.* 27 est] contingere *add. B 2. 3. M.* abstraunt *B 2. M.* 28 Timendumqui *M.* auferendis] offerendis *B 2.* 29 gignantur *B 3. M.* exspietur *M.* vistimis *L.* 32 incipiam — iniquitatem eius *desunt L.* ei *deest B 2. 3. M.* 40 deliquentes *M.*

provocantes ex quodam vano carnalis affectus amore segnior remissiorque efficitur et filiorum ammissa in semetipsos redundare conprobantur; altero, quo erga sanctuarium Dei Deoque diversa consecrata ac sanctificata donaria temerario ausu delinquitur et idem delictum non solum in praelatis, verum etiam in subiectis divina ultione persaepe vindicatur. Haec de Heli filiisque eius transgredientibus preceptum Domini dicta sint. Ceterum observandum est et summopere vigilanterque cavendum, ne factum Heli filiorumque eius filii sanctae Dei ecclesiae imitentur, ne forte, quod absit, per eorum imitationem et animarum suarum periclitationem et totius populi deveniat ad temporalem et aeternam dampnationem. Captio denique arcae Dei, in qua erant tabulae testamenti et cetera, quae divino precepto inesse memorantur, propter peccata memorati Heli sacerdotis filiorumque eius accidisse minime dubitatur.

(46). VIII. Populi quoque Dei tam flebilis interemptio non solum propter sacerdotum, verum etiam propter sua innumera delicta, quibus cultum Dei nihili ducebant, accidisse manifestum est. Saepe quippe accidisse legimus culpam sacerdotum ruinam extitisse populi et rursus culpam populi ruinam extitisse sacerdotum, sicut aperte liquet culpam Heli filiorumque eius populi extitisse ruinam et rursus culpam populi captivitatem extitisse sanctorum prophetarum, Ezechihelis videlicet, Danihelis et Hieremiae et aliorum multorum servorum Dei secundum legis preceptum Deo sincere ac religiose servire volentium, sicut in eorundem prophetarum libris facillime animadverti potest. Capturam porro arcae Dei, quae typum gessit capitis nostri Christi corporisque eius, sanctae videlicet ecclesiae, populique ruinam propter Heli sacerdotis neglegentiam filiorumque eius transgressionem provenisse nulli, qui sanum sapit, dubium est.

(47). VIIII. Veruntamen quid eiusdem arcae Dei captoribus Deique populi caesoribus provenerit, manifestum est. Si ergo ab alienigenis propter peccata sacerdotis suorumque filiorum precepta Dei transgredientium facta est arcae divini testamenti captio et populi Dei flebilis conlapsio, cavendum omnibus, qui Christi nomine censentur, summopere est, ne spreto sacerdotum Christi ministerio et cultu eius parvipenso propter suam cupiditatem et inlicitam presumptionem arcam Dei, quae utique cum capite suo Christo una constat esse persona, eandem arcam in hostium suorum, quod Deus longe faciat, corruere faciant depredationem.

(48). X. Qualiter denique Dei electus propheta Samuhel in cultibus sacris et in altaribus erigendis et in holocaustis offerendis et in populis ab idolorum cultura ad divinum cultum revocandis Deo placuerit, ipsius libri historia legentibus aperte demonstrat. (cf. 1. Reg. 7, 9 sqq.) Cuius verbis et actibus evidenter patescit, quod, licet cultus divinus per ministrorum insolentiam et vitiorum enormitatem quodammodo saepe provenisset conlapsus, tamen per clementiam divinam et ineffabilem misericordiam, servorum suorum, prophetarum, vaticiniis ostensam, fuerit erectus. Unde colligi datur, quod, quamquam

VII. 1 ex] *ita B 1, et cett.* 2 amissa *L. B 3. M.* in] inter *L.* 4 deliquium *corr.* delictum *C*, deliquium *B 1. 3*, deliquium *corr. al. man.* delictum *M.* 5 vendicatur *M.* Aeli *B 2.* 6 sumopere *L. B 1. 2. 3. M (saepius).* vigilanter *L*, et vigilanter *B 2. 3. M.* 7 Haeli *B 2.* 8 pereclitationem *L.* et *deest L.* 9 archae *B 3. M.*

VIII. 12 VIII.] *ita C.* 13 sua innumera] innumera sua *L.* nichili *M.* 14 Saepe] *huic verbo praemittunt* VIII. *B 1. L. B 2. 3. M.* 15 et — populi *desunt M.* 16 Aeli *B 2.* 17 Ezechihelis] *ita C*, Ezechielis *cett.* videlicet *deest M.* Danielis *B 2. M.* Ieremiae *e corr. B 2.* 18 praeceptum — ac *desunt M.* religiose] se *M.* 19 libri *L.*

VIIII. 23 VIIII.] *ita codd. praeter L.* quid] quod *C.* 24 Si] VIIII. Si *L.* ab *deest B 1. L. B 2. 3. M.* suorum *M.* 25 divinae *C.* 26 conlaptio *M.* 29 personam *M.* 30 faciant] ad *add. M.* depredationem] praedationem *M.*

X. 32 aulocustis *M.* efferendis *L.* im *M.* ad *deest B 3. M.* 34 Cuius — erectus *(l. 37) desunt C.* 35 provenierit *B 2.*

cultus divinus inpugnatores non solum indigenas, verum etiam externos habeat, numquam tamen Domino gubernante perpetuam desolationem et dehonorationem habebit, quoniam adest et aderit cultus sui fautoribus et administratoribus ille, qui dixit: *Ecce* Matth. 28, 20. *ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.*

(49). XI. Quantum vero oboedientia preferatur victimis et holocaustis, eiusdem Samuhelis prophetae verbis aperte demonstratur: *Numquid vult,* inquit, *Dominus holo-* 1. Reg. 15, 22. 23. *causta aut victimas et non pocius, ut oboediatur voci Domini? Melior est enim oboedientia quam victimae et auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle adquiescere.* Iussit enim Dominus sibi suoque tabernaculo diversa donaria et non alia nisi pretiosa offerri et ea penitus non est passus auferri. Ergo offerentes sunt Domino oboedientes, auferentes vero procul dubio extant ei inoboedientes atque repugnantes. Cavendumque est illis, ne propter suam inoboedientiam, immo cupiditatem peccatum et scelus, quod ipse Samuhel commemorat, incurrant.

(50). XII. Abiecto itaque atque reprobato propter inoboedientiam Saul rege David cf. 1. Reg. 16, 1. 13. electione divina a Samuhele Domino precipiente unguitur in regem. Qui quantae fuerit fortitudinis quantaeque erga divinum cultum amplificandum et exaltandum devotionis, iam et in precedentibus commemoratum est[1] et hic succinctim commemorandum.

(51). XIII. Inter cetera quippe circa divinum cultum religiosa facta sua, quantae venerationi arcam Dei habuerit, intueamur. Habes siquidem in secundo eiusdem Samuhelis libro: *Cumque transcendissent,* inquit, *qui portabant arcam Domini sex passus,* 2. Reg. 6, 13—15. *immolabant bovem et arietem, et David percutiebat in organis armizatis et saltabat totis viribus ante Dominum. Porro David accinctus erat ephot lineo. Et David et omnis domus Israhel ducebant arcam testamenti Domini in iubilo et clangore bucinae.* Et infra: *Et introduxerunt arcam Domini et posuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod* Ib. 6, 17. 18. *tetenderat ei David. Et obtulit David holocausta coram Domino et pacifica. Cumque complesset offerens holocaustum et pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.*

(52). XIIII. Eundem porro David in numeratione populi Domino peccasse iramque illius in populo sibi subiecto expertum fuisse perspicuum est. Qui cum vidisset angelum caedentem populum, memor transgressionis et fragilitatis suae dixit ad Dominum: *Ego* 2. Reg. 24, 17. *sum, qui peccavi, ego inique egi; isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me et contra domum patris mei.* Et monente Gad propheta emit aream ab Areuna Gebuseo et constructo ibi altari Domino et oblatis holocaustis et pacificis et reatus sui obliterationem et divinam repropitiationem ac populi promeruit nancisci liberationem, sicut ibi legitur: *Et repropitiatus est Dominus terrae et cohibita* Ib. 24, 25.

X. 1 inpuncnatores *M.* etiam *deest L.* 3 quoniam] XI. Quoniam *B 2. 3. M.* cultui suo *C.* 4 sum *deest B 3.* consumationem *B 1.*

XI. 6 prophetae *deest M.* vult *deest M.* 8 victima *M.* 9 oriolandi *B 2.* 11 auferri] offerri *B 2.* 12 est *deest M.*

XII. 15 Saule *B 3. M.*

XIII. 21 archam *L (hic et infra),* arca *B 3,* archa *M.* in *deest L. B 2.* 22 portant *B 3.* 23 arietum *L.* 24 acinctus *M.* linteo *L.* 25 domus *deest M.* archam *B 3. M (hic et infra).* 28 holocausta *B 2. 3. M.*

XIIII. 29 Davit *M.* 30 populus *M (?).* 34 Iebuseo *B 2. 3. M.* altare *M.* 36 nascisci *B 3,* nanscisci *M.* repropiatus *M.*

1) *Cf. lib. I cc. 5—8; supra p. 731 sq.*

[2. Reg. 24, 25.] *est plaga ab Israhel.* Haec idcirco posuimus, ut animadvertatur, quantum apud divinam maiestatem valeat et veneratio divini cultus et erectio sacrorum altarium et holocaustorum et pacificorum et ceterorum, quae Domino offeruntur, oblatio et quantum Deo displiceat eorum ablatio.

(53.) XV. Ferventissima namque eiusdem David erga templum Domini eiusque cultum in tantum excrevit devotio, ut diceret ad Nathan prophetam: [2. Reg. 7, 2.] *Videsne, quod ego habitem in domo cedrina et arca Dei posita sit in medio pellium?* et cetera, quae sequuntur. Voluit enim, sicut sequentia docent, ardentissime ac devotissime domum Deo Israhel mirae magnitudinis et admirandae pulchritudinis aedificare, sed, quia ab eadem aedificatione a Domino est prohibitus et, ut filius eius, qui egrederetur de utero eius, [cf. ib. 7, 13.] Domino sibi revelante ac pollicente, eandem domum foret aedificaturus, didicit, omnes inpensas eiusdem aedificandae domus, quas dinumerare longum est, preparavit necnon et donaria innumera in diversissimis ac pretiosissimis speciebus laeto et alacri animo sanctificavit et in thesauris illius recondenda consecravit, sicuti in Regnorum precipueque Paralipomenon libro habetur. [cf. ib. c. 7; 1. Paral. c. 22.]

(54). XVI. Qualiter autem Salomon filius David, potentissimus ac ditissimus regum, domum Domino ex inpensis paternis et copiosissimis sumptibus suis aedificaverit et cum ingenti gloria dedicaverit et ea, quae pater suus sive ipse Domino obtulerat et in thesauris eius recondenda sanctificaverat et consecraverat, et quid a Domino sibi apparente et pollicente audivit, hic per singula commemorandum subsicivum duximus, presertim cum legentibus omnia in memoratis libris in promptu habeantur. [3. Reg. cc. 5—8. cf. 2. Paral. cc. 2—7.]

(55). XVII. Quod vero eadem domus typum gesserit sanctae Dei ecclesiae, nullus sanum sapiens ignorat. Quisquis enim ex asse nosse cupit, quibus muneribus ceteri reges eandem honoraverint et exaltaverint atque amplificaverint domum et eius cultui debitum exhibuerint famulatum et quibus preconiis veneratores et amatores eius a Domino sint laudati et de hostium suorum insidiis tuti ac liberati, dehonoratores vero eiusdem templi et divinorum preceptorum transgressores quantum a Domino sint reprobati et ab hostibus suis trucidati, seriem eorundem librorum diligenter legat et profecto repperiet, quod nulli dominicae domus dehonoratori et eorum, quae Domino oblata sunt, surreptori inpune cesserit. Haec de Israheliticis iustis regibus, divini templi honoratoribus et diversa donaria Domino offerentibus, necnon et de iniustis secus agentibus et eiusdem sacratissimi templi dehonoratoribus et a cultu divino se ipsos populumque Dei alienantibus et ad idola gentium convertentibus breviter congessisse sufficiat.

(56). XVIII. Idem igitur Deo sacratum templum ab externis gentibus constat esse veneratum et multiplicibus donis honoratum, sicut habes de Hiram rege Tyri et de [cf. 3. Reg. 5, 1 sqq.] Seleuco rege Asiae, de quo in secundo libro Machabeorum ita legitur: [2. Mach. 3, 1—3.] *Igitur cum sancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur propter Oniae pontificis pietatem et animos odio habentes mala, fiebat, ut ipsi reges et principes*

XIIII. 4 ablatio] oblatio *L. B* 2. *M.*

XV. 5 XV. *om. B* 2. 3. *M.* 7 sequntur *e corr. B 1,* secuntur *L. B* 2. 3. *M.* 8 Voluit] XV. Voluit *B* 2. 3. *M.* ardentissima *M.* 10 utere *L.* 13 speciebus] sciebus *L.* 14 praecipueque] in *add. L. B* 2. 3. *M.* 15 Paralipemenon *C.*

XVI. 16 dictissimus regnum *L.* 20 subsicivum] subsinte *M.* 21 promtu *B* 2. *M.*

XVII. 23 ex asse] haec *M.* nosse] nos *B* 3. cupiunt *C.* 24 eadem honoraverit *M.* 25 exibuerint *M.* 29 nulli] nonnulli *M.* dehonoratori] dehonorati *M.* 30 surreptari *B* 2. Hisraheliticis *B 1.* 31 necnon *deest B* 2. 3, necnon et *desunt M.* 33 alienantibus] abalienantibus *L.* idolas *B* 2. 3. *M.*

XVIII. 34 externis] extremis *L.* 35 Iram *L,* Yram *B* 3. *M.* regem *M.* Tyri] *ita C,* Tirie *B* 2, Tiri *rell.* 38 habentis *C. B 1. L. B* 2. *M,* habentis *corr.* habentes *B* 3.

locum summo honore dignum ducerent et templum maximis muneribus inlustrarent, ita ut Seleucus Asiae rex de reditibus suis prestaret omnes sumptus in ministerium sacrificiorum pertinentes. (2. Mach. 3, 2. 3.) Observa, diligens lector, quantum memoratum venerabile templum non solum a principibus et regibus divinam legem tenentibus, sed etiam a diversis nationum regibus eandem Dei legem ignorantibus propter amorem et honorem Dei maximis muneribus sit inlustratum et honoratum. Nam et idem templum ad adorandum Dominum et diversis muneribus honorandum multos gentilium adiisse adventus illius Aethiopis, quem a Philippo legimus baptizatum, necnon et Saba reginae evidentissime adstruunt[1]. (cf. Act. 8, 27 sqq.; 3. Reg. 10, 1 sqq.)

(57). XVIIII. Propter peccata quoque sacerdotum et regum tociusque populi idem templum, quod in magna gloria a Salomone Domino fuerat conditum et per quadringentos triginta annos manserat inlaesum, immo valde gloriosum, a Chaldeis fuit incensum atque dirutum et Hierosolymorum urbs destructa populusque in Babylonicam captivitatem deductus et vasa domus Domini et quaeque in thesauris domus Domini Domino fuerant consecrata et sanctificata in Babylonem sunt translata. (cf. Ierem. 52, 12 sqq.) Non tamen eadem vasa Domino sacrata Nabuchodonosor rex profanus in suos presumpsit retorquere usus, sed ea in locis, in delubris videlicet deorum suorum, quae apud illum magnae habebantur venerationi et religioni, servanda reposuit. Sciendum vero est, (cf. 2. Paral. 36, 6; Ioel 3, 5.) quia pro eo, quod templum Domini incendit, vasa Domini in Babylonem sustulit, populo Dei captivitatem inflixit, ei ullo modo inpune non cessit, quoniam et propter hoc factum et pro eo, quod gloriam et potestatem et honorem regni sui non Deo, sed sibi tribuit, caelicam vocem audivit, quae ita facta est: *Tibi dicitur, Nabuchodonosor rex: Regnum transiit a te et ab hominibus te eicient et cum bestiis feris erit habitatio tua; fenum quasi bos comedes et septem tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsus in regno hominum et cuicumque voluerit det illud.* (Dan. 4, 28. 29.) Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor et cuncta, quae dicta ei fuerant, provenerunt, sicut sequentia testantur.

(58). XX. Sed quia propter sacrilegium, quod circa templum Domini patraverat, et suam magnam elationem, qua contra Dominum superbiendo tumuerat, et Danihelis prophetae consilium suae salutis audire contempserat, quibus ei orsus est: *Quamobrem, rex, consilium meum placeat tibi et peccata tua elemosynis redime et iniquitates tuas misericordiis pauperum; forsitan ignoscet Deus delictis tuis,* (Dan. 4, 24.) — tantam promeruit abiectionem, ut etiam cum bestiis feris esset habitatio eius et fenum ut bos comederet. Videamus, quid post actum abiectionis suae tempus idem Nabuchodonosor humiliatus dixerit:

XVIII. 2 sumtus *M.* 4 diversarum *B 3. M.* 5 Dei legem] legem Dei *L.* 7 adisse *B 2. 3. M.* 8 Ethyopis *B 1. L,* Aetiopis *B 3.* 9 astruunt *B 2. 3. M.*

XVIIII. 11 quadrigentos *B 3,* et *add. M.* 13 Hierosolymorum] *ita C,* Hierosolimorum *cett.* Babylonicam] *ita C,* Babiloniam *B 1,* Babilonicam *rell.* 14 et vasa domus] et vasa *M.* 15 Babylonem] *ita C,* Babilonem *hic et infra cett.* Non] Nec *B 2.* 16 eandem *L.* sacra *M.* Nobuchodonosor *M.* 17 loci *M.* 18 vero est] tamen est *B 2. 3,* est tamen *M.* 20 ullo] nullo *B 3. M.* 22 fata *B 1. L.* Tibi] Sibi *L.* 23 hominibus] omnibus *M.* eicient] et etiam *M.* feris] ferisque *C,* et feris *M.* 24 foenum *hic et infra B 2. 3. M.* 25 cuicumque] cui *M.* 26 Nabugodonosor *hic et infra C,* Nabucodonosor *B 3.* dicta ei] ei dicta *B 3. M.* 27 testatur *B 3. M.*

XX. 28 patrarat *B 2.* 29 Danielis *M saepius.* 30 suae *deest C.* 31 elemosynis] *ita C,* aelemosinis *B 1. L. B 3,* elemosinis *B 2. M.* 32 tantam] enim *add. M.* 33 feris] foris *B 3. M.* eius] ei *B 3.* 34 quod *B 3.* post] potest *M.* actum] peractum *B 1. L. B 2.*

1) *Cf. Ionas, De institutione laicali I c. 11. Cf. eiusdem de institutione regia c. 13.*

Dan. 4, 31–34. (59). XXI. *Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum
levavi et sensus meus redditus est mihi et altissimo benedixi et viventem in sempiternum
laudavi et glorificavi, quia potestas eius potestas sempiterna et regnum eius in generatione et
generationem. Et omnes habitatores terrae apud eum in nihilum reputati sunt. Iuxta
voluntatem enim suam facit tam in virtutibus caeli quam in habitatoribus terrae, et non
est qui resistat manui eius et dicat ei: Quare fecisti? In ipso tempore sensus meus
reversus est ad me et ad honorem regni mei decoremque perveni et figura mea reversa
est ad me; et optimates mei et magistratus mei requisierunt me et in regno meo restitutus
sum; et magnificentia mea amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor
laudo et magnifico et glorifico regem caeli; quia omnia opera eius vera et viae eius
iudicia et gradientes in superbia potens est humiliare.* Calicem praeterea furoris Do-
cf. Ierem. 25, 15. mini, qui secundum vaticinium Hieremiae prophetae propinatus est gentibus, adver-
santibus videlicet Israhelitico populo et a testamento Dei procul secretis, eundem
Nabuchodonosor in memorata abiectione plerique bibisse arbitrantur. Unde legitur in
Ib. 25, 26. Hieremia propheta: *Et post eos bibet Sesach.* Sesach enim Nabuchodonosor fuisse
doctores[1] nostri intellegunt. Quodsi Nabuchodonosor tanti sacrilegii tantaeque arro-
gantiae, tantae etiam impietatis rex, propter suam humilem recognitionem ad honorem
decoremque regni sui pervenire suoque regno restitui et magnificentiam Domino tri-
buente ampliorem sibi addi promeruit, liquet profecto et indubitanter accipi potest,
quod hi, qui res Deo sacratas in suis audacter abutuntur usibus, si ad tempus sibi
prospexerint et dignam Deo recognitionem inlicitorum factorum suorum humiliter
fecerint, veniam delictorum suorum possint promereri et non solum in hoc saeculo
temporaliter a Domino exaltari, verum etiam in futuro aeternaliter remunerari. Si
autem hoc facere praepropere detrectaverint, verendum est illis, ne ad instar Nabu-
chodonosor cum feris bestiis, id est cum inmundis spiritibus, de quibus psalmographus
Ps. 73, 19. ait: *Ne tradas, Domine, bestiis animas confitentium tibi,* sit eorum sine fine habitatio.

(60). XXII. Porro Balthasar, qui filius Nabuchodonosor fuisse describitur, vino
deditus in tantam prorumpere ausus est superbiam suaeque salutis inimicam, immo sacri-
legam presumptionem, ut in convivio suo Deo sacrata vasa ad libitum suum iuberet ad-
ferri, ut biberet in eis ipse et optimates eius, uxores et concubinae eius et conlaudaret
deos suos; et ob id ad suum interitum articulum scribentis prospexit in pariete et
eadem nocte Medis et Persis sese obsidentibus regno cum vita caruit, sicut verba
Dan. 5, 18–20. Danihelis prophetae de eo et adversus eum testantur, quae ita se habent: *O rex, Deus
altissimus regnum et magnificentiam, gloriam et honorem dedit Nabuchodonosor patri
tuo. Et propter magnificentiam, quam dederat ei, universi populi, tribus et linguae
tremebant et metuebant eum. Quos volebat interficiebat et quos volebat percutiebat, quos
volebat exaltabat et quos volebat humiliabat. Quando autem elevatum est cor eius et
spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui et gloria eius
Ib. 5, 22–24. ablata est.* Et infra: *Tu quoque, filius eius Balthasar, non humiliasti cor tuum, cum
scires haec omnia, sed adversum dominatorem caeli elatus es; et vasa domus eius allata*

XXI. 1 ego] ergo *hic et infra L.* 3 et generationem] in generationem *B 2.* 4 nichilum *M.* 10 quia] qui *L.* 12 Hieremie *M.* 13 Irahellitico *M.* 16 Quodsi] Quod *M.* tantaquae *C.* arrogantia *L.* 21 humiliter — suorum *desunt B 3. M.* 24 detractaverint *B 3,* detractaverit *M.*

XXII. 27 Baltasar *B 3. M (semper).* 28 tantum *M.* 29 praesumtionem *B 2.* 33 habent] abent *M.* 37 quos *deest M.* 38 offirmatus *B 2. 3. M.* 39 est] ab eo *add. B 2. 3. M.*

1) *Cf. Hieronymus, Comment. in Ieremiam c. 25 v. 26 (Opp. IV, 1019), ubi Sesach* novissimus rex Babylonis *appellatur.*

sunt coram te; et tu et optimates tui et uxores tuae et concubinae tuae vinum in eis bi- [Dan. 5, 23. 24.] *bistis; deos quoque argenteos et aureos et aereos et ferreos ligneosque et lapideos, qui non vident neque audiunt neque sentiunt, laudasti; porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua et omnes vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, quae scripsit hoc, quod exaratum est.* Et paulo post: *Eadem nocte interfectus* [ib. 5, 30. 31.] *est Balthasar rex Chaldeus. Et Darius Medus successit in regnum.* Si Balthasar pro eo, quod vasa Domini sibi adferri iussit, ut in eis biberet, quae utique postea ad imperium Cyri regis Persarum templo Domini sunt restituta, et regno privari et morte meruit multari, quid putas de illis erit, qui non solum sancta vasa, verum etiam alias Deo sanctificatas res suis applicant usibus? Quapropter observandum est illis, ne, quod absit, ad instar Balthasar et presentis et futurae vitae subeant mortem.

(61). XXIII. Septuagesimo itaque captivitatis Israhelitici populi anno peracto, orantibus Danihele et aliis prophetis, idem populus, sicut Dominus per Hieremiam prophetam predixerat, permittente eodem Cyro rege Persarum, ad propria est reversus, [cf. Ierem. 25, 12.] et omnia vasa templi Domini, quae Nabuchodonosor asportaverat, ad idem templum sunt relata, et ab his idem templum et civitas ad pristinum sunt restaurata statum, adiuvantibus illis et hortantibus, ut idem templum et civitatem restaurarent, Aggeo et Zacharia prophetis eximiis; et prefuerunt eidem operi Zorobabel de regio et Hiesus [cf. 1. Esdra cc. 1—3.] de sacerdotali semine.

(62). XXIIII. Hoc igitur templum stabile permansit per trecentos quadraginta sex annos. Quod rursus propter peccata sacerdotum et regum atque populi, Anthiochus profanissimus et inpurissimus rex Grecorum, fraude capta Hierusalem, sordibus idolorum polluit, auferens inde altare Domini aureum, mensam propositionis, candelabrum luminis et cetera vasa templi aurea, quae invenire potuit, et alia plura in eodem templo polluendo et expoliando populumque Dei atrociter affligendo et interficiendo patravit, sicuti in secundo Machabeorum libro legitur. Non tamen pretereundum est [cf. 2. Mach. 5, 11 sqq.] quod de eodem Anthiocho in eodem legitur libro. Sequitur enim ibi: *Nec ista eidem* [ib. 5, 15—20.] *sufficiunt Anthiocho. Ausus est enim intrare templum universa terra sanctius, Menelao ductore, qui legum et patriae fuit proditor. Et scelestis manibus sumens sancta vasa, quae ab aliis regibus et civitatibus erant posita ad ornatum loci et gloriam, contractabat indigne. Ita alienatus mente Anthiocus non considerabat, quod propter peccata habitantium civitatem modicum Dominus fuerat iratus; propter quod et accidit circa locum dispectio. Alioquin nisi contigisset eos multis peccatis esse involutos, sicut Heliodorus, qui missus est a Seleucho rege ad expoliandum aerarium, etiam hic statim adveniens flagellatus repulsus utique fuisset ab audatia. Verum non propter locum gentem, sed propter gentem locum Dominus elegit. Ideoque et ipse locus particeps factus est populi malorum; postea autem fiet socius et bonorum. Et qui derelictus est in ira Dei omnipotentis, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.*

XXII. 2 aereos et *desunt M.* fereos *M.* 3 sentiunt] sitiunt *L.* 4 ab] hab *B 2.* 6 Medius *L.* 8 Persae *M.* templum *L.* sint *C.*

XXIII. 12 Israhellitici *M.* 13 et aliis] aliisque *B 3. M.* isdem *B 1. L. B 3.* populis *L.* 14 permittendo *L.* 16 civitatis *B 3. M.* 17 hortantibus] ortantibus *B 2.* 18 de *deest C.* Hiesus] *ita C. B 1,* Iesus *cett.*

XXIIII. 20 XXIIII. *om. L.* 21 Quod] XXIIII. *praemittit L.* Anthiochus] *ita saepius C,* Anthiocus *B 1. L. B 2. 3,* Antiochus *M; ita etiam in casibus obliquis.* 22 Graecorum *B 1.* 25 expoliando *M.* 26 sicut *L. M.* 27 quid *L. B 2.* 28 est *deest C.* 31 Anthiocus] *saepius etiam C.* 32 Dominus fuerat] fuerat Dominus *L.* despectio *L. B 2. 3. M.* 33 Eliodorus *B 2. M,* Heliodерus *B 3.* 34 Seleuco *L.* 35 utique] itaque *L.* fuisse *M.* 36 locum Dominus elegit] Dominus locum elegit *C,* locum elegit Dominus *L.* 38 reconciliationem *M.* cum] con *B 2.*

(63). XXV. Qualiter namque Iudas Machabeus idem templum purificaverit et cf. 2. Mach. 8, 31 sqq. ditaverit Deoque consecraverit, habes in eodem libro.

(64). XXVI. Quid vero idem profanissimus rex Anthiocus pro contaminatione eiusdem sacratissimi templi sacrorumque vasorum asportatione et ceteris malis, quae sive 2. Mach. 9, 5. erga memoratum templum sive erga populum Dei exercuit, perpessus sit, videamus. *Qui universa conspicit dominus Deus Israhel, percussit eum insanabili et invisibili plaga. Ut enim finivit hunc sermonem, adprehendit eum dolor dirus viscerum et amara inter-* ib. 9, 8—10. *norum tormenta.* Et post pauca: *Isque, qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, et montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans, ita ut de corpore impii vermes scaturirent ac viventis in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius et fatore exercitus gravaretur et, qui paulo ante sidera caeli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam foetoris* ib. 9, 12. *portare.* Et infra: *Et cum nec ipse foetorem suum iam ferre posset, ita ait: Iustum est* ib. 9, 16. *subditum esse Deo et mortalem non paria Deo sentire.* Et post pauca: *Templum etiam sanctum, quod prius expoliaverat, optimis donis iam ornaturum et sancta vasa multiplicaturum et pertinentes ad sacrificia sumptus de reditibus suis se prestaturum pollicitus* ib. 9, 28. *est.* Iterum non post multa: *Igitur homicida et blasphemus pessime percussus et, ut ipse alios tractaverat, peregre in montibus miserabili obitu vita functus est.* Horrenda plane cunctisque mortalibus est pertimescenda mors tam terribilis scelestissimi regis Anthioci, qui pro eo, quod ausus est templum Dei intrare et contaminare et vasa Deo sacrata inde auferre atque scelestis manibus sancta vasa, quae ab aliis regibus ad ornatum loci et gloriam Deo fuerant oblata, indigne contrectare et in suos nefandissimos usus convertere, iusto Dei iudicio tam horribili morte meruit occumbere. In cuius interitu sagaciter animadvertendum, quod Deus omnipotens invasionem vel ablationem sibi oblatarum rerum inultam nec dimittit nec dimisit nec dimissurus sit. Quaedam tamen, ut in superioribus iam dictum est [1], in presenti ulciscitur saeculo, quaedam vero ulciscenda in futuro reservat saeculo.

(65). XXVII. Quae igitur poena Menelaum, ductorem et hortatorem memorati regis Anthioci ad expoliandum templum Domini et vasa Deo sacrata auferenda, qui cf. 2 Mach. 5, 15. utique proditor legum et patriae scribitur extitisse, digna congruaque sit poena subsecuta, ib. 13, 1. 2. sequentia pandunt, quae ita se habent: *Anno autem centesimo quadragesimo nono cognovit Iudas Anthiocum Eupatoris venire cum multitudine adversus Iudaeam et cum* ib. 13, 3—8. *eo Lisiam procuratorem et prepositum negotiorum.* Et post pauca: *Commiscuit autem se illis et Menelaus et cum multa fallatia deprecabatur Anthiocum non pro patriae salute, sed sperans se constitui in principatum. Sed rex regum suscitavit animos Anthioci in peccatorem et suggerente Lisia hunc esse causam omnium malorum iussit, ut eis est*

XXV. 2 ditaverit] dedicaverit *M.* habens *L.*

XXVI. 3 contaminationem *M.* 6 et invisibili *desunt M.* 7 finivit] fiunt *L.* 8 Isque] His *B 2.* 10 humiliatus] humili *L.* manifestum *M.* 11 scaturrirent *B 1. L. B 3.* 12 affluerent *L.* odor *L.* odore — gravaretur *desunt B 3. M.* paulo *deest M.* 13 sidera caeli] celi sidera *M.* 14 suum *deest L.* 16 exspoliaverat *M.* 17 sumtus *M.* 18 omicida *B 2.* 19 peregre] peregre *corr. al. man. B 3,* pere *M.* vita *deest B 1.* 21 Dei] inlicite *add. B 2(?). B 3. M.* 24 orribili *B 2.* occumbere] appetere *B 2,* oppetere *B 3,* opetere *M.* 25 sagatiter *M.* oblationem *L. B 3. M.* 26 inultam] *ita corr.,* inultum *C. B 1. L. B 2,* multum *B 3. M.* 27 in *deest L.*

XXVII. 29 poena *deest B 2. 3. M.* 31 poena] *ita omnes codd.* 32 autem *deest M.* centesimo *deest codd., legitur in Vulg.* nono] non *L.* 33 Iudeam *B 3. M.* 34 negotiorum] negotiatorum *M.* 35 Antiocum *M.* 37 peccatorum *L.*

1) *Cf. huius epistolae lib. I c. 2; supra p. 730.*

consuetudo, conprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum undique habens cineris. [2. Mach. 13, 4–8.] *Haec prospectum habebat in preceps. Inde in cinerem deici iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. Et tali lege prevaricatorem legis contigit mori nec terrae dari Menelaum. Et quidem satis iuste: nam quia multa circa aram Dei delicta commisit, cuius ignis et cinis erat sanctus, ipse in cineris morte dampnatus est.* Notandum, quod Menelaus ideo sacrilegus dicitur pro eo, quod Anthioco ductor extitit et, ut sacra vasa templi Domini auferret, consilium dedit. Nam et pro eo, quod circa aram Domini in multis deliquerat, tam exitiabili morte perierit. Cuius exemplo deterrendi sunt non solum hi, qui circa aram Dei ad serviendum Domino eique ministrandum, verum etiam hi, qui aliis propter suam explendam cupiditatem in auferendis Deo sacratis rebus consilium dant et exhortatores fiunt et facientibus inpunitatem promittunt, ut se modis omnibus compescant, ne tam mortis atrocissimae Menelai, quod absit, participes existant.

(66). XXVIII. Qui autem aerarium Domini, id est templum eius, pecuniis aut Deo oblatis aut ab aliis depositis, expoliandum inpune posse et debere arbitrantur, perpendant, quid Helioderus suique comites eique parentes Hierosolymam advenientes, ut aerarium Domini pecuniis expoliarent, ab equo caelesti eiusque terribili sessore necnon et duobus caelicolis iuvenibus perpessus sit. De quo ita habes in eodem Machabeorum libro secundo. *Cum venisset Helioderus Hierosolymam et benigne a summo sacerdote in civitate esset exceptus, narravit de dato indicio pecuniarum et, cuius rei gratia adesset, aperuit.* [2. Mach. 3, 9. 10.] *Interrogabat autem, si vere haec ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse haec et victualia viduarum ac pupillorum.* Et infra: *Decipi vero eos, qui credidissent loco et templo, quod per universum mundum honoratur,* [Ib. 3, 12.] *pro sui veneratione et sanctitate inpossibile omnino esse.* Et infra: *Helioderus autem* [Ib. 3, 23–39.] *quod decreverat perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa aerarium presens. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suae ostensionis evidentiam, ita ut omnes, qui ausi fuerant ei parere, ruentes Dei virtute in dissolutionem et formidinem converterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus. Isque cum impetu Helioderum priores calces aelisit. Qui autem ei sedebat videbatur arma habere aurea. Alii etiam apparuerunt duo iuvenes virtute decori, optimi gloria speciosique amictu, qui circumsteterunt eum et ex utraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autem Helioderus concidit in terram eumque multa caligine confusum rapuerunt atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is, qui cum multis cursoribus et satellitibus predictum ingressus est aerarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta cognita Dei virtute. Et ille quidem per divinam virtutem iacebat mutus. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificavit locum suum; et templum, quod paulo ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Deo, gaudio et laetitia impletum. Tum vero ex amicis Heliodori quidam*

XXVII. 3 in *deest L.* deici] eici *C.* 5 quia] qui *B 2.* 6 cinere *C,* cineres *rell.* morte *deest C.* 7 ductor] diactor *L.* Domini *deest B 2.* 8 auferet *B 3.* et *deest C.* 9 tam *deest L.* non] nonc *M.* 10 hi qui circa] qui circa *B 3.* 11 auferendis] offerendis *B 2. 3. M.* 12 exortatores *M.* 13 mortis *deest L.*

XXVIII. 17 Helioderus] Heliodorus *C. B 3 saepius, M semper; ita etiam in casibus obliquis.* eique] sibi etiam *B 2. 3. M.* Hierosolymam] *ita hic et infra C. L,* Hierosolimam *cett.* 18 cessore *M.* 19 caeliqnolis *B 2.* Machabeorum libro] libro Machabeorum *C.* 21 iudicio *L(?).* 25 Elioderus *L.* 26 presens] praesidens *M.* 27 Dei] *ita C, deest cett.* 29 enim] autem *L. M.* cessorem *M.* 30 adornatur *B 2.* priorem *B 2. 3. M.* elisit *B 2. 3. M.* ei *deest L.* 31 etiam] autem *M.* 33 intermissione *deest M.* 35 Et is] Et his *B 2,* E his *M.* 38 timorem *M.* 39 impletum] est *add. M.*

2. Mach. 3, 31—38. *rogabant confestim Onian, ut invocaret altissimum et vitam donaret ei, qui in suppremo spiritu erat constitutus. Considerans autem summus sacerdos, ne forte rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudaeis circa Helioderum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumque summus sacerdos exoraret, idem iuvenes eisdem vestibus amicti, adstantes Heliodero, dixerunt: Oniae sacerdoti gratias age; nam propter eum tibi Dominus vitam donavit. Tu autem ab eo flagellatus nuntia omnibus magnalia Dei et potestatem. Et his dictis non conparuerunt. Helioderus autem hostia Deo oblata et votis magnis promisit ei, qui vivere illi concessit, et Oniae gratias agens recepto exercitu repedabat ad regem. Testabatur autem omnibus ea, quae sub oculis viderat, opera magni Dei. Cum autem rex interrogasset Helioderum: Quis est aptus adhuc semel Hiersolymam mitti?, ait: Si quem habes hostem aut regni tui insidiatorem, mitte illuc et flagellatum eum recipies, si tamen evaserit, eo quod in loco vere sit Dei quaedam virtus. Nam ipse, qui habet in caelis habitationem, visitator et adiutor est loci illius et venientes ad malefaciendum percutit ac perdit.*

(67). XXVIIII. De his itaque, quae erga Helioderum, Domino in suo aerario suam iniuriam suamque dehonorationem ulciscente, gesta sunt, multa posuimus, quoniam ea ad eorum audaciam et pestiferam presumptionem reprimendam, qui loca Deo dicata expoliare non metuunt, valde necessaria previdimus. Quibus scire et summopere discere convenit, quod in locis Deo dicatis vere virtus Dei sit eorumque visitator et adiutor Deus sit et venientes ad malefaciendum percutiat ac perdat.

(68). XXX. Quod vero Deo oblata, quae utique sancta vocantur, ab his, quibus officii non est, auferri, immo contingi fas non sit, verba Iudith loquentis ad Holofernem
Iudith 11, 11. 12. patenter innuunt, quae ita inquid: *Denique hoc ordinant, ut interficiant pecora sua et sanguinem eorum bibant; et sancta domini Dei sui, quae precepit non contingi, in frumento, vino et oleo, haec cogitaverunt inpendere et volunt consumere quae nec manibus debebant contingere. Ergo quoniam haec faciunt, certum est, quod in perditionem dabuntur.* At si forte quispiam quaerat, ex qua auctoritate Iudith haec verba protulerit,
cf. Lev. 22, 2 sqq. 27, 28 sqq. legat diligenter Leviticum et ceteros veteris testamenti libros, in quibus Domino consecrata ab exteris contingi prohibentur, et manifeste inveniet, unde eadem verba sumpserit.

(69). XXXI. Ozias interea rex pro eo, quod officium sacerdotale, quod solummodo ad ius pertinebat sacerdotum, arripere presumpsit ilico lepra multatus est et terrae motus tam inlicitum tamque sacrilegum eius factum subsecutus est; qui etiam usque
cf 2. Paral. 26, 16 sqq. ad diem mortis suae leprosus permansit. Hanc igitur lepram, quam Ozias propter suam temerariam presumptionem et alterius officii inlicitam arreptionem in corpore usque ad diem obitus sui sustinuit, cavere oportet eos, qui ea, quae ad suum ministerium non pertinent, auferre non pertimescunt, ne forte, quod absit, in anima eandem lepram miserabiliter sustineant.

Plura quidem de sanctorum prophetarum dictis et agiographorum libris testimonia huic opusculo subnectenda fuerant, quae evidenter negotium, de quo agitur, multifariae adstruunt. Sed ob prolixitatem vitandam pretermittenda nobis visa sunt; quae tamen

XXVIII. 1 Oniam *M.* 2 autem *deest M.* rex *deest B 3.* 3 consumatam *B 1. 3.* 4 idem] id est *L; intellige:* iidem. 5 Onie *M.* 11 hostem] ostem *M.* aut *deest M.*

XXVIIII. 16 ulciscente] usciscente *B 3,* hulciscente *M.* 18 sumopere *B 3.* 19 Dei *deest M.*

XXX. 25 oleo] et *add. C.* consummare *L.* 26 debeant *L. B 3. M,* debeant *corr. al. man.(?)* debebant *B 2.* 27 ad *M.* 28 et *deest B 2.* 29 contingi prohibentur] contingi in quibus prohibetur *M.*

XXXI. 33 sacrilegium *M.* subsequutus *B 2.* 37 eadem *B 2.* 39 aiographorum *L,* aggiographorum *B 2.* 40 negotio *L. B 2. 3. M.* 41 adstruunt] astipulantur *B 2. 3. M.* ob] ad *L.*

de veteri testamento, brevitati studendo, posuimus, sufficientia vestrae magnitudini fore suppliciter flagitamus. Sed quia iuxta apostolum ea, quae carnali populo in figura cf. 1. Cor. 10, 10. 11. contingebant, et scripta sunt propter correctionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt, nos, qui iam per Christi gratiam spiritales effecti sumus, debemus ea spiritali ratione discutere et, qualiter templum illud Iudaicum typum gesserit ecclesiae catholicae et conditor illius Salomon, qui interpretatur pacificus, personam redemptoris nostri Christi, veri et summi regis pacifici, designaverit, in sequenti opusculo ex sanctorum patrum eloquiis demonstrare.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

In fine precedentis libelli nos promisisse meminimus, quod in huius exordio templum Domini, quod a Salomone aedificatum et Domino dedicatum est, figura fuerit catholicae ecclesiae per universum orbem diffusae et conditor illius Salomon rex personam gesserit Christi, prout Deus posse dedisset, ex sanctorum patrum oraculis breviter ostenderemus, quod quidem nos, Domino favente, adimplere conamur. Salva quippe super hac re ceterorum sanctorum et eximiorum patrum expositione, quorum dicta in subsequentibus ponenda sunt, quid venerabilis et modernis temporibus doctor admirabilis Beda presbiter de saepe memorato templo in expositione evangelii Iohannis sentiat videamus.

(70). I. Ait enim inter cetera: Salomon [1] rex, qui interpretatur pacificus, ipsum redemptorem nostrum typice designat. De quo Esaias ait: *Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis.* Is. 9, 7. Templum, quod aedificavit, catholica eius ecclesia est, quam de universis per orbem credentibus, quasi de vivis lapidibus, in unam suae fidei et caritatis compagem adgregat. Haec idem Beda dixerit.

(71). II. Ceterum sciendum est, quod rex noster pacificus Christus, qui per crucem passionis suae pacificavit omnia, quae in caelis et quae in terris sunt, et qui est cf. Ephes. 2, 14. vera pax nostra, faciens utraque unum, eandem ecclesiam suam per septem annos, id est per septem dies, quibus omne saeculum evolvitur, in hac mortalitate aedificat; quam octavo anno, id est resurrectionis tempore, dedicaturus est, quando scilicet mortale nostrum induerit inmortalitatem et corruptibile hoc induerit incorruptionem, quando electis suis dicturus est: *Venite, benedicti patris mei; percipite regnum, quod vobis* Matth. 25, 34—36. *paratum est ab origine mundi, quia esurivi et dedistis mihi manducare; sitivi et dedists mihi bibere; hospes eram et collegistis me; nudus et operuistis me; infirmus et in carcere et venistis ad me.* Hanc pro certo benedictionem audituri sunt qui in membris Christi sua largiti sunt Christo. Quid rogo putas audituri sunt hi, qui aliorum largita et ad honorem ecclesiae decoremque et ad usus ministrorum Christi pauperumque receptionem ac recreationem conlata auferre non erubescunt? Quia ergo valde terri-

XXXI. 1 veteris *B 2.* sufficientia — flagitamus] vestrae sapientiae sufficientia fore credimus (credidimus *M*) *B 2. 3. M.* 3 correptionem *B 2.* 5 templum illud] illud templum *C.* 6 redemtoris *M.* 7 ex] et *M.*

10 Tercius *C.* 11 finem *M.* exhordio *B 2; sensus in codd. C. B 1. L hiat, cum* quod *vel simile excidisse appareat.* 14 dedisse *M.* 15 ostenderemus] ostensuros *B 2. 3,* ostensurus *M.* 18 mememorato *B 3.*

I. 20 I. *deest B 2. 3. M.* Salomon] II. Salomon *B 2. 3. M.* 21 Esaias] *ita C,* Isaias *cett.* 23 in *deest B 1. L.* conpagem *B 2. 3. M.*

II. 25 Christus *deest B 3.* 36 usum *B 2.* 37 erubescant *M.*

1) *Hunc locum Bedae non inveni; sed cf. Beda, In cantica canticorum allegorica expositio II c. 1; Migne, Patrol. lat. XCI, 1089.*

bile est quod audituri sunt, caveant, dum sibi vivere conceditur, ne pro tam felici benedictione percipiant maledictionem et illam aeternam confusionem, de qua David Ps. 30, 1. propheta se liberandum Dominum precabatur dicens: *In te, Domine, speravi; non confundar in aeternum* et cetera.

(72). III. Confusiones namque duas esse legimus[1], unam temporalem, per quam omnis peccator paenitendo et lugendo Domino peccasse confunditur, alteram aeternalem Matth. 25, 41. et sine fine mansuram, quam hi, qui a sinistris erunt, audituri sunt, quibus dicetur: *Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo et angelis eius.* Qui hanc maledictionem et aeternam confusionem non pertimescit, nimii ferrei pectoris existit. Quamobrem filiis ecclesiae vigilanter satagendum est, ut eandem benedictionem a Christo audire et ab amicis, id est pauperibus Christi, in aeterna tabernacula recipi et aeternae beatitudinis felicitate valeant sine fine perfrui.

(73). IIII. Qualiter porro ecclesia Christi ab exordio nativitatis suae coeperit crescere, dilatari ac propagari et fidelium oblationibus munerari, in ipso capite nostro Christo intueamur.

(74). V. Idem namque caput nostrum dominus ac redemptor noster Iesus Christus, qui, cum sit caeli et terrae creator omniumque bonorum largitor, oblationes tamen fidelium suscepisse non ambigitur, unde erant nummi, quos miser Iudas et non miserabilis furabatur; et idcirco non qualiscumque fur, sed fur sacrilegus dicitur, qui adeo nummos avare dilexit, ut pro nummis Dominum et magistrum suum proderet. De quo beatus Augustinus in homelia quadragesima octava evangelii Iohannis ita dicit: Ecce[2] cf. Ioh. 12, 6. inter sanctos est Iudas. Ecce fur est Iudas et, ne contempnas, fur sacrilegus, non qualiscumque fur, fur loculorum, sed dominicorum, loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualiscumque furti et peculatus — peculatus enim dicitur furtum de re publica — et non sic iudicatur furtum rei privatae quomodo publicae, quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur non undecumque tollere, sed de ecclesia tollere.

(75). VI. Qui aliquid de ecclesia furatur, Iudae perdito conparatur. Nota, quod aliquid de ecclesia tollere, furtum esse beatus Augustinus adseveret et patratorem tanti furti furem sacrilegum appellet necnon et Iudae perdito aequiperet.

(76). VII. Et post pauca: Quare[3], inquit, loculos habuit cui angeli ministraverunt, nisi quia ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Ecce quibus tanti doctoris documentis instruimur, quia quod in capite precessit in corpore eius, quod est ecclesia, videtur impletum. Porro Christum et ecclesiam unam personam esse non nescimus et ideo quae ecclesiae sunt Christi sunt; et quae ecclesiae offeruntur, Christo offeruntur; et quae ab ecclesia eius tolluntur, procul dubio Christo tolluntur. Esto, futurum erat, ut ecclesia Christi

III. 6 et lugendo *desunt C.* Domino] se *add. B 2. 3. M.* 7 a] ad *M.* erant *M.* Ite] Discedite a me *B 2. 3. M.* 9 et *deest B 3. M.* nimii] nimis *B 2. 3, in M verba* nimis — existit *desunt.* ferreei *L.* 12 felicitati *L.*

V. 16 redemtor *B 2.* 20 nummos] numus *M.* 21 Agustinus *hic et infra C. B 1. 2.* omelia *B 2. 3.* 22 est Iudas] et Iudas *B 2.* qualisquumque *M.* 23 sed sacorum] set *(ita saepius)* sanctorum *M.* 24 de] da *L.* 26 undequumque *M.*

VI. 27 Iude *hic et infra B 2. M.* conparatur] non paratur *B 2.* 29 apellet *B 2. 3. M.*

VII. 30 VII.] *ita C.* Quare] VII. Quare *B 1. L. B 2. 3. M.* 31 ipsius] eius *B 2.* habitura] habitatura *B 2.* intruimur *L.*

1) *Cf. Ps.-Beda, Exegesis in psalm. 30; Migne, Patrol. lat. XCIII, 629.* 2) *Augustinus, Tractatus 50 in evang. Iohannis § 10; Opp. III, 2, 632.* 3) *Ib. § 11; l. l. III, 2, 633.*

nummos haberet; si nummos, utique et praedia et mancipia et diversarum specierum innumera ornamenta; et quia inlicitum sit ea, quae conferuntur ecclesiae, auferri, beati Hieronimi scribentis in expositione Matthei evangelistae verba ita testantur:

(77). VIII. Omnes [1], inquit, qui stipe templi et his, quae conferuntur in usus ecclesiae, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum et sacerdotum redimentium mendatium et sanguinem salvatoris. Subtiliter plane sagaciterque pertractanda sunt ac perpendenda verba tanti doctoris et cunctis fidelibus cavendum est, ne in his rebus, quae ecclesiae conlatae sunt, auferendis similes efficiantur Pharisaeis et pseudosacerdotibus mendacium sanguinemque Christi redimentibus.

Scribit etiam idem beatus Hieronimus in expositione evangelii Matthei ita:

(78). VIIII. *Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me* Matth. 26, 12.
fecit. Quod [2] vos putatis perditionem esse unguenti officium sepulturae est. Nec mirum, si mihi bonum odorem fidei suae dederit, cum ego pro ea fusurus sim sanguinem meum. Multi sane sunt hodie, qui Christiano censentur nomine, qui ad instar Iudae dicere solent super his, quae aut Domino consecrata sunt aut consecrantur aut consecrari decernuntur: *Ut* Ib. 26, 8.
quid perditio haec?, putantes perditionem esse quae ecclesiae ministrisque eius ac pauperibus ob amorem Dei sunt commodata. Animadverti namque non inconvenienter potest, quod, sicut unguentum Mariae Christus ad officium suae suscepit sepulturae, ita nimirum vota fidelium suscipiat ad officium sanctae suae ecclesiae *.

*) *B 2 haec addit, quae B 3 in fine codicis (fol. 102) exhibet:* Origines quoque in omelia undecima Levitici libri de eo, quod dicitur in praedicto libro: *Sancti estote, quia ego sanctus* Lev. 19, 2.
sum, dicit Dominus, tractans inter cetera ita scribit: Salomon [3] quoque in proverbiis dicit: Laqueus est viro fortis cito aliquid de suis sanctificare. Postea enim quam cf. Prov. 20, 25.
voverit, evenit poenitere et hoc est utique, quod dicit, ne qui forte, cum fructus ex area aut vinum ex torcularibus colligit, et dixerit: Volo tantum offerre ecclesiae vel in usu pauperum aut peregrinorum tantum praebere, si postea ex comodo, quem vovit, aliquid ad usus proprios praesumat, iam non de suis fructibus praesumpsit, sed sancta Dei violavit. Et ideo laqueus fortis est sanctificare aliquid, hoc est vovere Deo et postmodum poenitentia ductum ad usus proprios ea, que consecraverat, revocare. Sed et si nos ipsos consecramus et offerimus Deo aut etiam, si alios vovemus, observemus hunc laqueum, ne forte, posteaquam nos vovimus Deo, iterum humanis usibus vel actibus subiugemur. Quibus verbis patet profecto, quod, si ei, qui sua vovit Deo, non licet iterum suis ea usibus retorquere, multo minus alicui licet ea, quae ab aliis Deo oblata et sanctificata sunt, pro suo libitu diripere. Quodsi etiam ille, qui vovit, postmodum poenitentia ductus suae reflectit sanctificata cupiditati iamque non suorum fructuum praesumptor, sed sanctorum Dei violator appellatur, multo magis alienarum rerum praesumptor violator et sacrilegus vocatur. *In M haec omnia (l. 20—37) desunt.*

VII. 3 Matthei] *ita C. B 3,* Mathei *B 1. L. M,* Mathaei *B 2 (hic et infra).*

VIII. 4 quae] qui *M.* 6 mentatium *hic et infra M.* 7 in *deest M.* 8 efficiatur *B 2.* Phariseis *B 1. M.* phseudosacerdotibus *B 1.* 10 Scribit] VIIII. Scribit *B 2. 3. M.*

VIIII. 11 unguentum hoc] hoc unguentum *B 1. L. B 2. 3.* unguentum *M (hic et infra).* hoc *deest M.* 12 ungenti *B 2. 3. M.* 13 sane sunt] sunt sane *M.* 14 Iude *M.* 16 ac] hac *M.* 18 ungentum *B 3.*

23 forti *e corr. B 3.* 26 ex comodo] *ita B 2,* ex qomodo *e corr. B 3,* ex his quae *Orig., nisi cum P. de Winterfeld b. m. ita legendum est:* ex commodo [eius fuerit auferre ex his], quae vovit. 28 volavit *B 2.*

1) *Hieronymus, Comment. in Matthaeum; Opp. VII, 242.* 2) *Ibid.; l. l. VII, 213.*
3) *Origenes, In Levitici cap. 20 homilia 11; Opp. ed. Basileae 1523, I, 181.*

cf. Marc. 12, 41 sqq. (79). X. Legimus itaque secundum Marcum dominum Iesum Christum contra gazophilatium sedisse et, quomodo turba iactaret aes in gazophilatium, aspexisse et viduam duos nummos in gazophilatium mittentem ideo laudasse, eo quod omnes ex eo, quod illis abundabat, miserunt, illa autem de penuria sua miserit totum victum suum. Quid gazophilatium sit, Beda exponente didicimus; scribit enim in expositione evangelii eiusdem Marci ita: Quia[1] sermone Greco filaxe servare dicitur et gaza lingua Persica divitiae vocantur, gazophilatium locus appellari solet, quo divitiae servantur, quo nomine et arcam, in qua donaria populi congregabantur ad usus templi necessarios, et porticus, in quibus servabantur, Ioh. 8, 20. appellabant. Habes etiam exemplum de porticibus in evangelio. *Haec,* inquit, *verba locutus* 4. Reg. 12, 9. *est Iesus in gazophilatio docens in templo.* Habes de arca in libro Regum: *Et tulit Ioiada pontifex gazophilatium unum aperuitque foramen desuper et posuit iuxta altare ingredientibus domum Domini, mittebantque in eo sacerdotes, qui custodiebant hostia, omnem pecuniam, quae deferebatur in templum Domini.* Haec de gazophilatio Beda dixerit.

Ceterum superius diximus[2] dominum nostrum Iesum Christum nummos habuisse suamque ecclesiam suo exemplo nummos habituram et unguentum Mariae, quae typum gestavit ecclesiae, hic autem vota offerentium respexisse et viduam duo minuta, id est omnia, quae habebat, in gazophilatium mittentem laudasse.

(80). XI. Respectio namque Domini in gazophilatium et, quo animo quis quid mitteret, ineffabilis discretio, ut nobis videtur, significabat iam ecclesiam suam, quae est corpus eius, a fidelibus multiplices oblationes accepturam. Et si tunc respiciendo vota offerentium certo examine discrevit atque adprobavit, dubitandum non est, quin factum ea de ecclesia sua auferre volentium vituperet.

(81). XII. Quod Dominus et redemptor noster violationem ac dehonorationem templi sui fieri nullatenus patitur, monstrat factum eius valde admirabile, eo quod Matth. 21, 13. flagello adhibito vendentes et ementes eiecerat de templo, ita dicens: *Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis eam speluncam latronum.*

(82). XIII. Haec illum iuxta historiam fecisse non ambigimus. Sed super hac re, ut oportet, expositionem beati Hieronimi legamus et expositionem, quam describit, pariter expavescamus et Domino adiuvante caveamus. Cotidie[3], inquit, Iesus ingreditur templum patris et eicit omnes tam episcopos et presbiteros et diaconos quam laicos et universam turbam de ecclesia sua et unius criminis habet vendentes pariter et ementes. Item idem in

X. 1 gazophilatium] *ita C saepius,* gazofilacium, gazofilatium *(ita etiam in casibus obliquis) rell.* 2 iactarent *M.* 3 omnes — eo *desunt M.* 4 habundabat *L.* poenuria *B 2. 3. M.* Quid] ergo *add. L.* 5 Baeda *B 1. 3.* evangelii *deest C.* 6 Graeco *B 1. 3.* dicetur *M.* 7 quod *B 2.* archam *M.* 9 porticus *B 3. M.* 10 gazophilatium *M.* archa *M.* librum *M.* 11 posuit] illud *add. B 2. M.* 12 hostia] ostia *M.* 13 Baeda *B 1. 3.* 14 Ceterum] Nam *B 2. 3. M.* 15 ungentum *B 3. M.*

XI. 18 Respecio *e corr. M.* quis quid] quis *B 2,* quisquis *M.* 19 mitteret] dimitteret *B 2.* 20 a] ac *L.* accepturum *M.* respicienda *B 2.* 21 quin] eorum *add. B 2. 3. M.* 22 auferre] offerre *L. B 2. 3. M.* vituperet] ac damnet (dampnet *B 3*) *add. B 2. 3,* ac damnaret *add. M.*

XII. 23 Quod] autem *add. B 2. 3. M.* redemtor *M.* 24 patiatur *L. B 2. 3. M.* 25 flagello] fagello *M.* eiecerit *B 2. 3. M.*

XIII. 27 istoriam *M.* 28 expositionem — legamus] quid beatus Hieronimus sentiat vigilanter attendamus *B 2. 3. M.* 29 et] a *add. M.* Cotidie] *ita C,* quotidie *B 1. 2. 3. M,* quottidie *L.* Iesus] Dominus *B 2. 3. M.* 30 eiecit *L.*

1) *Beda, Expositio in evang. Marci c. 12; Migne, Patrol. lat. XCII, 257.* 2) *Cf. supra lib. III cc. 5. 9. 10 (74. 78. 79); p. 760 sqq.* 3) *Hieronymus, Comment. in Matthaeum; Opp. VII, 262.*

eodem post pauca: Non[1] sit in domo pectoris nostri negotiatio, non vendentium ementiumque commercia, non donorum cupiditas, ne ingrediatur Iesus iratus et rigidus et non aliter mundet templum suum nisi flagello adhibito, ut de spelunca latronum et domo negotiationis domum faciat cf. Matth. 21, 13. orationis. Terribilia valde sunt quae a tanto doctore dicuntur; et idcirco omnibus ordinibus in religione Christiana consistentibus precavendum est, ne quippiam inlicitum in templo Dei agendo a Iesu irato foras eiciamur et templum suum, quod propter avaritiam nostram factum est spelunca latronum, faciat orationis domum. cf. ib.

(83). XIIII. Quoniam, licet ecclesia Christi propter multa peccata diversis temporibus diversisque modis a multis saepe sit expugnata, quae gratulabunda canit: *Saepe* Ps. 128, 2. *expugnaverunt me a iuventute mea; etenim non potuerunt mihi,* hanc tamen, qui eam suo pretioso sanguine redemit, numquam deserturus est, ita ei pollicens: *Ecce* inquid, *ego* Matth. 28, 20. *vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.*

(84). XV. Scribit etiam idem beatus Hieronimus in expositione Sophoniae prophetae: *Vae provocatrix et redempta civitas, columba. Non audivit vocem et non excepit* Sophon. 3, 1—3. *disciplinam. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes; iudices eius, lupi vespere, non relinquunt in mane.* Inlustris[2] et redempta civitas iuxta superiora perspicue ecclesia intellegitur, quae vocatur columba propter simplicitatem multitudinis in ea credentium. Haec non audivit vocem Domini neque suscipere voluit disciplinam; haec confusa est, quia noluit adpropinquare domino Deo suo. Frustra enim quis vocem domini Dei sui audire se dicit et confidere in Domino, quando operibus fidem destruit. Huius principes sicut leones rugientes. Non ambigimus de rugitu leonum, quando viderimus principes eius ita in subiectos populos detonare et voce tyrannica rabidisque convitiis plebem conterere, ut non pastorem inter gregem, sed leonem inter oviculas putes. Iudices quoque eius quasi lupi rabidi, occidentes et vespere, non aspicientes ad ortum solis, sed morantes semper in tenebris possessiunculas ecclesiae et ea, quae in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum, ut non habeant pauperes quod mane comedant, et quasi in nocte et nullo vidente populantur et, cum luporum more cuncta rapiant, nec parvos quidem cibos indigentibus derelinquunt.

(85). XVI. Item idem in eodem propheta: *Ut quid mihi thus de Saba affertis et* Ierem. 6, 20. *calamum suaveolentem de terra longinqua? Holocaustomata autem vestra non sunt accepta et victimae vestrae non placuerunt mihi.* Hoc[3] autem proprie convenit his, qui de rapinis et nudatione miserorum offerunt sacrificia et aelemosynis ex iniquitate se putant redimere peccata, dicente scriptura: *Redemptio viri propriae divitiae,* quae non de iniquitate, sed de labore et Prov. 13, 8. iustitia congregantur. Item idem in Hieremia propheta: *Haec dicit Dominus: Iudicate* Ierem. 21, 12. *mane iudicium et eruite vi obpressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea et succendatur et non sit qui extinguat.* Propriae[4] autem sermo fit ad

XIII. 2 cormertia *L.* donarum *M.* 3 speloncа *hic et infra M.*

XIIII. 8 temporibus diversisque *desunt M.* 9 expuncnata *M.* 10 expunnaverunt *M.*

XV. 13 etiam *deest M.* Sophine *M.* 14 excoepit *B 2,* excaepit *B 3.* 15 eius quasi] quasi *M.* 20 fidem *deest B 3. M.* Huius] operibus *add. M.* 21 in *deest B 2. M.* 22 tiranica *M.* 23 oviculas] vocabulas *M.* rapidi *M.* et] e *B 3, deest B 2.* 24 tenebris] et *add. B 2.* 26 commedant *L,* quomedant *B 2.* vidente] omnia *add. B 2.* 27 nec] ne *B 2.* derelinquant *C. B 1.*

XVI. 28 XVI. *om. B 2. 3. M.* Ut] XVI. Ut *B 2. 3. M.* Sabba *L.* 33 idem *deest B 2.* Hieremia propheta] Hieremiae prophetae *L,* Ieremia propheta *M.* 35 autem *deest M.*

1) *Hieronymus, Comment. in Matthaeum; Opp. VII, 263.* 2) *Idem, Comment. in Sophoniam; Opp. VI, 717.* 3) *Hieronymus, Comment. in Ieremiam; l. l. IV, 888.* 4) *Ib.; l. l. IV, 895.*

domum regiam, ut emendet errorem paenitudine, ut clementiam Domini consequatur. Iudicate, inquid, mane iudicium, [non in tenebris iniquitatis, sed in luce iustitiae et eruite vi obpressum de manu calumniatoris, ut non accipiatis personam in iudicio, sed, divitibus pauperes obprimentibus, magis apud vos Dei imperium valeat quam potentia persequentis. Et si, inquid, hoc feceritis, nequaquam succendatur in vobis ignis furoris mei nec inveniet materiam, quam consumat.

Is. 3, 14. 15. (86). XVII. Item in Esaia propheta: *Vos enim depasti estis vineam meam; rapina pauperis in domo vestra. Quare adteritis populum meum?* **Manifeste[1] ad principes dicitur Iudaeorum. Sed et ad nostros principes referri potest, qui adterunt subiectam sibi plebem; et rapina pauperum in domibus eorum est, quando replent thesauros suos et ecclesiae opibus abutuntur in delicias publicas et stipes, quae ad sustentationem pauperum datae sunt, vel sibi reservant vel filiis suis distribuunt.** Cum ergo multa eximiorum doctorum nostrorum exempla proferri potuissent, propter taedium tamen legentium pauca prolata atque congesta sunt.

(87). XVIII. Quod autem dominus Iesus Christus templum Hierosolimitanum statutis temporibus adierit ibique docuerit, signa multa fecerit illudque venerandum atque honorandum docuerit, sacra testantur evangelia. Qui factis dictisque suis atque exemplis manifeste demonstravit ecclesiam suam — quae utique templum illius existit; 1. Cor. 3, 17. unde ait apostolus: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos* — a fidelibus suis fore sanctae religionis voto frequentandam ac venerandam et nihil in ea vel de ea, nisi quod ad cultum honoremque eius pertinet, agendum.

(88). XVIIII. Quomodo igitur ecclesia Christi post eius passionem, resurrectionem et ad caelos ascensionem et Spiritus sancti super apostolos missionem paulatim creverit et per apostolos roborata et propagata atque fidelium oblationibus ditata et exornata fuerit, et actus eorundem apostolorum et eorum gesta, quae unusquisque in provintiis ad predicandum a Christo sibi commissis gessit, plenissime astipulantur.

(89). XX. Sed quia in precedentibus de hac re satis dictum est, superest nunc, ut de actibus eorundem apostolorum pauca succincte commemoremus. Petrus vero ait Act. 2, 38. ad illos: *Paenitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Christi in remissionem peccatorum vestrorum et accipietis donum Spiritus sancti.* Et post pauca: Ib. 2, 41—47. *Qui ergo receperunt sermones eius baptizati sunt; et adpositae sunt in illa die animae circiter tria milia. Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus. Fiebat autem omni animae timor; multa quoque prodigia et signa per apostolos fiebant in Hierusalem et metus erat magnus in universis. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter et habebant omnia communia. Possessiones et substantias vendebant et dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Cotidie quoque perdurantes unanimiter in templo et frangentes circa domos panem sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis, conlaudantes Deum et habentes gratiam ad omnem*

XVII. 7 XVII. *om. B 1.* Isaia *e corr. B 2.* Vos] XVII. Vos *B 1.* 9 Iudeorum *M.* 10 et *deest M.*

XVIII. 15 Hierosolymitanum] *ita C,* Hierosolimitanum *cett.* 19 a] ac *L.* 20 voto frequentandam] votandam *M.*

XVIIII. 22 igitur] agitur *L.* 24 oblationibus ditata] oblationis dicta *M.*

XX. 27 XX.] *ita C.* precedentibus] predentibus *C.* hac] ac *M.* 28 succinte *L. B 3.* 33 fractione *M.* omnia *B 2.* 34 et signa] e signa *M.* erat magnus] magnus erat *B 2.* 36 vendebant et] vendentes *M.* illas *L.* Cotidie] *ita C,* quotidie *cett.* (*hic et infra*).

1) *Hieronymus, Comment. in Isaiam; Opp. IV, 59.*

plebem. Dominus autem augebat qui salvi fierent quotidie in ipsum. Et post pauca: [Act. 2, 47.] *Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una. Nec quisquam eorum, quae* [Ib. 4, 32-37.] *possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri; et gratia magna erat in omnibus illis; neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant inter illos afferebant praetia eorum, quae vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Ioseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis — quod est interpretatum filius consolationis — Levites Ciprius genere, cum haberet agrum, vendidit illum et adtulit praetium et posuit ante pedes apostolorum.* Ecce habes, quomodo per predicationem beati Petri post apostolos ecclesia in Christum coepit credere et crescere ac multiplicari.

(90). XXI. Ecce etiam habes initium et originem in Deo offerendis rebus et indubitanter crede, quod in primordio nascentis ecclesiae coepit eadem ecclesia vota fidelium suscipere. Quorum exemplo laudandi sunt votorum ac donorum suorum ultronei oblatores. Facto vero Ananiae Saphyraeque deterrendi sunt hi, qui aut suorum aut certe [cf. Act. 5, 1 sqq.] aliorum votorum existunt ablatores vel defraudatores. Ipse quoque Ananias cum Saphyra uxore sua agrum proprium vendidit, ut eius pretium, sicut et ceteri fideles faciebant, ante pedes apostolorum poneret; sed quia de eodem pretio, conscia eadem uxore sua, quiddam dedit, quiddam vero retinendo occuluit, uterque apostolica auctoritate perculsus est. Pro qua re, sicut in eisdem actibus apostolorum legitur, *factus est* [Ib. 5, 11.] *timor magnus in universa ecclesia et in omnibus, qui audierunt haec.* Si enim de propriis suis rebus, quas ad integrum Deo voverant, pro eo quod inde aliquid abstraxerunt vel defraudati sunt, tam horribili morte multati sunt, quid putandum est de his, qui ea, quae alii obtulerunt Deo, auferre presumunt? Hi procul dubio secundum verba beati Petri apostoli non hominibus, sed Deo mentiri convincuntur. [cf. Ib. 5, 4.]

(91). XXII. Herodes porro parricida et sceleratissimus rex, de quo et in eisdem actibus apostolorum legitur et plenius in libro Egesyppi[1] invenitur, quo regnante natus [cf. Act. 12, 1 sqq.] est Christus, cuius etiam saevissimus ingentem parvulorum catervam pro Christo trucidavit gladius, [cf. Matth. 2, 16.] quia quosdam sacerdotes necavit eorumque ministerium sibi surripuit et quia quae Deo oblata erant, sicut in eodem Egesyppi libro legitur, in suos usus convertit, ut cetera eius mala omittamus, pro tam temerario et, ut ita dixerim, crudeli facto creditur, quod meruerit, et ab angelo percuti et a vermibus depasci et infelicem miseramque vitam digna morte finire.

(92). XXIII. Qualiter denique ecclesia Christi per successores apostolorum, pastores videlicet eiusdem ecclesiae, sub orthodoxis imperatoribus et, ut de multis unum po-

XX. 1 cotidie *L.* 2 unum *deest B 1. L. B 2. 3. M.* Nec] Ne *M.* 3 possidebant *B 2.* 4 Iesu — nostri] domini nostri Iesu Christi *B 2.* 5 quisquam] quis *L.* 7 Dividebantur *C. M.* 8 est Barnabas] Barnabas *M.* 9 Laevites *B 3.* adtulit] tulit *M.* 10 Ecce] XX. *praemittunt B 1. L. B 2. 3. M.* per — post] *ita codd.*, post — per *proponit M. Krammer.* 11 post apostolos] et apostolorum *edd.*

XXI. 12 XXI.] *ita C.* 15 Facta *e corr. M.* Ananiae Saphyraeque] *ita B 2. 3,* Ananiae Saphireque *M,* Ananiae Saphirae *C,* Ananiae Saphyrae *B 1. L.* 16 oblatores *M.* defrudatores *B 2. 3.* Ispse] XXI. Ipse *B 1. L. B 2. 3. M.* Saphira *M.* 17 uxore] coniuge *L. B 2. 3. M.* et *deest M.* fideles faciebant] faciebant fideles *L.* 18 pretio *deest M.* 19 occuluit] occultavit *L.* 23 defrudati *B 3.* est *deest M.* 24 obtulerunt Deo] Deo obtulerunt (optulerunt *B 3. M.*) *L. B 2. 3. M.* 25 convincunt *C.*

XXII. 27 Egesippi *hic et infra L. B 2. 3. M.* 28 pro Christo *desunt B 3. M.* trutidavit *M.*
XXIII. 35 orthodoxis] hortodoxis *L. B 2.*

1) *Cf. Hegesippus, De bello Iudaico II c. 1 edd. Weber et Caesar p. 119. Ionas Herodem Magnum et Herodem Agrippam I., eius nepotem, confundit; cf. Riehm, 'Handwörterbuch des biblischen Altertums' ed. 2. I, 615. 618.*

namus, Constantino necnon regibus aliis ac principibus ceterisque fidelibus sua vota Deo offerentibus eamque ecclesiam diversis donariis incrementantibus atque ad alta sublimantibus excreverit, hic enumerare. et prolixum est et laboriosum et huic opusculo incapabile. Gesta tamen singulorum manifestant eorum studium et imperatorum ac regum principumque erga cultum divinum amplificandum et ceterorum Christianorum ferventissimam devotionem, qualiter memoratam ecclesiam usque in presens tempus honorando exaltaverint et exaltando honoraverint atque multifariis donariis divitem effecerint.

(93). XXIIII. Multa siquidem sanctorum patrum, qui non solum Latinae, verum etiam Grece scripserunt, documenta proferri poterant, quae ob prolixitatem vitandam omittuntur, qui res Deo dicatas atque sacratas nullatenus inpune auferri posse testantur.

(94). XXV. Sacri quoque canones toto orbe venerandi et sancto Spiritu inspirante digesti, immo calamum sanctorum patrum, qui eos de ordine et statu sanctae Dei ecclesiae conscripserunt, regente, cum in multis locis auferendarum rerum ecclesiasticarum temerariam inhibeant presumptionem et tantae rei temeratores per eam, quae a Christo illis conlata est, percellant potestatem, libet de multis brevitatis gratia duo huic subnectere opusculo, et non solum haec duo, verum etiam unum illorum ad eorum audaciam, qui haec, quae praemissa sunt, fecerunt aut faciunt aut facere presumunt vel facientibus inpunitatem promittunt, reprimendam satis abundeque sufficere potest.

(95). XXVI. Quorum alterum sub duobus capitulis, videlicet septimo et octavo in concilio Gangrensi, ita legitur: Si[1] quis oblationes ecclesiae extra ecclesiam accipere vel dare voluerit preter conscientiam episcopi vel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit; item: Si[2] quis dederit vel acceperit oblata preter episcopum vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit, anathema sit. Alterum etiam in decretis Simmachi papae, quod, licet quibusdam aliter videatur, negotio tamen, de quo agitur, et ecclesiasticae et canonicae evidenter astipulatur, quod ita se habet: Iniquum[3] est enim et sacrilegii instar, ut quae vel pro salute vel requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiae pauperum causa contulerit aut certe reliquerit, ab his, a quibus maxime servari convenerat, auferri et in aliud transferri. Arbitramur interea, quod his, de quibus et contra quos agitur, haec, quae paucis congesta sunt, possint sufficere. Quod si haec parva eis non sufficiunt, neque si maiora, quae utique uberiori et prolixiori opere indigent et perfacile in divinis oraculis inveniri possunt, eis sufficient.

(96). XXVII. Te quoque, nobilissime et gloriosissime totoque orbe famosissime, optime rex, humiles ac fidelissimi oratores vestri vestraeque salutis amatores certissimi ac

XXIII. 3 excreverint *codd.* enumerari *B 2. 3. M.* 4 et] ac *L.* 5 Chrystianorum *B 1.*

XXIIII. 9 Latinae] *ita C,* Latine *rell.* 10 Graece *B 3.*

XXV. 15 praesumtionem *B 2. M.* quae a] qui ea *C,* qua ea *B 1.* 17 haec] aec *B 2.* 18 praemissa] promissa *C.* presummunt *L.*

XXVI. 22 Grangrensi *C. B 1,* Grangensi *L,* Gungrensi *M.* oblatio *M.* 23 preter *deest M.* cui] cuius *C.* 25 dispensandum *B 1.* 26 accepit *C. B 1.* etiam *deest M.* Simachi *B 2. 3.* papae] ita habetur *add. B 2. 3,* habetur *add. M.* 27 ecclesiastice et canonice *codd. praeter C.* 30 convenerat auferri *desunt M.* 33 prolixori *C.*

XXVII. 35 totoque] toto *L.* 36 certissimi ac] certissimi *M.*

1) *Concil. Gangrense c. 7; Mansi II, 1107.* 2) *Ibid. c. 8; l. l.* 3) *Symmachi concil. Romanum 502 c. 3; Mansi VIII, 267.*

devotissimi suppliciter exoramus et flexis poplitibus vestram excellentiam flagitamus, ut hoc opusculum, quod propter amorem communis redemptoris nostri Iesu Christi vestraeque animae salvationem et regni vobis commissi tuitionem atque in longinquum felicem eius protelationem vestrorumque hostium superationem digessimus, vestrae celsitudinis obtutibus sit gratum atque acceptum vobisque prolique ac populo vobis subiecto, Domino opem ferente, profuturum; quod non ex caenoso fonte iactantiae vel cuiuslibet presumptionis elatione emanasse, sed potius ex verissime sincerissimeque fidei integritate et sacerdotalis curam animae vestrae inconparabiliter gerentis auctoritate constat collectum atque conscriptum esse. Monemusque salubriter magnitudinem culminis vestri, ut haec perpendatis, qualiter progenitores vestri et ditando atque exaltando sanctam Dei ecclesiam regnum hoc longe lateque dilataverint gloriosumque ac cunctis in circuitu nationibus terribile atque, Domino se protegente, insuperabile fecerint. Quapropter fideliter et humiliter vestram hortando persuademus et persuadendo hortamur a Deo sublimatam potestatem, ut qui ecclesias Christi dehonoraverunt et humiliaverunt rebusque propriis expoliaverunt, nullatenus imitatores, sed magis progenitorum vestrorum, qui eam ditatam atque exaltatam et diversis muneribus exornatam ad vos transmiserunt, existatis sectatores, ut iure cum illis et cum ceteris fidelibus Deo sincere ac devote sua offerentibus salvari et heredes perpetuae felicitatis mereamini effici. Sancta et individua trinitas te, bone rex, ad profectum et exaltationem atque defensionem sanctae suae ecclesiae per inmensum conservet et post huius vitae lacrimabilem convallem sanctorum regum consortem efficiat. Amen[1].

XXVII. 2 amorem] honorem *B 2. 3. M.* redemtoris *M.* 4 superationem] superandorum *C. L,* superatorum *(corr. e* superationem*) B 1.* 5 obtutibus] *ita C. B 2,* optutibus *cett.* prolique] prolixe *B 3. M.* 7 emanasse] amanasse *L.* 9 constat *deest C. B 1. L.* 10 et] a *M.* 11 glosiosumque *L.* 12 ac] a *C. B 1. L. M.* atque] quoque *M.* 14 ut] eorum *add. B 2. 3. M.* dehonoraverunt] honoraverunt *M.* 16 atque] et *L. B 2. 3. M.* 19 profectum] perfectum *L.* 21 vitae *deest B 3. M.*

1) *Episcopi non frustra petiverunt. Annales enim Bertiniani post verba supra p. 704 laudata ita pergunt de Pippino:* Qui tantorum patrum assensus consilio cuncta restituit ac singulis aecclesiis eisdem rescriptionibus anulo suo roboratis proprie designavit. *Similia leguntur in vita Hludowici c. 56 (MG. SS. II, 642):* Ob quam rem imperialis auctoritas et commonitorium communis ordinatur concilii, quibus commoneretur Pippinus et sui, cum quanto sui periculo res ecclesiasticas pervaserint *(de hoc loco cf. Simson, l. l. II, 151 ann. 4, ubi vitae scriptor concilium anni 836. cum placito Attiniacensi anni 834. confudisse putatur; v. praeterea l. l. II, 120 sqq. cum annotationibus. Mühlbacher[2] n. 931 g).* Quae res prosperum suscepit exitum. Nam Pippinus monita pii patris sanctorumque virorum libenter suscipiens oboedienter paruit et omnia invasa restitui etiam per anuli sui inpressionem constituit, *id quod ex duobus Pippini diplomatibus Gemmetico monasterio ('Jumièges') d. d. 837 April. 23. (Bouquet VI, 675) et Andecavensi episcopatui ('Angers') d. d. 837 Dec. 25 (Champollion-Figeac, 'Documents historiques inédits III, 425) ab ipso Pippino concessis apparet; cf. R. Giard, 'Bibliothèque de l'école des chartes' LXII (1901), p. 522 n. 24, p. 523 n. 26.*

57. CONCILIUM CARISIACENSE.

838. mense Septembri.

Anno 835. aut brevi spatio interiecto, postquam Agobardus, archiepiscopus Lugdunensis et Hlotharii eiusque fratrum seditiosorum assectator, a sede sua pulsus est (cf. Vita Hludowici c. 54; MG. SS. II, 640), ecclesiae Lugdunensis cura Amalario Mettensi commissa erat. Qui sicut antea in Mettensi dioecesi liturgiam ecclesiasticam reformare studuerat, ita id ipsum in Lugdunensi quoque provincia exsequi conatus est, quamquam nullos pene adiutores habebat, omnibus clericis Agobardi reditum desiderantibus. Inter eos praecipuus Amalarii adversarius exstitit Florus diaconus Lugdunensis, qui non solum libro, qui inscribitur invectio canonica Martini papae in Amalarium officiographum *(ed. R. Mönchemeier, 'Amalar von Metz' p. 235 sqq.; 'Kirchengeschichtliche Studien, herausgeg. von Knöpfler, Schrörs, Sdralek I, Heft 3 und 4, Münster i. W.' 1893), contra illum declamabat, sed etiam Agobardum exulem cohortatus videtur esse, ut Hludowicum imperatorem de restitutione sua et de Amalarii depositione adiret. Hanc materiam Hludowicus synodo tractandam dedit, quae anno 838. mense Septembri una cum conventu generali ad Carisiacum palatium congregata est (cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, 181. Mühlbacher² n. 982a).*

In quo concilio[1] quid gestum sit, ex Flori libellis apparet. Primum locum obtinet epistola, qua Drogoni Mettensi, Heti Treverensi, Aldrico Cenomannensi, Alberico Lingonensi episcopis Rabanoque abbati Fuldensi de rebus ecclesiae Lugdunensis scribit Amalariumque haereseos accusat. Sequitur Flori oratio in ipso sacerdotum conventu habita. Relatio de concilio, quae opusculum de causa fidei *inscribitur, agmen claudit.*

**A. FLORI EPISTOLA.*

Legitur in codice Parisiensi latino 13371 (antea Harlaeano) saec. X. fol. 22—33'.

Edd.: Martène et Durand, Veterum scriptorum et monumentorum collectio IX (Paris. 1733), p. 641 ex codicibus Harlaeano et Pelteriano nunc deperdito. Mansi, Suppl. I, 867. Hartzheim II, 67. Mansi XIV, 663. Migne, Patrol. lat. CXIX, 71. MG. Epp. V, 267. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 491.

B. FLORI DIACONI ORATIO IN CONCILIO CARISIACENSI HABITA.

838. Sept.

R. Mönchemeier (l. l. p. 45 sqq.) duo illa scripta Flori, quae antea cum synodis ad Theodonis-villam anno 835. (v. supra p. 696 sqq.) et ad Carisiacum anno 838. congregatis coniungi solebant (cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 83 ann. 1) ad unam

1) *De documento spurio cum concilio Carisiacensi coniuncto v. infra inter acta spuria.*

hanc Carisiacensem spectare demonstravit; epistolam porro, quamquam Sancto et venerabili concilio apud Teodonis villam habito *inscripta sit, Flori orationem in synodo Carisiacensi esse et cum ea alteram opusculi de fide partem coniungendam*[1]. *In hoc opusculo iam Simson, l. l. II, 187 ann. 7 diversitatem quandam locutionis animadverterat, sed qua ratione difficultates tollendae sint, primus Mönchemeier docuit. Quem etsi sequimur, tamen ab eius argumentatione in eo secedimus, quod relationem de concilio Carisiacensi ampliorem esse statuimus quam Mönchemeier. Hic verba:* In omnium qui legere — inquietus oberrat *(infra p. 781 l. 34 — p. 782 l. 14) orationi Carisiacensi tribuere videtur (cf. l. l. p. 47 sq.), nos ea cum relatione coniungimus. Nam dicta Pauli apostoli (Timoth. 6, 20. 21) aliis deinceps scripturae sacrae testimoniis elucidare Florus voluisse videtur neque ante verba:* Dominus enim noster Iesus Christus *(v. infra p. 770 l. 38) nova Amalarii refutatio incipit, quae iam antea perfecta in uno eodemque libello iterari non debuit. Vocabulum illud* enim *neminem offendat, quamquam alteram orationis partem incipit: hanc mutilam ad nos pervenisse conici oportet, propter librarii scilicet cuiusdam errorem, qui opera inter se minime cohaerentia coniunxit.*

Oratio Flori legitur in codice Parisiensi latino (antea Harlaeano) 13371 saec. X. (= P) fol. 57—59'. 42—57.

Edd.[2]*: Martène et Durand, Veterum scriptorum et monumentorum . . . collectio IX (Paris. 1733), p. 666 et 655 ex codicibus Harlaeano et Pelteriano nunc deperdito (= M). Mansi, Suppl. I, 867 et 881. Hartzheim II, 66. Mansi XIV, 663 et 745. Migne, Patrol. lat. CXIX, 94 et 85. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 490 falso ad concilium apud Theodonis-villam 835 habitum.*

[Sancto et venerabili concilio apud Teodonis villam habito]. Audite, patres beatissimi et reverentissimi, a Deo convocati et in Deo uniti, propter Deum auxiliante ipso laborantes et laboraturi atque in illo et cum illo post beatum laborem requieturi, audite ita, ut audiat vos Deus, ac mementote apostoli, rectores aecclesiae, exhortantis et dicentis: *Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos* Act. 20, 28.
regere aecclesiam Domini, quam adquisivit sanguine suo. Sermo de fide agitur et catholica veritate, quam praelatus aecclesiae Lugdunensis[3] depravare et subvertere lingua et calamo non desistit errorisque ac mendaciorum suorum vos ipsos, venerabiles aecclesiae Christi oculos, in tantum socios et complices esse confirmat, ut in publico aecclesiae nostrae conventu[4] iactare ausus sit ad hoc vos suis persuasionibus in generali synodo[5] fuisse perductos, ut omnes manu propria suis ineptissimis libris subscribere et sic unanimiter sentire atque observare velletis. Cui ego per maiores natu respondi

22 Theodonis *M.* Audito *P.*

1) *Iuvat ipsa verba auctoris nostri (p. 49) repetere: 'Die Schrift des Florus, welche man der Aufschrift zufolge* (Sancto et venerabili concilio apud Teodonis villam habito) *bisher für einen Brief an die Synode von Diedenhofen hielt, ist die Einleitung zu einer Rede desselben auf der Synode zu Kierzy' (in editione nostra p. 769 l. 22 — p. 770 l. 37). 'Das opusculum de causa fidei des Florus zerfällt in zwei Teile, den eigentlichen Bericht über die Synode (p. 778 l. 12 — p. 782 l. 14) und den diesem von späteren Abschreibern angehängten Schlusspassus der Rede auf dem Konzil' (p. 770 l. 38 — p. 778 l. 4).* 2) *Editiones praeviae praeter illam ab Hartzheim confectam, ubi relatio de concilio Carisiacensi deest, orationem non praebent continuam, quia eius alteram partem cum Flori relatione de concilio Carisiacensi (= opusculo de causa fidei) coniunxerunt; v. infra p. 778 sqq. sub C.* 3) *Id est Amalarius; v. p. 768 l. 3 sqq.* 4) *De anno huius synodi Lugdunensis nihil constat; cf. Mönchemeier, l. l. p. 35 ann. 2.* 5) *Fortasse in concilio Aquisgranensi 836; cf. l. l. p. 36 ann. 2.*

non solum me de tantis viris id credere nullatenus posse, sed etiam quod mihi in-
cf. 1. Reg. 24, 15. digno, qui sum canis mortuus et pulex exiguus, tres prius digitos, quibus scribimus, radicitus amputari vellem, quam errores huiuscemodi manus propriae subscriptione firmarem. Addidi etiam, quod, si libri illi in bono concilio fuerint discussi et diiudicati, erunt procul dubio anathematizati. Quos etiam corepiscopo ecclesiae nostrae velut valde utiles omnibus iussit transcribere; quos cum ego ex parte aliqua relegissem et mendaciis plenos deliramentisque vidissem, dehortatus sum, ne hoc penitus fieret, librosque suo quantotius auctori restituendos admonui, metuens videlicet, ne oves Christi, id est simplices quoque, ex eorum lectione quaedam vanissima curiositatis scabies aspergeret et ardentes papulae diri erroris exurerent. Collegi autem ipse ac digessi in ordinem propriisque sermonibus explicavi nonnulla, quae in generali presbyterorum concilio proposuit, disseruit, commendavit, ex quibus eius vanitas contemptui, immo execrationi pateat.

Sed ne quis me falsa putet asserere, veniat liber illius in medium et feditatem sui publice legentibus atque audientibus denudabit, ex quo et ista, quae sincerissimo examini vestro diiudicanda offero, verissime ab illo prolata probabitis, cum illic multa insaniora legeritis.

Testes sunt horum corepiscopi, testes archidiaconi, testes omnes, qui aderant, presbyteri Lugdunenses, a quibus haec continuo irrisa ac repudiata, immo plancta et plorata cognovi, cum divinis assueti fluentis de lacuna lutulenta bibere cogerentur,
Eccli. 31, 29. murmurantes in nequissimo pane doctrinae, de quo ecclesiasticus loquitur liber: *In nequissimo pane murmurabit civitas et testimonium nequitiae illius verum est;* nec vero
Prov. 23, 7. ille divina docet, sed sua concinnat et fabricat et iuxta Salomonem *in similitudinem arioli et coniectoris aestimat quod ignorat.*

1. Cor. 5, 6. Succurrite igitur, patres piissimi, succurrite animabus nostris; *modicum enim fermentum totam massam corrumpit,* et iuxta quendam patrem antiquum[1] si quid in fide falsi admittitur, intrat putredo de veneno serpentis, nascuntur vermes corruptionis et nihil integrum remanebit. Testis est mihi omnipotens Deus, quia haec non impulsu iracundiae tamquam laesus exaggero, quae ab ipso statim exordio, dum adhuc se mihi utcumque blandulum exhiberet, dolere ac detestari coepi, nec divinae ordinationi seu imperiali piae provisioni, quod ille forsan iactitat, velut rebellis existens, cum id mea exiguitas nec cogitare umquam poterit, sed erroris odio et amore veritatis, aecclesiae quoque matris meae vulneribus condolens, cuius uberibus ab infantia alitus sum, in qua et administrationis locum et doctrinae ac praedicationis officium indignus exercui. Certe vivam ego egentissimus vel etiam moriar, si placet: tantum pateat vulnus putridum, pateat sanies putrida, et omnes, qui hoc tabescunt contagio, vobis opitulante Christo medicantibus, gravi vaeterno depulso, optata gaudeant sanitate.

. . . Dominus enim noster Iesus Christus, qui est verus et veritas, verissimum
Ioh. 6, 54. corporis et sanguinis sui mysterium in evangelio exponere dignatus ait: *Amen, amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non*
Ib. 6, 56—58. *habebitis vitam in vobis. Caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo. Sicut*

1 quod *deest P. M.* 3 huiusmodi *M.* 7 mendacis *P.* 12 contemtui *M.* 16 diiudicanda] adiudicanda *P.* 37 sanitate] *interponit post hoc verbum Mönchemeier, l. l. p. 47 sq. verba* in omnium — oberrat, *quae nos cum Flori relatione de concilio Carisiacensi coniungenda credidimus (infra p. 781 l. 34 — p. 782 l. 14).* 38 Dominus *etc.] quae inde ab hoc verbo ad finem sequuntur, ea in editionibus praeviis relationi Flori de concilio Carisiacensi quasi cc. 7 med. — 22 attribuuntur.*

1) *Non inveni.*

misit me vivens pater, et ego vivo propter patrem: et qui manducat me, et ipse vivit Ioh. 6, 58.
propter me. Panis enim Dei est, qui descendit de caelo et dat vitam mundo, et panis, Ib. 6, 33. Ib. 6, 52.
quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ecce sanos sermones domini nostri Iesu
Christi, ecce doctrinam pietatis, ecce verba vitae aeternae, de quibus ipse ait: *Verba,* Ib. 6, 64.
quae locutus sum vobis, spiritus et vita sunt, et Petrus ad illum: *Domine,* inquit, *verba* Ib. 6, 69.
vitae aeternae habes. Audiamus ergo verba vitae ex ore vitae. Carnem suam dicit a
fidelibus manducari et sanguinem suum potari; vere illum cibum carnem suam esse,
vere illum potum sanguinem suum existere confirmat; se ipsum asserit a fidelibus suis
comedi et sine hoc cibo neminem vere per hunc mundum vivere testatur; hunc esse
panem de caelo descendentem, id est carnem, quam ipse tradit pro mundi vita. Hic
panis caelestis, quia caeleste, immo super caeleste *verbum,* nostri quidem generis, Ioh. 1, 14.
sed caelestis originis, *caro factum est et habitavit in nobis,* neque carnem illam
Dei genitrix ex voluntate viri, sed ex superventu Spiritus sancti et obumbratione
concepit virtutis altissimi. Ideo et de hoc pane olim fuerat prophetatum: *Panem* Ps. 77, 24. 25.
caeli dedit eis, panem angelorum manducavit homo. Verbum enim Dei manens
in caelestibus supernis panis angelorum caro factum est, ut panem angelorum
manducaret homo. Quomodo igitur iste profanae novitatis praesumptor et, quantum
in se est, tantae pietatis violator, per quam in Christo fideles et in suis fidelibus
Christus manens caput corporis ecclesiae existit, quomodo, inquam, unum caelestem
panem in tria dividit, aliud illic asserens esse Christum, aliud viventes fideles,
aliud iam defunctos et Christum quidem calicis particula contineri, viventes in pa-
tenae fragmentis, defunctos autem in tertia quadam altaris particula censeri? Ita
errore sacrilego implicatus, ubi dominus Iesus Christus asserit semetipsum a fidelibus cf. Ioh. 6, 54 sqq.
manducari et vere carnem suam esse cibum, vere sanguinem suum potum, iste con-
tendit vivos comedi et defunctos. Arguit ipso in se loquente apostolus hunc errorem:
Calix, inquiens, *benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi,* 1. Cor. 10, 16.
et panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Domini est? Iste autem e con-
trario in presbyterorum concilio docet: 'Sanguis ille anima Christi est'. Quid hac novi-
tate profanius? Apostolus omni divisionis suspicione sublata clamat assidue: *Multi* Rom. 12, 5.
unum corpus sumus in Christo, et iterum: *Sollicití servare unitatem Spiritus in vinculo* Ephes. 4, 3. 4.
pacis, unum corpus et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae, et
rursus caput et corpus Christum et ecclesiam unum Christum esse contestans dicit:
Sicut enim corpus unum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum 1. Cor. 12, 12.
sint multa, unum corpus sunt, ita et Christus. Unde et Corinthios male divisos et tex-
turam dominici corporis scismatibus disrumpentes obiurgans clamat: *Divisus est Christus?* Ib. 1, 13.
Hanc quoque unitatem in sacrificio sacrosancto mysterio asserens designari: *Unus panis,* Ib. 10, 17.
inquit, *unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane participamus.* Ita igitur
omnes, tam antiqui quam moderni, tam viventes quam dormientes, in Christo unus
panis sumus, Christo incorporati et uniti, ut tamen omnes ad vitae et salutis gratiam
capiendam de uno participemur, illo videlicet, *qui descendit de caelo et dat vitam mundo.* Ioh. 6, 33.
Sic omnes sancti sunt lapides vivi, sed per eum vivificati, de quo illis per Petrum
apostolum dicitur: *Ad quem accedentes lapidem vivum et ipsi tamquam lapides vivi* 1. Petr. 2, 4. 5.
superaedificamini. Sic omnes efficiuntur lux, dicente Domino: *Vos estis lux mundi,* sed Matth. 5, 14.
ex illo illuminati, de quo evangelista ait: *Ecce lux vera, quae illuminat omnem hominem* Ioh. 1, 9.
venientem in hunc mundum. Sic ergo et unus panis existunt, sed illius participatione
vitalem substantiam trahentes, qui dicit: *Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi.* Ib. 6, 41.

9 vere] vivere *P.* 15 dedi *P.* 21 patena *P.* 23 implicatur *M.* 27 Domini] Christi *M.*
33 habet *deest M.* 37 omnes qui] omnesque *P. M.* participamur *P.*

Participantur quidem et communicant sibi invicem omnes fideles per societatem et
2. Cor. 13, 13. communicationem Spiritus, per unitatem fidei, spei et caritatis, dicente apostolo: *Gratia domini nostri Iesu Christi et caritas Dei et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.* Omnis tamen haec participatio et communicatio, quae illis non utique de invicem, sed ad invicem existat, ad illum tendit et ex illo solo vegetatur, qui est fons
1. Ioh. 1, 3. vitae, de quo beatus Iohannes dicit: *Quod vidimus et audivimus, annuntiamus et vobis, ut et vos communionem habeatis nobiscum, et communio nostra sit cum patre et cum filio eius Iesu Christo.* Christus enim Iesus caput et vertex ecclesiae, et idcirco ad vitae aeternae commercium illi conectitur et cohaeret et in illum tota concurrit ecclesia, ut
Ephes. 4, 15. 16. fonte capitis totum corpus irrigetur et vivat, dicente apostolo: *Veritatem autem facientes in caritate crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compactum et conexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in cari-*
Col. 2, 18. 19. *tate,* et iterum: *Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, quae non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suae et non tenens caput, ex quo totum corpus per conexum et coniunctionem subministratum et constructum crescit in augmentum Dei.* Hanc unitatem ineffabilem ecclesiae, id est corporis sui, ipse dominus Iesus,
Ioh. 10, 16. qui est omnium caput, significabat dicens: *Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor.* Pro hac adunatione et unitate corporis sui suscepit mortem, testante evangelista, quia Iesus moriturus erat pro gente et non tantum pro gente, sed ut filios, qui erant dispersi, congregaret in unum, — pro hac Deum patrem, in qua nocte trade-
ib. 17, 11. batur, exorare dignatus est, dicens: *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti*
ib. 17, 20. 21. *mihi, ut sint unum sicut et nos,* et post pauca: *Non pro his autem rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in*
ib. 17, 22. 23. *me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint,* et: *Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut nos unum sumus, ego in eis et tu in me, ut sint consummati in unum.* Haec est ineffabiliter mirabilis unitas domini Iesu et corporis eius, quam
ib. 19, 36; cf. Exod. 12, 46. nemini licitum est violare aut dividere, praecipiente lege de agno paschali: *Os non comminuetis ex eo.* Vere enim, quantum in se est, os agni nostri comminuit qui virtutem et robur tantae compaginis infringit. Huius unitatis mysterium, iam olim in Adam et Eva praefiguratum et in novissimis temporibus in Christo et in ecclesia reve-
Ephes. 5, 31. 32. latum, Adam prophetavit, et apostolus exposuit dicens: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Sacramentum,* inquit, *hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia,* quod ipse dominus Iesus in evan-
Matth. 19, 6. gelio memorans adiunxit, dicens: *Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus iunxit, homo non separet.* Volumus scire, quanta vigilantia cavendus sit, quantumque nefas praesumat qui hanc unitatem violare ac dissolvere conatur? Audiamus
1. Ioh. 4, 1—3. beatum Iohannem apostolum dicentem: *Karissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est, et omnis spiritus, qui solvit Iesum, ex Deo non est et hic est antichristus.* Audiat ergo hoc etiam iste, qui ambulans,
cf. Col. 2, 18. frustra inflatus sensu carnis suae et non spiritum Dei sequens, sed spiritum suum, Iesum, quantum in se est, solvit ac dissipat, dividens eum in tres partes, in tres
1. Ioh. 4, 3. formas et in tria corpora. Audiat, inquam, et aeterno silentio contiscescat: *Omnis spiritus, qui solvit Iesum, ex Deo non est et hic est antichristus.* Audiamus et apostolum
Galat. 1, 9. Paulum nos in semel tradita fidei veritate solidantem atque dicentem: *Si quis vobis evangelizaverit praeter quam quod accepistis, anathema sit.*

6 et vobis] vobis *M.* 18 qui est] quem *P. M.* 21 Iesu *M.* 32 ecclesiam *M.* 33 et *add. e coni.*

Ignoscat mihi indigno, o domini venerabiles, vestra dilectio, quia haec non superbie fastu nec malitiae alicuius instinctu, sed amore ecclesiae huius, dominae et nutricis meae, loquor, cui non solum, prout Deus inspirare dignatur, exhortationis verbum, sed et omne debeo caritatis et pietatis obsequium, praesertim hoc tempore, quo tam lacrimabili calamitate, peccatis nostris exigentibus, afflicta est, ut habeat episcopum [1] sine potestate, magistrum [2] sine veritate. Nunc ad finem sermonis commodum duxi paucas ecclesiasticorum patrum sententias ponere, quibus adversus omnia fallaciarum commenta, quae huic ecclesiae ineptus fabulator conatur ingerere, velut turribus et propugnaculis muniamur, fiatque in nobis divina favente gratia quod apostolus optat et obsecrat dicens: *Obsecro autem vos, fratres, ut et id ipsum dicatis omnes, et non sint* 1. Cor. 1, 10. *in vobis scismata; sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia,* et iterum: *Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum, in ipso ambulate, radicati et super-* Col. 2, 6. 7 *aedificati in ipso et confirmati fide,* itaque alio loco: *Si qua ergo consolatio in Christo,* Phil. 2, 1–3. *si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera et miserationes, imple gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes id ipsum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam,* et alibi: *Et si quid,* ait, Ib. 3, 15. 16. *aliter sapitis, et hoc vobis revelabit Deus. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, et in eadem permaneamus regula.*

Panem, qui in mysterio sumitur, corpus et carnem Christi esse, immo ipsum esse Christum et Dominum ex libro sancti Cypriani de oratione dominica: *Panem nostrum* Luc. 11, 3. *quotidianum da nobis hodie* invenimus. Panis [3] vitae Christus est et panis hic omnium non est, sed Dominus noster est. Et quomodo dicimus: Pater noster, quia intelligentium et credentium pater est, sic et panem nostrum vocamus, quia Christus eorum, qui corpus eorum contigimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus et eucharistiam eius quotidie ad cibum salutis accipimus intercedente aliquo graviori delicto, dum abstenti et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur, ipso praedicante et dicente: *Ego sum panis vitae, qui de caelo descendi; si quis ederit de hoc pane, vivet in aeter-* Ioh. 6, 51. 52. *num. Panis autem, quem ego dedero, caro mea est pro saeculi vita.* Quando ergo dicit in aeternum vivere, si quis ederit de eius pane, ut manifestum sit eos vivere, qui corpus eius attingunt, ita contra timendum est et orandum, ne, dum quis abstentus separatur a Christi corpore, extraneus remaneat a salute, comminante ipso et dicente: *Nisi ederitis carnem filii hominis et biberitis eius* Ib. 6, 54. *sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et ideo panem nostrum, id est Christum, dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus et vivimus a sanctificatione eius et corpore non recedamus.

Item ex tractatu psalmi LXXX. sancti Hieronimi: Vis [4] accipere Domini cibos, vis comedere ipsum Dominum tuum et salvatorem? Audi quid dicat: *Dilata os tuum, et implebo* Ps. 80, 11. *illud.* Dilatate ora vestra, ipse est et Dominus et panis. Ipse hortatur nos, ut comedamus, et ipse noster cibus est; quantumcumque dilataveris, tantum accipies.

Item ex omelia sancti Augustini: In [5] altaris mysterio Dominum sumi nec aliqua posse divisione partiri, qualem vocem Domini audistis invitantis nos? Quis invitavit? Quos invitavit? Et quid praeparavit? Invitavit Dominus servos et praeparavit eis cibum se ipsum. Quis audeat manducare dominum suum? Et tamen ait: *Qui manducat me vivit propter me.* Quando Christus Ioh. 6, 58.

1 VIII. Ignoscat *edd.* 11 schismate *P.* 13 itaque] ∻ et ita. 14 qua] quae *hic et infra M.* 16 quod *P.* 17 revelavit *P. M.* 21 da — hodie] *in nota Tironiana, quam interpretatus est v. cl. M. Tangl, exhibet P, desunt M.* invenimus] *ita M e coni., deest P,* intellegimus *propter verbum* ex *(l. 20. 34. 38 etc.) magis fortasse placet.* IX. Panis *edd.* 28 qui *P.* 34 Hieronymi *M,* exem̃re *(?) add. P.* X. Vis *edd.* 38 homilia *hic et infra M.* XI. In *edd.*

1) *Agobardum.* 2) *Amalarium.* 3) *Cyprianus, De dominica oratione c. 18; Opp. ed. Hartel I, 280.* 4) *Ps.-Hieronymus, Breviarium in psalm. 80; Migne, Patrol. lat. XXVI, 1124.* 5) *Non inveni; sed cf. Augustini opp. V, 637 sqq.*

manducatur, vita manducatur, nec occiditur, ut manducetur, sed mortuos vivificat, quando manducatur. Reficit, sed non deficit. Non ergo timeamus, fratres, manducare panem istum, ne forte finiamus illum et postea quem manducemus non inveniamus. Manducatur Christus; vivit manducatus, quia resurrexit occisus, nec, quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, et norunt fideles, quemadmodum manducent carnem Christi. Unusquisque accipit partem suam, unde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur in sacramento et manet integer totus in caelo, manet integer totus in corde tuo; totus enim erat apud patrem, quando venit in virginem. Implevit illam nec recessit ab illo; veniebat in carnem, ut eum homines manducarent; et manebat integer apud patrem, ut angelos pasceret. Quod enim scitis Ps. 77,25. **et qui nescitis scire debetis. Quando Christus factus est homo, *panem angelorum manducavit homo.* Unde, quomodo, qua via, quibus meritis, qua dignitate panem angelorum manducaret homo, nisi creator angelorum fieret homo?**

Item sancti Gregorii de eadem re ex omelia natalis Domini: **Qui[1] ergo aeternus permanens temporalis apparuit, alienum est, ubi descendit; et, quia per prophetam dicitur:** Is. 40, 6. Ioh. 12, 24.25. ***Omnis caro foenum,* factus homo foenum nostrum vertit in frumentum, qui de se ipso ait: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Unde et natus in praesepio reclinatus ponitur, ut fideles omnes, videlicet sancta animalia, carnis suae frumento reficeret, ne ab internae intelligentiae pabulo ieiuna remanerent.**

Ioh. 10, 11. Item eiusdem in alia homilia de eadem re: ***Bonus[2] pastor animam suam ponit pro ovibus suis.* Fecit quod monuit, ostendit quod iussit, bonus pastor pro ovibus animam suam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret et oves, quas redemerat, carnis suae alimento satiaret.**

Eiusdem de eadem re ex dialogorum libris: **Haec[3] namque singulariter victima ab aeterno** Rom. 6, 9. **interitu animam salvat, quae illam nobis morte unigeniti per mysterium reparat, qui, licet *surgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominatur,* tamen in semetipso immortaliter atque incorruptibiliter vivens pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salute partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium sumitur.**

Mysterium vestis Christi, id est corporis eius, scindi non oportere ex libro sancti Ioh. 10, 30. Cypriani de ecclesiae unitate: **Dominus[4] dicit: *Ego et pater unum sumus.* Et iterum de** 1. Ioh. 5, 7.8. **patre et filio et Spiritu sancto scriptum est: *Tres unum sunt;* et quis credit hanc unitatem de divina firmitate venientem, sacramentis coelestibus haerentem scindi in ecclesia posse? . . . Hoc unitatis sacramentum, hoc vinculum concordiae inseparabiliter cohaerentis ostenditur, quando in evangelio tunica domini nostri Iesu Christi non dividitur omnino nec scinditur, sed sortientibus de veste Christi, quis Christum potius indueret, integra vestis accipitur et incorrupta atque** Ioh. 19, 23.24. **indivisa tunica possidetur. Loquitur ac dicit scriptura: *De tunica autem, quia de superiore parte non consutilis, sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad invicem: Non scindamus illam, sed sortiamur de ea, cuius sit.* Unitatem ille portabat de superiore parte, id est de caelo et patre venientem, quae ab accipiente scindi omnino non poterat, sed totam semel et solidam firmitatem inseparabiliter optinebat. Possidere non potest indumentum Christi qui scindit et dividit ecclesiam Christi. Contra denique, cum Salomone moriente regnum eius et populus scinderetur,**

3 Manducetur *P.* 5 accepit *P.* 13 XII. Qui *edd.* 19 XIII. Bonus *edd.* 21 redimerat *P.* 23 eadem] ea *P. M.* XIV. Haec *edd.* 29 oportere] *scil.* invenimus; *v. supra p. 773 l. 21. 44 sq.* 30 Cipriani *P.* XV. Dominus *edd.* 31 quisque *P,* quisquis *M.* 32 ecclesia] non *add. M.* posse . . . Hoc] *lacunam supplent verba Cypriani omissa:* et voluntatum collidentium divortio separari? Hanc unitatem qui non tenet Dei legem non tenet, non tenet patris et filii fidem, vitam non tenet et salutem. 36 superiori *M.* 38 unitatem] veritatem *M.*

1) *Gregorius M., Homil. in evang. lib. I, 8 § 1; Opp. I, 1461.* 2) *Ibid., lib. I, 14 § 1; l. l. I, 1484.* 3) *Gregorius M., Dialog. IV c. 58; l. l. II, 472.* 4) *Cyprianus, De catholicae ecclesiae unitate cc. 6—8; Opp. ed. Hartel I, 215 sqq.*

Achias propheta, Hieroboam regi obvius factus in campo, in duodecim scissuras vestimentum suum discidit dicens: *Sume tibi decem scissuras, quia haec dicit Dominus: Ecce scindo regnum de* [3. Reg. 11, 31. 32. 36.] *manu Salomonis et dabo tibi decem sceptra, et duo sceptra erunt ei propter servum meum David et propter Hierusalem civitatem, quam elegi, ut ponam nomen meum illuc.* Cum duodecim tribus Israel scinderentur, vestimentum suum propheta Achias discidit. At vero, quia Christi populus non potest scindi, tunica eius per totum textilis et cohaerens divisa a possidentibus non est, individua, copulata, contexta ostendit populi nostri, qui Christum induimus, concordiam cohae- [cf. Gal. 3, 27.] rentem; sacramento vestis et signo declaravit ecclesiae unitatem. Quis ergo sic sceleratus et perfidus, quis sic discordiae furore vaesanus, ut aut credat scindi posse aut audeat scindere unitatem Dei, vestem Domini, ecclesiam Christi?

In mysterio sacrificii nihil, praeter quod Christus tradidit, resumendum ex libro eiusdem de mysterio calicis: Ille[1] sacerdos vice Christi vere fungitur, qui quod Christus fecit imitatur et sacrificium verum et plenum tunc offert in ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, quomodo ipsum Christum videt optulisse. Non[2] est ergo, quod aliquis existimet sequendam esse quorundam consuetudinem; quaerendum est enim ipsi, quem sint secuti: nam in sacrificio, quod Christus optulit, nonnisi Christus sequendus; utique id nos obaudire et facere oportet, quod Christus facit et quod faciendum esse mandavit, quando ipse in evangelio dicat: *Si feceritis quod* [Ioh. 15, 13—15.] *mando vobis, iam non dicam vos servos, sed amicos.* Et quod Christus debet solus audiri, pater etiam de caelis contestatur dicens: *Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi, ipsum* [Matth. 17, 5.] *audite.* Quare si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid alius ante nos faciendum esse putaverit, sed quod, qui ante omnes est, Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei virtutem, cum per Esaiam prophetam Deus loquatur et dicat: *Sine causa autem colunt me, mandata et doctrinas hominum docentes,* et iterum [Matth. 15, 9.] Dominus in Evangelio hoc idem repetit dicens: *Reicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram* [Marc. 7, 9.] *statuatis;* sed et alio loco ponit et dicit: *Qui solverit unum de mandatis istis minimis et sic* [Matth. 5, 19.] *docuerit homines, minimus vocabitur in regno caelorum.* Quodsi nec minima de mandatis dominicis licet solvere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominicae passionis et nostrae redemptionis sacramentum pertinentia fas non est infringere aut in aliud, quam quod divinitus institutum sit, humana traditione mutare?

Totam universalem ecclesiam unum sacrificium Dei esse et unum corpus Christi ex libris sancti Augustini de civitate Dei: Tota[3] ipsa redempta civitas, hoc est congregatio societasque sanctorum, universale sacrificium offertur Deo per sacerdotem magnum, qui etiam se ipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus, secundum formam servi. Hanc enim optulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Cum itaque nos hortatus esset apostolus, *ut exhibeamus corpora* [Rom. 12, 1.] *nostra hostiam vivam,* intulit post aliquanta: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus,* [ib. 12, 4. 5.] *omnia autem membra non eosdem actus habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Hoc est sacrificium Christianorum: *Multi unum corpus in Christo.* [ib. 12, 5.] Demonstratur, quod in eadem re, quam offert, ipsa offeratur.

Ecclesiarum diversitates fidei in unitate constare ex libris sancti Cypriani de unitate ecclesiae: Episcopatus[4] unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est,

1 Ieroboam *M.* 4 Ierusalem *M.* 7 cohaerente *M.* 11 In — calicis *desunt M.* 12 XVI. Ille *edd.* qui quod] quidquid *M.* 16 nos] non *(?) P.* 18 debet] debeat *M.* 24 repetat *P.* 28 aliud] aliquid *P.* 30 Totam — Dei *desunt M.* 40 in *deest P. M.* 41 ecclesiae] fidei *M.* XVII. Episcopatus *edd.*

1) *Cyprianus, Epistola 63 c. 14; Opp. ed. Hartel II, 713.* 2) *Ibid.; l. l. II, 712.*
3) *Augustinus, De civitate Dei X c. 6 (Opp. VII, 243), cuius verba paulisper abbreviavit Florus.*
4) *Cyprianus, De catholicae ecclesiae unitate c. 5; Opp. ed. Hartel I, 214.*

quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radii, sed lumen unum, et rami arboris multi, sed robur unum tenaci caritate fundatum. Et cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiae largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non potest; a fonte praecide rivum, praecisus arescit. Sic ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit, unum tamen caput est, et origo una et una mater fecunditatis successibus copiosa. Illius fetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur.

Non pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda ex epistola sancti Gregorii ad Augustinum episcopum Anglorum scripta: Novit[1] fraternitas tua Romanae ecclesiae consuetudinem, in qua se meminit nutritam. Sed mihi placet, ut, sive in Romana sive in Galliarum sive in qualibet ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite elige et in Anglorum ecclesia, quae adhuc ad fidem nova est, institutione praecipua, quam de multis ecclesiis colligere potuisti, infunde; non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis quae pia, quae religiosa, quae recta sunt elige et haec quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.

In vestibus et cultu ecclesiastico non superstitiosum mysterium praeferri ex epistola sancti Celestini papae ad episcopos Galliarum scripta: Didicimus[2] quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inservire quam mentis vel fidei puritati. Et post pauca: Amicti[3] pallio et lumbos praecincti credunt se sanctae scripturae fidem non per spiritum, sed per litteram completuros. Nam si ad hoc ista praecepta sunt, ut taliter servarentur, cur non fiunt pariter quae sequuntur, ut lucernae ardentes una cum baculo in manibus teneantur? Habent suum mysterium et intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis quam decet significatione serventur. Nam in lumborum precinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur sic: *Opera vestra luceant,* indicatur. Habent tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis et procul a ceteris degunt. Unde hic habitus in eclesiis Gallicanis, ut tot annorum tantorumque pontificum in alterum habitum consuetudo versatur. Discernendi a plebe vel ceteris sumus doctrina, non veste, conversatione, non habitu, mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipiamus novitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim sunt potius quam ludendi, nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda praecepta sunt.

cf. Matth. 5, 16.

Item sancti Hieronimi de simplici ministrorum et sacerdotum ornatu ex libris dialogorum Attici et Christoboli: Adiungis[4] gloriam vestium et ornamentorum Deo esse contrarium. Quae sunt, rogo, inimicitiae contra Deum, si tunicam habuero mundiorem, si episcopi, si presbyteri, si diaconi et reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida veste processerit? Cavete, clerici, cavete, monachi, viduae et virgines: periclitamini, nisi sordidas vos atque pannosas vulgus aspexerit. Taceo de hominibus saeculi, quibus aperte bellum indicitur et inimicitiae contra Deum, si pretiosis atque nitentibus utuntur exuviis.

12 XVIII. Novit *edd.* 13 nutritum *P. M.* 20 XIX. Didicimus *edd.* 21 puritate *P.* 25 qua *P.* 36 Hieronymi *M.* 37 XX. Adiungis *edd.*

1) *Gregorius M., Epistola ad Augustinum; MG. Epp. II, 334 (Jaffé-E. n. 1843).* 2) *Coelestinus, Epistola ad episcopos provinciae Viennensis c. 2; Coustant, Epp. Roman. pontt. I, 1066 (Jaffé-K. n. 369).* 3) *Ibidem.* 4) *Hieronymus, Dialogus contra Pelagianos I c. 29; Opp. II, 713.*

In sacerdotio ecclesiae non mysticum vestium ornatum, sed splendorem quaerendum animarum ipsa consecratio monstrat pontificis, ita se habens: Deus[1], qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu inter caetera caelestis documenta culturae de habitu quoque indumenti sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra iussisti, ut intelligentiae sensum de exemplis priorum caperet secutura posteritas, ne eruditio doctrinae tuae ulli deesset aetati, cum et apud veteres reverentiam ipsa significationum species optineret et apud nos certiora essent experimenta rerum quam enigmata figurarum — illius namque sacerdotii anterioris habitus nostrae mentis ornatus est, et pontificalem gloriam non iam nobis honor commendat vestium, sed splendor animarum, quia et illa, quae tunc carnalibus blandiebantur optutibus, ea potius, quae in ipsis erant intelligenda, poscebant —, et idcirco huic famulo tuo, quem ad summi sacerdotii ministerium elegisti, hanc quaesumus, Domine, gratiam largiaris, ut, quicquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, in multimodi operis varietate signabant, hoc in eius moribus actibusque clarescat.

Falsos codices et a fidei sinceritate discordes in nullo usu lectionis habendos, quin potius igni tradendos ex epistola sancti Leonis papae ad Turibium Asturiensem: Curandum[2] ergo est et sacerdotali diligentiae maxime providendum, ut falsi codices et a sincera veritate discordes in nullo usu lectionis habeantur. Apocrifae autem scripturae, quae sub nominibus apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicendae sunt, sed etiam penitus auferendae atque ignibus concremandae, quia, quamvis sint illis quaedam, quae videantur speciem habere pietatis, numquam tamen vacua sunt venenis.

Haec, domini venerabiles, tam de scripturis sacris quam de scripturarum sanctarum dictis sedula intentione collegi ac reverentiae vestrae audienda seu et legenda proposui, quatinus ea et huiusmodi meditantes contra novellae praesumptionis auctorem, qui *in similitudinem arioli et coniectoris aestimat quod ignorat,* fidei et veritatis firmi- Prov. 23,7. tate munita dicamus cum ecclesia: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex* Ps. 118,85. *tua, Domine,* atque intelligamus, quam verum sit quod Spiritus sanctus Salomonis ore praececinit dicens: *Multi cibi in novalibus patrum et aliis congregantur absque iudicio.* Prov. 13,23. Neque enim sic nostra calamitate et humilitate abuti debet, ut imitator insolentissimae iactantiae Naas regis filiorum Ammon, qui interpretatur serpens, dicere nobis velut habitatoribus Iabes Galaad oppugnator veritatis iste praesumat: *In hoc feriam vobiscum* 1. Reg. 11,2. *foedus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros ponamque vos opprobrium in Israel.* Vere enim dextrum oculum conatur eruere qui lumen rectae fidei laborat extinguere. Utilius illi a nobis optandum est quod parabolice per Salomonem dicitur: *Oculum, qui sub-* Prov. 30,17. *sannat patrem et despicit partum matris suae, effodiant eum corvi de torrentibus et comedant eum filii aquilae.* Vere etenim subsannat patrem qui filii dividit unitatem, testante ipso: *Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum,* et prorsus Ioh. 5,23. despicit partum matris suae ecclesiae qui mysterium redemptionis, quo ex eius utero cf. Prov. 30,17. ad vitam gignitur, puritate sincera venerari contemnit. Expedit nobis in talem oculum, qui ducatum promittit luminis et e contrario tenebris caligat erroris, praeceptum evangelicum: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te.* Cupit nequam Matth. 5,29. iste oculus hereditatem patrum auferre, nititur vineam ipsorum in hortum holerum com- cf. 3. Reg. 21,2. mutare, id est fortia et fructuosa ac meracissima eorum dicta vilibus et cito arescentibus ac decidentibus fabulis enervare. Sed filii martyris lapidati respondeant ei cum Naboth: *Propicius mihi sit Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum.* Si ob huius Ib. 21,3.

2 Moysem *M.* 14 Turibium Asturiensem] Turbium Atturiensem *P.* 15 XXI. Curandum *edd.* diligentia *P.* 20 XXII. Haec *edd.* 23 quod] quae *M.* 26 alii *P.* 30 fędus *P.* in *deest P. M.* 41 meracissima] *id est purissima.* 43 Nabot *M.*

1) *Gregorius M., Liber sacramentorum; Opp. III, 225.* 2) *Leo M., Epistola ad Turribium Asturiensem c. 15; Opp. I, 706 (Jaffé-K. n. 412).*

responsionis honestam libertatem vel infamandi falsis testibus vel etiam lapidibus obruendi essemus, habeamus Deum clementissimum consolatorem atque ultorem di- 4. Reg. 9, 26. centem: *Si non pro sanguine Naboth et filiorum eius, quem vidi heri, dicit Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus.* Finit.

C. FLORI RELATIO DE CONCILIO CARISIACENSI.

Legitur relatio haec, antea Flori opusculum de causa fidei secundum lemma librorum dicta, de cuius indole iam supra p. 769 egimus, in codice Parisiensi latino 13371 (antea Harlaeano) saec. X. (= P) fol. 33'—42.

Edd.: Martène et Durand, Veterum scriptorum et monumentorum collectio IX (Paris. 1733), 649 ex codice Harlaeano et Pelteriano deperdito (= M). Mansi, Suppl. I, 875. Mansi XIV, 741. Migne, Patrol. lat. CXIX, 80. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 491.

(I). Res nuperrime apud Carisiacum palatium in generali et valde celebri episcoporum concilio super quibusdam causis fidei et observationibus ecclesiasticis acta est adeo memorabilis et salubris, ut, licet in omnium fere notitiam propalata sit, dignissima tamen existat, quae ad utilitatem et aedificationem fidelium litteris mandari et cunctorum sensibus sollertissime debeat commendari.

(II). Cum enim in sacrosancto sacerdotali conventu inspirante Domino, qui in cf. Matth. 18, 20. nomine suo congregatis medium se affuturum promisit, clarus fidei ac veritatis fulgor aperitur, non oportet divinum munus obtegi, sed ad illuminationem ecclesiae et laudem Matth. 5, 15. 16. nominis Dei aperta luce omnibus declarari, ipso Domino dicente: *Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui est in caelis.* Hac igitur intentione, ut Deus inspicit, praefatam rem laudabiliter atque utiliter gestam tenui licet eloquio, brevissime quantum potero, litteris tradere et piorum auribus, Christo domino auxiliante, inculcare curabo. Quod praecipue nobis, id est universo clero ecclesiae Lugdunensis, necessarium duxi, ut quorum fides hactenus infausti et fantastici erroris fabulis improbe afflicta est nunc paterno adiuta ac roborata suffragio et evasisse se gaudeat et vicisse.

(III). Auctor huius inauditi execrandique erroris Amalarius omnibus notus est. Hic in tantum praesumptionis erupit, ut spreta scripturarum veritate, calcata sanctorum patrum auctoritate, doctrina damnabili sinceritatem fidei catholicae violaverit et simplicem ecclesiasticae observationis cultum fallaciarum nebulis involvere ac decolorare ausus sit. Quam vanitatum suarum pestiferam vanitatem non tam viva quam mortua voce, sed et librorum multiplicium monumentis longo iam tempore, ubi poterat, cf. Matth. 13, 25. velut sator nocturnus tritico agri Domini zizania interserens longe lateque disseminavit, scripturarum testimoniis abutens ad aniles inaeptias suas et ortodoxorum patrum sententias coaptans fabulis suis.

(IIII). Sensit, immo ingemuit hoc malum praesens ecclesia, cum in celeberrimo presbyterorum conventu, praesentibus corepiscopis et archidiaconibus, praesentibus

Lemma: In nomine domini nostri *(deest M)* Iesu Christi incipit opusculum de causa fidei apud Carisiacense episcoporum concilium nuper habita *P. M.*

I. 12 (I.) *etc.] numeros editionum anteriorum, qui in P desunt, uncis inclusimus.*

II. 21 candalabrum *P.* 23 est *deest P.* 25 litteris] ceteris *M.*

III. 35 disseminaverit *P.*

etiam nonnullis aliis ex clero, tam inepta et fidei contraria docere praesumpsit, ut omnium horreret auditus, cum postmodum etiam detestandum opusculorum suorum codicem omni parroechiae nostrae velut legendum transcribendumque ingessit[1], sed et ante paucos dies cum alium librum suum huc detulit dementissimus, adinventionum suarum fantasmatibus plenum. Quae omnia magis odio et oblivione quam relatu digna libenter nunc silentio praeterirem, nisi haec vel tenui commemoratione perstringere rei gestae, quam explicandam suscepi, ordo et causa deposceret; neque enim finis quaestionis potest rite agnosci, nisi ante initium sollicitius praenoscatur.

(V). Asserit itaque doctor praefatus[2] inter alia corpus Christi triforme et tripertitum esse, immo tria esse Christi corpora: corpus Christi, quod in sacramento a fidelibus sumitur vel in celum invisibiliter recipi vel in corporibus sumentium manere usque in diem sepulturae vel ex incisione venarum cum sanguine fluere vel in secessum labi opinatur. Diaconos, altari cum assistunt inclines, asserit significare apostolos in passione Domini metuentes atque latitantes; subdiaconos mulieres cruci intrepide assistentes; presbyterum Ioseph ab Arimathia; archidiaconum Nichodemum; calicem sepulchrum; oblationem dominici corporis dicit crucifixionem; lignum ipsum designare dicit doctores; lignum, unde pendet, crucem; funem, quo attrahitur, fidem; tintinnabulum, quo resonat, linguam; manum trahentis, cum levatur, vitam contemplativam, cum deponitur, activam. Exorcismos catecuminorum, ad spiritalem emundationis effectum simpliciter depromendos, ad quinque sensus corporeos nimia carnalitate convertit.

(VI). Hisdem ipsis sicut aures et nares, ita et oculos tangendos melius iudicat. Antiphonarium Iohannis apocalypsi comparat. Atque has omnes et innumerabiles alias nenias per sanctum dicit Spiritum revelari, sibi usurpans testimonium Petri apostoli dicentis: *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto* 2. Petr. 1, 21.
inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Ex quo manifeste et se prophetam et doctrinam vanissimam et risu dignam, heu miserabiliter deceptus, vult credi prophetiam. Verum ut quod coeptum est breviter explicetur, ubi doctrinae huiusmodi contagium ad subversionem simplicium in hac ecclesia disseminari coepit, pastor[3], de commissi gregis salute sollicitus, cum multi maeroris amaritudine religioso principi[4] causam innotuit, conquerens ac deplorans magnum ecclesiae vulnus et execrandam fidei maculam sub istiusmodi novitatum praesumptione nutriri, nisi velocius Deo debita eius providentia subveniret. Pii principis cura ardenter ac laudabiliter in Dei rebus sollicita, cum ob pleraque ecclesiae negotia in praedictum palatii locum reverendos patres episcopos convenire iussisset, causam ad cognitionem atque examen concilii eorum proferri fecit. Cumque in eorum auribus tam inepta et prophana novarum adinventionum commenta recitarentur, ipso quoque, qui ea de cordis sui audacissima vanitate protulerat, praesente, et res blasphemas religiosus horreret auditus, exigunt ab eo, si haec vere sua esset doctrina. Negare non potuit, utpote quae in libris quamplurimis ab ipso editis fere ubique vulgata sit. Interrogant, ubi haec legerit. Tunc ille

IIII. 6 praestringere *M.*
V. 9 tripartitum *hic et infra M.* 15 Nicodemum *M.* 16 lignum] signum *P.* 19 catechuminorum *M.* 20 effectum] affectum *M.*
VI. 22 iudicat] indicat *M.* 30 gregis] regis *P.* 39 haec *deest M.* quamplurimis] quaeplurimis *P.*

1) *Cf. supra p. 769 l. 30 sqq.* 2) *De Amalarii doctrina cf. Mönchemeier, l. l. p. 49 sqq. 81 sqq.* 3) *Scil. Agobardus; sed vide Simson, l. l. II, 183 ann. 8.* 4) *Scil. Hludowico imperatori.*

maximo constrictus articulo rem, quae neque de scripturis sumpta est neque de catholicorum patrum dogmatibus tracta, sed nec ab ipsis etiam hereticis praesumpta — quia aliud, quod diceret, penitus non habebat — in suo spiritu se legisse respondit. Sed mox tam superbam et fatuam responsionem veneranda synodus execrans dixit: 'Vere [1. Tim. 4, 1. 2.] ille fuit spiritus erroris'. Meminerant enim beatum dixisse apostolum: *Novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum* [Ezech. 13, 3.] *in ypocrisi loquentium mendacium,* de qualibus et Ezechihel dicit: *Vae prophetis in-* [Ib. 22, 28.] *sipientibus, qui sequuntur spiritum suum et nihil vident,* et iterum: *Videntes vana et divinantes mendacium, dicentes: Haec dicit Dominus, cum Dominus non sit locutus.* Unde et istiusmodi praesumptores Deus per eundem prophetam suo deceptós esse iudicio [Ib. 14, 9.] testatur, dicens: *Et propheta cum erraverit a me et locutus fuerit verbum in nomine meo, quod non praecepi ei, ego Dominus decepi prophetam illum,* quos omnes Spiritu Dei vacuos et spiritu proprio inflatos, alienandos penitus a sanctorum coetu terribiliter [Ib. 13, 9.] denuntians: *In consilio,* ait, *populi mei non erunt et in scripturas domus Israel non scribentur nec terram Israel ingredientur.* Cumque illo reticente ac de mendaciorum suorum deprehensis fallaciis confuso veneranda synodus plurima loqueretur, deliberatum est doctrinam hanc esse omnino damnabilem et ab omnibus catholicae fidei [Hebr. 13, 9.] cultoribus funditus respuendam, praecipiente nobis apostolo ac dicente: *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci;* diversam esse istam doctrinam a sinceritate verae fidei et omnino ab ecclesia peregrinam, quippe quam nemo ortodoxorum patrum novit, nulla veritatis ratio fulcit, sed novicius atque adventicius error induxit; umbras et figuras in caeremoniis testamenti veteris extitisse, novum adventus Christi veritate fulgere et [2. Cor. 5, 17. 18.] fidei puritate atque observantiae simplicitate consistere, testante apostolo: *Vetera transierunt, ecce facta sunt nova. Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum;* omnia igitur, id est et vetera et nova, et typum legis et evangelii veritatem, unius et solius Dei, non cuiusquam hominis aut angeli auctoritate constare; unde nemini omnino, post utriusque testamenti ministros divino Spiritu illustratos, divina auctoritate subnixos, in quibus et per quos ea, quae diversis temporibus ad salutem populi sui congrua iudicavit, evidenter Deus et operatus est et locutus, licuisse aut licere nova figurarum genera vel mysteriorum sacramenta sancire et ideo rationabile obsequium ecclesiae, sive in ornatu vestium sive in multiplici vasorum ministerio, in simplicitate veritatis et fidei puritate procul omni superstitionis fantasmate, remota omni nebulosi dogmatis vanitate, pure Deo et simpliciter exhibendum esse; in his honorem religionis, reverentiam divini cultus, laetitiam Christiane devotionis, non figuras aliquas vel mysteria vanitatis. Iam vero illud, quod corpus Christi triforme et tripertitum dicere, immo tria Christi corpora inauditae temeritatis audacia asserere praesumpsit, in tantum sacerdotes Domini execrati sunt, ut hoc, sicut supra ostensum est, de spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum sumptum dicere minime dubitarint, tamquam cum angelo Domini detestantes Satan, qui dextris Iesu magni et veri sacerdotis [Zach. 3, 2.] adversari conatur, et exsufflantes dicerent: *Increpet Dominus in te, Satan, et increpet in te, qui elegit Hierusalem.*

(VII). Corpus autem Domini, quod in mysterio a fidelibus sumitur, absit, ut tam sordida vel superstitiosa mente quis appetat, ut aliquid horum, quae immundissime auctor doctrinae confinxit, in suo animo et cogitationibus versari permittat. Quapropter cum omni desiderio et supplicatione pietatis divinam misericordiam implorandam, ut non solum ab auribus, verum etiam a cordibus nostris talium fantasmatum ac sordium

VI. 7 hypocrisi *M.* Ezechiel *M.* 11 in — ei *desunt Vulg.* 14 concilio *P. M.* 22 novum] *scil.* testamentum. adventum *M.* 24 Deo] Domino *M.* 41 Ierusalem *M.* 45 implorandum *P. M.*

labe remota . . . sempiternum munditiae suae mentes nostras emundet, quatenus tam divinum gloriosumque mysterium puro sensu cogitantes, pura pietate sumentes, incorruptae purificationis gratiam consequamur. Cum enim Dominus dicat: *Ego sum vitis* Ioh. 15, 1. *vera,* et: *Pater meus dat vobis panem de caelo verum,* et: *Caro mea vere est cibus et* Ib. 6, 32. 56. *sanguis meus vere est potus,* et: *Qui manducat me, et ipse vivet propter me,* sicut nihil Ib. 6, 58. vitae aeternae cibo nisi vera animae refectio appetenda est, ita nihil penitus cogitandum, nisi quod spiritale et immortale est. Quid autem mirum, si fidei gratia et virtute divina talis cibus sic sumitur, ut absorbeatur quod mortale est a vita? *Hic* Ib. 6, 50. *est,* ait Dominus, *panis de caelo descendens, ut, si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.* Sed quid pertinet ad virtutem sacramenti quod pertinet ad visibile sacramentum? Qui manducat intus, non foris; qui manducat in corde, non qui premit dente. Credere enim in eum hoc est manducare panem vivum; qui credit manducat; invisibiliter saginatur, quia et invisibiliter renascitur. Sacramenta sunt ista; ideo autem dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur speciem habet corporalem; quod intelligitur fructum habet spiritalem. Manet igitur in mente fidelium incorrupta venerabilis mysterii virtus et efficacissima potentia, purgans delicta, emundans conscientias, perficiens gratiam redemptionis et salutis. Unde ait beatissimus Iohannes: *Et sanguis filii eius Iesu Christi emundat nos ab omni peccato;* 1. Ioh. 1, 7. vas quoque electionis Paulus: *Quanto magis,* inquit, *sanguis Christi, qui per Spiritum* Hebr. 9, 14. *sanctum semetipsum optulit immaculatum Deo, emundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi;* sed et princeps apostolorum Petrus: *Scientes,* ait, 1. Petr. 1, 18. 19. *quod non corruptibilibus, auro et argento, redempti estis de vana conversatione paternae traditionis, sed praecioso sanguine tamquam agni incontaminati et inviolati Christi.* Non ergo corruptibili redempti sumus. Hoc fidelis sumit ad vitam, indignus ad poenam; hoc pretium redemptionis et viaticum salutis unusquisque fidelium sub hora mortis fideli pietate exposcit; hoc se peccatorum veniam adepturum, a malignorum spirituum incursu in ipsa morte tuendum, ad paradysi amoena praesumit admittendum. Cumque pulvis revertitur in terram suam, unde erat, spiritus tamen, huius muneris cf. Gen. 3, 19. solatio fretus, huius gratiae praesidio munitus, redit ad Deum, qui dedit illum, nec in depositione corruptibilis corporis sui amittens incorruptibilem gratiam corporis Christi.

Haec, prout Deo annuente potui, de concilio venerabilium episcoporum ad aedificationem ecclesiae Dei et confirmationem catholicae fidei nuper habito brevi paginula annotare curavi, verba eorum et sensus, quibus valui verbis et scripturarum testimoniis explicans et excogitati nuper et execrandi erroris confutationem in omnium, qui haec legere vel audire voluerint, notitiam perferens, ut repudiata atque damnata profani dogmatis fabulosissima vanitate et vanissima fabulositate, procul abiectis et libris et verbis mendacissimis vaniloqui doctoris, de purissimo scripturarum fonte, de sincerissima patrum doctrina, de venerabilis concilii auctoritate, fidei et scientiae hauriamus fluenta, servantes sollicite semel traditum nobis fidei thesaurum et fugientes oppositiones scientiae falsi nominis et profanas vocum novitates, de quibus apostolus fideli discipulo ait: *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et* 1. Tim. 6, 20. 21. *oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.*

Cum ergo istiusmodi pseudoscientia et profana vocum novitas fidei excidium et naufragium faciat, velut scillam quandam et caribdin eam vitemus metuamusque intima cordis formidine, ne forte iam in illo tempore esse coeperimus, de quo idem terribili

1 remota . . . sempiternum] *sensus hiare videtur.* 10 quid] quod *P.* sacramenti] non *add. P.* 20 nostram] vestram *P. M.* 29 Deum *e corr. P,* Dominum *M.* 34 in omnium — oberrat *(p. 782 l. 14)] haec nos cum hac relatione coniungenda credidimus, quamquam Mönchemeier (l. l. p. 47 sq.) ea orationi Flori Carisiacensi attribuit, post verba* optata gaudeant sanitate *(supra p. 770 l. 37) ponenda.*

2. Tim. 4, 3. 4. denuntiatione clamat apostolus: *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem*
ib. 4, 5. *auditum avertent, ad fabulas autem convertentur;* statimque subiungit: *Tu vero vigila,*
cf. Matth. 13, 25. videlicet ne dormientibus patris familiae servis inimicus homo superseminet zizania in
Tit. 3, 9. medio tritici. Audiamus eundem apostolum alteri carissimo discipulo dicentem: *Stultas autem questiones et genealogias et contentiones et pugnas legis devita; sunt enim inutiles*
ib. 3, 10. 11. *et vanae;* et protinus adiungit: *Hereticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens, quia subversus est eiusmodi et peccat proprio iudicio condemnatus.* Sed
1. Tim. 6, 3. 4. et alio loco dicit: *Si quis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi et ei, quae secundum pietatem est, doctrinae, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quaestiones et pugnas verborum.* Nonne videtur apostolus in his verbis velut digito monstrare praefatum nostri temporis vaniloquum praesumptorem, qui spernens sanos sermones domini Iesu Christi, conculcans doctrinam pietatis, totus circa novas quaestiones languidus et inquietus oberrat?

9 aliter] *ita Vulg.,* autem *P. M.* 14 oberrat] *P et editiones praeviae annectunt ea, quae supra p. 770 l. 38 — p. 778 l. 4 quasi alteram orationis Flori partem iam recudi fecimus.*

---

58. CONCILIUM TULLENSE.

838. Oct. 15.

Concilii Tullensis unicum exstat testimonium, diploma scilicet Frotharii episcopi Tullensis, quo monasterio sancti Apri (hodie 'St. Evre lez Toul'), cuius abbas ipse fuerat, parrochiam sancti Maximini confirmat.

Edd.: Calmet, 'Histoire de Lorraine' I, prob. 484 ex archivo sancti Apri, quam editionem sequimur (= C); ed. 2. II, prob. CXXVI. Hartzheim II, 136. Gallia christ. XIII (ed. 2.), instr. 450. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 491.

Omnibus huius sanctae Tullensis ecclesiae filiis et fratribus tam futuris quam praesentibus Frotharius misericordia Dei episcopus[1].

Perspicue[2] cognoscimus et certa lege tenemus, quod pro cunctis bonae actionis studiis et spiritalibus animarum curis corona nobis et merces a Deo praeparetur in caelis. Unde sicut coepta iustorum bona a nobis sunt cotidie solidanda atque fovenda, ita et amissa sollerter corrigenda et ad statum rectitudinis sollicitudine pervigili revocanda, praesertim cum nobis divina providentia custodiam animarum et regimen contulerit ecclesiarum, quibus oves suas alimentis

1) *De Frothario (813? — 848?) cf. MG. Epp. V, 274.* 2) *Verba* Perspicue — praecepit *(p. 783 l. 2) deprompta sunt ex carta Frotharii paulo ante eidem abbatiae concessa (Mabillon, De re diplom. 524), qua omnes possessiones sancti Apri confirmantur et quaedam ad regularem disciplinam spectantia decernuntur. Hanc ipsam cartam Frotharius in subsequentibus significat. Cf. praeterea Gesta episc. Tullensium c. 26 (MG. SS. VIII, 637). Ch. Pfister, 'Annales de l'Est' IV (1890), p. 279 sqq.*

vitalibus pascere, perdita requirendo, abiecta reducendo et quae vigent diligenter educando, praecepit.

Proinde notum esse volumus vestrae dilectioni, qualiter cellam sancti Apri ab ordine religionis destitutam rebusque omnibus nudatam Deo annuente ac domno et piissimo Ludovico Caesare Augusto consulente et auctorizante ad regularis normae rectitudinem perduxerimus, rebus quibusdam antea sublatis redditis, quas etiam cupimus augmentari, si occasio se apta praebuerit. Sed quoniam prava mens semel concepta difficile deserit, raptores earundem rerum a sua cupiditate non facile potuerunt avelli. Unde compulsi monachi praedicti monasterii nostram adierunt praesentiam, inter multas querimonias hanc maxime deferentes, quod ab adiacentibus suburbanis parochiis molestarentur, volentibus parrochiam ecclesiae sancti Maximini ante fores ipsius monasterii positae, a nobis autem eidem loco cum suis appenditiis redditae, a terminis antiquitus constitutis detruncare et parrochianos eius suis quibusque finibus applicare. Quam eorum querimoniam ad synodum referentes et subtiliter investigantes testimonio multorum, tam clericorum quam laicorum, qui antiquiores videbantur, repperimus praedictam basilicam sub titulo matricis ecclesiae antiquitus consecratam. Qui etiam cum sacramento probaverunt se veraciter scire ipsam parrochiam infra suburbium a priscis temporibus ita determinatam, ut a muris urbis et porta australi atque a fluviolo Lingruscia[1], qui medium suburbium interluit, quidquid hac meta concluditur usque ad summum vici sancti Apri, praedictae matrici ecclesiae more parrochiali legaliter sine praeiudicio foret subiectum, ea tamen lege ut, si ipsi parrochiani de terra sancti Stephani aliquid extra praefinitum terminum excolerent, ad titulum sancti Iohannis debitam decimationem redderent, extra suburbium autem, quia legitimae determinationes definiri non poterant, ubicumque sua proveniret pars, sine controversia acciperet.

Hoc ergo testimonio, ancipiti submota sententia, decernimus et consultu totius synodi statuimus, ut secundum praefixum terminum praedicta ecclesia ius parrochiale in perpetuo possideat. Obsecramus autem ac sub invocatione nominis divini obtestamur unumquemque antistitum successorum nostrorum, ne in aliquo praedictam determinationem violari patiatur, ut, dum particeps fit nostrae bonae voluntatis, sit et remunerationis. Si quis vero, quod non credimus, contra hoc testamentum nostrum venire temptaverit aut hoc decretum violare vel calumniari sive definita removere, feriatur iudicio divinae ultionis sub iudicio perpetui anathematis. Quod ut magis fixum et stabilitum aeternaliter maneat, manu propria firmavimus et consedentibus nobis firmandum tradidimus.

Ego Frotharius[2] episcopus a me facto testamento relegi et subscripsi. Ego Leutmundus primicerius subscripsi. Ego Berhardus presbyter subscripsi. Ego Gautsarius presbyter subscripsi. Ego Nivulfus presbyter subscripsi. Ego Iohel presbyter subscripsi. Ego Arengaudus presbyter et bibliothecarius subscripsi. Ego Ermentramnus levita subscripsi. Ego Custardus diaconus subscripsi. Ego Heribertus levita subscripsi.

Actum Tullo in plenaria synodo sub die Iduum Octobrium anno ab incarnatione Domini octingentesimo trigesimo octavo, indict. I., imperante Ludovico serenissimo Augusto anno XXV.

13 quisque *C.* 23 Ioannis *C.* 37 Gautsarius] *ita M,* Hautfarius *C.* 38 Nivultus *C.* Ioel *M,* Lohel *C.* 39 Arengaudus] Ocrengaudus *C.* Ermentrannus *C.* 40 Eustardus *C.* Herbertus *C.*

1) *Hodie l'Ingressin fl.* 2) *In scribendis nominibus editionem cartae prioris a Mabillon (v. p. 782 ann. 2) confectam secuti sumus, cum in hac eadem nomina (et insuper 17 alia) occurrant eamque ex originali se descripsisse dicat Mabillon.*

59. CONCILIUM CENOMANNICUM.

840. Mai. 12.

Concilii Cenomannici decretum de missis cantandis legitur in Gestis Aldrici episcopi Cenomannici (cc. 58 et 59), quorum recentissimam editionem (de antecedentibus cf. Potthast, 'Wegweiser' I, 510) a R. Charles et L. Froger ('Mamers' 1889, p. 165—174) secundum codicem bibliothecae Cenomannicae 99 saec. XI. (= C) confectam nos repetimus. — Reg.: Neues Archiv' XXIV, 491.

In nomine patris et filii et Spiritus sancti. Aldricus indignus Cenomannice matris aecclesiae episcopus omnibus nostrae curae commissis sacris ordinibus et cunctis fidelibus salutem et gloriam sempiternam.

Cum in Dei nomine anno incarnationis dominicae DCCCXL., indictione III. et anno imperii domni Hludowici piissimi imperatoris XXVII., anno vero VIII. ordinationis praedicti Aldrici episcopi[1], IIII. videlicet Iduum Maiarum die, sinodum omnium sacerdotum ac levitarum seu reliquorum servorum Dei Cenomannica in urbe praedictus pontifex coadunaret, post allocutionem et ammonitionem sive inquisitionem eorum coepit iam dictus Aldricus episcopus una cum eis illisque deprecantibus tractare, quid officii unusquisque pro suis confratribus, tam pro vivis quam et pro solutis debito mortis, diligenter ageret et quid pro praefixo pontifice et grege utriusque ordinis sibi commisso fideliter adimpleret.

Qua de re hoc instinctu divino pariter considerantes tractavimus simulque inter nos bono animo et pura voluntate decrevimus, ut, dum advixerit, unusquisque nostri ordinis sacerdos pro prescripto domno Aldrico episcopo et pro populo sibi commisso in IIII. feria una cum letania et oblationibus missam decantet I, similiter et VI. feria faciat et qui hoc facere non poterit L psalmos decantet, — orantes ac supplicantes Dominum coeli, ut Deus omnipotens praefixo pontifici nostro secundum suam voluntatem hanc tribuat degere vitam, ut, quando ei placuerit finisque huius vitae advenerit, coelestis ianua ei pateat et locus sanctorum consortii nobis deprecantibus detur. Amen. Similiter et praefatus pontifex pro nobis omnibus aut per se aut per aliquem a se commissum est pollicitus agere.

Insuper haec tractantes in praescripto Iduum Maiarum die et in iam dicta synodo inter nos decrevimus, ut unusquisque nostrum, dum advixerit, pro suis confratribus in anno XII cantet missas cum oblationibus et reliquis orationibus et, quando

Lemma: LVIII. Synodus habita ab Aldrico in urbe Cenomanica *praemittit Baluze, Miscellanea III (Paris. 1680), p. 146.*
14 Cenomanica *C.* 17 debite *C.* 30 Iduum] Kalendarum *C.*

1) *Qui 832 die 22. m. Decembris consecratus erat; cf. Gesta Aldrici c. 1 (l. l. p. 10) et Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium c. 23 edd. G. Busson et A. Ledru ('Au Mans' 1901), p. 299 sq. 307.*

quisque nostrum obierit, unusquisque decanus nomina de suis iunioribus conscripta in nostra per singula tempora sinodo deferat et unusquisque nostrum pro illis missas compleat XII cum oblationibus et reliquis orationibus et vigiliam cum VIIII psalmis et totidem lectionibus et responsoriis una cum matutinali sinaxi[1] fideliter pro defunctis fratribus peragat et sic hoc faciat, sicut vult pro se fieri, quando hoc idem ei advenerit, et sicut ante tribunal districti iudicis rationem ex hoc reddere voluerit, quod hic coram Deo et coram nostro pontifice et coram nobis omnibus se facere sponte promisit. Tribuat Dominus omnipotens, ut sic inde faciamus, ut non dampnationem, sed plenam retributionem ex his a domino Deo nostro percipere valeamus et vitam habere sempiternam valeamus auxiliante domino nostro Ihesu Christo, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Hec est missa, quae pro domno episcopo et pro omnibus sibi commissis bis in unaquaque ebdomada, id est IIII. et VI. feria, una cum letania adimpleri debet; et post istam subsequitur illa, quam pro nobis in invicem canere debemus; et post illam subsequitur illa, quam pro fratribus nostris defunctis cantare debemus.

Missa cotidiana.

V. Intret oratio mea. Sanctae Dei genetricis Mariae ac beatorum apostolorum sive martyrum tuorum Gervasii et Prothasii atque sancti Stephani simulque reliquorum martirum et confessorum virginumque atque omnium sanctorum tuorum assiduis intercessionibus quaesumus, salvator mundi, pontificem nostrum Aldricum misericorditer protege pariterque ei familiaritate atque consanguinitate coniunctos et omnes sibi commissos utriusque ordinis, viros et feminas, ab omni pravitate defende et secundum tuam voluntatem eis vivere tribue omnemque populum Christianum misericorditer custodi et animabus famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum et commissarum atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium requiem tribue benignus sempiternam et sanctorum tuorum coetibus consociare digneris propitius. Per.

Epistola ad Colosenses: Fratres, non cessamus pro vobis orantes et postulantes. Col. 1, 9.

R. Domine exaudi.

V. Ne avertas.

Evangelium secundum Iohannem. In illo tempore *sublevatis Ihesus oculis in coelum dixit: Pater, ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste, mundus te non cognovit, ego autem novi te, et hii cognoverunt, quia tu me misisti, et notum feci eis nomen tuum et notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit et ego in ipsis.* cf. Ioh. 17, 1 sqq.

Offert(orium). Exaudi Deus.

Secreta. Oblationis huius, Domine, placare muneribus et intercedentibus omnibus sanctis tuis protege pontificem nostrum Aldricum et omnes sibi commissos commissasque atque omnem populum Christianum a cunctis defende periculis et animabus famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum commissarumque atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium per haec sancta sacrificia remissionem omnium tribue peccatorum et vitam habere concede sempiternam.

Praefatio. Vere dignum etc. et tuam clementiam profusis precibus implorare, ut intercedente beata et gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria sanctisque martiribus tuis Gervasio et Prothasio sive sancto Stephano et omnibus sanctis tuis cunc-

12 Hec] LIX. *praemittit Baluze, l. l. III, 148.* 15 quam] quae *C.* 17 V = Versus *hic et infra.* 26 Per] *scil. Christum dominum nostrum; v. p. 786 l. 6.* 28 R = Responsorium. 30 Evangelium *deest C.* 31 Pater] quos dedisti mihi volo *Baluze suppl. e Vulgata.*

1) *Cf. Ducange s. v. synaxis.*

torum peccatorum veniam pontifex noster Aldricus consequi mereatur; et eos easque, quos et quas ei cura regiminis consociasti ac familiaritate et consanguinitate iunxisti, et omnem populum Christianum angelorum omniumque sanctorum tuorum tuere praesidiis et animas famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum et commissarum atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium, ut in pacis ac lucis regione constituas, deprecamur. Per Christum dominum nostrum.

Infra actionem. Hanc igitur oblationem, quam tibi pro pontifice nostro Aldrico atque grege sibi commisso et propinquitate ac familiaritate iunctis ei atque pro salute cuncti populi Christiani suppliciter immolamus, quaesumus, Domine, ut benignus accipias et tua pietate concedas, ut et illis proficiat ad salutem huius pietatis affectus et animabus famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum et commissarum atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium impetret beatitudinem sempiternam; diesque nostros.

Ad communionem. Amen dico vobis.

Ad complendum. Purificet, quaesumus, salvator mundi, pontificem nostrum Aldricum divini sacramenti libatio et gloriosa sanctae Dei genitricis Mariae atque omnium sanctorum oratio et gregi sibi commisso ac familiaritate et consanguinitate iunctis ei et omni populo Christiano misericordiam tuam ubique praetende et animabus famulorum famularumque tuarum omnium sibi commissorum et commissarum atque cunctorum cunctarumque in Christo quiescentium remissionem omnium tribue peccatorum et vitam habere concede sempiternam. Per.

Alia. Omnipotens sempiterne Deus sanctae Dei genitricis Mariae et omnium sanctorum tuorum pia et assidua intercessione pontificem nostrum Aldricum ubique misericorditer protege et ab omnibus adversitatibus corporis et animae tua potentia defende commissumque sibi gregem cunctum ad regendum custodi et omnem populum Christianum conserva atque illi et omnibus in Christo quiescentibus requiem tribue sempiternam. Per.

Item alia missa, quam mutuo praedicti sacerdotes inter se cantare debent.

Deus, qui karitatis dona per gratiam sancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti, da famulis et famulabus tuis diversorum cenobiorum et titulorum atque locorum tam sacerdotum et levitarum quam et reliquorum fidelium tuorum, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque his in titulis scripta continentur vocabula, fratribus ac sororibus et familiaribus nostris, salutem mentis et corporis, ut te tota virtute diligant et quae tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Per.

Ierem. 14, 7—9. *Lectio Hieremie prophetae: Si iniquitates nostrae contenderint contra nos, Domine, libera nos, quaesumus; fac propter nomen tuum, quoniam multae sunt aversiones nostrae. Tibi peccavimus, expectatio Hisrael, salvator noster in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es, Domine, et nomen sanctum tuum super nos invocatum est. Ne derelinquas nos, domine Deus noster.*

Matth. 7, 7—11. *Secundum Mathaeum.* In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: *Petite et dabitur vobis, querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit, et qui querit invenit et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, qui, si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei aut, si piscem, numquid serpentem porrigit? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester dabit bona petentibus se.*

17 grege *C.* 21. 27. 35 Per] *v. l. 6.* 39 es] est *ed.*

Secreta. Munera, quaesumus, Domine, quae pro nostra et omnium, quorum quarumque recolimus memoriam et quorum quarumque his in diptitiis nomina continentur inserta, redemptione oculis tuis tuae offerimus maiestatis, placatus suscipe et ad perpetuam nobis omnibus tribue provenire salutem. Per.

V. Aeterne Deus, implorantes tuae maiestatem misericordiae, ut nobis et omnibus, quorum quarumque recolimus memoriam et quorum quarumque nomina his in diptitiis continentur inserta, veniam largiri digneris peccatorum, ut, ab omnibus inimici vinculis liberati, tuis toto corde inhereamus mandatis et te solum semper tota virtute diligamus et ad tuae quandoque beatitudinis visionem pervenire mereamur. Per Christum.

Hanc igitur oblationem, Domine, quam tibi pro peccatis atque offensionibus nostris et omnium, quorum quarumque agimus memoriam et quorum quarumque hic continentur inserta vocabula, offerimus, ut cunctorum delictorum remissionem consequi mereamur, quaesumus.

Ad com(plendum). Divina libantes misteria quaesumus, Domine, ut haec salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem et pacem pro quorum quarumque dilectione haec tuae optulimus maiestati. Per.

Alia. Da famulis et famulabus tuis, quaesumus, Domine, omnibus, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque nomina his in diptitiis continentur conscripta, seu etiam ceteris fidelibus utriusque sexus in tua fide et sinceritate constantiam, ut in karitate divina firmati nullis temptationibus ab eius integritate vellantur. Per.

Item missa pro defunctis fratribus et sororibus nostris.

Deus, cuius misericordiae non est numerus, suscipe pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque nomina his in diptitiis conscripta esse noscuntur, preces nostras et lucis eis leticiaeque regionem in sanctorum tuorum societate concede. Per.

Alia. Deus, cui proprium est misereri et preces exaudire supplicantium, propiciare animabus famulorum famularumque tuarum diversorum cenobiorum et titulorum, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque hic assignata continentur vocabula, ut te miserante a peccatorum vinculis absolute ad aeternae beatitudinis requiem pervenire mereantur. Per.

Ad Thessalonicenses: Fratres, nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quod Ihesus mortuus est et resurrexit, ita et Deus eos, qui dormierunt, per Ihesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus, in adventu Domini non praeveniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba Dei descendet de coelo et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis. 1. Thess. 4, 12—17.

Evangelium secundum Iohannem: In illo tempore, dixit Ihesus turbis Iudeorum: *Amen, amen dico vobis, quia venit hora et nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit et filio vitam habere in semetipso et potestatem dedit ei et iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae.* Ioh. 5, 25—29.

3 maiestati *C.* 4. 17. 22. 27. 32 Per] *v. l.* 9 *sq.*

Secreta. His, quaesumus, Domine, placatus muneribus intende, et quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus ad indulgentiam omnium, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque nomina hic continentur inserta, sive cunctorum fidelium proficiat defunctorum. Per.

V. Deus, qui nobis in Christo unigenito filio tuo domino nostro spem beatae resurrectionis concedis, praesta, quaesumus, ut animae, pro quibus hoc sacrificium redemptionis nostrae tuae offerimus maiestati, ad beatae resurrectionis requiem te miserante cum sanctis tuis pervenire mereantur. Per Christum.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro animabus omnium, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque nomina his in diptitiis conscripta esse noscuntur, seu cunctorum cunctarumque fidelium defunctorum et defunctarum, quaesumus, Domine, propiciatus accipias et miserationum tuarum largitate concedas, ut quidquid terrena conversatione contraxerunt his sacrificiis emundetur, ac mortis vinculis absolutae transitum mereantur ad vitam; diesque nostros.

Propiciare, Domine, quaesumus, omnibus in Christo quiescentibus, ut animae famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque nomina his in diptitiis conscripta esse noscuntur, his purgate sacrificiis indulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per.

Alia. Deus, cui possibile est omnes homines sine difficultate salvare, tanto benignius animabus famulorum famularumque tuarum diversorum cenobiorum et titulorum, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque hic adsignata continentur vocabula, misericordiam concede perpetuam, quanto eos ad filii tui Domini nostri pertinere gratiam tribuisti. Per.

Alia. Deus, vita viventium, spes morientium, salus omnium in te sperantium, praesta propitius, ut animae famulorum famularumque tuarum, quorum quarumque memoriam agimus et quorum quarumque nomina his in diptitiis continentur inserta, a nostrae mortalitatis tenebris absolute in perpetua cum sanctis tuis luce laetentur. Per.

4. 18. 23. 27 Per] *v. l. 8.* 13 emundentur *C.* 15 ut] et *C.* 17 esse noscuntur *desunt C.* 19 benignus *C.* 25 famulorum] famulorumque *C.*

---

60. CONCILIUM TEATINUM.

840. Mai. 12.

Concilii Teatini, casu eodem die atque concilium Cenomannicum (supra p. 784 sqq.) celebrati, unicum exstat documentum, Theodorici episcopi scilicet institutio de clericis ad normam vitae canonicae redigendis. Quam ex archivo ecclesiae Teatinae se deprompsisse affirmat primus editor, sed eum textum bonum non praebere apparet: correcturis satis multis indiget, quas ad nomina locorum proponere ausi non sumus. Hac autem de causa factum est, ut non ubique nomina moderna locorum statuere possemus, quamquam in eis enucleandis nobiscum summam operam dederunt vv. dd. W. Deecke Friburgensis et E. Stengel amicus Marburgensis.

Edd.: Ughelli, Italia sacra ed. 2. VI (1720), p. 679 ex archivo ecclesiae Teatinae. Mansi, Suppl. conc. I, 897. Mansi XIV, 779 (extr.). — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 491.

In nomine Dei et salvatoris nostri Iesu Christi.

Domnus Theodoricus sanctae Teatinensis[1] ecclesiae licet exiguus episcopus.

Cum synodali more in praefata resideremus, praesentibus nobiscum presbyteris et diaconibus necnon et cuncto clero praefatae sedis, ibique Christo domino cooperante in custodiam rectitudinis sanctae nostrae ecclesiae statueremus, ut ad meliorem quidem statum ecclesiasticum in aliquo exerceremus consuetudinem, quae antiquitus fuerat reconcilianda, ibi inter caetera cum consensu omnium praedictorum canonicam[2] instituere certavimus, habentes normam firmitatis, eo quod a domino imperatore Augusto per diversa episcopia iam diu ea fieri praeceptum est[3]. Et quia hic propter obitum antecessoris mei remansit, idcirco prompto animo illis consentientibus canonicam reconciliamus in ecclesia beati Iustini cum ipsa ecclesia sancti Salvatoris cum terris et vineis, cum colonibus et omni pertinentia sua et in ecclesia sanctae Agathae, quod est synodoclica ibi constituta, cum servis et ancillis, cum terris et vineis, quae sunt in Grenaci[4], in fonte Sanmasia[5], sub ipso monumento a sancto Andrea cum terris et vineis et in Arizafali[6] et in Ganzano[7] in terris et vineis et in omni pertinentia sua et in Casa Ostri cum duobus suis colonibus et in Cerretello[8] cum terra et vineis et in Paternello[9] in ipsa curte cum cellis et omnibus seu consuetis et colonicibus et cum omni subiacentia vel pertinentia sua et quod est in Karamo maiore[10] cum omni subiacentia vel pertinentia sua et cum ipsis rebus, quae sunt in Karamo minore[11] et

3 praefata] *scil.* ecclesia. 6 fuerit *ed.* 7 reconcilianda] *id est* reformanda. ibi] ibique *ed.* praedicatorum *ed.* certificavimus *ed.* 10 remansi *ed.*, *intellige: inperfecta vel nondum introducta.* reconciliamus] *id est instituimus, ut interpretatur Ducange s. v. synodoclica.* 12 colonibus] *ita ed.*, colonis? quod] *intellige:* propterea quod. 13 synodoclica] *ita etiam Ducange s. v., intellige autem* synodochium, *de quo verbo ibid. s. v. sinodochium plura leguntur.* 17 consuetis] *ita ed., emendationem proponere non audeo.* colonicibus] *ita ed.*, colonicis *(= coloniis) fortasse hic et infra legendum est; v. Ducange s. v. colonus (colonica).* 18 subiacentia] *id est appendice, accessione; v. Ducange s. v.*

1) *Chieti; cf. Gams, Series episcoporum p. 875.* 2) *Id est canonicorum collegium, ecclesiam collegiatam; cf. Ducange s. v.* 3) *Cf. supra p. 456 sqq. epistolae Hludowici imperatoris anno 816/17. ad archiepiscopos directae.* 4) *An legendum est* Gerunio? *Gerunium (hodie 'Gerione', quod desideratur apud Amati, 'Dizionario corografico illustrato dell' Italia', aut 'Casacalenda, comm. nel Napoletano, prov. di Molise, circond. di Larino'; cf. l. l. II, 479) invenitur apud H. Kiepert, Atlas antiquus (ed. 11., Berolini 1892), app. p. 11.* 5) *Loci huius reliquorumque, quibus nulla est addita interpretatio, situm formamque nominis modernam investigare nequivimus; culpa est editioni principi, duabus vicibus repetitae, non correctae attribuenda.* 6) *An 'Arischia, commune nel Napoletano, provincia d'Abruzzo Ulteriore II, circondario d'Aquila, mandamento di Pizzoli'?; cf. Amati, l. l. I, 415.* 7) *An 'Genzano, comm. nel Napoletano, prov. di Basilicata, circond. di Potenza, mand. di Genzano'?; cf. Amati IV, 130.* 8) *'Frazione del commune di Oliveto in Sabina, prov. dell' Umbria, circond. di Rieti, mand. di Rocca Sinibaldi'; cf. Amati, l. l. II, 919.* 9) *Inter loca, quae Amati, l. l. V, 991 sq. s. v. 'Paterno' affert, ad unum ex his septem respiciendum videtur, scilicet a) 'Fraz. del comm. di Amandola, prov. di Ascoli Piceno'; b) 'Fraz. del comm. di Atri, prov. di Abruzzo Ulteriore I'; c) 'Fraz. del comm. di Campli, prov. di Abruzzo Ulteriore I'; d) 'Fraz. del comm. di Castel Sant' Angelo, prov. di Abruzzo Ulteriore II'; e) 'Fraz. del comm. di Celano, prov. di Abruzzo Ulteriore II'; f) 'Fraz. del comm. di Fabriano, prov. di Ancona'; g) 'Fraz. del comm. di Poggio Cattino, prov. dell' Umbria'.* 10) *Fortasse 'Caramanico, comm. e mand. nel Napoletano, prov. di Abruzzo Citeriore, circond. di Chieti'; cf. Amati, l. l. II, 396.* 11) *Fortasse 'Roccacaramanico, comm. nel. Napoletano, prov. di Abruzzo Citeriore, circond. di Chieti, mand. di Caramanico'; cf. Amati VI, 1041.*

cum colonicibus suis et Rivo [1] et Pescarano [2] ad ipsum fontem ad ipsum Tribrum [3], quod est subtus viam et supra viam cum omni pertinentia sua et in Mortiano maiore [4], quod est super via et subtus via cum colonicibus suis et in fonte Tetali [5], ubi dicitur vinea Bonualli, super viam et subtus via et in Guarini [6] et in terris et vineis et omni pertinentia sua et Mortiano minore, ubi dicitur super Rivus Ruscaoli [7], cum terris et vineis et colonicibus suis et in Plonmata [8] cum terris et vineis et colonicibus suis et in Scalelle [9] et in fronte Anteperge et in Castangeto [10] et in Caselle [11] cum terris et vineis et colonicibus suis. Insuper statuimus medietatem de ipsa piscatione, quae est in Ipse de fauro, quae pertinet de ipsa curte de Campo Domnico [12], cum ipsa plebe sancti Iohannis, quae in ipso Castello [13] stare videtur, cum omni pertinentia sua.

Sic constituimus et tradidimus pro amore et timore fratrum ecclesiae sancti Iohannis, quorum nomina introeuntium alacri animo et mente humili in caritate confirmationi subscripta sunt: Leo praepositus, Gundefrid, Gasulphus presbyter, pro cuius amore

10 Iohannis] Ioann- *ed.* 12 introeuntium] *ita ed., forte legendum est* infra sequentium. confirmationi subscripta] *ita corr.,* confirmati ista *ed.*

1) *Utrum respiciatur ad oppidum quoddam (Ripa, id est 'fraz. del. comm. di Civitella del Tronto, prov. di Abruzzo Ulteriore I' vel 'fraz. di Fagnano alto, prov. di Abruzzo Ulteriore II' vel 'fraz. del comm. di Teramo, prov. di Abruzzo Ulteriore I'; cf. Amati l. l. V, 953 sq.) an ad fluvium quoddam (Ripa, sub quo nomine duo afferuntur l. l. VI, 954 sq.), in medio relinquendum est.* 2) *Aut 'Pescara' fluvius in mare Adriaticum exiens (cf. Amati, l. l. V, 1131) aut oppidum 'Pescara, comm. nel Napoletano, prov. di Abruzzo Citeriore, circond. di Chieti', ad ipsum litus eiusdem maris situm; cf. Amati, l. l. V, 1130.* 3) *Legendum fortasse est* Trinium; *Trinius flumen enim (hodie 'Trigno') prope oppidum 'Vasto' versus meridiem exit in mare Adriaticum; cf. Amati VI, 677.* 4) *Inter loca, quae afferuntur ab Amati (l. l. IV, 910 sq. V, 441) s. v. Marciano et Morciano, fortasse censendum est hoc in documento agi de 'Marciano, fraz. del comm. di Montesecco nel Napoletano, prov. di Abruzzo Ulteriore, circond. di Teramo, mand. di Atri' (l. l. IV, 911).* 5) *Legendum esse suspicatur W. Deecke* Betifulis; *Betifuli autem hodie est 'Scanno, comm. e mand. nel. Napoletano, prov. di Abruzzo Ulteriore II, circond. di Solmona'; cf. Kiepert, l. l. p. 5. Amati, l. l. VII, 353.* 6) *Amati IV, 327: 'Guarinelli e Guarini, due frazioni del comm. di Roccamonfina nel Napoletano, prov. di Terra di Lavoro, circond. di Gaeta, mand. di Roccamonfina'.* 7) *L. l. VI, 1264: 'Rosciolo, fraz. del comm. di Magliano de' Marsi, prov. di Abruzzo Ulteriore II.'* 8) *An verbo fortasse corrupto subest nomen vetus Castrum Planellae oppidi, quod hodie audit 'Pianella, comm. e mand. nel Napoletano, prov. di Abruzzo Ulteriore I, circond. di Penne'?; cf. Amati, l. l. VI, 44.* 9) *L. l. VII, 343: 'Scalelle, fraz. del comm. di Rocca di Fluvione, già Roccacasaregnana, prov. di Ascoli Piceno'.* 10) *L. l. II, 618: 'Castagneto, fraz. del comm. di Teramo nel Napoletano, prov. di Abruzzo Ulteriore I, circond. e mand. di Teramo'; l. l. II, 617: 'Castagneta, fraz. del comm. di Pescorocchiano nel Napoletano, prov. di Abruzzo Ulteriore II, circond. di Cittaducale, mand. di Borgocolle'.* 11) *L. l. II, 553: 'Casella, fraz. del comm. di Sigillo nella prov. dell' Umbria, circond. di Fuligno, mand. di Gualdo Tadino'; l. l. II, 555: 'Caselle, fraz. del comm. di Spoleto nella prov. dell' Umbria, circond. e mand. di Spoleto'.* 12) *L. l. II, 241: 'Campo, fraz. del comm. di Acquasparta nell' Umbria, prov. dell' Umbria, circond. e mand. di Terni'; l. l. II, 243: 'Campo, fraz. del. comm. di Montorio al Vomano nel Napoletano, prov. di Abruzzo Ulteriore I, circond. di Teramo, mand. di Montorio al Vomano'.* 13) *L. l. II, 682: 'Castello, fraz. del comm. di Paganica nel Napoletano, prov. di Abruzzo Ulteriore II, circond. di Aquila, mand. di Paganica'; l. l. II, 683: 'Castello, fraz. del comm. di s. Demetrio nel Napoletano, prov. di Abruzzo Ulteriore II, circond. di Aquila, mand. di s. Demetrio'.*

ibi constituimus praedictam plebem sancti Iohannis cum ipsa piscatione, et Theopo, Gualdefred, Iohannes, Leopardus, Lambertus, Luitprand, Antefred, Ianfred, Murtianus, Giselpertus decanus et portarius, quem scholae cantorum et scribarum magistrum ordinavimus. Ad victum vero et vestitum dedimus illi ecclesiam sancti Iustini, ubi et ipsam canonicam ad honorem sancti Thomae construximus, cum rebus et vineis, villis, casalibus, appendiciis atque colonicibus suis cunctaque ibidem pertinentia. Nobis vero reservavimus medietatem ex ipsis luminariis ad honorem sancti Thomae apostoli et dedimus propter adiutorium boum paria XX, boves decem, iumenta VII, pecora et porcos C.

Haec quoque firmiter studuimus perficere ad honorem et laudem almi Thomae seu ad stabilitatem imperii piissimi imperatoris.

Anno propitio imperii domini Lodoici imperatoris XXVII., per indictionem tertiam hoc factum est XII. die mensis Madii [1].

1) *Temporum notae omnes optime in annum 840. quadrant.*

---

61. CONCILIUM INGELHEIMENSE.

840. mense Augusto.

De Ebonis archiepiscopi Remensis restitutione in epistola synodi Tricassinae anno 867. ad Nicolaum I. papam directa haec leguntur (Mansi XV, 792, respecta lectione codicis Laudunensis 407 saec. IX. ex. fol. 151 sqq.): (Post depositionem in concilio apud Theodonis-villam anno 835. decretam; cf. supra p. 696 sqq.) in Cisalpinis regionibus isdem Ebo per diversa monasteria *(cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, 136)* commendatione imperatoris deguit usque ad annum incarnationis dominicae DCCCXL. et usque ad obitum ipsius imperatoris, qui in eodem anno XII. Kalendas Iulii contigit *(id est anno 840. die 20. mensis Iunii).* Defuncto autem eodem imperatore Hlotharius ab Italia in Franciam venit. Cui ad Wormaciam civitatem Ebo, deducente Bosone abbate *(s. Benedicti Floriacensis)*, cui commendatus ad custodiendum fuerat, occurrit eique Hlotharius post aliquot dies per edictum imperiale, quod in altera scedula vobis mittimus, sedem et diocesim consentientibus et cooperantibus non paucis episcopis, sicut ibidem est scriptum, restituit; *cf. etiam epistola Karoli regis ad Nicolaum; Mansi XV, 796 et Flodoardi Historia Remensis ecclesiae II c. 20; MG. SS. XIII, 473. Synodum Ingelheimensem congregatam esse* auctoritate apostolica et praeceptione Lotharii imperatoris *contendit narratio clericorum Remensium, in appendice tertia huius concilii edenda.*

Hoc edictum imperiale, *cuius contextui fortasse ab ipsis episcopis composito Hlotharii nomen et falsus dies addita sunt (cf. E. Mühlbacher, 'Sitzungsberichte der Wiener Akademie, phil.-hist. Classe' 1877, tom. LXXXV, 507 sqq.), legitur in codice Laudunensi 407 saec. IX. ex. (= L) fol. 160'. 161. Transiit in Flodoardi historiam ecclesiae Remensis II c. 20 (= F), MG. SS. XIII, 473 et cum interpolatione Ebonis in eiusdem*

apologeticum codicis Herivallensis deperditi, cuius exemplar saec. XVII. ab J. Sirmond confectum exstat in codice Parisiensi 'Nouv. acq. lat.' 469 fol. 120'. 121 (= S) et in appendice secunda huius concilii repetendum erit. Receptum denique est in codice epistolarum Udalrici Bambergensis ed. Gretser, Divi Bambergenses (Ingolstadii 1611), p. 523; cf. Jaffé, Bibliotheca rerum Germanicarum V, 6.

Edd.: Goldast, Constitutiones imperiales I, 189. Sirmond II, 631. Coll. reg. conc. XXI, 399. Marlot, Metropolis Remensis I, 385. Labbe-Cossart VII, 1771; ed. Coleti IX, 905. Baluze II, 341. Le Cointe VIII, 616. Harduin IV, 1447. Gallia Christiana IX, instr. 6. Bouquet VIII, 366. Hartzheim II, 139. Mansi XIV, 773. XVII, app. II, 233. Walter, Corp. iur. Germ. III, 262. MG. LL. I, 374. Migne, Patrol. lat. CXXXV, 137. CXXXVIII, 525. MG. Cap. II, 111. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 1072, ubi aliae etiam editiones laudantur. 'Neues Archiv' XXIV, 491.

In nomine domini nostri Iesu Christi Dei aeterni. Hlotharius divina ordinante providentia imperator Augustus. Quia confessio delictorum non minus in adversis necessaria est quam in prosperis et cor contritum et humiliatum Deus non despicit, gaudium etiam esse angelorum in caelo super uno peccatore paenitentiam agente non dubitamus, nos mortales in terris eos nequaquam despicimus, pro quibus gaudere angelos in caelo divino testimonio non ignoramus. Accusantes et reprehendentes in excessibus semetipsos divina nos benignitas non condemnare, sed recreare docuit qui meretricem non solum a legali damnatione eripuit, verum etiam publicanum humiliatum et accusantem se non condemnavit, sed magis iustificando exaltavit, qui non dixit: *Omnis, qui se humiliat,* condemnabitur, sed *exaltabitur.* Potestatem ergo, quam pro causa nostra raptus perdidisti, repetentibus ecclesiae tuae filiis, praesentibus quoque, adstantibus ac decernentibus praesulibus, sedem ac diocesim Remensis urbis tibi, Ebo, restituimus, ut pristino sanctae largitatis apostolicae pallio indutus, concordiam atque gratiam divini officii nobiscum, humili satisfactione expleta, sollemni nostra a largitate recipiendo exerceas.

cf. Ps. 50, 19. cf. Luc. 15, 10. cf. Ioh. 8, 7. Luc. 18, 14.

L et F haec praebent:

(1) Drogo[1] episcopus adsensi.

S haec praebet:

(1) Drogo[1], filius[2] Karoli gloriosi Augusti, frater Hludowici, excellentissimorum Caesarum totiusque sanctae ecclesiae ipsorum palatinus archipraesul[3], sciens sine certo et manifesto crimine neminem nisi canonice vocatum publiceque convictum deponendum episcopum neque sine consensu et praesentia ecclesiae suae nullum nisi sponte confessum licite absolvendum episcopum, alioquin quasi fugitivum aut quocumque modo subductum canonice revocandum;

Lemmata: Restitutio Ebonis *L,* Lotharii imp(eratoris) decretum de Ebonis restitutione *S (a Sirmond addita?).*

13 Lotharius *F.* 16 etiam esse] esse etiam *S.* 18 et] vel *S.* 19 condempnare *F.* 20 dampnatione *F.* 21 condempnavit *F.* 22 condempnabitur *F.* 23 filiis] fidelibus *S.* dioecesim *S.* 24 Eboni *S.* 26 sollempni *F,* solemni *S.*

1) *Mettensis.* 2) *De interpolatione Ebonis cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXV, 374 sq.* 3) *V. infra p. 804 ann. 4.*

L et F haec praebent:

(2) Otgarius [1] archiepiscopus. (3) Hetti [2] archiepiscopus. (4) Amalwinus [3] archiepiscopus. (5) Audax [4] archiepiscopus. (6) Ioseph [5] episcopus. (7) Adalulfus [6] episcopus. (8) David [7] episcopus. (9) Rodingus [8] episcopus. (10) Giselbertus [8] episcopus. (11) Frotharius [9] episcopus. (12) Badaradus [10] episcopus. (13) Hagano [11] episcopus. (14) Hartgarius [12] episcopus. (15) Ado [13] episcopus. (16) Samuhel [14] episcopus. (17) Hrambertus [15] episcopus. (18) Haiminus [16] episcopus. (19) Ratoldus [17] presbyter vocatus episcopus. (20) Amalricus [18] vocatus episcopus [19]

S haec praebet:

propter quod ligandi solvendique divinitus accepta licentia pontificali ex auctoritate ecclesiastica fratrem Remensem episcopum mundanis a pressuris eductum, repetentibus ecclesiae suae fidelibus, consensu principis nostri ceterorumque subscriptorum consacerdotum, cum pallio sanctae et apostolicae auctoritatis, divinis officiis ipso adiuvante revocamus, qui fraterna pro concordia simili satisfactione certanti veniamque suppliciter petenti potestatem sacrificandi dedit dicens: *Et tunc veniens offeres munus tuum.* Matth. 5, 24.

(2) Otgarius [1] archiepiscopus. (3) Amalwinus [3] archiepiscopus. (4) Heti [2] archiepiscopus. (5) Audax [4] archiepiscopus. (6) Giselbertus [8] episcopus. (7) Haiminus [16] episcopus. (8) Frotharius [9] episcopus. (9) Ado [13] episcopus. (10) Samuel [14] episcopus. (11) Rataldus [17] presbyter vocatus episcopus. (12) Ioseph [5] episcopus. (13) Adalulfus [6] episcopus. (14) David [7] episcopus. (15) Hrodingus [8] episcopus. (16) Badaradus [10] episcopus. (17) Agano [11] episcopus. (18) Hartarius [12] episcopus. (19) Hrambertus [15] episcopus. (20) Amalricus [18] vocatus episcopus [19]

cum caeteris plurimis presbyteris ac diaconibus publice adsistentibus.

Actum in Engilenheim palatio publico in mense Iunio, VIII. Kalendas Iul., regnante et imperante domno Hlothario Caesare, anno reversionis eius primo, successor factus patris in Francia, indictione tertia.

11 certandi — petendi *S.* 14 Hecti *F.* 20 Flotharius *L. F.* 23 Samuel *F.* 25 Hartarius episcopus] Samuhel episcopus *iterum add. S, v. l. 19 sq.* 29 Engelenheim *S.* VIII.] IX. *S; cf. Gretser, Opp. X, 694, ubi idem numerus legitur.* 30 et imperante *desunt S.* Lothario *F.*

1) *Moguntinus.* 2) *Treverensis.* 3) *Vesontiensis.* 4) *Tarantasiensis.* 5) *Eporediensis.* 6) *Gratianopolitanus.* 7) *Lausannensis.* 8) *Ignotus est.* 9) *Tullensis.* 10) *Paderbornensis.* 11) *Bergomensis.* 12) *Leodiensis.* 13) *Valentinus.* 14) *Wormatiensis.* 15) *Brixiensis.* 16) *Cenedensis?* 17) *Strassburgensis.* 18) *Comensis.* 19) *Eadem nomina praebent L, F et S, sed S mutato ordine, qui rursus mutatus est in narratione illa, quae legitur in codice Vaticano Palatino quasi exordium primae recensionis apologetici Ebonis infra in appendice prima huius concilii edendae (v. p. 794 l. 36 sqq.). Iidem episcopi novo quarto ordine laudantur in narratione clericorum Remensium in appendice huius synodi tertia repetenda, ubi additur Boso abbas s. Benedicti Floriacensis (v. supra p. 791 l. 26). — Inter 43 episcopos supra enumeratos septem, Drogo scilicet Mettensis, Otgarius Moguntinus, Hetti Treverensis, Frotharius Tullensis, Badaradus Paderbornensis, Ado Valentinus, Ratoldus Strassburgensis, depositioni Ebonis anno 835. assensum praebuerant; v. supra p. 703.*

APPENDICES AD CONCILIUM INGELHEIMENSE ANNI 840.

1. Apologetici Ebonis forma prior.

Duae exstant formae apologetici Ebonis, ab ipso sine dubio anno 842. et ut videtur paulo post editae, quarum prior diu iam publici iuris facta est, posterior ante paucos annos ad lucem protracta; cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXV, 375 sqq., et K. Hampe, ibid. XXIII, 181 sqq.

Forma prior, quam primo loco hic subiungimus, legitur in duobus codicibus: 1) in codice Guelferbytano inter Helmstadienses 32 (antea Hildesheimensi, deinde Flacii Illyrici) saec. XI. (= G) fol. 190—194, quem contulit v. d. W. Levison; 2) in codice Romano bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 576 (antea s. Martini Moguntini) saec. IX. ex. (= P) fol. 13'—18, quem contulit v. d. A. Müller. Pro fundamento editionis codice G usi sumus[1]*, primum quia antea erat ecclesiae Hildesheimensis, cuius episcopus inde ab anno circiter 845. usque ad diem mortis (851 d. 20. m. Martii; cf. Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reiches' ed. 2. I, 262 ann. 1) Ebo erat (cf. etiam Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' p. 479), deinde quia codex P ordinem apologetici admodum turbavit. Tractatui ipsi enim, qui a verbis* In nomine domini *originem duxisse verisimillimum est, praemittit P narrationem de Ebonis restitutione anno 840. facta et documentum de episcoporum Remensis provinciae consensu, quod in codice G inter expositiones reliquas optime insertum legitur. Qui ordo perversus qua de causa effectus sit, etsi affirmare non ausim, tamen ipsi Eboni eum attribuendum non esse apparet. Verborum denique ac sententiarum nexus elegans non est, nisi codicem G omnino sequimur.*

Edd.: I. I. Mader, M. Adami scriptoris vetusti historia ecclesiastica (1670), p. 236 ex G. In P nituntur L. d'Achéry, Spicilegium VII (1666), p. 175; ed. 2. III, 335 et qui eum secuti sunt, scilicet Labbe-Cossart VII, 1772; ed. Coleti IX, 907. Harduin IV, 1449. Bouquet VI, 254 (extr.). VII, 281. Mansi XIV, 775. Migne, Patrol. lat. CXVI, 11.

In nomine domini nostri Iesu Christi Dei summi. Glorioso imperante Hludowico Caesare, cuius prima regni tempora quamquam valde coruscarent prospera, ultima

Lemma in G: Ebonis apologia. *In P haec praemittuntur:* Id est apologeticum (appollog. *P*) Ebonis Remensis archiepiscopi, sanctae sedis apostolicae legati[2] pro convocatione *(fort.:* conversione*)* paganorum redemptioneque captivorum ex consensu Hludowici Caesaris totiusque palatinae dignitatis eius directi posteaque, persecutionis tempore plurimorum episcoporum caeterorumque nobilium laicorum exilia passorum, Remensi ab ecclesia pulsus septennique custodia pressus, hinc succedente Hlothario Augusto revocatus publiceque hac (= ac) auctoritate revocatus ecclesiastica restitutus, assistentibus vel decernentibus magnis consulibus pariter cum sanctis his subscriptis (subsubscriptis *P*) catholicis praesulibus, Drogone *(Mettensi)* archipalatino praesule sanctaque unanimitate illi omnes isti concordes: Autgarius *(Moguntinus)* archiepiscopus, Amalwinus (Amulwinus *P, Vesontiensis*) archiepiscopus, Audax *(Tarantasiensis)* archiepiscopus, Hetti *(Treverensis)* archiepiscopus, Ioseph *(Eporediensis)* episcopus, Adalulfus (Adululfus *P, Gratianopolitanus*) episcopus, David *(Lausannensis)* episcopus, Hrodingus *(sedis ignotae)* episcopus, Giseberhtus *(ignotus)* episcopus, Heiminus (Herminus *P, Cenedensis ?*) episcopus, Frotharius *(Tullensis)* episcopus, Badaradus (Baduradus *P, Paderbornensis*) episcopus, Hagano *(Bergomensis)* episcopus, Hrotgarius *(Leodiensis)* episcopus, Ado *(Valentinus)* episcopus, Samuhel *(Wormatiensis)* episcopus *(P pergit* Provocatus episcopus, *quae verba in* presbyter vocatus episcopus *corrigenda et post* Rataldus *ponenda duxi)*, Hrambertus *(Brixiensis)* episcopus, Rataldus presbyter vocatus episcopus *(Strassburgensis)*, Amalricus *(Comensis)* vocatus episcopus, cum caeteris plurimis presbiteris ac diaconibus in Ingelenheim palatio publico assistentibus. *Sequuntur:* His itaque (namque *P*) — Tarawensis similiter, *quae infra p. 797 l. 34 — 798 l. 24 leguntur.*
27 regni tempora] tempora regni *P.*

1) *Antea minus recte de eius indole iudicavimus, 'Neues Archiv' XXV, 376.* 2) *Cf. MG. Epp. V, 68 sqq. 81 sqq.*

tamen eius concussa nimia adversitate divinam quasi indignationem illam passa, quam de novissimis temporibus vis semper terret ewangelica dicens: *Tradet autem frater* Matth. 10, 21. *fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes,* multi denique hinc potentes expulsi sunt a patria; episcopi quoque aliive Dei ministri custodias et exilia passi; quidam etiam utriusque sexus nobiles laici ad monasticum habitum conpulsi, ut saltim his flagellis celeri castigatione conpuncti remedia salutis perciperent aut obdurati iudicia dampnationis futura sentirent, quia, quos blanda viciaverat prosperitas, necesse erat, ut dira purgaret adversitas, ne ad tartaream vindictam divina ultro seviret maiestas.

His etenim manifestis cognitis periculis ego Remensis Ebo indignus episcopus inter ceteros anxios tribus adflictus pressuris, id est sublatis rebus omnibus, in ira vel custodia obpressus principis, insuper et fessus egritudine corporis, sancto cum psalmista dicere non erubui: *Iniquitatem meam adnunciabo et cogitabo pro peccato meo.* Ps. 37, 19. Divinis flagellis monitus, si in prosperis legem Domini neglexi, ad ipsam in adversis confugere debui, ita ut, si quem per potentiam quondam iniuste laesi, hinc in angustiis me ledentem ferre patienter devovi. Si cui etiam aliquid indebite abstuli, ablatis mihi omnibus non contradixi, sed auferenti tunicam etiam et pallium reliqui. Si enim cf. Matth. 5, 40. quandoque amicum neglexi, inimicum diligere, hinc et pro persecutoribus orare didici. Sicque humili satisfactione memetipsum accusans furores persequentium mitigare plus quam litigare decrevi, sancto instruente Habraham, qui inter pericula a praelatione cf. Genes. 20, 2 sqq. uxoris se exuens vim facientibus humiliter cedere magis quam damnabiliter resistere elegit. Sanctus utique apostolus non minus eadem docuit, cum dixit: *Non vosmetipsos* Rom. 12, 19. *defendentes, carissimi, sed date locum irae.* Inter divina siquidem verbera beatus Iob non murmurare, sed orare atque confiteri peccata maluit, cum anxius inter cetera multa lamenta dixit: *Peccavi; quid faciam tibi, o custos hominum?* Iob 7, 20.

Quibus multimodis patrum animatus exemplis, ductus eodem mundano impetu, compulsus ad tribunal palatinum, non ad synodalem sanctorum conventum, quo violenter non licet trahi, sed magis liberum canonice convocari episcopum, contigit tamen me in media multitudine sanctorum adstitisse fratrum hiemali vexatione diutina ibi adflictorum, quorum pia consolatione recreatus, illa mihi divinitus inspirata sententia caritatis praesto apparuit condolentium, sicut scriptum est: *Cum patitur unum* 1. Cor. 12, 26. *membrum, compatiuntur omnia membra.* Quorumque consilio adiutus tres mihi ex ipsis elegi secretissimos adiutores, Aiulfum [1] videlicet archiepiscopum, Badaradum [2] Modoinumque [3] episcopos, cum quibus de salvatoris nostri institutione peccatorumque remissione diligenter contuli, memor evangelici praecepti dicentis: *Si offers munus tuum ad* Matth. 5, 23. 24. *altare* et cetera usque *relinque ibi munus tuum ante altare.*

Hac igitur auctoritate cernens, quia frater, quanto magis quia princeps meus commotus adversum me erat, reliqui munus oblationis meae ante altare et, summa satisfactione iam dictorum consensu confessorum vel fratrum succumbens, propter debitam recuperandi concordiam inlatas omnes iniurias patienter suscepi et puritate confessionis remissionem peccatorum veniamque et non condempnationem percipere cre-

1 nima *G.* 6 saltem *P.* sulutis reciperent *P.* aut — sentirent *desunt P.* 7 blanda] blan *P.* 15 iniustę *G.* hinc] huic *P.* 17 tonicam *G.* 20 Abraham *P.* 22 non] nec *G.* vosmetipsos] vos *G.* 23 defentes *G.* 26 Quibusnam *G.* 28 canonicę *G.* 30 pia consolatione] consolatione pia *P.* 31 presta *G.* 32 omnia] cetera *G.* mihi] ut *add. G.* 33 Badaraldum *G,* Baduradum *P.* 35 praedepti *P.* 37 magis quia] magis *G.* 39 consensensu *G.* debitam *deest P.* 40 iniurias — suscepi] patienter suscepi iniurias *P.* 41 percipe *G.*

1) *Bituricensem.* 2) *Paderbornensem.* 3) *Augustodunensem; v. infra p. 797 l. 5 sqq.*

didi, quia superbiam in me iudicavi ut necem diabolicam, vanam gloriam, ruinam per-
petuam, mundi huius — quod est amatorum mundi — noxiam amicitiam, quae divino
testimonio ad Dei pertinet inimicitiam, in me damnavi ut penam tartaream, sacra di-
Iac. 4, 4. cente scriptura: *Qui amicus fuerit huius saeculi inimicus Dei deputabitur.* Fratris con-
vicium et fatue dictum lege evangelica deputavi ut gehennale supplicium; mendacium
1. Ioh. 3, 15. quoque vel odium non minus quam homicidium exsecravi, testante apostolo: *Qui odit
fratrem suum homicida est.* Eodem modo mendatium respui ut scelus pessimum, de
Ps. 5, 7. quo terribiliter divinitus habetur prefixum: *Perdes omnes, qui locuntur mendacium.*
Quo scelere offenditur Deus, decipitur proximus, perit et ipse propria nece dolosus [1].
Quibus quidem aliisque similibus formidolosissimis pestibus territus atque compunctus
Hebr. 12, 6. non ficte, sed devote, corripiente me Domino, ingemui, qui *quos amat arguit, flagellat
1. Cor. 11, 32. omnem filium, quem recipit,* sancto clamante apostolo: *Cum iudicamur autem, a Domino
corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.*

Ne igitur sevientes in me amplius peccarent, salvatoris nostri evadendi usus
Ioh. 8, 59. sum argumento, qui inter manus persequentium *abscondit se et exivit de templo,*
neque ego periculis imminentibus distuli exire de templo et secedere a pontificali
officio, qui violenter triennio iam expulsus eram a debito sacrificandi loco. Nam et
apostoli, tempore passionis territi, non ritum sacrificandi, sed provida circumspectione
abdita tantum loca orationis quaerebant latitandi, quia metus fraterna cum discordia
divina rite non celebrat carismata, etiam et tempus lugendi non exposcit sollemnia,
Ps. 31, 5. 6. sed potius evadendi remedia, dicendo: *Confitebor adversum me iniustitias meas Domino,
et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore
oportuno.* In hoc ergo tempore oportuno, si sancti pro remissione peccatorum laborant,
peccatores utique ad confessionis remedia currere non differant necesse est. Unde et
nequaquam noxia, sed potius saluberrima habenda est illa confessionis meae publica
inscriptio, per quam certa perhibetur posse fieri peccatorum remissio, dum lex peni-
tentium, quae a merore incipit, ad gaudia merito consurgit, divina dicente sententia:
Ps. 125, 5. *Qui seminant in lacrimis in gaudio metent.* Neque enim Dominus despicere aut dam-
cf. Luc. 4, 18. nare, sed potius sanare atque erigere contritos corde legitur. Subscriptionem ergo lega-
liter mihi in angustiis nequaquam damnationis, sed potius ereptionis titulo edidi, quam
non convictus, sed valde constrictus protuli, melius hic inferendam adnotatione publica
providi in testimonio veritatis, ne aucta aut minuata maculetur alicuius aemuli quan-
doque mendaciis, ut et quod tunc secreto gestum est ereptionis argumento hinc iam
publico ubique discutiatur ab omnibus vere caritatis indicio: dum nullum ibi certum
damnationis prefigitur crimen, nullatenus ullum possit ultra pati confusionis discrimen.
Non noxia ergo, sed valde proficua habenda est talis subscriptio, quae furores per-
sequentium mitigavit, hiemales anxias vexationes fratrum porrecta levigavit, me etiam
ab ira sevientium eripuit, insuper et secundum sanctarum scripturarum auctoritatem

1 ut] et G. 2 amititiam G. 3 inimititiam G. 4 amicus — saeculi] huius saeculi amicus P. 5 et] ut G. P. 6 execravi P. reatum *add.* G. 8 terribiliter *deest* P. 11 ficte — devote G. me *deest* G. 12 autem *deest* P. 15 argumentum G. abscondit se] se abscondit P. 16 ego *deest* P. 17 violenter] a *add.* G. 21 Domino *deest* P. 23 remisione G. 26 certa — remissio] perhibetur certa peccatorum posse fieri remissio P. 29 legaliter] *ita e coni.*; legit' G. *deest* P. 30 tytulo G. 31 adnotatione publica] ad notationem publica G. annotatione publica P. 32 praevidi P. ne aucta] nec vita G. minuta P. 33 secreto — est] gestum est secreto P. 34 indicio] studio P. nullum ibi P. 35 confusionis] confessionis G. 38 sevientium] persequentium P.

1 *Cf. Ovidius, Ars amatoria I v. 655 sq.*: . . . neque enim lex aequior ulla quam necis artifices arte perire sua.

mihi confitenti remissionem porrigit peccatorum, si perseveravero divinitus castigatus cepta in emendatione morum. Scripsi utique in quo apud Deum non corrui, sed potius humili satisfactione convalui, et haec ita vim facientibus edita optuli, quia certus sum et scio cui credidi dicens:

Ego[1] Ebo indignus episcopus, recognoscens fragilitatem meam et pondera peccatorum meorum, testes confessores meos, Aiulfum videlicet archiepiscopum, Badaradum quoque necnon et Modoinum episcopos constitui mihi iudices delictorum meorum puramque ipsis dedi confessionem, quaerens remedium penitendi et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, alienumque me reddens pro reatibus meis, in quibus me peccasse secrete ipsis confessus sum, eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alio succedendi et consecrandi subrogandique in loco meo, qui digne praeesse et prodesse possit aecclesiae, cui actenus indignus prefui; et ut inde nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria subscribens firmavi.

Si quis vero per hanc salutarem in pressuris repertam conscriptionis formam me damnandum decreverit, similiter et in omnibus scriptis meis me obprimere poterit, in quibus numquam me iustifico, sed semper indignum episcopum subscribens ubique denuntio, nec tamen me in hac eadem subscriptione ullus violatorem aut mendacem deprehendere poterit, quia nemo ibi postea utilior prefuit, sed septenni ferme sub penitentiae spacio, quo in sancta aecclesia peccatorum penitentibus fieri solet remissio,
patienter expectans et nemini consecrationis ibi dignitatem impedivi, — *Nolite ergo,* Matth. 7, 1. 2.
dicente domino Deo nostro, *condemnare et non condemnabimini; in quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini.*

Conscriptio itaque haec diversis necessitatibus, id est delictorum vel persequentium occasione confecta, si adhuc scandalizanti alicui scrupulum generat, universam ibi quaeso verborum rationem discutiat, in qua certo crimine invento, unde canonica
rite sequitur damnatio, iuste, precor, et non livide iudicet proximo. Dumque se aestimat cf. 1. Cor. 10, 12.
stare, videat ne cadat, quia lividus iudex, festucam in alterius querens, trabem in suo cf. Luc. 6, 41.
nequaquam sentit oculo. Luce clarius namque canonica fulget auctoritas, quod, sicut sine certo crimine canonice numquam deicitur episcopus, ita nec absolutione spontanea: quanto minus violenta alterius sub custodia non licet recedere episcopum sine concordi praesentia vel consensu civium subditorum!

Prevalet ergo merito in omnibus his ecclesiastica repetitio supra quascumque alias adinventiones violentas aut libitas sua magis quam Iesu Christi quaerentium.

His itaque explicitis canonice restitutionis palatinis summis negotiis, conprovincialium receptionis auctoritas sollempniter roborata VIII. Idus Decembris[2] extitit principali in ecclesia et sancta sede Remensi, obviam ibi occurrentibus cunctis dioceseos presulibus aut missis cum concivibus inclitis a longe aecclesiastica hac publica necessitate vel utilitate promotis, quibus veniendi inpossibilitas sola non restitit. Generali conventui congratulantes hanc subscriptionem publicam, concordi unanimitate celebrata, priscorum patrum exemplis edocti racionabiliter ediderunt.

2 cepta] certa *P.* 6 Baduradum *P.* 10 in *deest P.* alio *corr. al. man.* alii *G.* 12 hactenus *P.* inde nullam] nullam inde *P.* 14 hanc salutarem] salutarem hanc *P.* formam] formulam *P.* 16 subscribens] scribens *G.* 24 universorum *P.* 25 canononica *G.* 26 sequatur *P.* 28 sicut *bis scr. G.* 30 concordi] cordi *G.* 33 quaerentia *G.* 34 His itaque (namque *P*) — Tarawensis similiter *(p. 798 l. 24) desunt hoc loco in P, ubi una cum verbis illis supra p. 794 l. 28 sqq. exhibitis praecedunt initio apologetici.* 35 auctoritas *deest P.* 37 missis cum *desunt G, ubi autem spatium vacuum relictum est.* a longe *desunt P.* hac] hac *(del.)* ac aut *P.* 39 conventu congratulationis *G.* unanimitatem *G.*

1) *V. supra p. 701 sq. ad concilium apud Theodonis-villam 835.* 2) *840 Dec. 6.*

Haec ita scribendo omnes subternotati antistites unanimiter prefigentes sanxerunt:

Dum[1] non habetur incognitum, quod a pluribus videtur esse compertum, qualiter aecclesia haec maxima Galliarum sub regimine Francorum diversis perturbationibus ac discordiis principum his temporibus agitata vexatur, unde et plurimi episcoporum, vi propriis a sedibus expulsi aut timore derelictis gregibus, diversis in partibus exulantur. Inter quos etiam Ebo archiepiscopus Remensis aecclesiae, raptus a propria sede principum indignatione violenti, in exilio ductus est. Unde et reductus sub custodia, ut periculum imminens evaderet et furores persequentium mitigaret, redimendo tempus, ut meliori se tempori reservaret, cum consensu episcoporum pontificali secessit a ministerio, dum inter terrores et discordias ratio non sinit immolare victimas, dicente Matth. 5, 23. 24. Domino: *Si offers munus tuum ad altare et recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum.* Postquam vero Deus ecclesiae suae tranquilliora tempora reddidit, placuit principibus et magistris ecclesiasticis, ut idem pastor ad debitum ovile reverteretur et oves, quas compulsus reliquerat, tuendas iterum reciperet.

Quibus aecclesiasticis debitis negotiis ego (1) Teudericus Camaracensis episcopus adsensum canonice prebens, sicut prius de illius discessu compatiendo dolui, ita et modo ipsius de reversione congaudens constitutiones has seniorum vel fratrum roborando subscripsi, quia talia sepe contigisse et in aliis gestis ecclesiasticis legi. (2) Hrothadus Suessonicus episcopus haec ita similiter roboravi.

(G pergit).

(3) Hildemannus Belvacensis similiter. (4) Lupus Catalaunensis similiter. (5) Ragenarius Ambianensis similiter. (6) Erpwinus Silvanectensis similiter. (7) Folcoinus Tarawensis similiter. (8) Immo Noviomacensis similiter.

(P pergit).

(3) Hildemannus Belvacensis similiter. (4) Simeon Laudunensis similiter. (5) Erpwinus Silvanectensis similiter. (6) Raginharius Ambianensis similiter. (7) Emmo Noviomacensis similiter. (8) Folcwinus Tarawensis similiter.

Iuste ergo iudicantur omnia irrita, quaeque non fuerint auctoritate canonica evidentius undique fulta. Fidissimus denique tot talibusque praesidiis aecclesiasticis haec mihi salutis praesentia et aeterna quaesivi remedia, dum nimis tacendo in tempore loquendi nimisque loquendo in tempore tacendi inter cetera memetipsum noxia repre-

2 esse *deest P.* 4 a *deest G.* 6 in *deest P.* 7 imminens *deest P.* 8 se tempori] tempori se *P.* 11 relinque — tuum] et caetera *P.* tempora reddidit] reddidit tempora *P.* 13 iterum] item *G.* iterum reciperet] reciperet iterum *P.* 14 Theodricus *P.* 15 discessum *G.* ipsius de] de ipsius *P.* 16 has *deest P.* 17 gestis ecclesiasticis] ecclesiasticis gestis *P.* Hrodhadus *P.* Suesionicus *G.* 20 Balvacensis *G.* 21 Catillonensis *G.* 22 Ambionensis *G.* Erpuuinus Silvenectensis *G.* 25 evidentius *deest P.* 27 mihi *deest P.* 28 metmetipsum *P.*

1) *Haec decreti recensio usque verba* in aliis gestis ecclesiasticis legi *(l. 17) transiit in narrationem clericorum Remensium infra edendam, altera legitur in apologetici Ebonis forma posteriore. Utraque spuria et ab ipso Ebone confecta est; cf. concil. Suessionense 853 act. 5 (Mansi XIV, 987):* . . . relegens unus ex . . . fratribus nomine Fredebertus libellum proclamationis voce omnium dixit se ideo ab eodem Ebone permisisse se ordinari, quia viderat suffraganeos Remensis ecclesiae, Rothadum videlicet episcopum *(Suessonicum)*, Simeonem episcopum *(Laudunensem)*, Erpuinum episcopum *(Silvanectensem)* in metropolim Remensem ecclesiam convenisse cum litteris domni Lotharii et eundem Ebonem restituisse. Et ostenderunt litteras quasi ex nomine Theodorici episcopi *(Camaracensis)*, Rothadi episcopi *(Suessonici)*, Lupi episcopi *(Catalaunensis)*, Immonis episcopi *(Noviomensis)*, Simeonis episcopi *(Laudunensis)*, Fulcoini episcopi *(Tarawensis)*, Ragnarii episcopi *(Ambianensis)*, Hildemanni episcopi *(Bellovacensis)*, Erpuini episcopi *(Silvanectensis)* manibus confirmatas, quae manifeste falsissimae sunt comprobatae. *Eadem novem nomina omnia occurrunt in apologetici forma posteriore, formae prioris codex G Simeonem Laudunensem, codex P Lupum Catalaunensem omittit; v. praeterea 'Neues Archiv' XXV, 375. 377 ann. 1. — Depositioni Ebonis 835 (v. supra p. 703) assensum praebuerant Theodericus Cameracensis, Rothadus Suessonicus, Hildemannus Bellovacensis, Ragnarius Ambianensis episcopi.*

hendi contagia, divinam maiestatem inplorans, ut ponat ultra *custodiam ori meo et* Ps. 140, 3. 4.
ostium circumstantiae labiis meis, ne declinet cor meum in verba maliciae ad excusandas
excusationes in peccatis, sed *corripiat me iustus semper in misericordia.* Cum enim Ib. 140, 5.
nec iustum nisi in misericordia corripere sinit divina potentia, quomodo peccator
peccatorem damnare licite poterit divina sine vindicta? Dominus[1] utique dominantium
meretricem legalibus poenis dignam nonnisi sine peccato quemquam damnare adquievit, cf. Ioh. 8, 7.
quo pietatis exemplo conpunctum corde non mortificare, sed misericordiam magis quam cf. Osee 6, 6.
sacrificium se velle monstravit. Publicanum siquidem se ipsum accusantem non con- cf. Luc. 18, 13 sq.
demnavit, sed magis iustificavit nec oppressit, sed extulit, cum non dixit: *Qui se hu-* Ib. 14, 11.
miliat condemnabitur, sed *exaltabitur.* Semivivum similiter prostratum non respuit,
sed procurandum sanctis stabulariis ligandi solvendique potestatem habentibus com-
misit et super divina accepta denariorum reparandi munera compassione propria con-
dolere pro aeternae mercedis lucro commonuit dicens: *Quodcumque supererogaveris, ego,* Ib. 10, 35.
cum rediero, reddam tibi. Davitica quippe conpunctio momentanea non deiectionem, sed
recuperationem meruit. Sancti quoque apostoli, de promissa ac mentita in passione cf. Matth. 26, 33 sqq. 69 sqq.
perseverantia, post resurrectionem vero de stultitia et incredulitate vel cordis duritia
increpati, Petri etiam negatio contritione cordis purgata nequaquam damnatos, verum
etiam correctos pristinisque dignitatibus restitutos non solum celebrat, sed potius de
reparatione lapsorum imitando gloriatur ubique gavisa sancta Dei aecclesia. Moderna
equidem auctoritate palatina compulsi in angustiis ad monasticum penitentis habitum
utriusque sexus laici itemque pace reddita redisse ad statum seculi pristinum mani-
festum est; quo etiam ritu nullum inesse dedecus constat, si offensus clericus post hu-
milem satisfactionem suum debitum clericatum recuperat.

Igitur tam manifestis novi ac veteris testamenti divinis nobis ostensis beneficiorum exemplis ad iam dictam vulgo notam satisfactionem humilem me devotus obtuli, eo quod recuperationem magis quam damnationem umquam ab initio semper humilis meruit satisfactio. Post quam vero persecutionem, succedente offensi principis[2] glorioso herede Hlothario Caesare, mox mihi aecclesiastica restituta est concordia et vacantem aecclesiam, quam quondam violenter amiseram, inveniens non praesumptive, sed repetentibus sanctis ibi ordinibus debite septennem fere post satisfactionem recepi, adsistentibus cum principe magnificis praesulibus plurimis, quorum auctoritate omnium revocatus hanc adnotationem futuris temporibus recitandam scriptis his memorabilibus in universa catholica Dei aecclesia manifestam fieri placuit et sinistras opiniones falsorum fratrum hac certa veritate prolata delere. Sanctis verisque fratribus in his omnibus satisfacere decuit. Plus de gratia recuperationis congaudere quam de nequitia damnationis dolere suggerens, sicut oportuit, festiva haec restitutio Deo dignis posteris procuravit[3].

2. *Apologetici Ebonis forma posterior.*

Formam posteriorem exhibet apographum saec. XVII. ab J. Sirmond ex codice Herivallensi (monasterii 'Hérivaux' in dioecesi Parisiensi) confectum, quod servatur in codice Parisiensi 'Nouv. acq. lat.' 469 (= S) fol. 117—121' iterumque collatum est a v. d. F. Kern.

Ed.: Werminghoff, 'Neues Archiv' XXV, 364.

2 excusandas] et *add.* *G.* 3 corripiet *G.* 4 corripere sinit] sinit corripere *P.* 6 pęnis *G.* 8 se velle] velle *G.* 13 aeterno *G.* 17 negotio *G.* 18 de reparatione] decrepatione *corr.* derepatione *(ita!) G.* 20 compulsi — laici] *ita G. P.* 22 etiam] nam *G.* inesse] esse *G. P.* 23 suum] sui *P.* 28 vocantem *G.* 30 sanctis ibi] ibi sanctis *P.* 33 catholica — aecclesia] ecclesia Dei catholica *P.* manifestum *G.*

1) *Cf. supra p. 792 l. 20 sqq.* 2) *Scil. Hludowici († 840); cf. supra p. 696 sqq. 795 l. 37 sqq.* 3) *Cf. supra p. 696. De Ebonis fatis v. quae exposuimus 'Allgemeine Deutsche Biographie' XLVIII (1903), p. 242 sqq.*

Omnes homines imperii huius et ultra sciunt in veritate, quanta mala pro pec-
catis nostris creverunt in isto nostro tempore, ita ut nullus remaneret pauper nec dives
homo, quem ipsa non affligeret perturbatio. Divites nullam habuerunt requiem, pau-
peres multam passi sunt oppressionem, in orphanis et viduis nulla fuit misericordia,
in ecclesiis vero plurimisque aliis locis perpetrata sunt homicidia multaque incendia,
et sic a multis diebus vix ullo loco dominationis huius vera servata est iustitia, dum
rarissimi sunt qui de Christiana pace ullam haberent curam aut ecclesiarum Dei reve-
rentiam. Propter quod et multi potentes expulsi sunt de patria, episcopi vero et alii
sacerdotes missi in exilio atque custodia, unde et plurima in religione Christiana per-
petrata sunt scelera. Hinc igitur exortae sunt inter principes irae, rixae, dissensiones
Ps. 27, 3. atque insidiae, sicut scriptum est de ipsis, *qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala
autem in cordibus eorum.* De quibus et terribilis illa divinitus praenuntiata iam quasi
Matth. 10, 21. regnat miseria, dicente Domino de novissimo ac perituro hoc saeculo: *Tradet autem
frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes,* ac cetera formi-
danda quaeque rex regum et Dominus dominantium de ruina iniqui mundi praenuntiat,
Iac. 4, 4. ut omnes fideles suos ab amore mundano reprimat, quia scriptum est: *Qui amicus
fuerit huius mundi, inimicus Dei reputabitur.* Quibus ergo prospectis omnibus prae-
sentibus periculis scilicet vel aeternis omnes fideles vel amicos Dei et maxime caris-
simos meos suadeo et hortor, ut, si non melius, tamen, sicut ego talibus in angustiis
secundum consilium sanctarum scripturarum feci, ita et unusquisque in tribulationibus
facere non negligat, ut omne malum pro peccatis nostris divinitus promissum vel
ostensum sibi poenitendo convertat in bonum, ne sicut stultus ac reprobus obdurato
corde inter divina flagella murmurando pereat, sed magis compunctus remissionem
Ps. 50, 19. peccatorum adquirat, quia scriptum est: *Contritum cor et humiliatum Deus non despiciet,*
Ezech. 18, 23. 33, 11. et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat,* et non sicut de stultis
Ierem. 2, 30. et reprobis dictum est fiat, dicente Domino: *Percussi eos et non receperunt disciplinam.*
Felix utique homo ille notatur, quem Deus in hac vita castigare dignatur, ne maioribus
Hebr. 12, 6. poenis servatus in futuro castigetur, scriptura attestante, quae ait: *Quem enim diligit
Deus corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit,* dum in abundantia atque
securitate multa saepe oritur malitia, id est inanis gloria, superbia, avaritia, levitas,
vanitas, ebrietas, gula, crapula universaque miseriarum genera, quae in tempore bono
conversa in melius homo sibi poterat adquirere sempiterna gaudia, unde desidiosus
meretur tartarea tormenta. Carnalibus etenim delectationibus neglegitur amor Dei et
Ioh. 7, 7. accenditur amor mundi, cuius testimonium perhibet Dominus dicens: *Quia opera eius
1. Ioh. 2, 15. mala sunt:* unde et divitibus scriptura praecipitur: *Nolite diligere mundum neque ea,
quae in mundo sunt, quia, si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo.* Ama-
tores quippe mundi omnesque adsentientes ei, nisi poenitentiam egerint, non solum
merito flagellantur, sed etiam damnantur pariter cum mundo, unde et sanctus apostolus,
1. Cor. 11, 32. hoc periculum in tribulationibus cavens, contribulibus suis dicit: *Cum autem flagellamur,
a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.* Cavenda est ergo in angustiis
murmuratio et obduratio cordis, quia duobus modis contemptum suum flagellis vindicat
divina vis, id est dum compunctum et poenitentem flagellis castigat, ut ad meliorem
vitam revehat, perversum autem et sua in impietate permanentem sic cruciat, ut du-
plici malo dignus, etiam poenis infernalibus traditus sine fine peiora sentiat, eo quod
qui in tempore bono noluit intelligere, ut bene ageret, saltem in tempore malo correc-
tionibus divinis adquiesceret, ne duplici damnatione praesenti et aeterna fieret per-

1 Omnes] *S praemittit lemma a Sirmond fortasse coniectum:* Ebonis archiepiscopi de restitutione sua. 11 male *S.* 12 ian *S.* 28 castigetur] dignetur *S.* 45 qui *deest S.*

ditus qui in prosperis et adversis repertus est reus. Merito siquidem iudicatur ut
impius qui neutro in tempore sibi procuravit fieri pius. *Qui* ergo *diligit iniquitatem,* Ps. 10, 6.
sicut scriptum est, *odit animam suam,* acsi aperte dicat: 'Qui non diligit iustitiam,
odit animam suam', quoniam victus in iniquitatibus diligit perditionem suam, id est
aliud aliquid amando super creatorem vitae suae vel proximum suum non sicut se cf. Matth. 19, 19.
ipsum, eo quod scriptum est: *Qui non diligit, manet in morte,* dum, sicut corpus mo- 1. Ioh. 3, 14.
ritur sine anima, ita et peiori morte damnatur anima perdita sui conditoris gratia.
Igitur si aequitas est diligere iustitiam, id est toto corde servare cum domino Deo
atque proximo debitum statutumque dilectionis pactum, ut Deum supra se, proximum
vero unusquisque diligat sicut se, alioquin si iniquitas esse convincitur quicquid in
utroque negligitur, inimicus manifesto Deo reputabitur qui verus amicus toto cordis
amore non esse deprehenditur, dicente Domino: *Qui non est mecum, adversum me est,* Luc. 11, 23.
quia, quamquam non imitando quidem operibus, sed assentiendo mundi amatoribus
reperti sunt, nequaquam tamen amici reputabuntur qui in alio aliquo quam in Domino cf. 1. Cor. 1, 31;
gloriantur. 2. Cor. 10, 17.

His siquidem aliisque divinis institutionibus neglectis multiplicata sunt scelera
nostra, praevalentibus hinc inde originalium vitiorum stimulis, quibus vexatur inde-
sinenter mortalium conscientia, cum humanae fragilitatis animum superat ira, ardet
invidia, extollit superbia, vexat discordia, impugnat odium, quod divinitus reputatur
ut homicidium, sancto attestante apostolo: *Qui odit fratrem suum homicida est.* Quibus 1. Ioh. 3, 15.
reatibus lapsos praeoccupare faciem Domini in confessione nos summa necessitas com- cf. Ps. 94, 2.
pellit, quia divino testimonio convincimur, quod nemo bonus nisi solus Deus, Spirituque
sancto per prophetam testante: *Omnis homo mendax,* et iterum: *Vana locuti sunt unus-* ib. 115, 11.
quisque ad proximum suum. Unde et qui diligit vanitatem quaerit utique mendacium: ib. 11, 3. cf. ib. 4, 3.
nequaquam ergo minimum scelus potest esse mendacium, quo postponitur Deus, de-
cipitur proximus, perit et ipse dolosus, factus sibimet ipsi reus et impius, dum agendo
et assentiendo amatoribus mundi damnabitur ut Deo contrarius vel inimicus.

Consideratis denique his formidolosissimis offensionibus divinis, a quibus et nemo
excipitur mortiferis periculis, nisi solus ille et unus absque peccato natus, sacra testante
scriptura: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non* Rom. 3, 12.
est usque ad unum: cunctis, quibuscumque debitor sum, sapientibus et insipientibus,
suadeo evidentius, ut animadvertant, quatinus omni tempore — quanto magis in afflic-
tionibus et angustiis — confitendo peccata sua unusquisque humiliatus non minus quam
ego divinam sibi non parvipendat fraternamque pro viribus placare misericordiam, dum
tribus ego flagellis divinis monitus, id est ira principis rebusque omnibus ablatis, in-
super et aegritudine corporis, non murmurare aut litigare, sed humili satisfactione
furores persequentium mitigare sanctorum patrum exemplo didici sanctoque cum Iob
divinis in indignationibus accusando memetipsum correptus dicere non distuli: *Peccavi,* Iob 7, 20.
quid faciam tibi, o custos hominum? Itemque idcirco ipse me reprehendo et ago
poenitentiam. Poenitentia[1] quippe humilisque satisfactio non damnationem, sed repara-
tionem semper meruit ab initio, monstrante Domino, cum publicanum humiliatum et
accusantem se non condemnavit, sed potius iustificavit, de quo non dixit: *Omnis, qui* Luc. 18, 14.
se humiliat condemnabitur, sed *exaltabitur,* meretricem insuper legalibus institutis dam-
nandam nonnisi sine peccato quemquam lapidare permisit et iustum nonnisi in miseri- cf. Ioh. 8, 7.
cordia corripere Deum asserit dicens: *Corripiet me iustus in misericordia.* Quomodo Ps. 140, 5.

11 manifesti *S.* 13 quidam *S.* mundo *S.* 21 lapsis *S.* 22 Deus] *supple:* est. 34 non] nec *S.*

1) *Cf. supra p. 792 l. 14 sqq. et p. 804 l. 9 sqq.*

ergo peccator peccatorem licite damnabit, si nec iustum sine misericordia corripere [cf. Luc. 10, 30.] sinit? Semivivum quoque a latronibus, id est a vitiis mortalibus prostratum, non damnandum, sed reparandum ligandi solvendique potestatem habentibus divina pietas sanctis commendavit stabulariis, quibus non tantum de pretio duorum denariorum, verum etiam de propria largitatis pietate supererogare condolendi ac reparandi copiam [Luc. 10, 35.] suasit, cum dixit: *Quodcumque supererogaveris ego, cum rediero, reddam tibi;* sicut et in discipulis non minima divinitus manifestata est recuperabilis auctoritas, cum in pas- [cf. Marc. 16, 14; Matth. 28, 17. 26, 33 sqq. 69 sqq.] sione dominica promissa, mox tamen mentita est perseverandi constantia, post resurrectionem autem increpata incredulitas et stulta cordis duritia. Negatio quoque Petri anxia non perditionem, sed remissionem meruit. In quibus omnibus culpis compuncti, etsi correpti, nequaquam tamen abiecti, sed potius pristinis dignitatibus restituti, viriliter postea ad mortem usque certaverunt mandata servare magistri.

Talibus quidem divinis animatus beneficiis, compunctus in supradictis delictis meis, si in prosperis legem Domini neglexi, ad ipsam in adversis compulsus redii, ita ut, si quem inlicite laesi, laedentem utique in adversis ferre decrevi, si quid alicui [cf. Matth. 5, 40.] iniuste abstuli, auferenti omnia nequaquam restiti, sed potius sublata tunica etiam et pallium reliqui, si quosdam amicos neglexi, enimvero inimicos diligere, pro persecutoribus orare non renui. Sicque satisfactione supplici furores saevientium mitigare magis quam ad peiora provocare docente Domino studui; et sicut tunc in pressuris consilio sacerdotum tribus cum familiaribus [1] secreta conlocutione primam dominicae [Matth. 4, 17.] praedicationis illam fidelissimam arripui sententiam dicentem: *Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum,* ita et nunc, expleto septenni spatio, quo ceteris poenitentibus gravissimis de criminibus in sancta ecclesia solet celebrari remissio [2], eandem conscientiam meam viris Dei fidelibus pando, quos et ad aeternum auxilium meritorum suorum praesidio suplex mihi libenter adscisco, quatinus initium devotionis [cf. 1. Thess. 3, 5.] meae, ne labor noster sit inanis, in Domino perfectionem iuste et pie vivendo mereatur saltem in die ultimo, ita ut praeterita digne deflere merear et de praesentibus ac [Ps. 73, 12.] futuris excessibus, Christo propitio, cautior esse valeam. *Dominus autem, rex noster ante saecula, qui et operatus est salutem in medio terrae,* gaudium esse angelorum in [cf. Luc. 15, 10.] caelo publicavit super uno peccatore poenitentiam agente. Quapropter periculosum est mortalibus despicere in terris, de quibus teste tanta veritate angelos constat gaudere in caelis. Quodsi mei ultra non fuerint dominati mores noxii, credo, quod fonte lacri- [Ps. 17, 24. 18, 14.] marum ablutus quandoque et cum ceteris ingemiscentibus *observabo me ab iniquitate mea et emundabor a delicto maximo.* Non ergo ficta, sed devotissima intentione, nemine iudicante, sed neque interdicente, sed universo benigno adsentiente conventu, iubente Domino pro concordia et reconciliatione fraterna hucusque reliqui munus oblationis [cf. Matth. 5, 24.] meae ante altare adeptam usque concordiam ecclesiasticam et tunc, divino instinctu fidus, veniens sategi offerre munus meum, de propriis siquidem scriptis meis quasi quadam inrevocabili mihi conscripta sententia. Si quem aliqua scandalizet dubitatio, ecce hic adposita est eadem immutata conscriptionis forma, expressa per singula verba, ut scandalizanti fratri sufficiat, quod haec de certo crimine quemquam nullatenus accusat dicens:

4 duorum] divinorum *S.* 32 lacrymarum *S.* 38 sategi *add. e coni.* 39 conscripta] quaedam *add. S.* 40 hic] sic *S.*

1) *Dubium est, utrum alludatur ad tres episcopos infra (p. 802 l. 2 sq.) nominatos an illos, quorum nomina exstant apud Flodoardum (v. supra p. 699 l. 34 sqq.).* 2) *Cf. MG. Capit. II, 680 s. v. poenitentia.*

Ego [1] Ebo indignus episcopus, recognoscens fragilitatem meam et pondera peccatorum meorum testes confessores meos, Aiulfum [2] videlicet archiepiscopum et Badaradum [3] episcopum necnon et Modoinum [4] episcopum constitui mihi iudices delictorum meorum et puram ipsis confessionem dedi, quaerens remedium poenitendi et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, et alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus me peccasse secreto ipsis confessus sum, eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alio succedendi et consecrandi subrogandique in loco meo, qui digne praeesse et prodesse possit ecclesiae, cui hactenus indignus praefui; et ut inde nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu mea propria subscribens firmavi.

Nonne ego hanc conscriptionem mea ex parte inviolatam servavi? Cur ergo, si canonice esse potuit, septenni fere iam spatio transacto, ibi aliquis consecratus non fuit? Ecclesia utique ipsa, cui praefueram, pro qua et vexabar, variis pressuris affligebatur; et ipsa, iam alienis commissa visibilibus invisibilibusque hostibus laceranda, compulit me ad talia evadendi necessaria argumenta, imitabilem Dominum demonstrans, qui manus persequentium vitare volens *abscondit se et exivit de templo,* [Ioh. 8, 59.] sanctumque secutus Abraham, qui in periculis a praelatione uxoris suae se magis maluit excusare [cf. Gen. 20, 11 sqq.] quam cum rapacibus avidissimis manibus litigare. Praevaluit ergo plus debito repetentium multitudo quam mea solius quiescendi devotio, unde et praedicti tres consules salutis meae episcopi secuti conscientiam meam, compatiendo necessitatibus meis, communicantes hucusque debite celaverunt. Nec minus publicata haec eadem delicta in me atque correpta, gaudere restitutionem meam in diebus suis una cum ceteris veris fratribus numquam cessabant. Nam talibus in pressuris necessario ista reperta sine certo crimine conscriptio non damnationis, sed ereptionis publicata merito celebratur testimonio, per quam non solum mitigata ira potentium, sed etiam levigata longa hiemalis vexatio palatina fratrum, insuper confessione ac poenitentia supplici, si remissionem meruerit peccatorum, dum, sicut supra dictum est, humilis satisfactio non tantum apud Christianos, verum et apud paganos saepius recuperationem quam damnationem meruit ab initio. Ipsa enim ereptionis coacta inscriptio et non spontanea ideoque nec canonica, sed tamen devote a memetipso, quem premebat sub custodia aliena diversa afflictio, semper servata et nunquam violata dinoscitur, dum teste divina maiestate robustiorem me utilioremque virum eisdem in curis ecclesiasticis successorem esse optabam, dum offensione principis occasioneve valida infirmitatis non proficuum, sed magis noxium filiis meis ibi consistentibus esse verebar. A quibus tamen quia violenter abreptus, quorumque nec consensu sponte, sed magis coacte quamquam debite confessus, unde nec canonice absolutus, a debita repetitione ergo pro viribus numquam cessaverunt, donec, precibus assiduis divinam exorantes clementiam, moram sibi optando parvitatis meae curam constantissime praevaluerunt.

Ista denique est vera intentionis meae puritas devotaque professio in pressuris, quam non tantum iam tribus confessoribus, sed omnibus Christi fidelibus notissimam esse cupio, quorumque meritis et precibus ultra profuisse debitis in negotiis me posse nequaquam dubito, memor de praeteritis praesentibusque atque futuris visibilibus invisibilibusque offensionum periculis, quamdiu fuero, fiduciam habens semper in Deo salvatore nostro. Quodsi quem supradicta conscriptio sine certo crimine formata

9 firmavi] Ebo quondam episcopus subscripsi, *quae supra p. 702 l. 19 sq. (v. etiam p. 699 l. 27) inveniuntur, hoc loco desunt sicut supra p. 797 l. 13 et infra p. 808 l. 12.* 24 potentium *ex* poenitentium *corr. S.* 29 devota *S.* 31 utilioremque] vilioremque *S.* 37 meae *add. e coni.*

1) *V. supra p. 701 sq. 797 et infra p. 808.* 2) *Bituricensem.* 3) *Paderbornensem.* 4) *Augustodunensem.*

adhuc aliquid scandalizat, certus sit, quod in omnibus scripturis meis me nunquam iustifico, sed magis indignum et peccatorem episcopum ubique denuntio[1]; cui, si fas est, sufficere poterit publica prisci ritus ecclesiastici purificationis exacta quaerenti Matth. 5, 37. sententia, si non sufficit dominica illa definitio praefixa dicentis: *Est est, non non,* cui cf. ib. incredulo animo mox sequitur divinitus dictum: *Quod amplius est a malo est.* Adest, inquam, universis sanctae Dei ecclesiae fidelibus revocationis restitutionisque palatina illa principalis praesulum plurimorum longe lateque promulgata auctoritas:

In[2] nomine domini nostri Iesu Christi Dei aeterni. Hlotharius divina ordinante providentia imperator Augustus. Quia confessio delictorum non minus in adversis necessaria est quam in cf. Ps. 50, 19. prosperis et cor contritum et humiliatum Deus non despicit, gaudium esse etiam angelorum in cf. Luc. 15, 10. caelo super uno peccatore poenitentiam agente non dubitamus, nos mortales in terris eos nequaquam despicimus, pro quibus gaudere angelos in caelo divino testimonio non ignoramus. Accusantes vel reprehendentes in excessibus semetipsos divina nos benignitas non condemnare, sed cf. Ioh. 8, 7. recreare docuit qui meretricem non solum a legali damnatione eripuit, verum etiam publicanum humiliatum et accusantem se non condemnavit, sed magis iustificando exaltavit, qui non dixit: Luc. 18, 14. *Omnis, qui se humiliat,* condemnabitur, sed *exaltabitur.* Potestatem ergo, quam pro causa nostra raptus perdidisti, repetentibus ecclesiae tuae fidelibus praesentibus quoque, adstantibus ac decernentibus praesulibus, sedem ac diocesim Remensis urbis tibi, Eboni, restituimus, ut pristino sanctae largitatis apostolicae pallio indutus, concordiam atque gratiam divini officii nobiscum, humili satisfactione expleta, sollemni nostra a largitate recipiendo exerceas. Drogo[*, 3] filius Karoli gloriosi Augusti, frater Hludowici, excellentissimorum Caesarum totiusque sanctae ecclesiae ipsorum palatinus archipraesul[4], sciens sine certo et manifesto crimine neminem nisi canonice vocatum publiceque convictum deponendum episcopum neque sine consensu et praesentia ecclesiae suae nullum nisi sponte confessum licite absolvendum episcopum, alioquin quasi fugitivum aut quocumque modo subductum canonice revocandum; propter quod ligandi solvendique divinitus accepta licentia pontificali ex auctoritate ecclesiastica fratrem Remensem episcopum mundanis a pressuris eductum, repetentibus ecclesiae suae fidelibus, consensu principis nostri ceterorumque subscriptorum

*) *Pro verbis:* Drogo — Amalricus vocatus episcopus *(p. 805 l. 8 sq.) praebet diploma Hlotharii (supra p. 792 l. 29 — 793 l. 27) haec:* Drogo[3] episcopus adsensi. Otgarius[5] archiepiscopus. Hetti[6] archiepiscopus. Amalwinus[7] archiepiscopus. Audax[8] archiepiscopus. Ioseph[9] episcopus. Adalulfus[10] episcopus. David[11] episcopus. Rodingus[12] episcopus. Giselbertus[13] episcopus. Frotharius[14] episcopus. Badaradus[15] episcopus. Hagano[16] episcopus. Hartgarius[17] episcopus. Ado[18] episcopus. Samuhel[19] episcopus. Hrambertus[20] episcopus. Haiminus[21] episcopus. Raboldus[22] presbyter vocatus episcopus. Amalricus[23] vocatus episcopus —, *eadem ergo viginti nomina, quae supra alio ordine digesta leguntur (v. etiam supra p. 794 l. 36 sqq.).*

8 In] *S praemittit:* Lotharii imp. decretum de Ebonis restitutione. 10 esse etiam] etiam esse *Hloth.* 13 vel] et *Hloth.* 17 fidelibus] filiis *Hloth.* 18 dioecesim *S.* Ebo *Hloth.* 20 solemni *S.*

1) *Cf. supra p. 797 l. 14 sqq.* 2) *Ex diplomate Hlotharii (supra p. 792 sq. impresso) addimus variam lectionem; de interpolatione cum Drogonis nomine coniuncta et ab ipso Ebone conflata disseruimus 'Neues Archiv' XXV, 374 sq.* 3) *Mettensis.* 4) *V. de hoc verbo E. Seckel, 'Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche' ed. 3. XVI, 288 l. 27 sqq.* 5) *Moguntinus.* 6) *Treverensis.* 7) *Vesontiensis.* 8) *Tarantasiensis.* 9) *Eporediensis.* 10) *Gratianopolitanus.* 11) *Lausannensis.* 12) *Ignotus.* 13) *Ignotus.* 14) *Tullensis.* 15) *Paderbornensis.* 16) *Bergomensis.* 17) *Leodiensis.* 18) *Valentinus.* 19) *Wormatiensis.* 20) *Brixiensis.* 21) *Cenedensis?* 22) *Strassburgensis.* 23) *Comensis.*

consacerdotum, cum pallio sanctae et apostolicae auctoritatis, divinis officiis ipso adiuvante revocamus, qui fraterna pro concordia simili satisfactione certanti veniamque suppliciter petenti potestatem sacrificandi dedit dicens: *Et tunc veniens offeres munus tuum.* Matth. 5, 24. Otgarius [1] archiepiscopus. Amalwinus [2] archiepiscopus. Heti [3] archiepiscopus. Audax [4] archiepiscopus. Giselbertus [5] episcopus. Haiminus [6] episcopus. Frotharius [7] episcopus. Ado [8] episcopus. Samuhel [9] episcopus. Rataldus [10] presbyter vocatus episcopus. Ioseph [11] episcopus. Adalulfus [12] episcopus. David [13] episcopus. Hrodingus [14] episcopus. Badaradus [15] episcopus. Agano [16] episcopus. Hartarius [17] episcopus. Hrambertus [18] episcopus. Amalricus [19] vocatus episcopus cum ceteris plurimis presbyteris ac diaconibus publice adsistentibus. Actum in Engelenheim palatio publico in mense Iunio, VIII. Kalendas Iul., regnante domno Hlothario Caesare, anno reversionis eius primo, successor factus patris in Francia, indictione III.

Dum [20] non est incognitum, sed a pluribus videtur esse compertum, qualiter ecclesia haec maxima Galliarum sub regno Francorum nostris perturbationibus et discordiis principum his temporibus agitatur, unde et plurimi episcoporum aut vi aut timore propriis sedibus aut expulsi aut derelictis huc illuc vagantur. Inter quos etiam Ebo, archiepiscopus ecclesiae Remensis, a sede propria abreptus et ad praesentiam principum perductus est et per aliquot tempus in exilio detentus, inde reductus, praesentatus coram episcopis et, ut periculum suae instantis damnationis evaderet et commotiones principum mitigaret et se, redimendo tempus, meliori tempori reservaret, cum consilio ceterorum sacerdotali discessit ministerio, quia, ut rite fatebatur, utrumque ferre non posset, et rite ministerium suum peragere et minas discordiasque principum perferre, iubente Domino: *Si offers munus tuum ad altare et recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid* Matth. 5, 23. 24. *adversum te, relinque munus tuum* et cetera. Nunc autem, quia Deus ecclesiam suam ad pacem referre videtur, ideo placuit principibus et magistris nostris episcopis, ut idem pastor ad ovile proprium revertatur et oves, quas invitus dereliquit, tuendas recipiat.

Quod * ego Theudoricus [21] episcopus, sicut prius de illius discessu condolui, ita modo de eius reversione congratulor, quia saepe talia de aliis in gestis ecclesiasticis legimus, et ideo his con-

*) *Subscriptiones documenti in apologetici Ebonis forma priore inserti ita se habent (supra p. 798 l. 14—24):* Quibus ecclesiasticis debitis negotiis ego Teudericus [21] Camaracensis episcopus adsensum canonice prebens, sicut prius de illius discessu compatiendo dolui, ita et modo ipsius de reversione congaudens constitutiones has seniorum vel fratrum roborando subscripsi, quia talia sepe contigisse et in aliis gestis ecclesiasticis legi. Hrothadus [22] Suessonicus episcopus haec ita similiter roboravi. *Codex G pergit:* Hildemannus [23] Belvacensis similiter. Lupus [24] Catalaunensis similiter. Ragenarius [25] Ambianensis similiter. Erpwinus [26] Silvanectensis similiter. Folcoinus [27] Tarawensis similiter. Immo [28]

2 certandi *S.* 3 petendi *S.* 8 Hartarius episcopus] Samuhel episcopus iterum *add. S.* 9 Engilenheim *Hloth.* 10 VIII.] IX. *S; cf. Gretser, Opp. X, 694, ubi idem numerus legitur.* regnante] et imperante *add. Hloth.* 12 Dum] *S praemittit:* Episcoporum gratulatio de eadem.

1) *Moguntinus.* 2) *Vesontiensis.* 3) *Treverensis.* 4) *Tarantasiensis.* 5) *Ignotus.* 6) *Cenedensis?* 7) *Tullensis.* 8) *Valentinus.* 9) *Wormatiensis.* 10) *Strassburgensis.* 11) *Eporediensis.* 12) *Gratianopolitanus.* 13) *Lausannensis.* 14) *Ignotus.* 15) *Paderbornensis.* 16) *Bergomensis.* 17) *Leodiensis.* 18) *Brixiensis.* 19) *Comensis.* 20) *Documenti huius ab ipso Ebone conflati (v. supra p. 798 ann. 1) altera et valde diversa recensio legitur in apologetici forma priore, supra p. 798. Variam lectionem addere supersedimus, nomina autem episcoporum ex illa l. 28 sqq. reperientur in nota adspersa.* 21) *Cameracensis.* 22) *Suessionensis.* 23) *Bellovacensis.* 24) *Catalaunensis.* 25) *Ambianensis.* 26) *Silvanectensis.* 27) *Teruanensis; cf. H. Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' p. 27 ann. 2.* 28) *Noviomacensis.*

stitutionibus, quas fratres nostri constituerunt, subscribo. Hildemannus[1] haec ita adsentiendo similiter. Ragenarius[2] similiter. Fulcuinus[3] similiter. Simeon[4] similiter. Rothadus[5] similiter. Erpooius[6] similiter. Lupus[7] similiter. Emmo[8] similiter.

Noviomacensis similiter. *Codex P autem post verbum* roboravi *(p. 805 l. 32) pergit:* Hildemannus[1] Belvacensis similiter. Simeon[4] Laudunensis similiter. Erpwinus[6] Silvanectensis similiter. Raginharius[2] Ambianensis similiter. Emmo[8] Noviomacensis similiter. Folcwinus[3] Tarawensis similiter. *Inter novem episcopa nomina, quae exhibet S, deest in codice G apologetici prioris Simeon Laudunensis, in codice P eiusdem Lupus Catalaunensis. S, G et P differunt denique in ordine nominum.*

1) *Bellovacensis.* 2) *Ambianensis.* 3) *Teruanensis; cf. H. Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' p. 27 ann. 2.* 4) *Laudunensis.* 5) *Suessionensis.* 6) *Silvanectensis.* 7) *Catalaunensis.* 8) *Noviomacensis.*

---

3. *Narratio clericorum Remensium.*

Cum Ebonis archiepiscopi vita rebusque gestis quae in narratione clericorum Remensium referuntur tam arte cohaerent, ut eam hoc iam loco edere decreverimus, etsi in tomo quoque sequenti conciliorum locus minime deesset. Libellus enim similiter spectat ad litem inter Hincmarum archiepiscopum Remensem (845—882) et clericos ab Ebone ordinatos, de qua acrius quam iustius (v. Nicolai I. epistolas, Mansi XV, 740. 747; Jaffé-E. n. 2822. 2823) in synodo Suessionensi anno 853. habita (cf. 'Neues Archiv' XXVI, 618 sq.) actum est.

Quo quidem tempore narratio conscripta sit, statui non iam potest. Inter acta synodi Suessionensis certe enumerari non debet, id quod saepius factum est (cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. IV, 181 sq.), sed compluribus sine dubio annis post illam in lucem prodiit. Bene enim Fr. Maassen ('Anzeiger der Wiener Akademie der Wissenschaften, phil.-hist. Classe' a. 1882, tom. XIX, 75 sq.) docuit de illo conventu quasi diu antea congregato verba fieri; illa praeterea verba nos fere tunc temporis quattuordecim numero *scripta non esse ipso concilii tempore, sed fortasse versus annum 866., quo sex tantum ex clericorum numero superstites erant; cf. Hincmari opp. ed. Sirmond II, 284. 289. Ad sedem Romanam clericos post damnationem Suessionensem appellasse ex Leonis IV. papae (847—855) epistola ad Hincmarum missa (MG. Epp. V, 589; Jaffé-E. n. 2632) apparet. Neque vero coniecturae, qua Schrörs ('Hinkmar Erzbischof von Reims' p. 65) libellum pro appellatorio haberi vult, assentiri ausim, cum huius naturae nulla occurrant vestigia. Fortasse fragmentum tantum libelli ad nostra tempora pervenit; ultima certe verba, qualia nunc sunt, sensu carere videntur et plura insuper desiderantur, quibus de lite uberius actum esse credas. Utut res se habet, ne de auctore quidem quidquam pro certo affirmari licet. In medio enim relinquenda est sententia, qua Schrörs (l. l. p. 66 ann. 67) Wulfadum quasi auctorem proposuit. Cui sub fine narrationis primas fere partes attributas esse, ut constantia eius laudibus efferatur, non negaverim, sed num plura inde efficiantur valde dubium est. De fide libelli Schrörs bene disseruit, sed in diiudicanda eius natura sibi ipsi contradixit*[1].

1) *Cf. l. l. p. 65: 'Eine ihrer Appellationsschriften liegt wahrscheinlich in der Narr. cler. Rem.. vor'; p. 66 ann. 67: 'Aus dieser Hervorhebung der Person Wulfads dürfte es wahrscheinlich werden, dass die Abfassung der Narratio mit dessen Angelegenheit im Zusammenhang steht'; cf. l. l. p. 270 sqq. de causa Wulfadi.*

Narratio clericorum Remensium, cuius inscriptionem primus editor fortasse excogitavit, legitur 1) apud A. Duchesne, Historiae Franciae scriptores duodecim (Lutetiae Parisorum 1636) II, 340 ex codice Atrebatensi (= A), 2) in codice Parisiensi latino 12710 (antea Sangermanensi 646, tum 1085) saec. XII. fol. 5—6' (= P), quem iam adhibuit Bouquet (v. infra) et in usus nostros inspexerunt vel contulerunt vv. dd. H. Omont, O. Cartellieri, M. Krammer.

Edd.: Duchesne, Hist. Franciae scriptores II, 340. Bouquet VI, 251 (extr.). VII, 277. Migne, Patrol. lat. CXVI, 17.

Deserente omni populo Ludovicum imperatorem et transeunte ad filium eius Lotharium Ebbo etiam episcopus inter eos ad eundem se contulit Lotharium. Qui scilicet Lotharius, veniens per imperialia palatia, adduxit secum patrem suum Suessionis ad monasterium sancti Medardi, ibique hortantibus et iubentibus ceteris episcopis seu primoribus regni coactus est Ebbo, quia in diocesi eius erat, illi inponere publicam penitenciam[1]; unde nimiam et perpetuam eius incurrit offensam.

Inde vero plurima pars procerum ac populi verterunt se iterum ad iamdictum imperatorem, deserentes eius filium Lotharium, et restituerunt eum in imperium apud monasterium sancti Dyonisii[2]. Morabatur autem tunc temporis Ebbo episcopus in monasterio sancti Basoli[3] infra parrochiam Remensem, claudus utroque pede et nimia afflictus infirmitate. Timens vero, quia nec cum Lothario exire poterat nec animum imperatoris adversum se quicquam emollitum habebat, ne, sicut tali turbine furoris fieri solet, a levibus et indisciplinatis hominibus quasi pro fidelitate domni imperatoris perderetur, iussit se deportari ad quendam fluvium nomine Matronam[4], qui propius erat, et mitti in navim atque Parisius[5] ad quandam deduci cellulam cuiusdam reclusi, sperans se ibi tute posse manere, usque dum aut animum imperatoris quoquomodo placare potuisset aut recepta sanitate ire post Lotharium valeret. Audiens vero domnus imperator eum illuc transfugisse, misit et iussit eum deduci sub custodia ad Voldam[6] monasterium sancti Bonifacii ibique servari et post biennium adduci ad Teotonisvillam in parrochia Mettensi, ubi erat placitum imperatoris publicum[7]. Praesentatus autem concilio episcoporum, accusatus est ab imperatore atque, diu nimiis terroribus maceratus, inito tandem consilio cum ceteris coepiscopis et fratribus suis, quia episcopus nec archiepiscopus suis omnibus bonis expoliatus subque custodia tentus et ab ecclesia sua sequestratus in synodo apostolica auctoritate non convocata neque eius legatione

Lemma editionum praeviarum: Narratio clericorum Remensium, qualiter Ebbo Remorum archiepiscopus, quod in Ludovicum Pium imperatorem conspiraverat, ab episcopis depositus anno DCCCXXXV. et post ipsius Ludovici mortem sedi suae restitutus ac deinde iterum deiectus est.

9 imperatorem] inper- *saepius P.* 11 inperialia *P.* 13 plubicam *P.* 16 eum in] euni *P.* inperium *P.* 17 Dionysii *A,* Dionisii *P.* 18 parrechiam *hic et infra P.* 19 cum] com *saepius P.* 22 Matronam] Maternam *P.* proprius *P.* 23 miti *P.* Parisius — deduci] deduci Parisius ad quandam *P.* 24 se *deest A.* manere *deest P.* 27 Bonefacii *hic et infra P.* 31 expoliatur *A. P.* custodya *P.* 32 sinodo] sindono *P.*

1) *Cf. supra p. 695 de concilio Compendiensi anni 833.* 2) *Anno 834. mensis Martii die 1.; cf. Mühlbacher*[2] *n. 926 p. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, 90 sq.* 3) *Hodie St. Bâle; cf. Simson, l. l. II, 131 ann. 5.* 4) *Marne fl.* 5) *Cf. quae supra p. 696 sqq. ex epistola concilii Tricassini anno 867. habiti, ex Flodoardi historia Remensis ecclesiae, ex litteris Karoli regis ad Nicolaum I. papam missis protulimus.* 6) *Hodie Fulda.* 7) *V. supra p. 701 sqq.*

roborata damnari nullatenus iuxta decreta sanctorum patrum[1] potuisset nec diutius in talibus torqueretur et etiam sanus corpore iram maximi principis quocumque modo declinaret, coactus scripsit libellum hunc:

Ego[2] Ebbo, indignus quondam episcopus, recognoscens fragilitatem meam et pondera peccatorum meorum, testes confessores, Aiulfum[3] videlicet archiepiscopum et Badaradum[4] episcopum necnon et Modoinum[5] episcopum, constitui mihi iudices delictorum meorum et puram ipsis confessionem dedi quaerens remedium poenitendi et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, et alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus me peccasse secreto illis confessus sum, eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alio succedendi et consecrandi subrogandique in loco meo, qui digne praeesse et prodesse possit ecclesiae, cui hactenus indignus praefui; et ut inde ultra nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria mea subscribens firmavi.

Quorum testium vel confessorum testimonium in successione et in consecratione alterius nullus unquam requisivit, cum etiam unus eorum, Badaradus[4] scilicet, in restitutione Ebbonis fuerit. Finito autem concilio, reductus est sub arta custodia ad eundem sancti scilicet Bonifacii monasterium[6]; post aliquantum vero temporis conmendatus est similiter ad custodiendum Freculfo Lexoviensi episcopo; inde etiam Bosoni abbati in monasterium sancti Benedicti[7], sub cuius manu exulabat, quando dominus imperator viam totius ingressus est carnis[8].

Defuncto autem imperatore reductus est a iamdicto Bosone abbate ad Lotharium et obviavit ei apud Ingelenhaim; ubi congregata synodo auctoritate apostolica et praeceptione Lotharii imperatoris apud eam restitutus est[9] ab his episcopis: Drogone[10] episcopo, Hecti[11] archiepiscopo, Othgario[12] archiepiscopo, David[13] archiepiscopo, Amalwino[14] archiepiscopo, Ioseph[15] archiepiscopo, Audax[16] archiepiscopo, Adalulfo[17] episcopo, Erminio[18] episcopo, Badarado[19] episcopo, Aganone[20] episcopo, Samuel[21] episcopo,

2 quodcumque *P.* 3 coauctus *P.* 5 testes] et *add. A.* Bladaradnm *A.* 6 michi *P.* 8 redens *P.* 9 sint] sunt *A. P.* 10 alium *A.* succedendi] succendi *P.* comsecrandi *P.* praeesse] precem *P.* 12 firmavi] Ebo quondam episcopus subscripsi *(v. p. 699 l. 27, p. 702 l. 19 sq.) desunt sicut supra p. 797 l. 13, p. 803 l. 9.* 15 consilio *P.* 17 Luxoviensis *P.* 21 Ingelenhain *P.* 22 Lotarii *P.* 24 Andaux *A,* Audaux *P.* Adalufo *P.* 25 Eimino *P.*

1) *Allegantur hoc loco decretales Pseudoisidorianae, ex quibus conferatur praef. c. 8:* Synodorum vero congregandarum auctoritas apostolice sedi privata commissa est potestate, nec ullam synodum ratam esse legimus, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta *(ed. Hinschius p. 19), quibuscum coniungenda sunt epistola Marcelli secunda c. 10, Iulii decreta cc. 5. 13, Damasi decreta c. 9 (l. l. p. 228. 459. 471. 503); cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 532. V. etiam apud Pseudoisidorum epistolam secundam Felicis I. papae c. 10 (l. l. p. 201):* Nam si suis fuerit *(episcopus)* aut ecclesie sibi commisse rebus expoliatus aut, quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a sede propria eiectus aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus, tunc canonicae antequam in pristino restituatur cum omni privilegio suo honore et sua omnia, que insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegrentur, nec convocari nec iudicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen iudicandus, advenire sponte elegerit. *Cf. Hinschius, l. l. p. CCI.* 2) *V. supra p. 702 sq. 797. 803; v. etiam p. 699.* 3) *Bituricensem.* 4) *Paderbornensem.* 5) *Augustodunensem.* 6) *Cf. epistolarum Fuldensium fragm. 13; MG. Epp. V, 520.* 7) *Floriacense (Fleury); cf. Simson, l. l. II, 137.* 8) *840 Iun. 20.* 9) *V. supra p. 791 sqq. de Ebonis restitutione in concilio Ingelheimensi anni 840.* 10) *Mettensi.* 11) *Treverensi.* 12) *Moguntino.* 13) *Rectius episcopo, scil. Lausannensi.* 14) *Vesontiensi.* 15) *Rectius episcopo, scil. Eporediensi.* 16) *Tarantasiensi.* 17) *Gratianopolitano.* 18) *Cenedensi?* 19) *Paderbornensi.* 20) *Bergomensi.* 21) *Wormatiensi.*

Rodingo[1] episcopo, Frothario[2] episcopo, Gisleberto[3] episcopo, Adone[4] episcopo, Hramperto[5] episcopo, Ratulfo[6] vocato episcopo, Hartgario[7] vocato episcopo, Amalrico[8] vocato episcopo, Bosone abbate ex monasterio sancti Benedicti[9] cum aliis quampluribus abbatibus, presbyteris atque diaconibus.

Remissus est autem a iam dicto imperatore Lothario seu a praefato concilio ad sedem propriam, Remensem scilicet ecclesiam. Ad quam veniens VIII. Idus Decembris[10] receptus est ab episcopis suffraganeis suis, Rothado[11] episcopo, Simeone[12] episcopo, Lupo[13] episcopo, Erpuino[14] episcopo, una cum legatis omnium aliorum episcoporum Remensis dioceseos, qui, variis detenti infirmitatibus illuc corporali praesentia occurrere non valentes, suam tamen per ecclesiasticos legatos et excusatorias litteras illi exhibuerunt praesentiam, insuper etiam a canonicis et monachis atque corregionalibus presbyteris totius diocesis, cum infinita multitudine utriusque sexus, qui omnes cum ramis palmarum et cereis ardentibus laudesque Deo intimis ex cordibus et excelsissimis vocibus proclamantes longe ei ab ecclesia obviaverunt et usque ad ecclesiam indesinenter psallentes eum perduxerunt. Tunc oratione completa silentioque imposito ascendit Rothadus[11] episcopus ambonem, ducens secum Ingobertum monachum, et primo adlocutus est gaudenti plebe de desiderabili reversione proprii pastoris et qualiter restitutus a sancto concilio seu ab imperatore Lothario eis remittebatur; et iussit Ingobertum monachum alta voce ipsam eius restitutionem legere. Dederunt etiam praesente omni ecclesia legati episcoporum unusquisque assensum proprii sui episcopi et plebis scriptum; qui omnes ecclesiae ab Ingoberto monacho publice relecti sunt. Ad ultimum dedit Vitaus, corepiscopus et vicarius Theoderici[15] episcopi, assensum infrascriptum, quem idcirco hic prae ceteris inseruimus, quatinus in eo et res gesta licet breviter comprehensa liquidius cognosci possit et consensus eorum, qui praesentes adesse non valuerunt in restitutione eius, manifestius intelligi:

Dum[16] non habetur incognitum, quod a pluribus videtur esse compertum, qualiter ecclesia haec maxima Galliarum sub regimine Francorum diversis perturbationibus ac discordiis principum indignatione violenta istis temporibus agitata vexatur, unde et plurimi episcoporum, a propriis sedibus expulsi aut timore derelictis gregibus, diversis in partibus exulantur. Inter quos etiam Ebbo archiepiscopus Remensis ecclesiae, raptus a propria sede principum indignatione violenta, in exilio ductus est. Unde et reductus sub custodia, ut periculum imminens evaderet et furores persequentium mitigaret, redimendo tempus, ut meliori se tempori reservaret, cum consensu episcoporum pontificali secessit a ministerio, dum inter terrores et discordias ratio non sinit immolare victimas, dicente Domino: *Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia* Matth. 5, 23. 24.

2 Harcarrio *A. P.* 10 et *deest P.* 11 presbyteris] litteris *A.* 15 perduxerunt] produxerunt *P.* 16 Rothaldus *P.* 21 ecclesiae ab] ab ecclesie *P.* 24 adesse] ad se *P.* 25 magnifestus *P.* 27 regimine] regione *P.* 28 indignatione violenta istis] his *Apol.* volenta *hic et infra P.* agitatata *P.* a propriis] vi propriis a *Apol.* propiis *P.* 30 Ebo *Apol.* violenti *Apol.* 34 ibi *deest Apol.*

1) *Sedis ignotae.* 2) *Tullensi.* 3) *Sedis ignotae.* 4) *Valentino.* 5) *Brixiensi.* 6) *Strassburgensi.* 7) *Leodiensi.* 8) *Comensi.* 9) *Cuius nomen supra p. 793 deest; v. etiam p. 791 l. 26.* 10) *840 die 6. mensis Decembris; cf. supra p. 797 l. 34 sqq.* 11) *Suessonico.* 12) *Laudunensi.* 13) *Catalaunensi.* 14) *Silvanectensi.* 15) *Cameracensis.* 16) *Adhibita est ea recensio documenti ab ipso Ebone conflati (v. supra p. 798 ann. 2), quae legitur in eius apologetici forma priore (supra p. 798), sed paucis mutatis vel additis; de altera recensione v. supra p. 805 sq.*

frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum et cetera. Postquam vero Deus ecclesiae suae tranquilliora tempora reddidit, placuit principibus et magistris ecclesiasticis, ut isdem pastor ad debitum ovile reverteretur et oves, quas compulsus reliquerat, tuendas iterum reciperet. Quibus et ecclesiasticis debitis negociis ego Theodericus Camaracensis episcopus assensum canonice praebens, sicut prius de illius discessu compatiendo dolui, ita et modo de ipsius reversione congaudens constitutiones has seniorum vel fratrum roborando subscripsi, quia talia sepe contigisse et in aliis gestis ecclesiasticis legi[*].

His ita peractis, iterum reboantibus signis et vociferante omni ecclesia: 'Te Deum laudamus', ductus est iam saepe dictus Ebbo episcopus in vestiarium et indutus episcopalibus vestimentis, similiter etiam alii episcopi, et processerunt cum eo ad celebrationem missae. Nam Rothadus episcopus[1], dextra manu eum sustentans, habuit suae partis Lupum Catalaunensis ecclesiae episcopum et Hirminfredum presbyterum, postea vero Belvacensis ecclesiae episcopum[2]; sinistra autem manu sustinens eum Simeon episcopus[3], similiter suae partis Erpuinum episcopum[4] et Vitaum Camaracensis ecclesiae corepiscopum. Et sic ad sanctum altare cum eo procedentes ad propriam sedem eum deduxerunt atque cum eo cuncti sedentes in omni pontificali officio ipsa die ei communicaverunt. Fuerunt autem per longum spacium eius exulatus ordinati episcopi eo absente Simeon[3] episcopus, Lupus[5] episcopus, Erpuinus[4] episcopus, quod omnimodis sanctissimis prohibetur canonibus[6]. Qui completa cum omni gaudio et laetitia consecratione et solemnitate sacrificii praesente omni ecclesia deprecati sunt eum, ut ipsius auctoritate eorum statueretur ac roboraretur ordinatio. Qui benignissime eorum preces obaudiens dedit eis publice coram sacrosancto altari anulos et baculos suae auctoritatis in confirmatione eorum ordinationis et allocutus est de eis omni ecclesiae, ut cf. 1. Ioh. 4,7. scirent universi se in caritate, quae ex Deo est, eorum ordinationi consentire atque subscribere.

Postea vero accipiens auxilium et legationem iam saepe fati Lotharii imperatoris ad limina beatorum perrexit apostolorum, non satis habens in restitutione sua sine

*) *Textus documenti spurii in Ebonis apologetico pergit (supra p. 798 l. 17—24):* Hrothadus Suessonicus episcopus haec ita similiter roboravi; *(codex G):* Hildemannus Belvacensis similiter. Lupus Catalaunensis similiter. Ragenarius Ambianensis similiter. Erpwinus Silvanectensis similiter. Folcoinus Tarawensis similiter. Immo Noviomacensis similiter; *(codex P):* Hildemannus Belvacensis similiter. Simeon Laudunensis similiter. Erpwinus Silvanectensis similiter. Raginharius Ambianensis similiter. Emmo Noviomacensis similiter. Folcwinus Tarawensis similiter. *G omittit Simeonem Laudunensem, P Lupum Catalaunensem. Documenti altera recensio (v. supra p. 805 l. 25 sqq.) exhibet omnia novem episcoporum nomina.*

1 ibi *deest Apol.* et cetera *desunt Apol., sed cf. p. 798 l. 30.* 2 tramquiliora *P.* magistratibus *A,* magistratis *P.* 3 idem *Apol.* iterum] idem *A. P.* 4 et *deest Apol.* Teudericus *Apol.* Cameracensis *P.* 5 dicessu *P.* et *deest P.* de ipsius] ipsius de *Apol.* 6 subscrixi *P.* 8 reboantibus] roboantibus *B.* 13 sustinens eum] sustens eum *P.* 14 similiter — corepiscopum] *supple* habens; *v. l. 11.* 16 cuncti] cutti *P.* 17 exultatus *P.* 19 cumpleta *P.* 22 sacrosancti altaris *P.* 23 ecclesia *P.* 24 atque subscribere] absque subsistere *A.*

1) *Suessonicus.* 2) *Scilicet Hildemannum, qui decreto episcoporum subscripsit (v. l. 29. 32).* 3) *Laudunensis.* 4) *Silvanectensis ecclesiae.* 5) *Catalaunensis.* 6) *Nihil contra canones factum esse censet Bouquet (l. l. VII, 279 ann. d), ut ordinationes per eius absentiam factae validae fuerint. Cf. etiam Hinschius, 'Kirchenrecht' I, 84 ann. 1.*

apostolicae sedis auctoritate, consensu tantorum episcoporum et aliorum bonorum hominum; ubi a piissimo ac spiritali patre Gregorio, domno videlicet apostolico, benignissime est receptus et apostolica auctoritate plenissime restitutus, sicuti penes nos habemus[1]. Postremum denique functis pacifice plus quam biennio[2] omnibus episcopalibus officiis vocavit nos iam saepefata mater Remensis ecclesia ad gradus ecclesiasticos, ad quos, Deus novit, non importune nos gessimus, sed electione ministrorum ecclesiae magistrorumque nostrorum, acclamatione etiam atque oblatione totius ecclesiae delati sumus.

Post haec vero dividentes inter se regna paterna[3] Lotharius imperator ac domnus noster Karolus, gloriosissimus rex, devenit iam saepe dicta mater nostra Remensis ecclesia in partem et ditionem gloriosissimi regis Karoli, cum quo erat gratissimus ac potentissimus Fulcho abbas[4], qui ipsam ecclesiam domni Ludovici imperatoris antea presbyter obtinuerat et gratia eiusdem regis, cum quo erat, iterum adeptus est eam.

4 functos *A.* 5 saepefacta *P.* 10 gloriosisim- *hic et infra P.* 12 domni] *ita A. P, sed fortasse corrigendum est* dono *vel* gratia domni; *v l. 13 et p. 812 l. 4.*

1) *Cf. Gregorii IV. (827—844) epistola ab ipso Ebone conflata, MG. Epp. V, 81 (Jaffé-E. n. 2583—2585). K. Hampe, 'Neues Archiv' XXIII, 180. Errant autem aut mentiuntur auctores libelli, cum Ebonem, antequam iterum expulsus sit, Romam profectum esse dicunt; cf. epistola concilii Tricassini 867, Mansi XV, 793 sq.; cf. Schrörs, l. l. p. 35. 66 ann. 68.* 2) *Non per biennium, sed per unum annum (cf. Schrörs, l. l. p. 34) Ebo post restitutionem sedem Remensem tenuit; cf. epist. concilii Tricassini 867 ad Nicolaum papam missa (Mansi XV, 793):* Ebo . . . episcopale ministerium, suffraganeis ecclesiae Remorum episcopis praesentibus ac conniventibus, agere coepit et . . . Wulfadum . . . et eius collegas tempore canonico ordinavit; qui . . . *(Ebonem)* sollemniter sacrum officium et pacifice per annum circiter celebrare viderunt et non se ad sacros ordines provehendos importune ingesserunt, sed acclamatione et attestatione ipsius ecclesiae, ut ordinarentur, oboedierunt *(v. supra l. 6 sqq.).* Et hoc modo . . . per illud temporis spatium Ebo Remensem ecclesiam tenuit, donec Karolus resumptis viribus et copiis Sequanam transmeavit et in Belgicam regionem iterum reversus fuit *(anni 841. autumno).* Quod audiens Ebo, relicta Remensi ecclesia, ad Hlotharium secessit et in eius familiaribus obsequiis, vario eventu accidente inter illum et fratres eius, mansit et in Cisalpinis regionibus abbatiam sancti Remacli, sed et abbatiam sancti Columbani in Italia apud eum obtinuit, ubi rerum proprietatem pretio comparavit et per idem tempus ipsius imperatoris diversas legationes in diversas partes peregit, usque dum anno incarnationis dominicae DCCCXLIIII. una cum Drogone Mettensium episcopo sub Sergio papa *(844—847)* Romam adiit. . . . Demum Roma reversus, quodam processu temporum legationem in Graeciam a Hlothario sibi iniunctam suscepit, quam exequi detrectavit, et idcirco sibi ab eodem imperatore abbatiis ablatis et a se data suprascripta proprietate Hirmingardi imperatrici *(uxori Hlotharii),* Hludowici largitione regis Germaniae in provincia Moguntina et regione Saxoniae, non longe a vicinitate finium Northmannorum, quibus a Paschali papa *(I. 817—824)* praedicator fuerat destinatus *(cf. MG. Epp. V, 68 de anno ca. 822.),* episcopium Hildenesheim vacans obtinuit; ubi etiam, auctoritate cuiusdam privilegii nobis ostensi, a beato Gregorio papa *(IV. 827—844)* sibi collati *(cf. l. l. V, 81 spur.)* connivente supra memorata sua restitutione *(anni 840.),* ministerium suum fine tenus exercuit; *cf. MG. Capit, II, 173 l. 24, p. 264. Flodoardi hist. Rem. eccl. II c. 20, MG. SS. XIII, 474.* 3) *Anno 843. mense Augusto; cf. Mühlbacher[2] n. 1103 a.* 4) *Sancti Remigii Remensis, cui iam anno 835. Hludowicus imperator sedem Remensem commiserat; cf. Schrörs, l. l. p. 36 ann. 42.*

Cuius imperium atque furorem metuens iam saepe dictus Ebbo episcopus, quippe qui necdum cum eodem rege pacificatus erat, cum Lothario, cui primitus adhaeserat, remanendo secessit et cum eo moratus, timens, quia nullatenus suam adipisci posset pacifice sedem, apostolica auctoritate et consensu episcoporum, dono etiam Ludovici regis Germaniae, adeptus est, pro tempore ipse vacans, vacantem sedem Hiltinesheim[1], adspirans semper ad propriam sedem[2]. Quam siquidem a domno Karolo rege, licet valida pedum infirmitate gravaretur, repetisse multorum testimonio comprobatur; unde necessitate compulsus ad praedictam sedem Hiltinesheim revertens, secundum restitutionem apostolicae sedis episcopali officio functus usque in finem vitae immutabiliter fuisse convincitur, ubi inter cetera multa bona diversas etiam fecit ordinationes, quae absque ulla umquam reprehensione ab omnibus Deo amabilibus gaudenter amplexantur[3].

Interea vero unusquisque nostrum in suo ordine pacifice ministravit atque cum omnibus ad eandem matrem eclesiam confluentibus, tam episcopis quam etiam regibus atque cunctis potentibus, communicavit, donec iam supradictus Karolus rex eandem ecclesiam longo post tempore reverendo viro Hincmaro gubernandam commisit[4], qui statim post ordinationem suam nobis infestus ministrare prohibuit. Cui cum humiliter causam nostrae abiectionis quaerendo interrogassemus, nullam nobis culpam obicere voluit, sed tamen a propriis officiis cessare praecepit. Qui autem ab ecclesia Remensi ex nobis recedere pro hac eadem interdictione noluerunt, absque ulla contradictione postea semper ministraverunt. Unde quanta iurgia et contentiones inter eum et nostrum ordinatorem iam saepissime dictum Ebbonem extiterint, longum est litteris comprehendere, quia quod expetierat consequi nequivit. Obtinuit enim tandem apud piissimum Leonem papam, ut daret ei iudices suae vicissitudinis, Drogonem[5] episcopum, Otgarium[6] archiepiscopum, Hecti[7] archiepiscopum et Gunbaldum[8] archiepiscopum; unde et litteris iam dicto Hincmaro mittens praecepit, ut eis suam vicissitudinem habentibus ad causas reddendas contra Ebbonem se Treveris praesentaret. Quod minime, variis intervenientibus occasionibus, ad effectum pervenit[9]. Ista, quae inter haec duo signa habentur, ab ipso monacho et ab his, qui interfuerunt, audivimus, nos tamen ipsi non vidimus. † Similiter etiam, ut fertur, sicut audivimus, quando pallium ab apostolica auctoritate isdem Hincmarus petiit[10], non antea impetrare potuit, quam ab Ermenardo quodam Orbacensi[11] monacho eidem sanctae Romanae sedi sacra-

1 quipe *P.* 3 adipici *P.* 4 dono] *ita A*, domno *P.* 5 Hiltineheum *P.* 8 Heltinesheim *hic et infra P.* 9 espiscopali *P.* 13 ad candem] ab eadem *P.* 14 communicant *P.* eadem *P.* 15 reverendo] revertendo *P.* 17 causam nostrae] *ita e coni.*, culpam nostram *A. P.* abiecionis *P.* nulla *P.* 20 contentiones] condiciones *P.* 21 lungum *P.* 27 affectum *P.* 30 hisdem *P.* 31 quodam] cuidam *P.*

1) *De tempore, quo Ebo Hildesheimensem episcopatum adeptus sit (anno circiter 845.) v. Poenitentiale Hrabani c. 34, MG. Epp. V, 514. Schrörs, l. l. p. 476 sqq.* 2) *V. Leonis IV. epistolam (MG. Epp. V, 605; Jaffé-E. n. 2618), ubi verba fiunt de Ebone,* qui pro illicita subsecratione *(Hincmari)* . . . ter sedem apostolicam interpellaverat. 3) *De Ebonis die supremo (851 Mart. 20) et ordinationibus ab Altfrido successore annullatis cf. Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reiches' ed. 2. I, 262.* 4) *Hincmarus electus est in synodo Bellovacensi (845 Apr. 18), ordinatus 3. die mensis Maii eiusdem anni; cf. Schrörs, l. l. p. 39 ann. 60.* 5) *Mettensem.* 6) *Moguntinum.* 7) *Treverensem.* 8) *Rotomagensem.* 9) *Cf. Hincmari ad Nicolaum papam epistola; Opp. ed. Sirmond II, 304. Schrörs, l. l. p. 53 sq. 61.* 10) *V. Hlotharii I. epistolam ad Leonem IV. (Mühlbacher² n. 1149) eiusque responsum (Jaffé-E. n. 2607), MG. Epp. V, 609. 591. Schrörs, l. l. p. 58 ann. 28.* 11) *Hodie Orbais monasterium.*

mento firmatum est Ebbonem iam saeculo decessisse, cum adhuc, licet senectute et variis infirmitatibus gravatus, superstes tamen, sedem Hiltinesheim pacifice regeret ac gubernaret. Sed tamen in ipsis apostolicae auctoritatis litteris, quibus eidem Hincmaro usus pallii concessus est, caute, ut in scriniis sanctae matris Romanae ecclesiae inveniri potest, insertum legitur: Concedimus[1] tibi usum pallii, salva tamen contentione, quae inter te et Ebbonem habetur †. Ad quam contentionis litem finiendam nullo imperio, nulla umquam auctoritatis praeceptione isdem Ebbo pervenire meruit. Illis autem ita contendentibus, nos semper humiliter et pacifice nostram sustinendo portavimus ignominiosam deiectionem.

Defuncto autem iamdicto ordinatore nostro mense Martio[2], statim obtinuit dominus noster Hincmarus apud Karolum regem, ut convocaret synodum Suessionis apud monasterium sancti Medardi[3], et iussit nos fere tunc temporis XIIII numero presbyteros et diaconos illuc ire, promittens se de nobis misericorditer tractaturum. Qui renuentes et humiliter deprecantes, ne nos illuc ad maiorem nostram confusionem ire faceret et deiectionem, non audivit, sed potius magistris nostris praecepit, ut omnimodis nos illuc ire facerent; quod et fecerunt. Venientes autem illuc praecepit nobis dare libellum proclamationis; quod minime volebamus, scientes iam ex parte, sicut et postea manifestius cognovimus, quid de nobis tractabatur. Tamen, licet coacti, dedimus ceteri, excepto uno[4], qui, priusquam Ebbo removeretur, litteris canonicis traditus est Liutado Vincensiensi[5] episcopo et postea licentia et deprecatione ipsius nobiscum ordinatus. Ipse enim erat cum Karolo rege et nullatenus ad synodum venit, quippe cuius proprius episcopus ibi non erat. Sed nec ipse, sicuti et nos, ad synodum canonice vocatus advenerat. Ideoque suum nomen illuc scriptum non misit, licet dicatur scripsisse in libello a nobis violenti praeceptione subscripto et per Sigloardum et Leutonem atque Isaac illuc transmisisse, quod minime fecit. Dato autem libello surgens dominus noster Hincmarus archiepiscopus elegit sibi iudices, Wenilonem[6] archiepiscopum, Amalricum[7] archiepiscopum, Pardulum[8] quoque episcopum suum suffraganeum, commendans ei etiam locum suum. Iussit autem nos eligere, qui iam ab ipso solo, si fas est dicere, non canonice excommunicati eramus. Manentes autem in hac maxima tribulatione, timentes, quod, si non eligeremus, superbiae et arrogantiae deputaretur, si autem eligeremus, nullatenus nobis profuturum sciebamus, cum omnia violenter nobis extorquebantur, quia scilicet nos proloqui nequaquam cedebat, vel condemnationis praeiudicium vel evocatio non legalis ad synodum. Iudices etiam, qui erant a nobis eligendi, quoniam non interposita temporis dilatione, verum subitae necessitudinis interpellatione

3 Hincmarto *P.* 4 invenire *P.* 6 te] se *P.* 7 Illas *P.* 13 misssericorditer tractarum *P.* 19 qui] quid *P.* 20 Vincenciensi *P.* 21 quipe *P.* 22 canonica *P.* 23 scripsisse] serpsisse *P.* 24 volenti *A. P.* 25 tranmississe *P.* 26 Wemilonem *P.* 27 suffrageum *P.* 28 suum] sum *P.* 29 canonocice *P.* Manentes — iudicaturi *(p. 814 l. 2)] sensus aliquatenus hiare videtur, nisi quaedam excidisse aut textum mutilum esse putaveris.* 31 violenter] volebantur *P.* 32 quia scilicet] scilicet quia *P.*

1) *De hac re nihil aliunde constat.* 2) *Obiit anno 851. die 20. mensis Martii; cf. Dümmler, l. l. I, 262 ann. 1.* 3) *V. acta synodi Suessonicae anno 853. mense Aprili habitae; Mansi XIV, 982 sqq. In actione I. a Sigloardo archidiacono Remensis ecclesiae nomina recitantur clericorum, Rodoldi videlicet, Gislaldi, Wulfadi, Fredeberti ex canonicis, Sigismundi ex monasterio sancti Theodorici; ex monachis autem de monasterio sancti Remigii aderant Nortuinus, Heinradus, Mauringus, Anteus, Teutlandus, Haroaldus, Radulphus et Wicpertus.* 4) *Scil. Wulfado, qui, ut patet ex act. I. synodi laudatae, tum in monasterio Suessionensi iacebat infirmus.* 5) *Hodie Vence.* 6) *Senonensem.* 7) *Turonensem.* 8) *Laudunensem.*

APPENDIX.

ACTA SPURIA.

Reservatis ad tomum alterum conciliorum aevi Karolini actis synodalibus illis, quae certo anno adscribi non possunt (cf. 'Neues Archiv' XXIV, 492; sed v. quae v. cl. E. Seckel de concilio Namnetensi et de concilio quod putabatur Bisuntinensi exposuit, ibid. XXVI, 39 sqq. XXIX, 308 sqq.), prodeunt in appendice hac nonnulla documenta spuria, ab eorum auctoribus conciliis intra annos 710. et 839. adscripta, quorum regesta iam dedimus in annalibus nostris, l. l. XXIV, 493—495. Omnium autem textum integrum frustra quaeres, cum n. 8 iam in collectione Monumentorum Germaniae editum sit, secluserimus praeterea diploma spurium Aldrici Senonensis archiepiscopi monasterio s. Remigii ut dicitur anno 830. concessum, ideo quod cohaeret cum privilegio circa annum 845. conscripto (cf. 'Neues Archiv' XXVI, 613) et a nobis ipsis, dissertatione speciali praemissa (l. l. XXVII, 217 sqq.), iam editum est (l. l. XXVIII, 40), ita ut melius tomo alteri conciliorum aevi Karolini reservetur. De capitulari denique spurio concilio Ingelheimensi anni 826. adscripto iam supra p. 551 ann. 1 actum est, falsam Hludowici et Hlotharii constitutionem de synodis anno 829. celebrandis supra p. 599 l. 27 sqq. invenies, interpolationem restitutionis Ebonis anni 840. supra p. 792 sq. et 804, instrumentum episcoporum provinciae Remensis de reditu Ebonis supra p. 798 (cf. p. 809 sq.) et, cum bis ab Ebone confectum sit, p. 805 sq.

1. CONCILIUM LEODIENSE SPURIUM.

710. Apr. 29.

Canones, qui synodo a sancto Huberto († 727; cf. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' ed. 5. I, 429) Leodii in ecclesia sancti Lamberti habitae adscribuntur, spurios esse apparet ex verbis Bonifatii supra p. 1 allatis. Qui si genuini essent, ille scribere anno 742. minime potuisset: Franci . . . ut seniores dicunt, plus quam per tempus octuginta annorum synodum non fecerunt *(cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 361). Eos in antiquis monumentis cum temporis significatione esse annotatos quamquam primus editor affirmat, tamen ipsa verborum forma quin vestigia originis falsae atque modernae prae se ferat dubium non est, etsi F. Caneto his canonibus ficticiis pro veris uti non est veritus ('Revue de Gascogne' a. 1865, tom. VI, 244).*

Edd.: J. Roberti, Historia s. Huberti . . . primi Leodiensis episcopi (Luxemburgi 1621), p. 166. Hartzheim I, 32. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 493.

I. Forma verborum, in quibus consistit sacramentum baptismi, talis est: 'Ego baptizo te in nomine patris et filii et Spiritus sancti. Amen.'

II. Volumus autem pueros septenos et supra adduci ad episcopum confirmandos et adultos prius confiteri de peccatis suis.

III. Ut presbyter proprius alia sacramenta ecclesiastica ministrat, ita et saltem semel in anno ei confiteantur sua peccata subditi[1].

IIII. Diligenter eis explicet praecepta Dei et diebus dominicis exponat ea, quae ad salutem sunt animarum; quibus sanctum corpus Christi quotannis dabit ad manducandum.

V. Quodsi remisse presbyter ea curet, noverit se a Deo puniendum, qui ardentissimo desiderio oblatus est pro suis, quia voluit. cf. Hebr. 7, 27.

VI. In omnibus se praebeat presbyter exemplum bonorum operum et super grege vigilet, cum inimicus homo promtissimus sit ad superseminandum in agro Dei zizaniam. cf. Matth. 13, 25.

VII. Ecclesiae mundae sint et altaria ornata decenter, cum in iis Deus habitet non solum Spiritus, sed et homo factus.

VIII. Ita tamen, ut id, quod oculos intrantis ab oratione potest avellere, non reperiatur in eis aut curiositas oculorum; sed sapiant universa et singula ignem immittendum in cor fidelis, adorare et orare venientis.

VIIII. Infirmis misericordia Dei aperiatur, ita tamen, ut et iustitia comes sit. Sed venit Christus, ut nos redimeret et suo regno inscriberet volentes.

X. Defunctis certo sciant universi reddere Deum propitium missae sacrificia quotidiana, preces, donationes et ieiunia; quae ideo fieri postulamus, ut eorum animae requie citius potiantur aeterna, quam nobis Christus donare dignetur. Amen[2].

1) *Cf. praeceptum q. d. paschale concilii Lateranensis IV. (a. 1215.):* Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti et iniunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiae sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum *(Mansi XXII, 1007 sqq. c. 21). V. etiam A. Kirsch, 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' LXXXIV, 527 sqq.* 2) *Addere placet verba primi editoris (l. l. p. 166) de fonte canonum suorum: 'Claudius Despretz I. C. Atrebatensis et dominus de Queant . . . ex antiquis monumentis annotavit anno 710. mensis Aprilis die 29. (est is proximus annus post translatum episcopatum [sed cf. A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 3. I, 327]) primam habuisse (scil. Hubertum) synodum Leodiensem in s. Lamberti ecclesia'. Fidem illis 'antiquis monumentis' minime tribuendam esse apparet etiam ex p. 168, ubi haec leguntur: 'Anno 720. habuit s. Hubertus secundam synodum contra oppugnatores sacrarum imaginum, qui caput extulerant in sua parrochia episcopali, in qua secundam Romanam pro imaginibus sub s. Gregorio iuniore celebratam integre inseruit. Verba sunt ex iisdem eiusdem Claudii Despretz analectis'. Observandum autem est post mortem demum s. Huberti († 727) anno 731. mense Novembri a Gregorio III. (731—741) synodum Romanam de causa imaginum esse habitam; cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 102 sqq., qui refutavit quae Hefele (l. l. III, 404 sqq.) de synodis Romanis a Gregorio II. (715—731) congregatis coniecit.*

2. EDICTUM SPURIUM DE METROPOLI MOGUNTINA.

745.

Edictum de Gewelib episcopi Moguntini depositione et Bonifatii in archiepiscopum Moguntinum promotione spurium esse uberius evincere non oportet. Falsator quisquis fuit — fortasse M. Goldast, qui illud primus vulgavit — sine dubio usus est vita s. Bonifatii ab Othloho confecta, ubi lib. I c. 42 (MG. SS. II, 347 ann. 24. Vitae s. Bonifatii ed. W. Levison p. 156), postquam verba facta sunt de bellicosi illius episcopi facinoribus homicidiisque, haec leguntur: . . . sanctus presul Bonifatius inter cętera correctionis colloquia haec pariter in conventu synodali protulit, attestans nullum homicidii reatu pollutum debere episcopali sacerdotio fungi. Ad haec etiam ei obiecit propriis se oculis perspexisse illum cum avibus canibusque iocantem, quod episcopo nullatenus liceret. Audiens autem haec Gewiliob sentiensque se nullo modo contra stimulum vel secularis potentiae seu auctoritatis canonicae, quae mediante sancto Bonifatio in omnes coram positos deferebatur, calcitrare posse, iudicio consensit communi depositusque est ab ordine episcopali. Quo deposito statim sanctus Bonifatius a supradictis principibus, Karlmanno videlicet et Pippino fratre eius, ęcclesiae Mogontiacensi preficitur. Et ut eius dignitas eminentior foret, decreverunt idem principes ęcclesiam Mogontiacensem, quae prius alteri subiecta erat, metropolim omnium in Germania positarum ęcclesiarum efficere moxque, legatione facta, illud a praesule apostolico impetravere; *cf. etiam passio vel vita quarta s. Bonifatii c. 1, MG. SS. II, 354; ed. W. Levison p. 91. Re vera decreta synodi anno 745. celebratae perierunt. In ea Gewelib depositum esse patet ex Zachariae epistola d. d. 745 Oct. 31 ad Bonifatium directa (MG. Epp. III, 325 l. 7 sqq. Jaffé-E. n. 2274), Bonifatius autem hoc anno Coloniensi metropoli praefectus est, unde anno 748. demum in Moguntinam transmigravit; cf. Hahn, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs 741—752', p. 74. 112. 203 sqq. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 3. I, 411 ann. 560 sqq. A. Werminghoff, 'Neues Archiv' XXXII, 221 sqq. 234 sq.*

Edd.: Goldast, Constitutiones imperiales I (1613), p. 15. Lünig, 'Reichsarchiv' XVI, 1. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 52. 'Neues Archiv' XXIV, 493.

Carolomanni I. et Pipini edictum de metropoli Moguntina.

I. Gervilionem[1] Moguntinum pontificem, qui, quod hominis caede pollutus sit, sacerdotio fungi non potest, et quod cum avibus et canibus luserit, quod episcopo fas non est[2], cum omnium episcoporum calculis exauctoravimus ac deposuimus.

II. Eo autem deposito Bonifacium Moguntinae sedi praefecimus; et ut eius dignitas esset eminentior, statuimus hoc perpetuo edicto, ut ecclesia Moguntina amplius alteri subiecta non sit, sed in totius Germaniae caput ac metropolim levata existat[3].

Actum in synodo.

1) *De hac nominis forma cf. Vitae s. Bonifatii ed. W. Levison p. 91 ann. 7.* 2) *Cf. concil. Germanicum 742 c. 2, Suessionense 744 c. 3; supra p. 3. 34.* 3) *Cf. Zachariae epistola d. d. 751 Nov. 4 (MG. Epp. III, 373; Jaffé-E. n. 2292), etsi non prorsus suspicione caret falsitatis.*

3. CONCILIUM ROMANUM SPURIUM.

753. Ian.

Inest in vita Anselmi abbatis Nonantulani (de quo cf. Acta SS. 3. Mart. I, 265 sqq. 900 sqq.) incertae aetatis — nihil est quod vetet, ne auctorem saeculo XI. in. scripsisse statuamus — privilegium quoddam Nonantulano monasterio concessum, quod spurium esse gravissimis indiciis iam L. A. Muratori ('Geschichte von Italien' IV, Lipsiae 1746, p. 351 sqq. in versione Germanica) feliciter evicit. Accedit, quod privilegium ipsum ab auctore vitae Anselmi Hadriano I. papae (772—795) attribuitur, quem aequalem fuisse neque Aistulfo regi Langobardorum, in diplomate spurio titulo ante saeculum decimum prorsus incognito rex Italici regni *dicto (749—756; cf. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 436 sq.), neque Sergio archiepiscopo Ravennatensi (748—769) non latet. Confudit certe ille anonymus cum Hadriano I. Stephanum II. papam (752—757), inter cuius privilegia hoc inferius edendum numerabatur, postquam primus editor Ughelli nomen Hadriani in Stephanum mutavit. Praemittuntur insuper ipsi privilegio haec:* . . . venerabilis pater Anselmus, regali ortus prosapia meritisque clarus, . . . Aystulfum adiit regem, per sororem scilicet suam Giseltrudam, quae regio herebat thalamo. Huius namque impetratu tria non modica intra collationem paulo ante idem vir construxerat coenobia fratrumque decorarat agminibus, in quorum maximo, quod Nonantulae actenus vocitatur monachorumque prepollet phalangiis, cum sanctissimi vellet arctus adquirere Silvestri, dominicae incarnationis anno 753. supra dictum petiit regem, suppliciter rogans, ut causa orationis maximeque huius negotii una secum Romam venisset. Rex annuit et abbas fratribus stipatus Romam advenit ad virum per omnia beatissimum Adrianum, qui tunc Romanam et apostolicam gubernabat aecclesiam. A quo benigne suscepti sunt et eos thesauro, quem petierunt, in hunc tenorem, sicuti hic legitur, ditavit *(MG. SS. rer. Langob. p. 567, ubi statim sequitur textus privilegii). Anno 753. mensi Ianuario autem privilegium quamvis spurium ideo adscribamus necesse est, quod artissime cohaeret cum altero diplomate Stephani II. papae eidem monasterio concesso itemque spurio, quo id privilegiis ornat secundum* praeceptum domni piissimi regis Aistulfi, *ab ipso Anselmo abbate Romam delatum. In fine autem huius alterius privilegii leguntur:* Scriptum per manum Sergii S. R. E. scriniarii, indictione VI. mense Ianuario. Data Idibus Ianuarii per manum Anastasii primi episcopi dioecesanorum sanctae sedis apostolicae, anno Deo propitio pontificatus domni Stephani summi pontificis et universalis papae in sacratissima sede beati Petri apostoli primo *(Muratori, SS. rer. Ital. I, 2, 190; Jaffé-E. n. 2310).*

In editione paranda secuti sumus textum, quem constituit G. Waitz (= A) in tomo scriptorum rerum Langobardicarum p. 567 sq., adspersimus autem variam lectionem ex vitae Anselmi editione principi ab Ughelli confecta (= U). Ab Ughelliana enim editione omnes aliae pendent praeter Waitzianam, quae codicem Nonantulanum saec. XI. adhibuit, insuper alterius codicis Romani bibliothecae Barberinianae XL. 13 saec. XVI. XVII. inter collectanea Ughellii mentionem facit, in quo inest apographum codicis non nominati.

Edd.: Ughelli, Italia sacra II (1647), p. 102; ed. 2. II, 84. Mabillon, Acta SS. ord. S. Benedicti IV, 1, 5. Muratori, SS. rer. Italicarum I, 2, 189. Mansi, Suppl. I, 601. Mansi XII, 567. Bullarium Romanorum pontificum ed. Taur. I, 241. Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 1019. MG. SS. rer. Langob. 567. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I n. 2309. 'Neues Archiv' XXIV, 493.

Adrianus servus servorum Dei omnibus venerabilibus fratribus et coepiscopis cunctisque religiosis Christianis Deo deservientibus regno Italico et patriarchio Romano.

Residentibus nobis cum plurimis episcopis ad beatorum Petri et Pauli apostolorum principum limina, synodale commonente concilio, venit Flavius Aystulfus, vir excellentissimus, rex Italici regni, ad predictorum apostolorum vestigia. Inter cetera, quae contulit, dona beati Petri apostoli aecclesiae optulit preceptum unum, in quo continebatur, quod ob reverentiam Domini salvatoris atque beatae semper virginis Mariae omniumque sanctorum apostolorum construxisset monasterium in territorio Motinense[1], loco nuncupante Nonantula, ipsumque preceptum concessisset viro venerabili nomine Anselmo abbati; et eundem virum Anselmum cum secum haberet, optulit illum pariter et preceptum[2] supra sacratissimum corpus beati Petri apostoli sicque dotavit prefato monasterio sanctae sedis Romanae, quam Deo auctore regere cernimur. Petiit prefatus rex nostram munificentiam, ut corpus beatissimi papae Silvestri[3] cum aliis sanctorum pignoribus eidem Anselmo abbati ad predictum venerabile monasterium deferre concederemus et per benedictionem protinus nostris manibus consecraremus ipsum abbatem et cuculla[4] indueremus secundum regulam sancti Benedicti, eius manibus traderemus simul et baculum[5] pastoralem et pedules[6] secundum ordinem. Cuius sanctissimam petitionem ylari vultu, quomodo petebat, concessimus. Et quoniam nobiscum aderat sanctissimus confrater noster Sergius, sanctae Ravennatis aecclesiae archiepiscopus, commendavimus ipsum venerabilem abbatem et eius monasterium sub suo regimine nostra nostrorumque vice gubernandum omni tempore, tantum si ab abbate monasterii fuerit invitatus; et si ei vel suis successoribus aliqua adversa contigissent a quocumque presule, maxime ab episcopo Motinensis aecclesiae, in cuius paroechia constat esse constructum, sub sancta Ravennensi aecclesia haberet refugium, propter terrarum longitudinem, que distat a nostra sede. Precepimus ei etiam, ut predictum sanctum corpus beati Silvestri et alias sanctorum reliquias per se ipsum ad iam dictum coenobium deferret et reconderet altariaque simul et aecclesiam nostra apostolica auctoritate consecraret. Robur etiam nostrae sanctae Romanae aecclesiae eidem sancto loco per apostolicum privilegium contulimus, veluti beatissimus papa Gregorius[7] plurimis aecclesiis protulit.

1 Adrianus] S t e p h a n u s *U.* 2 patriarchio] patriarchatu *U.* 4 Aystulphus *U.* 8 Mutinensi *U.* 9 nuncupato Nonantula *U.* 11 beati] S(ancti) *U.* 12 prefato monasterio] praedict. monaster. *U.* 13 beatissimi] sanctissimi *U.* Sylvestri *hic et infra U.* 17 pedales *U.* 18 ylari] hilari *U.* quomodo] quam *U.* 19 Ravennatensis *U.* 21 nostrorumque] *supple* successorum; *deest U.* 22 contigisset *A.* 23 Mutinensis *U.* 24 sanctae Ravennensis aecclesiae *A.* Ravennatensi *U.* 25 que] *ita A,* quae *U,* qua *Muratori.* 26 beati] S(ancti) *U.* 27 deferat *U.* recondat *U.* 29 beatissimus] sanctissimus *U.* 30 protulit] et iussimus huic opusculo subterscribi *add. U.*

1) *Modena.* 2) *V. praeceptum Aistulfi regis spurium d. d. 753 Febr.; Troya, 'Codice diplomatico Longobardo' IV (1854), p. 450 n. 671 (reg. A. Chroust, 'Untersuchungen über die langobardischen Königs- und Herzogsurkunden, Graz' 1888, p. 188 sq. n. 20).* 3) *V. supra in p. 67 l. 4 sqq. quid re vera de corpore s. Silvestri anno 761. factum sit.* 4) *Cf. regula Benedicti c. 55 ed. Woelfflin p. 54 sq.* 5) *Cf. poenitentiale Theodori archiepiscopi Cant*[illegible]*giensis c. 3 (Migne, Patrol. lat. XCIX, 928 sq.):* In abbatis . . . ordinatione episco[illegible] missam agere et eum benedicere inclinato capite cum duobus vel tribus testib[illegible] suis et donet ei baculum et pedules. 6) *Cf. regula Benedicti l. l., praet*[illegible]
7) *Fortasse I. (590—604).*

4. CANONES CONCILIO WORMATIENSI FALSO ADSCRIPTI.

770.

Referunt ad annum 770. annales Laurissenses maiores haec: . . . domnus Carolus rex habuit synodum in Warmatiam civitatem, *quae in annalibus qui dicuntur Einhardi in hunc modum repetuntur:* Domnus Karlus rex habuit populi sui conventum generalem in Wormacia civitate[1] *(Ann. regni Francorum ed. Kurze p. 30 sq.). Cui conventui, quamquam de eo aliud nihil constat, tamen a Petro a Thymo (vulgo Van der [illegible] dicto), qui obiit anno 1473., nonnulli canones attribuuntur, quos deprompsit ex [illegible] decreto, ubi ex Burchardi Wormatiensis episcopi († 1025) decreto recepti sunt. [illegible] autem adhibuit in repetendis capitibus 1 et 2 concilium Seligenstadense [illegible] bratum, in allegandis capitibus 3 et 4 Ansegisi Fontanellensis abbatis [illegible] larium, cuius fontes ad nostra usque pervenerunt tempora. Singulorum [illegible] lectione unicuique capiti adiecta illustrabitur, praesertim cum eorum [illegible] rimus cum Gratiano et fonte originali, in annotationibus autem id [illegible] qua via canones in librum Petri a Thymo pervenerint. Caveamus [illegible] tula genuina esse putemus: duo certe sunt originis Karolingicae [illegible] Petrus a Thymo falsarius non fuit, sed in eo vituperandus [illegible] indolis conventui Wormatiensi anni 770. adscripsit, etsi de [illegible] affirmare possumus, sicut non constat, utrum hic conventus [illegible] magis ecclesiasticus vel synodalis.*

Edd.: Petrus a Thymo, Historia Brabantiae diplomatica [illegible] baro ab Reiffenberg I (Bruxellis 1830), p. 196. — Reg. [illegible] ed. 2. I n. 138b. 'Neues Archiv' XXIV, 493 ann. 1.

MG.

Karolomannus, tertius huius nominis [illegible] atque suae stirpis secundus rex Francorum [illegible] matia synodum celebravit, in qua multa [illegible] quae sequuntur.

(I). II. Q. V. Interrogatum[2] [illegible] alter negat, quid inde agendum sit. [illegible] probabili se indicio expurget et qui [illegible]

Lemma: De synodo seu concilio [illegible]
25 Karolomannus] *intellige* [illegible]
(I). 29 (I) [illegible]

(II). Statuit[1] quoque sancta synodus, ut, si duo de adulterio accusati fuerint et ambo negaverint et orent sibi concedi, ut alter eorum utrosque divino iudicio purget, si unus in hoc deciderit, ambo rei habeantur.

(III). XXIII. Q. VIII. Sancitum[2] est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur. Presbyteri etiam in eis constituti non de decimis neque de oblationibus fidelium neque de domibus neque de atriis vel de hortis iuxta ecclesiam positis neque de praescripto manso aliquod servitium faciant praeter ecclesiasticum; sed si aliquid amplius habuerint, tantum senioribus suis debitum servitium impendant.

(IIII). De consecrat. dist. II. Presbyter[3] eucharistiam semper habeat paratam, ut, quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur[4].

(II). 1 Statuit — habeantur] *coll. cum Gratiani decr. C. 2 qu. 5 c. 25, l. l. I, 465 (= G) et concilio Seligenstadensi 1023 c. 14, l. l. I, 638 (= S).* Statuit] Item in eodem c. 14 *praemittit G,* Si duo de adulterio accusati fuerint, quid inde faciendum sit *praemittit S.* ut *deest S.* ambo] se expurgent et si *add. S.* 2 orant *G. S.* eorum] illorum *G. S.* iudicio purget] purget iudicio *G. S.* in hoc *desunt S.* 3 deciderit] cciderit *G.*

(III). 4 XXIII. Q. VIII.] *v. supra p. 821 l. 34 sq.* Sancitum — impendant] *coll. cum Gratiani decr. C 23 qu. 8 c. 25, l. l. I, 962 (= G), cum Ansegisi coll. capitularium I c. 85, MG. Capit. I, 407 (= A), cum Hludowici capitulari ecclesiastico 818/19 c. 10, l. l. I, 277 (= Hl).* Sancitum] Item ex concilio Wormaciensi cap. 50 *praemittit G,* De mansis uniuscuiusque ecclesiae *praemittit A.* Sanccitum *G. Hl.* 5 ullo] *deest A,* alio *Hl.* servitio] alio *add. A.* Presbyteri etiam] et presbyteri *G. A. Hl.* oblationibus] obligationibus *G.* 6 neque de domibus] non de domibus *G. A. Hl.* vel de hortis] vel ortis *A,* vel hortis *Hl.* 7 sed] et *G. A. Hl.* habuerint] inde *add. G. A. Hl.* 8 tantum *deest G. A. Hl.* senioribus] maioribus *G.*

(IIII). 9 De — II.] *v. supra p. 821 l. 34 sq.* Presbyter — moriatur] *coll. cum Gratiani decr. de consecr. dist. 2 c. 93, l. l. I, 1351 (= G), cum Ansegiso I c. 155 (l. l. I, 412), cum Karoli M. capitulis ecclesiasticis 810—813? c. 16, l. l. I, 179 (= K).* Presbyter] Item ex concilio Wormaciensi *praemittit G,* De eucharistia *praemittit A.* Presbyter] Ut presbyter *A. K.* eucharistiam semper] semper eucharistiam *A. K.* 10 infirmatus fuerit] infirmaverit *A. K, ubi adduntur* aut parvulus infirmus fuerit.

1) *Cap. 2 = Concil. Seligenstad. 1023 c. 14 (l. l. I, 638) = Burchardus l. l. = Gratiani decr. C. 2 qu. 5 c. 25.* 2) *Cap. 3 = Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 c. 10 (MG. Capit. I, 277; Mühlbacher*[2] *n. 674) = Ansegisi collectio I c. 85 (l. l. I, 407) = Burchardi decr. III c. 52 = Gratiani decr. C. 23 qu. 8 c. 25.* 3) *Cap. 4 = Karoli M. capitula ecclesiastica 810—813? c. 16 (MG. Capit. I, 179; Mühlbacher*[2] *n. 487) = Ansegisi coll. I c. 155 (l. l. I, 412) = Burchardi decr. V c. 10 = Gratiani decr. de consecr. dist. 2 c. 93.* 4) *Ad concilium Wormatiense anni 770. fortasse spectare volebat Benedictus Levita falsarius duo illa capita collectionis suae (lib. II cc. 370. 371; MG. LL. II, 2, 91 sq.) ab ipso conflata paucis frustulis aliunde (cf. H. Knust, ib. II, 2, 24) receptis. — Concilio cuidam anni 772. attributum est a nonnullis (v. ex. gr. Mansi XII, 849) ex eadem collectione Benedicti Levitae lib. III c. 281, l. l. II, 2, 120 (non c. 205, ut allegat Mansi, l. l.), item dubiae admodum fidei et ab ipso Benedicto confectum, ita ut hunc canonem de purgatione sacerdotum (v. etiam quae annotat Friedberg, l. l. I, 461 ad Gratiani decr. C. 2 qu. 5 c. 19) omittere possimus.*

5. DECRETUM SPURIUM HADRIANI I. PAPAE DE INVESTITURIS.

774.

L. Weiland b. m. paucis ante annis edidit relationem quandam de Karolo Magno Francorum rege et decretis Stephani II. (752—757) Adrianique (772—795) paparum, quae intime cohaeret cum privilegiis ficticiis, Leoni VIII. (963—965) papae adscriptis (MG. Constitutiones I, 657; cf. ibid. p. 663 sqq.)[1]. *Relatio illa, cui nomen indiderunt 'Decretum Hadriani I. de investituris' seu 'Lex regia', conflata est saeculo undecimo, ut Weiland suspicatur temporibus Heinrici IV. et quidem priusquam rex coronam imperialem acceperit, post synodum Brixinensem (1080 Ian.) et ante coronationem imperialem (1084 Mart. 31), fortasse a fautore quodam Wiberti (vel Clementis III.) antipapae (1080 electi, 1084 consecrati, 1100 mortui), ut sagaciter coniecit E. Bernheim ('Forschungen zur deutschen Geschichte' XV, 618 sqq. 'Das Wormser Konkordat und seine Vorurkunden, Breslau' 1906, p. 61 ann. 7).*

In hac autem relatione nititur excerptum quoddam, de cuius natura pauca dicenda sunt. Si fons epitomes pro spurio habendus est, quanto magis haec ipsa. Quae in ea referantur caveamus ne pro veris qualibet ratione accipiamus: minime enim congruunt cum vera historia anni 774., ut bene monstraverunt Abel-Simson ('Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' ed. 2. I, 175 sqq.) et Hinschius ('Kirchenrecht' I, 229 sq.; cf. etiam Mühlbacher[2] *n. 163 b), cum iure canonico aevi Karolini, id quod qui legunt primo aspectu intellegent.*

Excerptum ipsum autem ex illa relatione ficticia invenitur in his libris: 1) in codice Duacensi 320 (antea 699, non 700) saec. XII. (= D) fol. 164'. 165; 2) in codice Parisiensi latino 4282 (antea Baluziano 538) saec. XII. (= P) fol. 299. 299'; 3) in Ivonis Carnotensis Panormia lib. VIII c. 135, ad cuius textum adhibuimus a) codicem Vindobonensem 2195 (antea Salisburgensem 323) saec. XI. XII. (= J 1) fol. 104, editum MG. LL. II, 2, 160 l. 37 sqq., b) editionem Ivonis a Michaele Furter anno 1499. (sine loco) fol. 174' institutam (= J 2); 4) ex Ivone apud Gratianum c. 22 Dist. 63 ed. Friedberg I, 241 (= G); 5) ex Gratiano ut videtur in anonyma Zwetlensi historia Romanorum pontificum c. 97 ed. B. Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus I, 3 (1721), p. 369 (= Z). Ex annotationibus nostris patebit, qua ratione excerptum hoc ex Ivone transierit in Sigeberti Gemblacensis auctarium Aquicinense ad annum 773., MG. SS. VI, 393 (= A) et in chronicon Casauriense saec. XII., Muratori, SS. rer. Italicarum II, 2, 776 sq. (= C). Qui auctores relationem integram praebeant, Weiland (l. l. p. 658) luculenter exposuit.

Supersunt pauca de editione nostra. Subsidia eius iam enumeravimus, ut autem magis appareat indoles excerpti, in prima columna posuimus relationem illam integram, repetentes editionem a Weiland confectam, omittentes illius variam lectionem, in altera columna invenietur suo loco excerptum, adiectis varia lectione et sub asteriscis textu in A et C reperto.

Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I, p. 292. 'Neues Archiv' XXIV, 493.

1) *Non adhibitus est codex Romanus bibliothecae Vaticanae 1984 saec. XII. fol. 191. 191' (cum fragmento in fol. 166'; cf. Bethmann, 'Archiv' ed. Pertz XII, 841 sqq.), qui praebet relationem integram, non excerptum infra edendum, ut 'Neues Archiv' XXIV, 493 annotavimus.*

(MG. Const. I, 659). Incipit[1] historia Karoli Magni regis Francorum et decreta beati Stephani[2] Adrianique[3] papae.

(1). Tempore ex quo Longobardi Italiam intravere[4], Romam quoque obsederunt, Italicum vero regnum invasere et per XII annos absque rege detinuere. Itaque ex ipsis regem constituere et prevaluere usque ad Karolum regem, qui Desiderium[5] cepit regem Longobardorum in Papia per longam obsidionem[6]. Cuius filius Adelchis[7] fugam duxit in marinis partibus. Hucusque legati Constantinopolitanae urbis Romae Italieque commorantes detinebant oppida et tributa colligentes erario Augusti Constantinopolim deferebant. Cumque expulsi sunt a gente Longobardorum, ipsi quoque Longobardi usque ad Karolum regem regnum detinuerunt.

(2). Accidit vero, quod Liuprandus[8] rex Longobardorum Ravennam obsedit et Classim destruxit; exarchus vero Ravennae cum Ravennatibus Romam petierunt et Constantinopolim navigio iter direxerunt. Post hec vero Aistulphus[9] rex Longobardorum exarchatum Ravennae, exarchatum Histriae seu ducatum Ferrariae invasit et Faventiam seu Cesenam tulit de Romana aecclesia.

(3). Tunc temporis Stephanus papa pro tanta persecutione legatos Franciam direxit Karolo regi Francorum[10], ut predia Romane aecclesiae defenderet pro amore beati Petri. Ipse vero Karolus pietate commotus Aistulpho regi sepius legatos misit nichilque profecit. Aistulphus tamen omnia bona remandavit et satisfacere se in omnibus promisit et nichil horum observavit. Post mortem vero Aistulphi Desiderius regnum obtinuit et res aecclesiae nichilo-

1) *Confusione maxima narrationis efficitur, ut paucis admodum annotationibus eam exornemus; cf. etiam ed. laud. I, 658 l. 7 sqq.* 2) *Scil. II. (752—757).* 3) *772—795.* 4) *A. 568.* 5) *757—774.* 6) *A. 774. mense Iunio; cf. Mühlbacher*[2] *n. 163b.* 7) *Cf. ib. n. 158f. et 158g. ad a. 773. et n. 167a ad a. 774.* 8) *712—744.* 9) *749—756.* 10) *Re vera Karolo Martello maiori domus († 741), cuius auxilium anno 739. non Stephanus papa 752 vel II. 752—757), sed Gregorius III. (731—741) contra Liudprandum, non contra Aistulfum poscebat; cf. Mühlbacher*[2] *n. 41d.*

minus invasit. Ad quem Karolus sepius legatos misit eiusdem rei. Ipse vero Desiderius bona aecclesiae relinquere se promisit per omnia et nichil profecit.

(4). Stephano vero defuncto Adrianus papa Karolo legatos direxit et, ut Romam veniret ad defendendas res aecclesiae, postulavit[1]. Tunc temporis Karolus Italiam

Adrianus* papa Romam venire Karolum ad defendendas res ecclesiae postulavit. Karolus ergo Romam veniens Papiam obsedit ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab

*) *Pro* Adrianus — precepit *(infra p. 828 col. 2 l. 10) praebet A:* Adrianus papa ad tuendas res aecclesiae Karolum Romam accersiit. Quo pergens Papiam obsedit ibique relicto exercitu Romam pervenit, sanctam resurrectionem ibi peregit. Postea rediens Papiam cępit iterumque Romam rediit, synodum constituit cum Adriano papa aliisque CLIII religiosis episcopis et abbatibus, in qua Adrianus papa cum universa synodo dedit ei ius eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provintias ab eo investituram accipere diffinivit et ut, nisi a rege laudetur et investiatur episcopus, a nemine consecretur. Omnesque huic decreto rebelles anathematizavit et, nisi resipiscerent, bona eorum publicari. *In C autem haec leguntur:* . . . Karolus Pipini filius ab Adriano I. papa vocatus ad defendendas res ecclesiae obsedit Longobardos in Papia ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Adriano papae Romae honorifice susceptus est Post sanctam vero resurrectionem reversus Papiam, cepit

Lemmata: Privilegium Karoli regis *D,* De electione pontificis ex VIII. sinodo in *(deest J 2)* historia ecclesiastica. Imperator ius habet eligendi pontificem *(LXIII. distin. c. Adrianus) J 2,* Inperator ius habet eligendi pontificem, item ex historia ecclesiastica *G.*

5 Adrianus — Karolum] Adrianus I. natione Romanus, ex patre Theodoro, annos XXIV, menses X, usque ad annum DCCXCVI.; qui Karolum regem Romam venire *Z.* Romam] Romanus *J 2.* Karolum] regem *add. J 1. G.* 6 defendendas] deferendas *Z, corr. in marg. ab editore.* 7 ergo] vero *P. J 2. G,* rex *add. Z.*

1) *Anno 773.; cf. ib. n. 151 b.*

APPENDIX.

ACTA SPURIA.

Reservatis ad tomum alterum conciliorum aevi Karolini actis synodalibus illis, quae certo anno adscribi non possunt (cf. 'Neues Archiv' XXIV, 492; sed v. quae v. cl. E. Seckel de concilio Namnetensi et de concilio quod putabatur Bisuntinensi exposuit, ibid. XXVI, 39 sqq. XXIX, 308 sqq.), prodeunt in appendice hac nonnulla documenta spuria, ab eorum auctoribus conciliis intra annos 710. et 839. adscripta, quorum regesta iam dedimus in annalibus nostris, l. l. XXIV, 493—495. Omnium autem textum integrum frustra quaeres, cum n. 8 iam in collectione Monumentorum Germaniae editum sit, secluserimus praeterea diploma spurium Aldrici Senonensis archiepiscopi monasterio s. Remigii ut dicitur anno 830. concessum, ideo quod cohaeret cum privilegio circa annum 845. conscripto (cf. 'Neues Archiv' XXVI, 613) et a nobis ipsis, dissertatione speciali praemissa (l. l. XXVII, 217 sqq.), iam editum est (l. l. XXVIII, 40), ita ut melius tomo alteri conciliorum aevi Karolini reservetur. De capitulari denique spurio concilio Ingelheimensi anni 826. adscripto iam supra p. 551 ann. 1 actum est, falsam Hludowici et Hlotharii constitutionem de synodis anno 829. celebrandis supra p. 599 l. 27 sqq. invenies, interpolationem restitutionis Ebonis anni 840. supra p. 792 sq. et 804, instrumentum episcoporum provinciae Remensis de reditu Ebonis supra p. 798 (cf. p. 809 sq.) et, cum bis ab Ebone confectum sit, p. 805 sq.

1. CONCILIUM LEODIENSE SPURIUM.

710. Apr. 29.

Canones, qui synodo a sancto Huberto († 727; cf. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' ed. 5. I, 429) Leodii in ecclesia sancti Lamberti habitae adscribuntur, spurios esse apparet ex verbis Bonifatii supra p. 1 allatis. Qui si genuini essent, ille scribere anno 742. minime potuisset: Franci . . . ut seniores dicunt, plus quam per tempus octuginta annorum synodum non fecerunt *(cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. 2. III, 361). Eos in antiquis monumentis cum temporis significatione esse annotatos quamquam primus editor affirmat, tamen ipsa verborum forma quin vestigia originis falsae atque modernae prae se ferat dubium non est, etsi F. Caneto his canonibus ficticiis pro veris uti non est veritus ('Revue de Gascogne' a. 1865, tom. VI, 214).*

Edd.: J. Roberti, Historia s. Huberti . . . primi Leodiensis episcopi (Luxemburgi 1621), p. 166. Hartzheim I, 32. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 493.

I. Forma verborum, in quibus consistit sacramentum baptismi, talis est: 'Ego baptizo te in nomine patris et filii et Spiritus sancti. Amen.'

II. Volumus autem pueros septenos et supra adduci ad episcopum confirmandos et adultos prius confiteri de peccatis suis.

III. Ut presbyter proprius alia sacramenta ecclesiastica ministrat, ita et saltem semel in anno ei confiteantur sua peccata subditi[1].

IIII. Diligenter eis explicet praecepta Dei et diebus dominicis exponat ea, quae ad salutem sunt animarum; quibus sanctum corpus Christi quotannis dabit ad manducandum.

V. Quodsi remisse presbyter ea curet, noverit se a Deo puniendum, qui ardentissimo desiderio oblatus est pro suis, quia voluit. cf. Hebr. 7, 27.

VI. In omnibus se praebeat presbyter exemplum bonorum operum et super grege vigilet, cum inimicus homo promtissimus sit ad superseminandum in agro Dei zizaniam. cf. Matth. 13, 25.

VII. Ecclesiae mundae sint et altaria ornata decenter, cum in iis Deus habitet non solum Spiritus, sed et homo factus.

VIII. Ita tamen, ut id, quod oculos intrantis ab oratione potest avellere, non reperiatur in eis aut curiositas oculorum; sed sapiant universa et singula ignem immittendum in cor fidelis, adorare et orare venientis.

VIIII. Infirmis misericordia Dei aperiatur, ita tamen, ut et iustitia comes sit. Sed venit Christus, ut nos redimeret et suo regno inscriberet volentes.

X. Defunctis certo sciant universi reddere Deum propitium missae sacrificia quotidiana, preces, donationes et ieiunia; quae ideo fieri postulamus, ut eorum animae requie citius potiantur aeterna, quam nobis Christus donare dignetur. Amen[2].

1) *Cf. praeceptum q. d. paschale concilii Lateranensis IV. (a. 1215):* Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti et iniunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiae sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum *(Mansi XXII, 1007 sqq. c. 21). V. etiam A. Kirsch, 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' LXXXIV, 527 sqq.* 2) *Addere placet verba primi editoris (l. l. p. 166) de fonte canonum suorum: 'Claudius Despretz I. C. Atrebatensis et dominus de Queant . . . ex antiquis monumentis annotavit anno 710. mensis Aprilis die 29. (est is proximus annus post translatum episcopatum [sed cf. A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 3. I, 327]) primam habuisse (scil. Hubertum) synodum Leodiensem in s. Lamberti ecclesia'. Fidem illis 'antiquis monumentis' minime tribuendam esse apparet etiam ex p. 168, ubi haec leguntur: 'Anno 720. habuit s. Hubertus secundam synodum contra oppugnatores sacrarum imaginum, qui caput extulerant in sua parrochia episcopali, in qua secundam Romanam pro imaginibus sub s. Gregorio iuniore celebratam integre inseruit. Verba sunt ex iisdem eiusdem Claudii Despretz analectis'. Observandum autem est post mortem demum s. Huberti († 727) anno 731. mense Novembri a Gregorio III. (731—741) synodum Romanam de causa imaginum esse habitam; cf. K. Hampe, 'Neues Archiv' XXI, 102 sqq., qui refutavit quae Hefele (l. l. III, 404 sqq.) de synodis Romanis a Gregorio II. (715—731) congregatis coniecit.*

2. EDICTUM SPURIUM DE METROPOLI MOGUNTINA.

745.

Edictum de Gewelib episcopi Moguntini depositione et Bonifatii in archiepiscopum Moguntinum promotione spurium esse uberius evincere non oportet. Falsator quisquis fuit — fortasse M. Goldast, qui illud primus vulgavit — sine dubio usus est vita s. Bonifatii ab Othloho confecta, ubi lib. I c. 42 (MG. SS. II, 347 ann. 24. Vitae s. Bonifatii ed. W. Levison p. 156), postquam verba facta sunt de bellicosi illius episcopi facinoribus homicidiisque, haec leguntur: . . . sanctus presul Bonifatius inter cętera correctionis colloquia haec pariter in conventu synodali protulit, attestans nullum homicidii reatu pollutum debere episcopali sacerdotio fungi. Ad haec etiam ei obiecit propriis se oculis perspexisse illum cum avibus canibusque iocantem, quod episcopo nullatenus liceret. Audiens autem haec Gewiliob sentiensque se nullo modo contra stimulum vel secularis potentiae seu auctoritatis canonicae, quae mediante sancto Bonifatio in omnes coram positos deferebatur, calcitrare posse, iudicio consensit communi depositusque est ab ordine episcopali. Quo deposito statim sanctus Bonifatius a supradictis principibus, Karlmanno videlicet et Pippino fratre eius, ęcclesiae Mogontiacensi preficitur. Et ut eius dignitas eminentior foret, decreverunt idem principes ęcclesiam Mogontiacensem, quae prius alteri subiecta erat, metropolim omnium in Germania positarum ęcclesiarum efficere moxque, legatione facta, illud a praesule apostolico impetravere; *cf. etiam passio vel vita quarta s. Bonifatii c. 1, MG. SS. II, 354; ed. W. Levison p. 91. Re vera decreta synodi anno 745. celebratae perierunt. In ea Gewelib depositum esse patet ex Zachariae epistola d. d. 745 Oct. 31 ad Bonifatium directa (MG. Epp. III, 325 l. 7 sqq. Jaffé-E. n. 2274), Bonifatius autem hoc anno Coloniensi metropoli praefectus est, unde anno 748. demum in Moguntinam transmigravit; cf. Hahn, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs 741—752', p. 74. 112. 203 sqq. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 3. I, 411 ann. 560 sqq. A. Werminghoff, 'Neues Archiv' XXXII, 221 sqq. 234 sq.*

Edd.: Goldast, Constitutiones imperiales I (1613), p. 15. Lünig, 'Reichsarchiv' XVI, 1. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 52. 'Neues Archiv' XXIV, 493.

Carolomanni I. et Pipini edictum de metropoli Moguntina.

I. Gervilionem[1] Moguntinum pontificem, qui, quod hominis caede pollutus sit, sacerdotio fungi non potest, et quod cum avibus et canibus luserit, quod episcopo fas non est[2], cum omnium episcoporum calculis exauctoravimus ac deposuimus.

II. Eo autem deposito Bonifacium Moguntinae sedi praefecimus; et ut eius dignitas esset eminentior, statuimus hoc perpetuo edicto, ut ecclesia Moguntina amplius alteri subiecta non sit, sed in totius Germaniae caput ac metropolim levata existat[3].

Actum in synodo.

1) *De hac nominis forma cf. Vitae s. Bonifatii ed. W. Levison p. 91 ann. 7.* 2) *Cf. concil. Germanicum 742 c. 2, Suessionense 744 c. 3; supra p. 3. 34.* 3) *Cf. Zachariae epistola d. d. 751 Nov. 4 (MG. Epp. III, 373; Jaffé-E. n. 2292), etsi non prorsus suspicione caret falsitatis.*

3. CONCILIUM ROMANUM SPURIUM.

753. Ian.

Inest in vita Anselmi abbatis Nonantulani (de quo cf. Acta SS. 3. Mart. I, 265 sqq. 900 sqq.) incertae aetatis — nihil est quod vetet, ne auctorem saeculo XI. in. scripsisse statuamus — privilegium quoddam Nonantulano monasterio concessum, quod spurium esse gravissimis indiciis iam L. A. Muratori ('Geschichte von Italien' IV, Lipsiae 1746, p. 351 sqq. in versione Germanica) feliciter evicit. Accedit, quod privilegium ipsum ab auctore vitae Anselmi Hadriano I. papae (772—795) attribuitur, quem aequalem fuisse neque Aistulfo regi Langobardorum, in diplomate spurio titulo ante saeculum decimum prorsus incognito rex Italici regni *dicto (749—756; cf. Ölsner, 'Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin' 436 sq.), neque Sergio archiepiscopo Ravennatensi (748—769) non latet. Confudit certe ille anonymus cum Hadriano I. Stephanum II. papam (752—757), inter cuius privilegia hoc inferius edendum numerabatur, postquam primus editor Ughelli nomen Hadriani in Stephanum mutavit. Praemittuntur insuper ipsi privilegio haec:* . . . venerabilis pater Anselmus, regali ortus prosapia meritisque clarus, . . . Aystulfum adiit regem, per sororem scilicet suam Giseltrudam, quae regio herebat thalamo. Huius namque impetratu tria non modica intra collationem paulo ante idem vir construxerat coenobia fratrumque decorarat agminibus, in quorum maximo, quod Nonantulae actenus vocitatur monachorumque prepollet phalangiis, cum sanctissimi vellet arctus adquirere Silvestri, dominicae incarnationis anno 753. supra dictum petiit regem, suppliciter rogans, ut causa orationis maximeque huius negotii una secum Romam venisset. Rex annuit et abbas fratribus stipatus Romam advenit ad virum per omnia beatissimum Adrianum, qui tunc Romanam et apostolicam gubernabat aecclesiam. A quo benigne suscepti sunt et eos thesauro, quem petierunt, in hunc tenorem, sicuti hic legitur, ditavit *(MG. SS. rer. Langob. p. 567, ubi statim sequitur textus privilegii). Anno 753. mensi Ianuario autem privilegium quamvis spurium ideo adscribamus necesse est, quod artissime cohaeret cum altero diplomate Stephani II. papae eidem monasterio concesso itemque spurio, quo id privilegiis ornat secundum* praeceptum domni piissimi regis Aistulfi, *ab ipso Anselmo abbate Romam delatum. In fine autem huius alterius privilegii leguntur:* Scriptum per manum Sergii S. R. E. scriniarii, indictione VI. mense Ianuario. Data Idibus Ianuarii per manum Anastasii primi episcopi dioecesanorum sanctae sedis apostolicae, anno Deo propitio pontificatus domni Stephani summi pontificis et universalis papae in sacratissima sede beati Petri apostoli primo *(Muratori, SS. rer. Ital. I, 2, 190; Jaffé-E. n. 2310).*

In editione paranda secuti sumus textum, quem constituit G. Waitz (= A) in tomo scriptorum rerum Langobardicarum p. 567 sq., adspersimus autem variam lectionem ex vitae Anselmi editione principi ab Ughelli confecta (= U). Ab Ughelliana enim editione omnes aliae pendent praeter Waitzianam, quae codicem Nonantulanum saec. XI. adhibuit, insuper alterius codicis Romani bibliothecae Barberinianae XL. 13 saec. XVI. XVII. inter collectanea Ughellii mentionem facit, in quo inest apographum codicis non nominati.

Edd.: Ughelli, Italia sacra II (1647), p. 102; ed. 2. II, 84. Mabillon, Acta SS. ord. S. Benedicti IV, 1, 5. Muratori, SS. rer. Italicarum I, 2. 189. Mansi, Suppl. I, 601. Mansi XII, 567. Bullarium Romanorum pontificum ed. Taur. I, 241. Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 1019. MG. SS. rer. Langob. 567. — Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I n. 2309. 'Neues Archiv' XXIV, 493.

Adrianus servus servorum Dei omnibus venerabilibus fratribus et coepiscopis cunctisque religiosis Christianis Deo deservientibus regno Italico et patriarchio Romano.

Residentibus nobis cum plurimis episcopis ad beatorum Petri et Pauli apostolorum principum limina, synodale commonente concilio, venit Flavius Aystulfus, vir excellentissimus, rex Italici regni, ad predictorum apostolorum vestigia. Inter cetera, quae contulit, dona beati Petri apostoli aecclesiae optulit preceptum unum, in quo continebatur, quod ob reverentiam Domini salvatoris atque beatae semper virginis Mariae omniumque sanctorum apostolorum construxisset monasterium in territorio Motinense [1], loco nuncupante Nonantula, ipsumque preceptum concessisset viro venerabili nomine Anselmo abbati; et eundem virum Anselmum cum secum haberet, optulit illum pariter et preceptum [2] supra sacratissimum corpus beati Petri apostoli sicque dotavit prefato monasterio sanctae sedis Romanae, quam Deo auctore regere cernimur. Petiit prefatus rex nostram munificentiam, ut corpus beatissimi papae Silvestri [3] cum aliis sanctorum pignoribus eidem Anselmo abbati ad predictum venerabile monasterium deferre concederemus et per benedictionem protinus nostris manibus consecraremus ipsum abbatem et cuculla [4] indueremus secundum regulam sancti Benedicti, eius manibus traderemus simul et baculum [5] pastoralem et pedules [6] secundum ordinem. Cuius sanctissimam petitionem ylari vultu, quomodo petebat, concessimus. Et quoniam nobiscum aderat sanctissimus confrater noster Sergius, sanctae Ravennatis aecclesiae archiepiscopus, commendavimus ipsum venerabilem abbatem et eius monasterium sub suo regimine nostra nostrorumque vice gubernandum omni tempore, tantum si ab abbate monasterii fuerit invitatus; et si ei vel suis successoribus aliqua adversa contigissent a quocumque presule, maxime ab episcopo Motinensis aecclesiae, in cuius paroechia constat esse constructum, sub sancta Ravennensi aecclesia haberet refugium, propter terrarum longitudinem, que distat a nostra sede. Precepimus ei etiam, ut predictum sanctum corpus beati Silvestri et alias sanctorum reliquias per se ipsum ad iam dictum coenobium deferret et reconderet altariaque simul et aecclesiam nostra apostolica auctoritate consecraret. Robur etiam nostrae sanctae Romanae aecclesiae eidem sancto loco per apostolicum privilegium contulimus, veluti beatissimus papa Gregorius [7] plurimis aecclesiis protulit.

1 Adrianus] Stephanus *U.* 2 patriarchio] patriarchatu *U.* 4 Aystulphus *U.* 8 Mutinensi *U.* 9 nuncupato Nonantula *U.* 11 beati] S(ancti) *U.* 12 prefato monasterio] praedict. monaster. *U.* 13 beatissimi] sanctissimi *U.* Sylvestri *hic et infra U.* 17 pedales *U.* 18 ylari] hilari *U.* quomodo] quam *U.* 19 Ravennatensis *U.* 21 nostrorumque] *supple* successorum; *deest U.* 22 contigisset *A.* 23 Mutinensis *U.* 24 sanctae Ravennensis aecclesiae *A.* Ravennatensi *U.* 25 que] *ita A,* quae *U,* qua *Muratori.* 26 beati] S(ancti) *U.* 27 deferat *U.* recondat *U.* 29 beatissimus] sanctissimus *U.* 30 protulit] et iussimus huic opusculo subterscribi *add. U.*

1) *Modena.* 2) *V. praeceptum Aistulfi regis spurium d. d. 753 Febr.; Troya, 'Codice diplomatico Longobardo' IV (1854), p. 450 n. 671 (reg. A. Chroust, 'Untersuchungen über die langobardischen Königs- und Herzogsurkunden, Graz' 1888, p. 188 sq. n. 20).* 3) *V. supra p. 67 l. 4 sqq. quid re vera de corpore s. Silvestri anno 761. factum sit.* 4) *Cf. regula Benedicti c. 55 ed. Woelfflin p. 54 sq.* 5) *Cf. poenitentiale Theodori archiepiscopi Cantabrigiensis c. 3 (Migne, Patrol. lat. XCIX, 928 sq.):* In abbatis . . . ordinatione episcopus debet missam agere et eum benedicere inclinato capite cum duobus vel tribus testibus de fratribus suis et donet ei baculum et pedules. 6) *Cf. regula Benedicti l. l., praeterea Ducange s. v.* 7) *Fortasse I. (590—604).*

4. CANONES CONCILIO WORMATIENSI FALSO ADSCRIPTI.

770.

Referunt ad annum 770. annales Laurissenses maiores haec: . . . domnus Carolus rex habuit synodum in Warmatiam civitatem, *quae in annalibus qui dicuntur Einhardi in hunc modum repetuntur:* Domnus Karlus rex habuit populi sui conventum generalem in Wormacia civitate[1] *(Ann. regni Francorum ed. Kurze p. 30 sq.). Cui conventui, quamquam de eo aliud nihil constat, tamen a Petro a Thymo (vulgo Van der Heyden dicto), qui obiit anno 1473., nonnulli canones attribuuntur, quos deprompsit ex Gratiani decreto, ubi ex Burchardi Wormatiensis episcopi († 1025) decreto recepti sunt. Burchardus autem adhibuit in repetendis capitibus 1 et 2 concilium Seligenstadense anno 1023. celebratum, in allegandis capitibus 3 et 4 Ansegisi Fontanellensis abbatis collectionem capitularium, cuius fontes ad nostra usque pervenerunt tempora. Singulorum capitum origo varia lectione unicuique capiti adiecta illustrabitur, praesertim cum eorum unumquodque contulerimus cum Gratiano et fonte originali, in annotationibus autem id egimus, ut patefieret, qua via canones in librum Petri a Thymo pervenerint. Caveamus igitur, ne haec capitula genuina esse putemus: duo certe sunt originis Karolingicae, duo aetatis posterioris; Petrus a Thymo falsarius non fuit, sed in eo vituperandus est, quod capita diversae indolis conventui Wormatiensi anni 770. adscripsit, etsi de eius statutis prorsus nihil affirmare possumus, sicut non constat, utrum hic conventus fuerit mere mundanus an magis ecclesiasticus vel synodalis.*

Edd.: Petrus a Thymo, Historia Brabantiae diplomatica pars I tit. XI cap. II ed. F. A. baro ab Reiffenberg I (Bruxellis 1830), p. 196. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 138b. 'Neues Archiv' XXIV, 493 ann. 1.

Karolomannus, tertius huius nominis, princeps Brabantiae et dux Austrasiorum atque suae stirpis secundus rex Francorum, anno secundo regni sui in civitate Wormatia synodum celebravit, in qua multa salubria edita sunt statuta et inter caetera illa, quae sequuntur.

(I). II. Q. V. Interrogatum[2] est si duo de adulterio inculpati fuerint et unus profitetur et alter negat, quid inde agendum sit. Decretum est a sancto concilio, ut ille, qui negaverit, probabili se iudicio expurget et qui professus fuerit dignam poenitentiam agat.

Lemma: De synodo seu concilio Wormatiensi et eius statutis *Petrus a Thymo.*

25 Karolomannus] *intellige* Karolus Magnus.

(I). 29 (I) *etc.] numeros apposuimus.* II. Q. V. *significant fontem auctoris, scil. Gratiani causam et quaestionem.* Interrogatum — agat] *coll. cum Gratiani decr. C. 2 qu. 5 c. 24 ed. Friedberg I, 464 (= G) et concilio Seligenstadensi 1023 c. 7, MG. Const. I, 637 (= S).* Interrogatum] Item in Salegustadiensi concilio c. 7 *praemittit G,* Si duo inculpati fuerint in adulterio et unus profitetur et alter negat, quid inde faciendum sit *praemittit S.* de] in *S.* profiteretur *S.* 30 negaret *S.* sit] esset *S.* 31 digne *S.*

1) *Cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXIV, 460 sq.* 2) *Cap. 1 = Concil. Seligenstadense 1023 c. 7 (MG. Const. I, 637) = Burchardus in fine operis (deest in cod. Friburg.); cf. Friedberg, Corpus iur. can. I, 464 ann. 311 = Gratiani decr. C. 2 qu. 5 c. 24.*

(II). Statuit[1] quoque sancta synodus, ut, si duo de adulterio accusati fuerint et ambo negaverint et orent sibi concedi, ut alter eorum utrosque divino iudicio purget, si unus in hoc deciderit, ambo rei habeantur.

(III). XXIII. Q. VIII. Sancitum[2] est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur. Presbyteri etiam in eis constituti non de decimis neque de oblationibus fidelium neque de domibus neque de atriis vel de hortis iuxta ecclesiam positis neque de praescripto manso aliquod servitium faciant praeter ecclesiasticum; sed si aliquid amplius habuerint, tantum senioribus suis debitum servitium impendant.

(IIII). De consecrat. dist. II. Presbyter[3] eucharistiam semper habeat paratam, ut, quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur[4].

(II). 1 Statuit — habeantur] *coll. cum Gratiani decr. C. 2 qu. 5 c. 25, l. l. I, 465 (= G) et concilio Seligenstadensi 1023 c. 14, l. l. I, 638 (= S).* Statuit] Item in eodem c. 14 *praemittit G,* Si duo de adulterio accusati fuerint, quid inde faciendum sit *praemittit S.* ut *deest S.* ambo] se expurgent et si *add. S.* 2 orant *G. S.* eorum] illorum *G. S.* iudicio purget] purget iudicio *G. S.* in hoc *desunt S.* 3 deciderit] ceciderit *G.*

(III). 4 XXIII. Q. VIII.] *v. supra p. 821 l. 34 sq.* Sancitum — impendant] *coll. cum Gratiani decr. C 23 qu. 8 c. 25, l. l. I, 962 (= G), cum Ansegisi coll. capitularium I c. 85, MG. Capit. I, 407 (= A), cum Hludowici capitulari ecclesiastico 818/19 c. 10, l. l. I, 277 (= Hl).* Sancitum] Item ex concilio Wormaciensi cap. 50 *praemittit G,* .De mansis uniuscuiusque ecclesiae *praemittit A.* Sanccitum *G. Hl.* 5 ullo] *deest A,* alio *Hl.* servitio] alio *add. A.* Presbyteri etiam] et presbyteri *G. A. Hl.* oblationibus] obligationibus *G.* 6 neque de domibus] non de domibus *G. A. Hl.* vel de hortis] vel ortis *A,* vel hortis *Hl.* 7 sed] et *G. A. Hl.* habuerint] inde *add. G. A. Hl.* 8 tantum *deest G. A. Hl.* senioribus] maioribus *G.*

(IIII). 9 De — II.] *v. supra p. 821 l. 34 sq.* Presbyter — moriatur] *coll. cum Gratiani decr. de consecr. dist. 2 c. 93, l. l. I, 1351 (= G), cum Ansegiso I c. 155 (l. l. I, 412), cum Karoli M. capitulis ecclesiasticis 810—813? c. 16, l. l. I, 179 (= K).* Presbyter] Item ex concilio Wormaciensi *praemittit G,* De eucharistia *praemittit A.* Presbyter] Ut presbyter *A. K.* eucharistiam semper] semper eucharistiam *A. K.* 10 infirmatus fuerit] infirmaverit *A. K, ubi adduntur* aut parvulus infirmus fuerit.

1) *Cap. 2 = Concil. Seligenstad. 1023 c. 14 (l. l. I, 638) = Burchardus l. l. = Gratiani decr. C. 2 qu. 5 c. 25.* 2) *Cap. 3 = Hludowici capitulare ecclesiasticum 818/19 c. 10 (MG. Capit. I, 277; Mühlbacher² n. 674) = Ansegisi collectio I c. 85 (l. l. I, 407) = Burchardi decr. III c. 52 = Gratiani decr. C. 23 qu. 8 c. 25.* 3) *Cap. 4 = Karoli M. capitula ecclesiastica 810—813? c. 16 (MG. Capit. I, 179; Mühlbacher² n. 487) = Ansegisi coll. I c. 155 (l. l. I, 412) = Burchardi decr. V c. 10 = Gratiani decr. de consecr. dist. 2 c. 93.* 4) *Ad concilium Wormatiense anni 770. fortasse spectare volebat Benedictus Levita falsarius duo illa capita collectionis suae (lib. II cc. 370. 371; MG. LL. II, 2, 91 sq.) ab ipso conflata paucis frustulis aliunde (cf. H. Knust, ib. II, 2, 24) receptis. — Concilio cuidam anni 772. attributum est a nonnullis (v. ex. gr. Mansi XII, 849) ex eadem collectione Benedicti Levitae lib. III c. 281, l. l. II, 2, 120 (non c. 205, ut allegat Mansi, l. l.), item dubiae admodum fidei et ab ipso Benedicto confectum, ita ut hunc canonem de purgatione sacerdotum (v. etiam quae annotat Friedberg, l. l. I, 461 ad Gratiani decr. C. 2 qu. 5 c. 19) omittere possimus.*

5. DECRETUM SPURIUM HADRIANI I. PAPAE DE INVESTITURIS.

774.

L. Weiland b. m. paucis ante annis edidit relationem quandam de Karolo Magno Francorum rege et decretis Stephani II. (752—757) Adrianique (772—795) paparum, quae intime cohaeret cum privilegiis ficticiis, Leoni VIII. (963—965) papae adscriptis (MG. Constitutiones I, 657; cf. ibid. p. 663 sqq.)[1]*. Relatio illa, cui nomen indiderunt 'Decretum Hadriani I. de investituris' seu 'Lex regia', conflata est saeculo undecimo, ut Weiland suspicatur temporibus Heinrici IV. et quidem priusquam rex coronam imperialem acceperit, post synodum Brixinensem (1080 Ian.) et ante coronationem imperialem (1084 Mart. 31), fortasse a fautore quodam Wiberti (vel Clementis III.) antipapae (1080 electi, 1084 consecrati, 1100 mortui), ut sagaciter coniecit E. Bernheim ('Forschungen zur deutschen Geschichte' XV, 618 sqq. 'Das Wormser Konkordat und seine Vorurkunden, Breslau' 1906, p. 61 ann. 7).*

In hac autem relatione nititur excerptum quoddam, de cuius natura pauca dicenda sunt. Si fons epitomes pro spurio habendus est, quanto magis haec ipsa. Quae in ea referantur caveamus ne pro veris qualibet ratione accipiamus: minime enim congruunt cum vera historia anni 774., ut bene monstraverunt Abel-Simson ('Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen' ed. 2. I, 175 sqq.) et Hinschius ('Kirchenrecht' I, 229 sq.; cf. etiam Mühlbacher[2] *n. 163 b), cum iure canonico aevi Karolini, id quod qui legunt primo aspectu intellegent.*

Excerptum ipsum autem ex illa relatione ficticia invenitur in his libris: 1) in codice Duacensi 320 (antea 699, non 700) saec. XII. (= D) fol. 164'. 165; 2) in codice Parisiensi latino 4282 (antea Baluziano 538) saec. XII. (= P) fol. 299. 299'; 3) in Ironis Carnotensis Panormia lib. VIII c. 135, ad cuius textum adhibuimus a) codicem Vindobonensem 2195 (antea Salisburgensem 323) saec. XI. XII. (= J 1) fol. 104, editum MG. LL. II, 2, 160 l. 37 sqq., b) editionem Ironis a Michaele Furter anno 1499. (sine loco) fol. 174' institutam (= J 2); 4) ex Irone apud Gratianum c. 22 Dist. 63 ed. Friedberg I, 241 (= G); 5) ex Gratiano ut videtur in anonyma Zwetlensi historia Romanorum pontificum c. 97 ed. B. Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus I, 3 (1721), p. 369 (= Z). Ex annotationibus nostris patebit, qua ratione excerptum hoc ex Irone transierit in Sigeberti Gemblacensis auctarium Aquicinense ad annum 773., MG. SS. VI, 393 (= A) et in chronicon Casauriense saec. XII., Muratori, SS. rer. Italicarum II, 2, 776 sq. (= C). Qui auctores relationem integram praebeant, Weiland (l. l. p. 658) luculenter exposuit.

Supersunt pauca de editione nostra. Subsidia eius iam enumeravimus, ut autem magis appareat indoles excerpti, in prima columna posuimus relationem illam integram, repetentes editionem a Weiland confectam, omittentes illius variam lectionem, in altera columna invenietur suo loco excerptum, adiectis varia lectione et sub asteriscis textu in A et C reperto.

Reg.: Jaffé-E., Regg. pontt. I, p. 292. 'Neues Archiv' XXIV, 493.

1) *Non adhibitus est codex Romanus bibliothecae Vaticanae 1984 saec. XII. fol. 191. 191' (cum fragmento in fol. 166'; cf. Bethmann, 'Archiv' ed. Pertz XII, 841 sqq.), qui praebet relationem integram, non excerptum infra edendum, ut 'Neues Archiv' XXIV, 493 annotavimus.*

(MG. Const. I, 659). Incipit[1] hystoria Karoli Magni regis Francorum et decreta beati Stephani[2] Adrianique[3] papae.

(1). Tempore ex quo Longobardi Italiam intravere[4], Romam quoque obsederunt, Italicum vero regnum invasere et per XII annos absque rege detinuere. Itaque ex ipsis regem constituere et prevaluere usque ad Karolum regem, qui Desiderium[5] cepit regem Longobardorum in Papia per longam obsidionem[6]. Cuius filius Adelchis[7] fugam duxit in marinis partibus. Hucusque legati Constantinopolitanae urbis Romae Italieque commorantes detinebant oppida et tributa colligentes erario Augusti Constantinopolim deferebant. Cumque expulsi sunt a gente Longobardorum, ipsi quoque Longobardi usque ad Karolum regem regnum detinuerunt.

(2). Accidit vero, quod Liuprandus[8] rex Longobardorum Ravennam obsedit et Classim destruxit; exarchus vero Ravennae cum Ravennatibus Romam petierunt et Constantinopolim navigio iter direxerunt. Post hec vero Aistulphus[9] rex Longobardorum exarchatum Ravennae, exarchatum Histriae seu ducatum Ferrariae invasit et Faventiam seu Cesenam tulit de Romana aecclesia.

(3). Tunc temporis Stephanus papa pro tanta persecutione legatos Franciam direxit Karolo regi Francorum[10], ut predia Romane aecclesiae defenderet pro amore beati Petri. Ipse vero Karolus pietate commotus Aistulpho regi sepius legatos misit nichilque profecit. Aistulphus tamen omnia bona remandavit et satisfacere se in omnibus promisit et nichil horum observavit. Post mortem vero Aistulphi Desiderius regnum obtinuit et res aecclesiae nichilo-

1) *Confusione maxima narrationis efficitur, ut paucis admodum annotationibus eam exornemus; cf. etiam ed. laud. I, 658 l. 7 sqq.* 2) *Scil. II. (752—757).* 3) *772—795.* 4) *A. 568.* 5) *757—774.* 6) *A. 774. mense Iunio; cf. Mühlbacher*[2] *n. 163b.* 7) *Cf. ib. n. 158f. et 158g. ad a. 773. et n. 167a ad a. 774.* 8) *712—744.* 9) *749—756.* 10) *Re vera Karolo Martello maiori domus († 741), cuius auxilium anno 739. non Stephanus papa 752 vel II. 752—757), sed Gregorius III. (731—741) contra Liudprandum, non contra Aistulfum poscebat; cf. Mühlbacher*[2] *n. 41 d.*

minus invasit. Ad quem Karolus sepius legatos misit eiusdem rei. Ipse vero Desiderius bona aecclesiae relinquere se promisit per omnia et nichil profecit.

(4). Stephano vero defuncto Adrianus papa Karolo legatos direxit et, ut Romam veniret ad defendendas res aecclesiae, postulavit[1]. Tunc temporis Karolus Italiam

Adrianus* papa Romam venire Karolum ad defendendas res ecclesiae postulavit. Karolus ergo Romam veniens Papiam obsedit ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab

*) *Pro* Adrianus — precepit *(infra p. 828 col. 2 l. 10) praebet A:* Adrianus papa ad tuendas res aecclesiae Karolum Romam accersiit. Quo pergens Papiam obsedit ibique relicto exercitu Romam pervenit, sanctam resurrectionem ibi peregit. Postea rediens Papiam cępit iterumque Romam rediit, synodum constituit cum Adriano papa aliisque CLIII religiosis episcopis et abbatibus, in qua Adrianus papa cum universa synodo dedit ei ius eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provintias ab eo investituram accipere diffinivit et ut, nisi a rege laudetur et investiatur episcopus, a nemine consecretur. Omnesque huic decreto rebelles anathematizavit et, nisi resipiscerent, bona eorum publicari. *In C autem haec leguntur:* . . . Karolus Pipini filius ab Adriano I. papa vocatus ad defendendas res ecclesiae obsedit Longobardos in Papia ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Adriano papae Romae honorifice susceptus est Post sanctam vero resurrectionem reversus Papiam, cepit

Lemmata: Privilegium Karoli regis *D,* De electione pontificis ex VIII. sinodo in *(deest J 2)* historia ecclesiastica. Imperator ius habet eligendi pontificem *(LXIII. distin. c. Adrianus) J 2,* Inperator ius habet eligendi pontificem, item ex historia ecclesiastica *G.*

5 Adrianus — Karolum] Adrianus I. natione Romanus, ex patre Theodoro, annos XXIV, menses X, usque ad annum DCCXCVI.; qui Karolum regem Romam venire *Z.* Romam] Romanus *J 2.* Karolum] regem *add. J 1. G.* 6 defendendas] deferendas *Z, corr. in marg. ab editore.* 7 ergo] vero *P. J 2. G,* rex *add. Z.*

1) *Anno 773.; cf. ib. n. 151 b.*

ingressus Papiam obsedit[1] et relinquens ibi exercitum Romam tetendit[2] ad sanctam resurrectionem ibique satis honorifice susceptus est a beato Adriano papa et a cunctis ordinibus Romanorum et in laudibus civitatis adclamatum est: 'Karolo perpetuo Augusto a Deo coronato vita et victoria'. Post vero sanctam resurrectionem reversus Papiam, cepit Desiderium *(p. 660)* regem duxitque in captivitatem[3].

(5). Deinde[4] reversus Romam, constituit sanctam ibi synodum cum Adriano papa in patriarchio Laterani in aecclesia sancti Salvatoris. Que reverentissime celebrata est a C quinquaginta tribus viris religiosissimis, episcopis et abbatibus, adhuc etiam a iudicibus et legis doctoribus et ab universis ordinibus et regionibus huius alme urbis et a cuncto populo, clero sancte Romane aecclesiae, exquirentibus usus

Adriano papa Romae honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem reversus Papiam, caepit Desiderium regem,

deinde Romam reversus constituit ibi synodum cum Adriano papa in patriarchio Laterani in ecclesia sancti Salvatoris. Que synodus celebrata est a centum quinquaginta tribus religiosis episcopis et abbatibus.

Desiderium regem et uxorem eius et secum portavit in Franciam. Et inde rediens Romam, constituit ibi synodum cum supradicto papa in patriarchio Lateranensi in ecclesia sancti Salvatoris. Quae synodus celebrata est a centum quinquaginta tribus episcopis religiosis et abbatibus et restituit beato Petro quae pater eius dederat et Desiderius abstulerat, addens etiam ducatum Spoletanum et Beneventanum.

1 Adriano] ipso *Z.* pape *J2.* Rome *P. J1. 2.* 3 caepit] *ita D,* cepit *rell.* regem *deest Z.* 12 Adriano] ipso *Z.* patriarchio] palatio *P,* patriarcha *J1,* patriarchatu *J2.* Lateranensi *J2. G.* 13 Que — papa *(infra p. 827 l. 13)*] cum LCIV religiosis episcopis et abbatibus. Papa autem *Z.* 14 centum — tribus] CLIIIbus *P,* CLIIII *J2, v. de Z ann. antecedentem.* religiosis episcopis] episcopis religiosis *J2. G.*

1) *Obsidio Papiae coepta est a. 773. mense Septembri exeunte; cf. ib. n. 158f.* 2) *Karolus Romam ingressus est anno 774. die 2. mensis Aprilis, id est sabbato ante festum paschale, Romae moratus est usque ad diem 6. eiusdem mensis, quo Pippini patris promissionem q. d. Carisiacam a. 754. Stephano II. (752—757) factam redintegravit; cf. ib. n. 160a—163.* 3) *Anno 774. mense Iunio; cf. ib. n. 163b.* 4) *Mere ficticia hinc praebet narratio; cf. ib. n. 163b, ubi actum est etiam de aliis fabulis, quae leguntur in libello de imperatoria potestate in urbe Roma (MG. SS. III, 720) et in chronico Salernitano (c. 34; ib. III, 488).*

legesque et mores et quemadmodum hereses et seditiones abolere possent, de apostolica sede et de dignitate patriciatus et Romano imperio, ex quibus omnibus nimius error crescebat universo orbi. Populus itaque Romanus more solito legem condebat. Sed difficile erat pro unoquoque negocio tociens tot in unum congregare. Unde suum ius et potestatem imperatori concesserunt, prout legitur: 'Populus itaque Romanus concessit ei et in eum omne suum ius et potestatem'.

(6). Ad hoc quoque exemplum prefatus Adrianus papa cum omni clero et populo et universa sancta synodo tradidit Karolo Augusto omne suum ius et potestatem eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus similiter ei concessit.

(7). Insuper archiepiscopos, episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definiunt. Post hec consecrationem suscipiant, unde pertinet; ita tamen, ut abolita sit veterum sententia moresque in posterum, quatenus nemo per cognationem vel per amiciciam aut per pecuniam sibi eligat episcopum, sed soli regi huiusmodi reverenda tribuatur facultas. Veruntamen quamvis a clero et a populo aliqua presumptione vel religionis causa eligatur episcopus, nisi a rege laudetur et investiatur, a nemine consecretur.

(8). Ex hoc ipso tot prolatis sententiis ab universis, qui in hac sancta synodo congregati fuerant in nomine trinitatis, Adrianus papa pre omnibus hec omnia concessit, laudavit et affirmando constituit. Ad hec etiam roborando subintulit: 'Ut si quis posthac contra hanc sanctam synodum temerator repertus fuerit sive contra hoc, quod prediximus, repugnaverit, cuiuscum-

Adrianus autem papa cum universa synodo tradiderunt Karolo ius et potestatem eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus ei c o n c e s s e r u n t.

Insuper archiepiscopos, episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definiunt,

et, ut, nisi a rege laudetur et investiatur episcopus, a nemine consecretur;

16 patriciatus] patriarchatus *J1*. patriciatus ei] ei patriciatus *Z*. 20 Insuper] et *add.* *P*. episcopos *deest* *J2*, et episcopos *G*. 21 investituras *Z*. definiunt] *ita* *P*, definivit *D*, diffiniverunt *J1*, diffinivit *J2*. *G*, diffiniunt *Z*. 31 laudatur *P*. episcopus — consecretur] a nemine consecretur episcopus *Z*.

que gradus sit vel ordinis aut officii vel dignitatis aut generis, sciat se in iram beati Petri apostolorum principis et omnium sanctorum et predecessorum nostrorum casurum et anathematis vinculo dampnatum perpetualiter victurum, in excommunicationem quoque universalis aecclesiae et cuncti populi Christiani emersurum; insuper nisi a malo resipuerit, inrevocabili exilio puniatur vel ultimis suppliciis feriatur, et bona eius publicentur. Qui vero pio intuitu custos et observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque eternam cum omnibus sanctis sine fine habere mereatur in secula seculorum. Amen'.

et, quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit et, nisi resipisceret, bona eius publicari precepit.

4 et] ei autem *D.* ageret] esset *P. J1. 2. G. Z.* 5 anathematis — eum] anathematis eum vinculo *J1*, anathematis vinculo *J2*. innodaverunt *J1*. 9 praeceperunt *J1*.

6. CONCILIUM NARBONENSE SPURIUM.

788. Iun. 27.

Iudicium de finibus parrochiae Narbonensis spurium esse et Hefele ('Conciliengeschichte ed. 2. III, 662) et Grössler ('Die Ausrottung des Adoptianismus im Reiche Karls des Grossen, Jahresbericht über das Gymnasium zu Eisleben' 1878/79, p. 45 sq.) contra Frobenium (Opp. Alcuini I, 925) hac potissimum argumentatione evicerunt: anno 788., quo undecima indictio, non duodecima numerabatur, Karolus M. nondum fuit imperator, cuius annus regni XXIII. a die 9. mensis Octobris anni demum 790. incipiebat; conventum episcoporum congregatum esse legitur praesertim pro Felicis, Urgellitanae sedis episcopi, pestifero dogmate, *sed de hoc prorsus tacet et Felicem ipsum decreto subscripsisse (n. 13) fingit falsator. Accedit, quod sedes Urgellitana non ante annum 791. Narbonensi archiepiscopo subiecta est (cf. Madrisi, Opp. Paulini 216). Nullibi denique mentio fit concilii cuiusdam Narbonensis de causa Felicis, quam synodo ad Regensburgensem civitatem anno 792. celebrata primum damnatam esse aliunde constat (cf. supra p. 110 et p. 203 l. 40 sqq.).*

In textu constituendo secuti sumus exemplar Baluzii ex archivo Narbonensi, quod typis expressum est apud Cl. Devic et J. Vaissete, 'Histoire générale de Languedoc' ed. 2., Tolosae 1875, II app. 54 (= B), adhibito libro confecto a G. de Catel, 'Mémoires de l'histoire du Languedoc (Tolose' 1633), p. 743 (= C), ubi decretum prima vice editum est.

Edd.: G. de Catel, l. l. p. 743. Delalande, Suppl. 85. Labbe-Cossart VII, 694; ed. Coleti IX, 1. P. de Marca, De concordantia sacerdotii et imperii II, 163; ed. 2. II, 923; ed.

3. et 4. III, 174. Le Cointe VI, 464. Harduin IV, 823. Devic et Vaissete, l. l. ed. 1. I, app. 26; ed. 2. II, app. 54. Gallia Christiana VI, instr. 2. Mansi XIII, 821. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 493.

Anno incarnationis dominicae DCCLXXXVIII., indictione XII., gloriosissimo quoque domno imperatore Karolo regnante anno XXIII., V. Kalendas Iulii, dum pro multis et variis ecclesiasticis negotiis, praesertim pro Felicis, Urgellitanae sedis episcopi, pestifero dogmate, monente per suae auctoritatis litteras domno apostolico Adriano [1] ac domno imperatore per missum suum nomine Desiderium [2], convenissemus urbem Narbonam intra basilicam sancti Iusti et Pastoris, ego scilicet Danihel, licet indignus atque peccator, gratia tamen Dei sanctae metropolitanae praemissae urbis episcopus, necnon et Elifantus, Arelatentis episcopus, cum plurimorum collegio venerabilium episcoporum una cum auctoritate domni apostolici missoque praedicto domni imperatoris Karoli, inter caetera, quae veraci sermone finem acceperunt, orta est querela coram nobis omnibus de parrochia Narbonensi, unde, praecipiente domno imperatore, subtili examinatione et speciali ob prolixas altercationes examinari iussum erat. De qua Danihel episcopus per testes idoneos, Iustum scilicet Agathensem [3] et Witeringum Nemausensem [4] episcopum atque Amicum Magalonensem [5] comitem, ceterosque quamplures discutiendo elucidans totum Redensem [6] pagum super Wînedurium Helenensem [7] episcopum iustissime evindicavit et marginem parrochiae Narbonensis, quae ex alia parte usque ad fluvium, qui vocatur Orbus [8], quamdiu vocabulum suum idem comitatus retinet, superius et inferius perducit, plenissime ratione Vulfegarii episcopi Biterrensis [9] cum praedictis testibus superata. Praeterea idem Danihel archiepiscopus de Ausonensi [10] parrochia rationem adhibens ostendit, quod nullo modo episcopum ponere illic potuisset ob paganorum infestationem et quemadmodum auxiliante Deo per antecessoris sui industriam quondam ibidem haeresis extincta fuerit et quia eiusdem pagi plebs, sicut quidam ipsorum in praesentia retulerunt, nulli parrochiae adhaerere vellet nisi Narbonensi ob principalitatem tantae sedis praecipuae.

Cuius archiepiscopi rationem salubrem esse comprobantes pro praedictis commoditatibus et, ne confinio Hispaniae occasionem tristitiae ingereremus, unanimiter iusto perpendimus examine, ut nulli sedi deinceps sociata habeatur nisi Narbonensi, servata verumtamen auctoritate, si per se episcopum habere nequiverit. Rogamus igitur cunctos subsequentes nos et hoc nostrae auctoritatis decreto confirmamus, sancimus, stabilimus tam de Redensi pago quam etiam de Ausonensi sive confinio Narbonensi et Biterrensi, quod est Orbus, ut, sicut coram nobis discussum et comprobatum est, ita inconvulsum et incontaminatum, nullius contradictione valente, in perpetuum per-

5 domno] domin- *B. C saepius.* Karolo] Carolo *C.* 6 Vrgelitanae *C.* 7 monente] grassante *C.* 9 Daniel *C saepius.* 11 Elefantis *C.* 13 Caroli *C.* 14 unde] inde *C.* 15 examinari] terminari *C.* iussum erat] iusserat *B. C.* 16 Iustum] Iustinum *C.* 18 Reddensem *C.* Winedurium] Vviuerdarium *C.* 19 Helenensem] Hostiensem *C.* iustissime *deest C.* quae *add. e coni.* 20 fluvium] flumen *B.* 21 perduxit *C. B.* plenissima *C.* 24 illuc *B.* auxiliante *deest C.* 26 ipsorum] eorum *C.* vellet *deest C.* 28 rationem — esse] salubrem esse rationem *C.* pro *deest C.* 29 ingeremus *C.* 33 Reddensi *C.* 35 inconvulsum] inconcussum *C.* im *C.*

1) *772—795.* 2) *Desiderii nomen inter nomina missorum a V. Krause ('Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' XI, 258. 282 sq.) congesta frustra requiritur.* 3) *Agde.* 4) *Nimes.* 5) *Hodie Maguelone; cf. tabula tomo VI. Galliae Christianae inserta.* 6) *Rodez.* 7) *Elna, postea Perpignan.* 8) *Orbe.* 9) *Beziers.* 10) *Vich; cf. Gams, Series episcoporum p. 89.*

maneat. Si quis vero nostram communem contemnens diffinitionem per aliquam insidiam aut subreptionem hoc nostrae firmitatis decretum infregerit aut aliqua machinatione violaverit, si ordine ecclesiastico est adunatus, canonica sententia inrecuperabiliter feriatur sicut temerator tanti concilii ac decreti; quodsi laica potestas in hoc se per atrocitatis violentiam miscuerit, nisi a temeraria praesumptione se citissime subtraxerit satisfaciendo quod deliquit, digna ultione totius anathematis sit undique et ubique multata, domini nostri Iesu Christi et nostra auctoritate vigente.

Ut autem hoc nostrae firmitatis decretum certiorem roborationis obtineat vigorem, manus nostrae subscriptione illud roborare studuimus.

In Christi nomine (1) Danihel, Dei miseratione sedis Narbonensis[1] metropolitanae ecclesiae episcopus, huius decreti institutionem subscripsi. Ego (2) Elefantus, primae sedis Arelatensis[2] episcopus, confirmavi. Ego (3) Desideratus Diensis[3] episcopus subscripsi. (4) Ego Salicus Arausiensis[4] episcopus subscripsi. In Dei nomine ego (5) Arricho Tolosanae[5] sedis episcopus confirmavi. In Dei nomine (6) Donadeus Wappincensis[6] episcopus. In Dei nomine ego (7) Francolinus Conseranensis[7] episcopus subscripsi. Ego (8) Lupus Cavalionensis[8] episcopus subscripsi. Ego (9) Arimundus Ucetinensis[9] episcopus subscripsi. Ego (10) Hiscipio Carcassensis[10] episcopus subscripsi. In Christi nomine (11) Magincus Adtensis[11] episcopus subscripsi. (12) Witeringus Nemausensis[12] episcopus confirmavi. (13) Felix episcopus Urgellitanae[13] sedis subscripsi. Ego (14) Bonitus Valentinae[14] sedis episcopus subscripsi. Ego (15) Iustus Agathensis[15] episcopus subscripsi. Ego (16) Adaulfus Ierundensis[16] episcopus subscripsi. In Christi (17) nomine Wenedurius Helenensis[17] episcopus subscripsi. Ego (18) Servus Dei Barcinonensis[18] episcopus subscripsi. Ego (19) Autbertus Antipolitanae[19] sedis episcopus subscripsi. Ego (20) Iohannes Cimelanensis[20] episcopus subscripsi. Ego (21) . . . Foroiulensis[21] episcopus subscripsi. Ego (22) Iohannes Magalonensis[22] episcopus subscripsi. Ego (23) Asinarius Vicuiuliensis[23] episcopus. (24) Abraham Commenensae[24] sedis episcopus subscripsi. Ego (25) Amatus Carpentoratinensis[25] episcopus subscripsi. Ego (26) Raganbaldus diaconus, Dunensis[26] vocatus episcopus, subscripsi. Ego

1 definitionem *C.* 3 adunatus] . . . . . *C.* canonica] censura aut *add. C.* 4 in] ex *C.* 7 multatus *B. C.* et — auctoritate] authoritate et nostra *C.* 8 roborationis obtineat] obtineat roboris *C.* 9 studuimus] voluimus *C.* 11 institutione *B.* Elifantus *C.* 12 Ego *deest B.* 13 Arausisensis *B.* subscripsi *deest B.* In Dei nomine *desunt C.* 14 Arricho] Arruso *C.* 15 Wappincensis] Vupacensis *C.* In Dei nomine *desunt C.* Coseranensis *C.* 16 Arimundus] Armudus *C.* 17 Urcecicensis *B,* Uceticensis *C.* subscripsi] s. *B et C saepius.* Hiscepio *C.* 18 Magincus] Magnicus *C.* Adtensis episcopus] episcopus Atensis *C.* Witeringus] Vviterineus *C.* 19 episcopus *deest C.* episcopus Urgelitanae *C.* 20 Vacentinae *C.* 21 Agatensis *B.* Ierundensis] Termidensis *C.* 22 Vvenedarius Helnensis *C.* 23 Servus Dei] Se[rvus Dei] *B,* Fervidei *C.* Barchinonensis *C.* subscripsi *deest C.* Autbertus] Aribertus *C.* 24 Ioannes *B. C.* Cimelanensis] Cunelacensis *C.* Ego . . . *(nomen episcopi deest B)* Foroiulensis episcopus subscripsi *desunt C.* 25 Ioannes *B. C.* Madolonensis *B,* Madalonensis *C.* subscripsi *deest C.* 26 Asmarius *C.* Vicuiuliensis] Vrcauiliensis *C.* 27 subscripsi *deest C.* Ego Amatus — subscripsi *desunt C.* 28 Ragambaldus *C.* Dunensis] Dianensis *C.* subscripsi] Ego Amatus Carpentinensis episcopus *add. hoc loco C.*

1) *Narbonne.* 2) *Arles.* 3) *Die.* 4) *Orange.* 5) *Toulouse,* 6) *Gap.* 7) *Conserans.* 8) *Cavaillon.* 9) *Uzès.* 10) *Carcassone.* 11) *Apt.* 12) *Nîmes.* 13) *Urgel.* 14) *Valence.* 15) *Agde.* 16) *Gerona.* 17) *Elna, postea Perpignan.* 18) *Barcelona.* 19) *Antibes.* 20) *Fortasse civitatis Cemenelensium; cf. MG. auct. antt. IX, 612.* 21) *Fréjus.* 22) *Maguelone, postea Montpellier.* 23) *Aire; cf. ib. IX, 607.* 24) *Cominges.* 25) *Carpentras.* 26) *Digne aut monasterii Dumiensis; cf. ib. XI, 302. 476. Gams, Series episcoporum p. 51.*

(27) Ansebrandus diaconus ad vicem Landeberti Eglinensium[1] episcopi subscripsi. Ego (28) Riccimirus indignus presbyter ad vicem Vulfegarii sedis Biterrensis[2] episcopi subscripsi.

Ego Arricho cancellarius acsi indignus presbyter hoc decretum scripsi die et anno, quo supra.

1 Ausebrandus *C.* Laudeberti *C.* 2 Riccimirus] Dominicus *C.* Vulfegarii] Vuselgarii *C.* 4 Arrico *C.*

1) *Angoulême.* 2) *Beziers.*

---

7. FRAGMENTUM HISTORICUM DE CONCILIO AQUISGRANENSI.

816.

Iam supra p. 308 epitomen exhibuimus ex fragmento quodam historico, quod primus J. Mabillon nescio quo ex fonte publici iuris fecit. Hoc loco illud repetimus integrum, non quasi vera referat — nimis benevole Mabillon in libro infra laudando iudicavit —, sed ne relationem fabulis vel rebus prorsus fictis plenam silentio praetermisisse videamur. Formam non praebet statutorum, fateor, sed fortasse exoptata est ideo, quod quae de concilio Aquisgranensi credebantur pandit. Quo tempore fragmentum conscriptum sit, ignoratur: certe saeculo cuidam medii aevi debetur, quo consuetudo dividendi bona congregationum canonicarum inter praepositos canonicosque iam erat in usu, id est saeculo aevo Karolino posteriori (cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' II, 55 sqq.). Insunt autem praeter illa de canonicis narrata alia de monachis, quae — utrum casu necne diiudicari nequimus — alludere videntur ad narrationem Orderici Vitalis (saec. XII.) de discordiis inter abbatem monachosque Molismi monasterii ('Molême, arr. Châtillon') temporibus Philippi I. regis Francorum (1060—1108), ut coniectura cautissime proposita dici possit fragmentum infra edendum fluxisse ex libello quodam, quo monachi illi postulata sua specie iuris vel antiquitatis fulcire conati sunt; v. quae infra p. 833 ann. 2 ex Orderico afferemus.

Ed.: J. Mabillon, Vetera analecta I (Luteciae Parisiorum 1675), p. 52; ed. 2. (Parisiis 1723), p. 149. Bouquet VI, 445.

Tempore Ludovici Pii de Roma ad palatium Aquisgranense venit Gregorius IV.[1] ibique habitum est concilium de fere omnibus praelatis Orientalibus et omnibus Occidentalibus, ubi statuta quamplurima utilia Gallicanis ecclesiis statuerunt, confirmante

Lemma: Fragmentum historicum de concilio Aquisgranensi *Mab.*
30 ibique habitum est *suppl. Mab.*

1) *Qui sedebat 827—844; de eius itinere in Franciam a. 833. peracto cf. Mühlbacher*[2] *n. 925 a. De statutis monasticis, quae Hludowicus imperator a Gregorio IV. papa impetrasse*

pontifice Romanorum. Statuerunt pro canonicis, qui tunc sub praepositis vivebant, quia praepositi temporalia male tractabant et nobiliores fortioresque canonici possessiones usurpabant, ut quilibet canonicus, personis ad certum numerum redactis, suum temporale proprium possideret et ut de communi camera cuilibet distribueretur, prout in choro divinis officiis resideret. In[2] illo tempore monachis Gallicanis est indultum,

dicitur, commenticia etiam exhibet libellus ille in codice Guelferbytano inter Helmstadienses 552 saec. XV. fol. 288—289', de quo egimus 'Neues Archiv' XXVI, 27. — Item mere fabulosa sunt quae praebent Gesta episcoporum Halberstadensium ad a. 816. (MG. SS. XXIII, 79): Imperator de consilio et consensu Stephani pape *(V. 816—817, qui concilio Aquisgranensi finito in Franciam venit mense Octobri a. 816.; cf. Mühlbacher² n. 633a)* in palatio Aquisgrani sollempnem synodum congregavit, beato Bonifacio Moguntine sedis archiepiscopo *(† 754)* presidente, qui et postea glorioso est pro Christi martirio coronatus. Aderant quoque multi et magne auctoritatis viri: beatus videlicet Hildegrimus primus Halberstadensis episcopus *(v. A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed. 2. II, 410 ann. 3, p. 675 ann. 4)*, sanctusque eius germanus Liuderus Monasteriensis *(† 809)*, Willebrordus *(† 739)*, Wicpertus *(fortasse idem ac Wictberct, de quo cf. Hauck, l. l. II, 433)*, Columbanus *(† 626)*, Albinus *(fortasse idem atque Alcuinus, † 804)*, venerabiles episcopi et confessores, aliorumque episcoporum et abbatum maxima multitudo. *Magis recta praebent eadem Gesta epp. Halberstad., cum pergunt:* In qua synodo sancti patres, annuente Spiritu sancto adunati, piissimo Lodewico Augusto ammonente, regulam canonicorum ex dictis Gregorii pape, Augustini, Ieronimi presbiteri, Isidori, Prosperi quoque et aliorum sanctorum patrum excerptam traditionibus *(v. supra p. 310 l. 5 sqq.)* observari unanimiter censuerunt, in qua studioso lectori et humili observatori, quid clericis faciendum sit quidve vitandum, descriptione compendiosa et utili declaratur. *Nituntur haec omnia in narratione Annalistae Saxonis ad a. 816. (MG. SS. VI, 572), qui talia refert:* Ludowicus imperator consensu Stephani pape *(V. 816.—817)* Aquisgrani magnam synodum congregavit, in qua sancti patres regulam canonicorum ex dictis Gregorii, Augustini et aliorum sanctorum patrum excerptam observari censuerunt.

2) *Constat a. 816. etiam de monachorum cantu actum esse (v. supra p. 307), sed a. demum 817. in altero concilio Aquisgranensi de monachorum vita capitulare illud monasticum est emissum (v. supra p. 464 sqq.). Auctor fragmenti duo concilia Aquisgranensia confudisse videtur aeque atque auctor vitae Hludowici q. d. Astronomus, qui post verba supra p. 308 laudata ita pergit:* Ibidemque constituit isdem amabilis Deo imperator Benedictum abbatem *(† 821)* et cum eo strenuae monachos per omnia vitae, qui, per omnia monachorum euntes redeuntesque monasteria, uniformem cunctis traderent monasteriis, tam viris quam sanctis monialibus feminis, vivendi secundum regulam sancti Benedicti incommutabilem morem. Considerans etiam isdem piissimus imperator non debere Christi ministros obnoxios esse humanae servituti, sed et multorum avaritiam abuti ministerio ecclesiastico ad proprium quaestum, statuit, ut quicumque ex servili conditione, conciliante scientia et morum probitate, ad ministerium adsciscerentur altaris, primum manumittantur a propriis dominis vel privatis vel ecclesiasticis et tunc demum gradibus indantur altaris. Volens etiam unamquamque ecclesiam habere proprios sumptus, ne per huiuscemodi inopiam cultus neglegerentur divini, inseruit praedicto edicto, ut super singulas ecclesias mansus tribueretur unus cum pensatione legitima et servo atque ancilla *(cf. MG. Capit. I, 276 sq. cc. 6 et 10)*. Haec erat sancti imperatoris exercitatio, hic cotidianus ludus, haec palaestrica agonia, spectante eo, quo civitas in sancta doctrina et operatione clarius eniteret et qui se pauperem consimili humilitate imitando Christum humiliat, altius emineret. Denique tunc coeperunt deponi ab episcopis et clericis cingula balteis aureis et gemmeis cultris onerata exquisitaeque vestes, sed et calcaria talos onerantia relinqui. Monstro enim simile ducebat, si ecclesiasticae deputatus familiae conaretur adspirare ad saecularis ornamenta gloriae *(c. 28; MG. SS. II, 622)*.

ut femoraliis[1], laneis, camisiis, pelliciis, botis, caperonis de palliis, almuciis, coopertoriis, auricularibus et pro infirmis culcitris uti possent, indultumque est illis, ut magnis sollemnitatibus plurima habeant fercula cum panis formulis et phialis pigmenti propter honorem sollemnitatum et nobilitatem Francorum, non propter ingurgitationem ventris, sed ad reparationem virtutis. Et quia oleum olivarum non habent Franci, voluerunt episcopi, ut oleo lardivo utantur. Voluerunt insuper, concordante illustrissimo Ludovico, ut monachi in suis monasteriis, quae in villis, castris, burgis et civitatibus habent, absque conturbatione maneant laicorum, statueruntque episcopi, concordante domino papa, ut monachi a gravi opere et labore propter honestatem sacerdotii cessent et loco laboris ad horas psalmos quosdam nominatos pro vivis et defunctis fidelibus cantent cum orationibus ordinatis, volueruntque, ut monachi in Pascha et Pentecoste consuetudinem in servitio divino teneant Romanorum[2].

1 palliis] pelliis *Mab.* 2 aurioclaribus *Mab.* 6 lardivo] *ita Mab.*, lardino *corr. Ducange s. v.* oleum. 7 in suis] in *suppl. e coni.*

1) *De his et aliis monachorum utensilibus cf. Ducange sub verbis singulis.* 2) *Rodbertus abbas monasterii Molesmi proposuit:* Victum et vestitum labore manuum nostrarum vindicemus. A femoralibus et staminiis pelliciisque secundum regulam *(sancti Benedicti)* abstineamus. Decimas et oblationes clericis, qui dioecesi famulantur, relinquamus. *Opposuerunt monachi inter alia:* Dicit . . . sanctus Benedictus: Vestimenta fratribus secundum locorum qualitatem, ubi habitant, vel aerum temperiem dentur; qui in frigidis regionibus, amplius, in calidis vero minus indigent: haec ergo consideratio penes abbatem est *(Regula Benedicti c. 55 ed. Woelfflin p. 54)*. Sic etiam de cibo et potu et omni conversatione humana provide temperat et disponit, ut omnia mensurate fiant propter pusillanimes, et absque murmurationibus sint. Abbatem quoque summopere admonet, ut omnium imbecillitatem consideret. Fratribus infirmis aut delicatis talem operam vel artem iubet iniungi, ut nec otiosi sint nec violentia laboris opprimantur et effringantur *(cf. ib. c. 48; l. l. p. 49 sq.)* . . . Magna pars hominum in calidis regionibus caret femoralibus tunicisque fruitur, ut mulieres, laxis et talaribus; quorum consuetudinem non abhorret, sed amplectitur inde propagatus ibique consistens monachorum cuneus. Ast omnes populi braccis utuntur in occiduo climate nec eis tam pro frigore quam pro dedecore norunt carere. Quibus pro causis idem mos est in nostro ordine, nec illum, qui utilis et honestus est, volumus relinquere. . . . In Italia et Palaestina et aliis regionibus quibusdam satis abundant olivae, cuius fructu ditati ad diversos esus condiendos non indigent sagimine; quod nobis hic clementer concessum est, carentibus olei pinguedine. Quod vero manibus nostris quotidie non laboramus, plurimorum dire stimulamur redargutionibus, sed sincerum in divino cultu laborem audacter obiicimus, quem ab authenticis magistris, diutina divinae legis observantia probatis, olim didicimus. Dagobertus rex et Theodericus atque Carolus Magnus imperator aliique reges et Augusti coenobia devote condiderunt et de suis redditibus ad victum et vestitum servorum Dei ubertim erogaverunt multitudinemque clientum ad exteriora ministeria pleniter explenda subiecerunt monachosque lectionibus et sacris orationibus pro cunctis benefactoribus suis et coelestibus mysteriis intentos esse constituerunt. Exinde principum institutione et diutina consuetudine usitatum est in Gallia, ut rustici ruralia, sicut decet, peragant opera et servi servilia passim exerceant opera, monachi autem, qui sponte, relictis huius mundi vanitatibus, regi regum militant, claustralibus septis ut filiae regis quiete insideant, arcana sacrae legis legendo perquirant et, inde semper meditantes, taciturnitati delectabiliter insistant, a pravis et otiosis sermonibus os suum coerceant, Davidicos hymnos aliasque mysticas modulationes nocte dieque creatori concinant aliisque mundis et idoneis actibus quotidie agendis, prout ratio exegerit, secundum praecepta maiorum intendant. . . . Pro victu proprio decimae fidelium vel oblationes generali auctoritate conceduntur clericis et Dei ministris. . . . Nos autem et ordine et officio clerici sumus. . . Ecclesiastica igitur beneficia iure possidemus

De libertate domorum canonicorum. His temporibus Ludovicus Pius concessit canonicis, concordante domino papa, habere in domibus libertatem et iudiciariam potestatem et voluit ipsos vestiri griseis et variis[1], quia adeo crescebat ecclesia in Galliis, quod reges, duces et barones habebant filios et fratres, avunculos in ecclesiis canonicorum et monasteriis monachorum et se supponebant obedientiae humilium fortiores.

et communi sanctione semper tenere decernimus *(Orderici Vitalis Angligenae, coenobii Uticensis monachi, Historia ecclesiastica VIII c. 26 ed. A. Le Prevost III, Parisiis 1845, p. 436. 438 sqq.).*

1) *De vestimentis canonicorum cf. concilii Aquisgranensis 816 inst. can. cc. 115. 124 sq.; supra p. 397. 404 sq.*

---

*8. ACTA SPURIA CONCILIO APUD THEODONIS-VILLAM HABITO ADSCRIPTA.

821.

Concilio apud Theodonis-villam[1] habito vel, si sequeremur nonnullos codices (cf. Boretius, MG. Capit. I, 359), Moguntinensi aut Triburiensi adscribuntur duo capitularia de clericorum percussoribus, quae ita cohaerent, ut ea, quae in priore iure canonico ab episcopis proposita sunt (infra A), in posteriore (infra B) confirmata videantur iure civili. Utrumque spurium esse iam inter omnes constat; num autem saeculo decimo conficta sint vel certe post concilium Triburiense anni 895. (cf. 'Neues Archiv' XXVI, 662 sq.), id quod suspicatur Boretius (l. l. p. 360), in medio relinquendum erit; cf. Phillips, 'Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der Akademie der Wissenschaften zu Wien' a. 1865., tom. XLIX, 755. E. Mayer, 'Zur Entstehung der Lex Ribuariorum' (Monachii 1886), p. 177.

*A. *PROPOSITIONES EPISCOPORUM.*

Leguntur in his codicibus: 1) Coloniensi 124 (antea Darmstadiensi 2123) saec. XI. (praefatio); 2) Gothano membr. I n. 84 (antea s. Martini Moguntini) saec. X. XI. fol. 145 sq.; 3) Monacensi latino 3853 (antea ecclesiae cathedralis Augustanae) saec. X. fol. 43 (praef. mut.); 4) Monacensi latino 19414 saec. X.; 5) Pragensi[2] musei Bohemici 277 saec. XI. fol. 1 (praef., cc. 1—3); 6) Pragensi bibliothecae universitatis VIII. H. 7 saec. XII.; 7) Romano[3] bibliothecae Vaticanae inter Palatinos 584 (antea s. Martini Moguntini) saec. XII. — Transierunt praeterea in Burchardi decretum lib. VI c. 5 et Ivonis Carnotensis decretum lib. X c. 134.

Edd.: Crabbe II (1538), fol. CXXV'. Crabbe II (1551), p. 704. Sagittarius 396. Joverius II, fol. 102. Goldast, Constitutiones imperiales II, 13. Surius III, 269. Bollanus-Nicolini

1) *De conventu generali ibi congregato a. 821. mense Octobri cf. Mühlbacher[2] n. 740 d.* 2) *Num idem sit atque ille codex musei Bohemici I. G. 13 saec. X. statuere non potui; cf. quae monui MG. Capit. II, p. XXVI ann. 2.* 3) *De altero codice eiusdem bibliothecae inter codices Vaticanos 1350 saec. XII. nil affirmare ausim.*

III, 677. Binius III, 1, 470. Sirmond II, 445. Coll. reg. conc. XXI, 46. Le Cointe VII, 573. Labbe-Cossart VII, 1519; ed. Coleti IX, 611. Baluze I, 625. Harduin IV, 1237. Georgisch 865. Hartzheim II, 23. Mansi XIV, 389. XV, app. 425 (cf. Mansi, Suppl. I, 823). Walter, Corp. iur. Germ. II, 351. Theiner, Disquisitiones criticae 320. MG. LL. II, 2, 5. Migne, Patrol. lat. XCVII, 677. MG. Capit. I, 359. — Reg.: 'Neues Archiv' XXIV, 494.

*B. KAROLI ET HLUDOWICI CAPITULARE.

Legitur in his codicibus: 1) Florentino bibliothecae Laurentianae, Gadd. LXXXVIIII sup. 31 saec. XII. (ed. 'Neues Archiv' XX, 315); 2) Gothano membr. I n. 84 (antea s. Martini Moguntini) saec. X. XI.; 3) Monacensi latino 3909 saec. XII. (ed. J. Schmitz, 'Die Bussbücher und die Bussdisciplin der Kirche', Mogunt. 1883, p. 738); 4) Monacensi latino 19414 saec. X.; 5) Salisburgensi S. Petri a. VIII. 7 (antea D. 29) saec. XII. — Transiit denique in Burchardi decretum lib. VI c. 6 et Ivonis Carnotensis decretum lib. X c. 135.

Edd.: Crabbe II (1538), fol. CXXVI. Crabbe II (1551), p. 704. Sagittarius 397. Joverius II, fol. 102'. Goldast II, 14. Surius III, 270. Bollanus-Nicolini III, 678. Binius III, 1, 471. Sirmond II, 447. Coll. reg. conc. XXI, 48. Labbe-Cossart VII, 1519; ed. Coleti IX, 611. Baluze I, 627. Harduin IV, 1239. Georgisch 867. Hartzheim II, 24. Mansi XIV, 390. XV, app. 425. Walter II, 353. MG. LL. II, 2, 6. Migne, Patrol. lat. XCVII, 678. MG. Capit. I, 361. — Reg.: Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii ed. 2. I n. 489. 'Neues Archiv' XXIV, 494.

---

9. ACTA SPURIA
AD CONCILIUM CARISIACENSE SPECTANTIA.

(838. Sept.[1])

Tria ex gestis Aldrici episcopi Cenomannici (832—856) capita, scil. cc. 47. 50 et 51 secundum Baluzii editionem (Miscellanea III, Paris. 1680, p. 114—130. 132—137. 137—139) inter se in subsequentibus coniunguntur, etsi eorum alterum tantum inter acta synodalia quamvis spuria et huic tomo reservata referendum est. Sed tria illa capita tam arte inter se cohaerent, ut non solum aliud alio exponatur, sed etiam ex illis omnibus ad gesta conciliorum apud Bonoilum anno 855., apud Pistas anno 862., apud Vermeriam anno 863. habitorum (cf. 'Neues Archiv' XXVI, 621 sq. 631 sq. 633) recte intelligenda magnum afferatur momentum.

Quae fides diplomatibus in gesta Aldrici insertis sit habenda, sive ab Aldrico ipso sive a nescio quo falsario conficta sunt (cf. J. Havet, 'Oeuvres' I, Paris. 1896, p. 275 sqq.), inter omnes constat. Id ipsum autem cadit in memoriale Aldrici, in iudicium concilii Carisiacensis, in Hludowici responsum, ut quicquid nuperrime B. Simson passim in

1) *V. supra p. 768 sqq.*

libro 'Die Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen in Le Mans' (Lipsiae 1888) et Mühlbacher (Regg. imperii ed. 2 I n. 976. 980) exposuerunt repetere non oporteat. Dubitari quidem de paucis licet, sicut narratio de Aldrico tractante cum Sigimundo abbate monasterii Anisolensis s. Karilephi (hodie 'St. Calais, dép. Sarthe'), quomodo controversia sopienda sit, non prorsus ficticia videtur neque nomina eorum, qui in Aquisgranensi palatio et in synodo Carisiacensi affuisse dicuntur, in dubium tantopere vocanda verisimile est, quantopere id a Simson (l. l. p. 121 sq.) factum est.

In textu parando repetivimus editionem gestorum domni Aldrici Cenomannicae urbis episcopi, qualem vv. dd. R. Charles et L. Froger ('Mamers' 1889) instituerunt, adhibentes codicem Cenomannicum 99 saec. XI. (= c). Hoc in libro autem illa, quae modo sub litteris A, B et C proferemus, inveniuntur p. 130—148 (= A), p. 150—155 (= B), p. 155—158 (= C), quae cum capitibus 47, 50 et 51 in editione Baluziana supra iam laudata concordant; de reliquis editionibus cf. Potthast, 'Wegweiser' ed. 2. I, 510.

A. ALDRICI EPISCOPI CENOMANNICI MEMORIALE[1].

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Temporibus Hludowici piissimi Augusti subter inserta[2] causatio vel evindicatio fuit de monasterio Anisolae inter Aldricum episcopum et Sigimundum abbatem, qui illud tunc tenebat. Nam praefatus Aldricus dicebat et scriptis ac testibus approbabat, quod de iure suae sedis aecclesiae praefatum monasterium cum omnibus ad se pertinentibus esse debebat, et sui antecessores illud ex rebus Caenomannicae matris aecclesiae[3] magna ex parte fundarant, et ad ipsam matrem aecclesiam subiectum esse debebat, et hoc legibus affirmabat. Econtra Sigimundus dicebat, quod proprium domni imperatoris esse debebat et non de praedicta aecclesia; sed nullam veram auctoritatem exinde ostendebat nisi tantum unam epistolam, quam Pipinus propter odium Gauzioleni episcopi[4] cuidam suo monacho fecerat, ut sibi subiectus esset et non Gauzioleno; et hoc propter odium Gauzioleni factum esse perscrutatum est, quia, quando fuit Pipinus Cenomannica in patria et de quadam persecutione inimicorum suorum reversus per Cenomannicam patriam transibat, tunc eum praefatus Gauziolenus et suus frater Harivius non receperunt, sed infra Cenomannicam urbem cum omnibus, quos secum conducere potuerunt, se recluserunt et domnum Pipinum regem illuc introire non permiserunt, sed dampnum ei de suis hominibus facere nitebantur et suum pincernam coram eo stantem, dum sua castra in vinea sancti Petri iuxta urbem Cenomannicam posita erant, interfecerunt et alios homines vulneraverunt. Videns autem domnus Pipinus, quod ibi proficere non potuit, vastans totam illam regionem pergere cepit ad Franciam. Tunc in ipso itinere venit ad praedictum monasterium Anisolam et precepit illis monachis, ut nullam obedientiam facerent

Lemma: Incipit relatio vel evindicatio sive memoriale, qualiter monasterium Anisolae ad ius Cenomannicae matris aecclesiae ante domnum Hludowicum imperatorem ab Aldrico episcopo canonice et legibus evindicatum fuit.

27 transiebat *c.* 31 suam *c.*

1) *Gesta domni Aldrici edd. Charles et Froger p. 130—148 (= c. 47 med.-fin. apud Baluze, Miscellanea III, 114—130).* 2) *De verbo* inserere *saepius usitato cf. Simson, 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 58 sqq.* 3) *De hac significatione v. ib. p. 72.* 4) *Cenomannici (ca. 743—771); cf. Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium c. 16 edd. G. Busson et A. Ledru ('Au Mans' 1901), p. 244 sqq. De narrationis fide cf. Ölsner, 'König Pippin' p. 369.*

iam dicto Gauzioleno, eo quod ei rebellis esset; sed sub suo mundeburdo vel sub sua tantummodo tuitione vel dominatione permanerent[1]. Et tunc eis ac Sicbaldo eorum abbati talem epistolam dedit; quod propter odium, ut dictum est, Gauzioleni et non propter ullam aliam rem aut iusticiam factum esse liquet. Tunc enim ipse Sicbaldus non fuit ausus ibi remanere, sed una cum Pipino usque in Franciam perrexit. Postea vero cognoscens Pipinus, quod iniuste fecisset et propter odium Gauzioleni hoc egisset, praecepit filio suo Karolo et iureiurando contestatus est, ut praefatum monasterium redderet Cenomannicae matri aecclesiae, cui iuste esse debebat, ne aliquod detrimentum sua anima ex hoc haberet. Et sic fecit postea domnus Karolus et Franconi[2] episcopo illud reddidit atque per preceptum suum praedictae matri ecclesiae confirmavit[3]. Multi autem actenus vivunt, qui domnum Karolum hoc dicere audierunt, qualiter suus pater domnus Pipinus ei hoc contestando facere precepit; et quando iam dictum monasterium Franconi reddidit, multi vivebant, qui hoc domnum Pipinum Karolo praecipere et contestari audierunt. Istam vero rationem pleniter praedictus Aldricus episcopus perscrutatam apud veridicos homines habebat et hoc testibus veris et bonis coram omnibus affirmabat.

Taliter enim Aldricus et Sigimundus altercantes, pervenit ipsa ratio usque ad domnum imperatorem[4], qui hoc firmiter inquirere precepit et veraciter sibi renuntiare iussit. Sed antequam ipsa causatio ante domnum imperatorem veniret, volebant eorum amici et boni homines eos inde pacare et concordare. Sed Aldricus episcopus obtemperabat eorum iustis peticionibus, et Sigimundus non faciebat, sed quicquid ei iuste et rationabiliter sui amici agere suadebant praedictus Sigimundus spernebat. Offerebat enim ei memoratus Aldricus episcopus, ut aliquem censum ei ex hoc solveret, sicut sui antecessores praedicti episcopi antecessoribus faciebant, et per suum beneficium illud teneret, et nunquam ei diebus vitae suae de illo aliquod impedimentum facere volebat, sed quiete et pacifice una cum suis monachis eum inibi esse permittebat. Offerebat etiam et aliam causam praedicto Sigimundo, suadentibus praedictis amicis et bonis hominibus, iamdictus Aldricus episcopus, ut, si hanc non vellet, saltem aliam faceret. Permittebat autem ei duas aut tres villas, quales sibi eligeret, per suum beneficium habere, et ex his ei nullum servitium aut aliqua dona requireret, sed quicquid ex his vellet faceret. His omnibus a Sigimundo spretis cepit saepedictus episcopus suam iusticiam iuste et rationabiliter querere, quia plenam et iustam rationem sibi in hoc habere videbatur. Precepit enim hanc iustitiam inquirere domnus imperator Ebroino Pictaviensis urbis episcopo[5] et Erchinrado Parisiace civitatis episcopo[6] et Rorigoni comiti[7] et Altmaro seneschalco domne Iudith imperatricis et misso palatino[8] una cum aliis vassis dominicis. Sed dum hec res ad effectum tunc minime pervenit propter alias necessitates et hoc domno imperatori renuntiatum esset, praecepit,

2 Siebaldo *c.* 3 eorum] et Gauzioleni *add. c.* dedit *deest c.* 5 Siebaldus *c.* 11 domno Karolo *c.* 20 paccare *c.* 23 aliquem] aliquod *c.* 35 seneschaldo *c.*

1) *Cf. Pippini regis diplomata genuina pro monasterio Anisolensi d. d. 752 Apr. 25 et 760 Apr. 10 (MG. Dipl. Karol. I, p. 2 n. 2, p. 19 n. 14; Mühlbacher² n. 66. 91). V. etiam Karoli M. diplomata genuina pro eodem monasterio d. d. 771 Iul., 779 Nov. 17 (ib. I p. 90 n. 62, p. 178 n. 128; Mühlbacher² n. 141. 226).* 2) *793—816; cf. Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium c. 21 edd. Busson et Ledru p. 271 sqq.* 3) *Cf. Karoli M. diploma spurium d. d. 802 Mart. 17 (MG. Dipl. Karol. I, 381 n. 263; Mühlbacher² n. 383).* 4) *Scil. Hludowicum.* 5) *ca. 839—854.* 6) *831—857.* 7) *Cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' I, 13. II, 211.* 8) *Cf. ibid. II, 243.*

ut ante se in suo palatio ipsa altercatio finiretur. Tunc ergo iussit domnus imperator, ut haberent ambo eorum auctoritates et testimonia Aquisgrani palatio ad suum placitum, quod ibi quadragesimali tempore cum episcopis et abbatibus et comitibus et ceteris fidelibus suis habebat, ut ibi pleniter praefixa[1] altercatio finem perciperet. Sed Sigimundus iam vocatus ad ipsum placitum minime pervenit. Qua de re iterum domnus imperator per suam epistolam eum vocavit, ut post Pascha[2] veniret. Qui et hoc renuens iam tertio vocatus minime venit neque missum aliquem misit, cur hoc dimitteret. Tunc cernens domnus imperator suam inobedientiam et contumaciam expectavit tamen adhuc post tertium condictum placitum quindecim dies, ut veniret. Sed cernens eum iam venire non velle neque suam rationem iuste diffinire, quia minime hoc rationabiliter et veraciter se facere confidebat et propterea venire ad placitum nolebat, tunc domnus imperator interrogavit suos consiliarios et episcopos sive abbates et comites et reliquos fideles suos, quid ex hoc facere deberet et quale consilium ex hoc ei darent et quid de tam inobediente suo praecepto facturus esset. Tunc respondentes dixerunt utriusque ordinis omnes: 'Vidimus, quod iste episcopus vester Aldricus habet suas auctoritates et praecepta regalia tam genitoris vestri quam et aliorum, antecessorum vestrorum videlicet regum Francorum, in quibus, ut coram nobis relectum est, continetur insertum et sanctorum sacerdotum ac regum manibus propriis corroboratum, quod monasterium Anisole, unde agitur hec iustitia, Cenomannicae matri aecclesiae traditum fuit et ab episcopis eiusdem matris aecclesiae constructum et ornatum atque legibus possessum. Habet etiam praefixus episcopus, quos videmus et audimus, suos testes veros et bonos, qui has auctoritates firmas et veras esse testantur et iureiurando que dicunt affirmant. Insuper testantur, quod infra legitimum tempus praedicta mater Cenomannicae civitatis aecclesia vestituram legitimam habuisset de praedicto monasterio, et adhuc XXX anni non sunt transacti, quod ex eo legitimam vestituram habuit, et propterea inde fuit modo alienatum, quod Franco episcopus praedictae aecclesiae suo propinquo Adalghyso illud impetraverit, ut pro illo regalia servicia et itinera faceret, quae ille pro sua infirmitate et senectute facere non valebat[3]. Affirmant etiam eundem Franconem aliquas villulas et quosdam vassallos casatosque, ut nominant, ex praefixo monasterio ad suum opus, dum advixit, retinere. Sed illis ambobus defunctis non fuit ad praesens episcopus eiusdem sedis, qui domnum imperatorem Hludovicum ex hoc interpellaret ad tempus; et sic datum est alio et tali occasione sublatum est de praefixa sede. Sed et hoc, quod isti monachi dicunt, quod vestrum proprium sit, praedicti testes Aldrici episcopi per eorum auctoritates et per vestros vassallos et alios veridicos et bonos homines affirmant non esse. Dicunt etiam, quod, si vestrum proprium esset, res ipsius monasterii secundum legem Salicam aut Ribuariam tuerentur, sicut alia loca et res, quae de vestro sunt proprio, faciunt, et mancipia non partirentur, sicut de aliis locis et rebus, quae de vestro sunt proprio, in illa regione est consuetudo facere. Sed de istis causis in rebus sancti Karilephi, sicut in propriis domni imperatoris observare apud eos est consuetudo, nichil umquam conservatum fuit, et pro istis causis affirmant et defendunt iam dicti testes saepedictum monasterium non vestrum proprium aut alicuius esse, sed de iure Cenomannice matris ecclesiae, de cuius rebus est fundatum, illud esse affirmant, quod et rationabiliter et legibus, ut nobis videtur, facere possunt. Testantur etiam supra memorati testes, quod

4 suis] nostris *c.* 23 legitimo tempore *c.* 29 ut] et *c.* 34 vasallos *c.* 35 quod *add. e coni.* 44 nobis] vobis *c.*

1) *De hoc verbo saepius usitato cf. Simson 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 65 sqq.* 2) *Dies Paschae erat 838 dies 14. mensis Aprilis.* 3) *Cf. infra p. 846 l. 9 sqq.*

omnes episcopi, qui in praedicta civitate et in iam dicta sede a tempore sancti Innocentis episcopi[1], secundi successoris videlicet sancti Victurii[2], et a tempore sancti Karilephi confessoris eximii fuerunt, praedictum monasterium subiectum habuissent, exceptis duobus; quod propter praedictum odium et pro aliqua negligentia veraciter factum esse inquisitum est. Testantur etiam, quod plus ad ius et subiectionem praedictae matris ecclesiae praefatum monasterium pertineat quam ad vestrum proprium aut ad aliam aliquam causam; et hoc, si aliqui testes contra se venerint, falsos eos, qualiter praeceperitis, facere posse testantur firmiterque affirmant. Supradicta vero ratione hanc iusticiam diligentissime ventilatam, rei veritatem cognoscentes, pleniter et rationabiliter legis divine et mundane nos utriusque ordinis vestri fideles auctoritate instructi et plena ratione suffulti iudicamus vosque hortamur, ut ei auferatur, qui vobis inobediens extitit et ad vestrum placitum non solum semel aut bis vel ter vocatus venire contempsit, quia de sua absentia culpabilis et convictus esse cognoscitur[3], et ei vestra auctoritate nostroque iudicio reddatur praefatum monasterium, qui vobis inobediens non fuit nec ad placitum venire renuit, sed semper praesens cum suis auctoritatibus et nobilibus testibus affuit et hoc pleniter et legaliter approbare est paratus[4], quod sue sedis ecclesiae praefatum monasterium esse debet. Et propterea prefato Aldrico episcopo firma auctoritate ad ius sue sedis ecclesiae praefatum monasterium cum omni integritate, ut reddatur, iudicamus'. Quidam autem eorum dixerunt: 'De nobis ipsis aliter iudicare non possumus; quodsi aliquis nostrum, licet nemine quaerente aut aliqua causatione pulsante, vocatus ad vestrum placitum venire contempserit, ni infirmitas aut legitima somnis eum detinuerit, et si aliqua somnis aut infirmitas eum detinuerit, ni ipse suum advocatum aut suam excusationem rationabilem ad vos miserit, iuste et plena ratione perdere debet unusquisque nostrum quod de vestro habet. Et propterea sicut et de nobis sic et de illo iudicamus, quia neutrum fecit, nec ipse venit nec mandare studuit, cur illud dimisit[3]. Sed sicut isti homines, qui praesentes adstant, id est Hagano et Benedictus et alii, dicunt et affirmare volunt, qualitercumque vobis placuerit, sive, si aliquis ex vobis aliter dixerit, singulare certamen cum eo praeliari sive in iudicio, si vobis placuerit, seu cum sacramento verum facere nullam ob aliam causam praefatum Sigimundum remansisse neque propter infirmitatem neque propter aliam necessitatem, nisi quod venire, ne convinceretur, noluit, quia nullam iusticiam neque aliquam iustam aut rationabilem causam in praedicta questione se habere confidebat. Et haec praedicti homines cotidie ante vos et ante nos et reliquos fideles vestros clamant et approbare, sicut praedictum est vel qualiter vobis placuerit et eis praeceptum fuerit, volunt. Et hoc iam sepissime publiciter in hoc palatio est acclamatum et perquisitum, nobis et ceteris fidelibus vestris audientibus. Sed nemo est, qui eis contradicere aut resistere velit, sed plus dicunt omnes eos veritatem dicere; quod et verisimile nobis esse videtur. Sic vos iam XV dies post aliud placitum vel tercium ei concessum expectantes[5], neque suum advocatum aut suas auctoritates misit neque ullam excusationem de se vel de suo contemptu facere noluit. Idcirco de sua absentia vel contumacia iam convictum atque dampnatum eum esse legibus iudicamus, ita ut nec eius vox amplius de hac causa audiatur. Et ut hoc, quod dicimus et iudicamus, auctoritate canonum et legis plenius confirme-

2 Victuri *c.* 22 somnis] *intellige:* sunnis. 30 Sigemundus *c.* 39 post] plus *c.* 42 nec] ne *c.*

1) *533—559; cf. Actus pontt. Cenom. c. 8 edd. Busson et Ledru p. 53 sqq.* 2) *453—490; ib. c. 6 p. 48 sqq.* 3) *Scil. Sigimundus abbas.* 4) *Scil. Aldricus episcopus.* 5) *A Pascha (14. Apr. 838) igitur usque ad diem 28. eiusdem mensis.*

mus, precamur, ut nonnullae sententiae ad hoc pertinentes canonum et legum ante vos legere iubeatis'.

Et tunc publice coram omnibus recitatae sunt hae sententiae canonum et legum.

Excerptum[1] ex decretis pape Bonefacii capitulo III.: Manifestum[2] est confiteri eum de crimine, qui indulto et delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. Nichil enim interest, utrum in praesenti examine omnia, que dicta sunt, de eo comprobentur, cum ipsa absentia pro confessione constet.

Item ex decretis eiusdem pape Bonefacii: Nulli[3] dubium est, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum, ut absolvatur, qui est innocens querit. Confitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat.

Item eiusdem, cuius supra: Praecavendum[4] est, ut, si quis adesse neglexerit, dilationem sententie de absentia non lucretur, sed que[5] male pullulasse noscuntur radicitus evellantur et emendentur.

Ex decretis Caelestini pape: Non[6] caret enim suspitione qui ad iudicium venire contempserit et purgari se distulerit, quia ipsa absentia sua est comprobatio. Insuper occurreret veritas, si falsitas displiceret; merito namque causa nos respicit, si silentio foveamus errori. Ergo corripiantur qui huiusmodi sunt modis omnibus, ut veritas eorum versutiis non sopiatur, sed astuta[7] eorum cavillatio aptissime et prudenter omnibus manifestetur et emendetur atque restituatur quod actenus occultum et neglectum fuit.

Item excerptum ex decretis pape Innocentii: Veritas[8] saepius examinata magis splendescit ad lucem, et pernicies revocata in iudicium gravius condempnatur, nam fructus divinus est iustitiam sepius recenseri et errata corrigere, ablata restaurare. Nec[9] otiosa ergo Dominus iudex noster in nobis esse patitur que exercenda, non negligenda donavit.

1) *Cf. Simson, l. l. p. 79 sqq. P. Fournier, 'Nouvelle revue historique de droit français et étranger' XI (1887), p. 78 sqq.; Étude sur les fausses décrétales, Louvain' 1907, p. 75 sqq. (= 'Revue d'histoire ecclésiastique' VII, p. 776 sqq.).* 2) *Bonifacii epistola ad episcopos Galliae:* . . . manifestum est confiteri eum de crimine, qui indulto et toties delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. Nihil enim interest, utrum in praesenti examine omnia, quae dicta sunt, comprobentur, cum ipsa quoque pro confessione procurata toties constet absentia *(Coll. canonum Isidoro adscripta, Migne, Patrol. lat. LXXXIV, 680; Jaffé-K. n. 349).* 3) *Ibid.:* . . . nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum, ut absolvatur, qui est innocens quaerit *(sequentia v. infra ann. 7).* . . . Confitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat *(l. l. p. 677).* 4) *Ibid.:* . . . decrevimus . . . congregari synodum . . ., ut, si adesse voluerit, praesens, si confidit, ad obiecta respondeat; si adesse neglexerit, dilationem sententiae non lucretur de absentia *(l. l. p. 679 sq., ubi sequuntur quae supra ann. 2 deprompta sunt).* 5) *Leonis I. epistola ad universos episcopos c. 2:* . . . ut quae male pullulasse dignoscuntur radicitus evellantur et messem dominicam zizania nulla corrumpant *(l. l. p. 762; Jaffé-K. n. 402).* 6) *Coelestini epistola ad episcopos Galliae c. 1:* In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret; merito namque causa nos respicit, si silentio foveamus errorem. Ergo corripiantur huiusmodi . . . *(l. l. p. 681; Jaffé-K. n. 381).* 7) *Bonifacii epistola ad episcopos Galliae, post verba supra in annotationis 3 prima parte deprompta, ita pergit:* Sed astuta cavillatio eorum, qui versutis agendum credunt esse consiliis, nunquam innocentiae nomen accipiet *(l. l. p. 677; Jaffé-K. n. 349).* 8) *Innocentis I. epistola ad episcopos Macedoniae:* . . . veritas exagitata saepius magis splendescit in lucem, et pernicies revocata in iudicium gravius et sine poenitentia condemnatur; nam fructus divinus est iustitiam saepius recenseri . . . . *(l. l. p. 655; Jaffé-K. n. 304).* 9) *Coelestini epistola ad episcopos Galliae c. 12:* . . . . nec otiosa in nobis esse patitur *(scil.* bonitas Dei) quae exercenda, non negligenda donavit *(l. l. p. 686; Jaffé-K. n. 381).*

Sequentia[1] vero capitula ad eandem rationem pertinentia a sapientibus comitibus et scabinis dominicis sunt prolata et per iudicium coram omnibus sunt recitata.

Haec capitula, quae subsecuntur, de lege Romana sunt assumpta.

Imperator Valentinianus inter cetera Firmino praefecto praetorio et patricio data: Si[2] quis pulsatus in iudicio adesse noluerit, post secundam aut terciam conventionem sciat se contumacis sententiam subiturum, id est ut quicquid, si fuisset in iudicio, addicendus erat petenti rogatori quasi victus exsolvat. Data VII. Kal. Maii Rome Herculano V. C. consule.

V capitula de effectu sententiarum et finibus litium Pauli sententiarum libro V.: Quicumque[3] tribus auctoritatibus iudicis conventus aut trinis litteris vel tribus edictis ad iudicium fuerit provocatus aut uno pro omnibus peremptorio, id est quod causam extinguit, fuerit evocatus et praesentiam suam apud eum iudicem, a quo ei denuntiatum est, exhibere non voluerit, adversus eum quasi in contumacem iudicari potest. Quin immo nec retractari per appellationem negotia possunt, quotiens in contumacem fuerit iudicatum.

Item Theodosius libro quarto de sententiis ex periculo recitandis: Imperatores[4] Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Clearco praefecto. Quicquid praesentibus partibus in causis fuerit ordinatum habebit plenissimam firmitatem nec poterit immutari. Data Kal. April. Honorio octavo et Boetio conss.

Sequitur sententia de eadem lege Romana de libro Pauli assumpta: Si[5] enim iudicibus talia conceduntur, quanto magis regibus et imperatoribus fraena et lora ampliora et latiora relaxantur, quoniam de crimine maiestatis gravius iudicantur rei et incriminati quam alterius alicuius generis sceleris, quia honor capitis decus est aliorum membrorum et dedecus capitis ignominia est aliorum membrorum. Porro, quia omnia membra secuntur capud, scilicet ut in compensatione praedecessorum nostrorum, more

4 praefecto praetorio] preposito *c.* 6 contumaci sententia *c.* addicendus] advincendus *c.* 7 V. C. consule] viro c. consuli *c.* 8 liber *c.* 10 proemptorio *c.* quod] que *c.* 14 recitatum *c.* 21 sceleris] *ita c,* secularis *Bal.* 23 compensatione] *ita c,* comparatione *edd.*

1) *Cf. Simson, 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 80 sqq.* 2) *Valentiniani III. novella 12 interpr. apud G. Haenel, Lex Romana Visigothorum (Lipsiae 1849), p. 296 (= nov. 35 interpr. ed. P. M. Meyer apud Mommsen et Meyer, Theodosiani libri XVI, Berolini 1905, vol. II, p. 151):* . . . si quis pulsatus in iudicio adesse noluerit, post tertiam conventionem sciat se contumacis sententiam subiturum, id est ut quidquid, si adfuisset in iudicio, addicendus erat petenti litigatori quasi victus exsolvat. (Data XVII. Kal. Mai. Romae Heruculano VC. cons.; *l. l. p. 294 [Meyer p. 148]).* 3) *Lex Rom. Vis. Paul. sent. lib. V tit. 5 de effectu sententiarum et finibus litium, § 6 interpr. (Haenel p. 420):* Quicunque tribus auctoritatibus iudicis conventus vel tribus edictis ad iudicium fuerit provocatus aut uno pro omnibus peremtorio, id est quod causam exstinguit, fuerit evocatus et praesentiam suam apud eum iudicem, a quo ei denuntiatum est, exhibere noluerit, adversus eum, quasi in contumacem, iudicari potest. Quin imo nec retractari per appellationem negotia possunt, quoties in contumacem fuerit iudicatum. 4) *Cod. Theod. lib. IV. tit. 15 de sententiis ex periculo recitandis ed. Haenel, l. l. p. 122 (= IV, 17 apud Mommsen, Theodosiani libri XVI vol. I, p. 198 sq.): l. 1 (3)* Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Clearcho praefecto praetorio, *l. 2 (5)* Idem AAA. Timasio comiti et magistro equitum. Condicio praeceptorum partibus praesentibus habita non potest inmutari. Dat. X. Kal. April. Constantinopoli Honorio N. P. et Evodio conss.; *interpr.:* Quidquid praesentibus partibus in causis fuerit ordinatum habebit plenissimam firmitatem nec poterit inmutari. 5) *Hoc et subsequens testimonium mere ficticia esse putavit Savigny, 'Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter' ed. 2. II, 120, cui adstipulatur Simson, l. l. p. 80 sqq.; de primo dubitat M. Conrat, 'Geschichte der Quellen und Literatur des römischen Rechts im früheren Mittelalter I (Leipzig' 1889), p. 311 ann. 2.*

videlicet antiquorum, loquamur, sicut ab illis non semel aut bis vel ter, sed persaepe firmatum et definitum esse legimus, deonoratio et despectio seniorum et magistrorum et contumacia eorum contumelia est subditorum et iuniorum et honor et exaltatio atque benivolentia et oboedientia seniorum et magistrorum honor et exaltacio est subditorum et iuniorum, quia et illi ab istis et isti ab illis mutuo foventur et exaltantur et honor regni et populorum ampliatur et vis atque iusticia eorum crescit et populus salvatur et exaltatur. Si quis autem contra haec inire aut aliqua machinatione aliquid agere praesumpserit, damnatus in omnibus et ab omnibus interius exteriusque sententia ultionis feriatur, ne in posterum quisquam talia agere praesumat et, si quis facere temptaverit, similiter dampnetur et ultionis sententiam non evadat.

Item unde sup.a, si quis ad placitum venire distulerit: Si[1] quis subterfugiendo placitum huc illucque vadit et ad placitum venire distulerit et maxime, si vocatus a iudicibus fuerit, omnimodis providendum est, ne querens suam iustitiam pro tali occasione perdat, sed quasi convictus ille, qui ad placitum venire distulerit, item culpabilis et convictus de sua absentia iudicetur et deinçeps hoc recuperare non valeat, sed magis metallis[2] et aliis poenis deputetur, ne amplius quisquam talia agere praesumat et ille de sua versutia et absentia vicisse non lucretur neque subterfugisse gaudeat neque . . . suam iustitiam perdat. Data VIIII. Kal. Maii.

'His et aliis auctoritatibus sanctorum patrum et canonum atque legum rationabiliter instructi iudicavimus et iterum iudicamus, ut Aldrico sepedicto episcopo iam dicte res, qui semper pleniter instructus presens adfuit et numquam ad suam iusticiam comprobandam defuit, vestra auctoritate vestroque iudicio reddantur. Et si talis firmitas ex hoc facta sit, que in posterum appareat, nunquam deinceps de hoc in praedicta ecclesia sibi commissa aliquod dampnum aut scandalum aut ullam causationem patiatur, ut, si aliquis, quod non credimus, ex hoc deinceps aliquam pulsationem aut causationem ei facere voluerit aut suis successoribus, evindicare non valeat nec eius vox penitus audiatur, qui hoc facere temptaverit, sed hoc iudicium, quod modo agitur, ratum futuris maneat temporibus et vestra redditio firma et stabilis permaneat. His taliter peractis, hoc dimisimus'.

Tunc domnus imperator coram illis reddidit Aldrico praefixo episcopo per eorum iudicium plena auctoritate monasterium Anisolae, in quo domnus Karilephus corpore requiescit, ad ius Cenomannicae matris ecclesiae, cui praefatus episcopus praeerat, futuris temporibus possidendum et missos ei dedit, qui ei inde plenam vestituram facerent, Fulconem scilicet comitem palatii[3] et Arduinum et Gunfridum comites et Folcradum vassum dominicum, qui postea, sicut domnus imperator eis iussit, plenam et legalem vestituram per cloccas[4] et hostia senioris ipsius monasterii ecclesie, in qua etiam sanctus Karilephus corporaliter requiescit, et per portas ipsius monasterii iam dicto Aldrico episcopo multis coram testibus in ipso monasterio sollempniter fecerunt. Hoc[5] autem

10 evadat] effugiat *Bal.* 18 neque . . . suam] *lacunam in c indicant edd. Charles et Froger.* 20 iudicavimus *etc.*] *v. supra p. 838 l. 15, p. 839 l. 42 sqq.* 23 posteris *c.* 24 sibi] sibique *c.*

1) *V. p. 841 ann. 5.* 2) *Vix recte censet Haenel (l. l. p. 438 ann. 1) falsario hic usui fuisse L. Rom. Vis. Paul. sent. V, 27, 8:* Qui falsis instrumentis, epistolis, rescriptis sciens dolo malo usus fuerit poena falsi coercetur, ideoque humiliores in metallum damnantur, honestiores deportantur *(l. l. p. 438).* 3) *Cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, 243.* 4) *Cf. Ducange s. v. clocca. J. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' ed. 4. I, 240. 254.* 5) *Patet notas chronologicas inter se discrepare: hoc loco die 30. Apr. 838 iudicium latum esse dicitur, supra (p. 839 l. 38 sq.) die 28. Apr. 838 et postea*

factum est anno incarnationis dominicae DCCCXXXVIII., indictione II. et anno imperii praefati domni Hludovici piissimi imperatoris XXV., anno vero ordinationis sepedicti Aldrici episcopi VI.[1]; pridie quoque Kalendarum Maiarum[2] Aquisgrani palatio praedictum iudicium est actum et in ipsa die ipsa ratio a praefixo imperatore legibus est adimpleta et plena ratione peracta.

Propterea ergo hoc memoriale conscribere libuit, ut, si aliqua altercatio deinceps exorta fuerit, qualiter haec res acta sit, per hoc memoriale declaratum appareat, ut, si aliquis ex hoc aliquam querelam facere temptaverit, evindicare minime valeat. Actum atque conscriptum est hoc memoriale Aquisgrani palatio Kal. Maii[3] in sacrario ecclesiae sanctae Mariae, regnante domino nostro Ihesu Christo in perpetuum.

Hae vero chartae et haec praecepta publice relecta et recitata sunt ante domnum imperatorem et Drogonem[4] eius fratrem et archicapellanum sive etiam ante suos missos, quos domnus imperator ad hanc causam audiendam et discernendam constituit, seu ante conscriptos episcopos et comites et ministros ac iudices, quando hoc iudicium in praescripto palatio iudicatum est et quando praefatum monasterium ad ius praefixe

1 II.] *ita c., rectius est* I. 9 sacrarium *c.*

(v. p. 842 l. 35) missos investituram esse executos; memoriale denique (v. p. 843 l. 8) scriptum esse vult die 1. mensis Maii 838. Cf. etiam quae exhibet carmen Cenomannicum de vindicatione et redditione monasterii Anisolae, in quo sanctus Karilephus corpore requiescit *(MG. Poetae latini aevi Carolini II, 633 sq.):*

Bis quadringentos dum mundus volveret annos
Ac bis quindenos octoque iure simul *(= 838)*,
Ex quo salvator voluit de virgine nasci,
Solveret ut mortis debita dura potens,
Cumque suum faceret indictio prima recursum *(v. p. 843 l. 1 et 15)*
Instabili currens nocte dieque gradu,
Compleretque annos viginti et quinque volutos
Hludowicus regni sceptra regendo pie *(v. p. 843 l. 2)*,
Implens Aldricus bis ternos optime soles,
Ex quo suscepit pontificale decus *(v. p. 843 l. 2 sq. et 42 sqq.)*;
Ternos ante dies quam Maius currere mundo
Coepisset cursum perficiendo suum *(= 28. Aprilis; v. p. 842 l. 46 sqq.)*,
Redditur Aldrico, Carilephus corpore sanctus
In quo iure iacet, rite monasterium
Cum villis cunctis, cum rebus denique totis,
Confirmans scriptis optime cuncta satis,
A sancto atque Pio Hludowico Caesare summo,
Disponens regnum dum resideret Aquis.
Hoc quoque praedictus legaliter induperator
Egit consultu nobilium procerum.
Cui da, Christe potens, requiem sine fine manentem,
Consortem faciens civibus angelicis.

1) *Aldricus consecratus erat die 22. mensis Decembris 832; cf. Gesta Aldrici c. 1 edd. Charles et Froger p. 10. Actus pontt. Cenomann. c. 23 edd. Busson et Ledru p. 299 sq. 307, ut iam supra p. 784 ann. 1 dictum est.* 2) *April. 30.* 3) *838 mens. Maii 1.* 4) *Mettensem episcopum (826—855).*

Cenomannicae matris ecclesiae est legibus redditum[1] et supradicto praetextu evindicatum, id est:

I. Traditio[2] sancti Karilephi, quam fecit sancto Innocenti episcopo per licentiam et consensum Childeberti regis.

II. Carta[3] commendationis, qualiter se domnus Karilephus per licentiam sui abbatis exhortante domno Avito una cum suis monachulis subdidit ecclesiae civitatis et in manus sancti Innocentis episcopi duabus vicibus se tradidit.

III. Precaria[4], quam sanctus Karilephus accepit a sancto Innocente de eadem re.

IIII. Praeceptum[5] Childeberti regis, quod iussit facere super traditionem sancti Karilephi et super precariam, quam ipse sanctus Karilephus accepit a sancto Innocente.

V. Carta[6] donationis de rebus et villulis et auro et argento et vestimentis tam ecclesiasticis quam et aliis sive libris et crucibus et capsis vel reliquiis sanctorum multorum, quae domnus Innocens in adiutorium ad monasterium Anisole construendum et ornandum domno Karilepho et suis monachulis per scripturam tradidit.

VI. Carta[7] de conventionibus sancti Innocentis et sancti Karilephi mirae magnitudinis conscripta et a XV episcopis firmata, ut eorum conventiones nullo modo irrite fierent, sed per omnia stabiles permanerent.

VII. Precaria[8], quam sanctus Domnolus episcopus abbati suo Gallo fecit de monasterio sancti Karilephi.

VIII. Praeceptum[9], quod Chilpericus rex sancto Domnolo episcopo fecit et suo abbati Gallo de monasterio Anisole.

VIIII. Praeceptum[10] emunitatis, quod fecit Chilpericus rex sancto Domnolo episcopo de monasterio Anisola et de omnibus villulis et rebus ad eum pertinentibus.

X. Precaria[11], quam Hadoindus episcopus de monasterio sancti Karilephi Sigramno abbati fecit.

1 praetextu] *id est modo; cf. Simson, 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 72.* 3 Traditio — Turibii episcopi *(infra p. 846 l. 2) leguntur etiam in c 1 (= codice Cenomannico 224 saec. XIII. fol. 78'. 79, ubi invenitur pars capitis 22. libri, qui inscribitur Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium edd. Busson et Ledru p. 275 sq., ex qua editione variam lectionem adspersimus).* Karileff — *semper c 1.* 6 monaculis *c 1.* 12 ecclesiasticis quam *desunt c 1.* 13 Anisolae *semper c 1.* 16 a] ea *(?) c 1.* 17 fierint *(?) c 1.* 23 Anisolae *c 1.* 24 Sigranno *hic et infra c 1.*

1) *Cf. Hludowici diplomata spuria d. d. 838 et d. d. 838 Sept. 7; Gesta Aldrici cc. 49 et 39 ed. laud. p. 149. 112 (Mühlbacher² n. 976. 982).* 2) *d. d. 525 Ian. 6; Actus pontt. Cenomann. c. 8 ed. Mabillon, Vetera analecta III (Luteciae Parisiorum 1688), p. 80; edd. Busson et Ledru p. 59. De hoc diplomate et subsequentibus, quorum nullum genuinum est, cf. P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens (Erlangen' 1850), p. 451 sqq.* 3) *Cf. Actus c. 8 ed. Mab. III, 87; edd. Busson et Ledru p. 69.* 4) *d. d. 525 Ian. 18; Actus c. 8 ed. Mab. III, 84; edd. Busson et Ledru p. 64.* 5) *Childeberti I. diploma spurium d. d. 526 Iun. 8 vel 539 Iun. 8; Actus c. 8 ed. Mab. III, 86; edd. Busson et Ledru p. 66. MG. Dipl. Merow. ed. K. Pertz p. 124.* 6) *Cf. Actus c. 8 ed. Mab. III, 88; edd. Busson et Ledru p. 69.* 7) *Cf. ibidem.* 8) *d. d. 566 Ian. 24; Actus c. 9 ed. Mab. III, 104; edd. Busson et Ledru p. 89.* 9) *Chilperici I. diploma spurium d. d. 566; Actus c. 9 ed. Mab. III, 106; edd. Busson et Ledru p. 91. MG. Dipl. Merow. p. 131.* 10) *Non exstat, sed laudatur 1) in Childerici III. diplomate spurio d. d. 743 (Actus c. 16 ed. Mab. III, 230; edd. Busson et Ledru p. 246. MG. Dipl. Merow. p. 207; v. infra n. XII, XVI et XVIII) et 2) in Theuderici IV. diplomate spurio d. d. 722 vel 723 Mart. 2 (Actus c. 13 ed. Mab. III, 184; edd. Busson et Ledru p. 166. MG. Dipl. Merow. p. 201; v. infra n. XV et XVIIII).* 11) *Anno 32.(!) regnante Dagoberto rege; Actus c. 12 ed. Mab. III, 162; ed. Busson et Ledru p. 162.*

XI. Praeceptum[1], quod rex Chlotarius Hadoindo episcopo et Sigramno abbati de monasterio Anisola fecit.

XII. Praeceptum[2] emunitatis, quod fecit Chlotharius rex Hadoindo episcopo de monasterio Anisola et de omnibus villulis et rebus ad eum pertinentibus.

XIII. Precaria[3], quam domnus Berarius episcopus de monasterio sancti Karilephi Ibboleno abbati fecit.

XIV. Preceptum[4] Dagoberti regis super precariam Ibboleni abbatis, quam a domno Berario episcopo de monasterio Anisola accepit.

XV. Preceptum[5] emunitatis, quod fecit Dagobertus rex domno Berario episcopo de monasterio Anisola et de omnibus villulis et rebus ad eum pertinentibus.

XVI. Precaria[6], quam Gauziolenus episcopus de monasterio sancti Karilephi Didoni abbati fecit.

XVII. Preceptum[7] Chilperici regis, quod fecit Gauzioleno episcopo et Sicbaldo abbati super precariam eorum de monasterio Anisola.

XVIII. Preceptum[8] Chilperici regis sub emunitatis tuicione Cenomannicae sedis ecclesiae factum Gauzioleno episcopo. Simul et confirmatio in hoc ipso praecepto continetur, quam fecit super precariam praedictus rex Gauzioleno memorato episcopo et Didoni abbati suo.

XVIIII. Preceptum[9] emunitatis, quod fecit Theodoricus rex Berario episcopo de cellulis et villulis sui episcopii et nominatim de monasterio Anisola.

XX. Preceptum[10] emunitatis, quod fecit Dagobertus rex Herlemundo episcopo de cellulis et villulis de suo episcopatu; ubi et monasteriolum Anisola commemorat et suae sedis ecclesiae esse affirmat.

1 Hlotarius *hic et infra* c. 1. Haduindo c. 2 monasteriola *(?)* c 1. 4 Anisolae c 1. 5 Berchar- *semper* c 1. episcopus *deest* c 1. 7 precaria Ibboleno abbati c 1. 8 monasteriolo c 1. 10. 14. 20 monasteriolo Anisolae c 1. 15 Cenomannice c 1. 17 memorato episcopo] episcopo memorato c 1. 19 Theodericus c 1. 22 villulis] villis c 1. episcopato c 1. monasterium Anisolae c 1. commemorat et] commemorate c 1. sua c.

1) *Non exstat, sed cf. Dagoberti I. diploma spurium d. d. 637; Actus c. 12 ed. Mab. III, 165; edd. Busson et Ledru p. 165. MG. Dipl. Merow. p. 166.* 2) *Nihil de hoc praecepto constat, nisi id laudatum putas in Childerici III. diplomate spurio d. d. 743; Actus c. 16 ed. Mab. III, 230; edd. Busson et Ledru p. 246. MG. Dipl. Merow. p. 207 (v. supra n. VIIII, infra n. XII, XVI et XVIII).* 3) *d. d. 659 vel 660 April. 28; Actus c. 13 ed. Mab. III, 181; edd. Busson et Ledru p. 182.* 4) *Dagoberti III. diploma spurium d. d. ca. 713; Actus c. 13 ed. Mab. III, 183; edd. Busson et Ledru p. 184 MG. Dipl. Merow. p. 200.* 5) *Non exstat, sed laudatur in Theoderici IV. diplomate spurio d. d. 722 vel 723 Mart. 2; Actus c. 13 ed. Mab. III, 184; edd. Busson et Ledru p. 186. MG. Dipl. Merow. p. 201 (v. supra n. VIIII et infra n. XVIIII).* 6) *Non exstat, sed laudatur in Childerici III. diplomate spurio d. d. 743; Actus c. 16 ed. Mab. III, 230; edd. Busson et Ledru p. 246. MG. Dipl. Mevow. p. 207 (v. supra n. VIIII. XIII, infra n. XVIII).* 7) *Childerici III. (non Chilperici) diploma spurium d. d. 749 Mart. 15; Actus c. 16 ed. Mab. III, 234 (cf. p. 232); edd. Busson et Ledru p. 250 (cf. p. 248). MG. Dipl. Merow. p. 208.* 8) *Childerici III. (non Chilperici) diploma spurium d. d. 743; Actus c. 16 ed. Mab. III, 230; edd. Busson et Ledru p. 246. MG. Dipl. Merow. p. 207 (v. supra n. VIIII, XII et XVI).* 9) *Theuderici IV. diploma spurium d. d. 722 vel 723 Mart. 2; Actus c. 13 ed. Mab. III, 184; ed. Busson et Ledru p. 186. MG. Dipl. Merow. p. 201 (v. supra n. VIIII et XV).* 10) *Dagoberti III. diploma spurium d. d. 713 Mart. 2; Actus c. 15 ed. Mab. III, 216; edd. Busson et Ledru p. 228. MG. Dipl. Merow. p. 198.*

XXI. Monimentum[1] de vita sancti Innocentis episcopi.

XXII. Exemplar[2] de vita et actibus sancti Turibii episcopi.

XXIII. Preceptum[3], quod fecit domnus Karolus Franconi episcopo, quando ei monasterium Anisole per iudicium et plenam auctoritatem reddidit et suae sedis ecclesiae confirmavit, sicut in eo continetur insertum.

XXIIII. Preceptum[4], quod fecit domnus Hludovicus imperator Franconi episcopo de mancipiis sanctae Mariae et sancti Karilephi, in quo continetur monasterium Anisolae subiectum esse debere Cenomannice matri ecclesiae.

XXV. Preceptum[5], quod fecit domnus Karolus Franconi episcopo, quando ei concessit, ut hostes et itinera nulla faceret, sed Adalghisus suus propinquus omnia regalia servitia pro eo faceret et per licentiam Franconis aliquam partem abbatiae sancti Karilephi teneret et post obitum Adalghisi ad ius et regimen Cenomannice matris ecclesiae absque ulla contradictione reverteretur, sicut in eo continetur insertum[6].

Huic iudicio et redditioni interfuere subter inserti viri: (1) Iudith imperatrix, (2) Karolus gloriosissimus rex; (3) Drogo archiepiscopus[7] atque archicapellanus, (4) Autcarius archiepiscopus[8], (5) Hadalboldus[9] archiepiscopus, (6) Amalwinus[10] archiepiscopus, (7) Aiulphus[11] archiepiscopus; (8) Rataldus[12] episcopus, (9) Ecardus[13] episcopus, (10) Erardus[14] episcopus, (11) Ebruinus[15] episcopus, (12) Wiliricus[16] episcopus, (13) Albericus[17] episcopus, (14) Ghefridus[18] episcopus, (15) item Albericus[19] episcopus, (16) Symeon[20] episcopus, (17) Ercanradus[21] episcopus, (18) Ionas episcopus[22], (19) Wiladus[23] episcopus, (20) Ansigaudus[24] episcopus; (21) Adalardus comes, (22) Radulfus comes, (23) Bonefacius comes, (24) Adalbertus[25] comes, (25) Warinus[26] comes, (26) Herbertus comes, (27) Audulfus[27] comes, (28) Stephanus comes, (29) Rainaldus[28]

1 Monimentum] Commentum *c 1.* 2 Exemplar] Excerptum *c 1.* Tulibii episcopi *c 1, qui his verbis sistit.* 13 reverteret *c.*

1) *Cf. Actus c. 8 ed. Mab. III, 74; edd. Busson et Ledru p. 53.* 2) *Cf. Actus c. 2 ed. Mab. III, 63; ed. Busson et Ledru p. 40.* 3) *Karoli M. diploma spurium d. d. 802 Mart. 17 (Actus c. 22 ed. Mab. III, 267; edd. Busson et Ledru p. 287. MG. Dipl. Karol. I, 381 n. 263; Mühlbacher² n. 383), cuius iam supra p. 837 ann. 3 mentio facta est.* 4) *Non exstat; vide autem Hludowici diploma genuinum d. d. 814 Aug. 20; Actus c. 22 ed. Mab. III, 269; edd. Busson et Ledru p. 290 (Mühlbacher² n. 530).* 5) *Nihil de hoc praecepto constat.* 6) *Cf. Hludowici diploma dubium Aldrico conessum d. d. 840 Mart. 15 (Gesta Aldrici c. 72 ed. laud. p. 195; Mühlbacher² n. 1002); v. supra p. 838 l. 26 sqq.* 7) *Mettensis.* 8) *Moguntinus.* 9) *Coloniensis.* 10) *Vesontiensis.* 11) *Bituricensis.* 12) *Veronensis.* 13) *Noviomacensis.* 14) *Tungrensis (Leodiensis).* 15) *Pictaviensis.* 16) *Bremensis.* 17) *Lingonensis.* 18) *Monasteriensis.* 19) *Sedis ignotae.* 20) *Laudunensis.* 21) *Parisiensis.* 22) *Aurelianensis.* 23) *Constantiensis.* 24) *Sedis ignotae. — Ex episcopis hic enumeratis Drogo (n. 3), Autcarius (n. 4), Aiulphus (n. 7), Ecardus (n. 9), Erardus (n. 10), Ebruinus (n. 11), Ercanradus (n. 17), Ionas (n. 18) occurrunt etiam in iudicio spurio concilii Carisiacensis (infra p. 850) sub nn. 1. 2. 6. 14. 12. 15. 22. 17. Quorum ex numero Drogo et Autcarius archiepiscopi (supra nn. 3. 4) ac praeterea Rataldus Veronensis (n. 8) et Ghefridus Monasteriensis (n. 14) aderant conventui generali ad Noviomagum ('Nimwegen') anno 838. mense Iunio habito, ut patet ex notitia quadam d. d. 838 Iun. 14 (Falke, Traditiones Corbeienses 379; cf. Mühlbacher² n. 977a).* 25) *Mettensis; cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, 306 s. v.* 26) *Matisconensis; cf. ibid. II, 321 s. v.* 27) *In marca Bohemica; cf. ibid. II, 307 s. v.* 28) *Arbatilicensis (Herbauges); cf. ibid. II, 142 sq.*

comes, (30) Gislebertus comes, (31) Landricus[1] comes, (32) Gerardus[2] comes, (33) Abbo comes, (34) Teoto comes, (35) Poppo[3] comes, (36) Eminus comes, (37) Anfredus comes, (38) Adalgarius[4] comes, (39) Gebuinus[5] comes, (40) Tetghildus comes, (41) Troandus comes, (42) Ardoinus comes, (43) Rumaldus comes, (44) Herloinus comes, (45) Hungarius comes, (46) Teodoricus comes; (47) Ricboto[6] abbas, (48) Hludovicus abbas, (49) Stolido abbas, (50) Hilduinus[7] abbas, (51) Burchardus abbas, (52) Lantramnus abbas, (53) Godolricus abbas, (54) Daniel abbas, (55) Georgius[8] abbas, (56) Elmeradus abbas, (57) Waringarius abbas, (58) Aldricus abbas, (59) Eribertus abbas, (60) Tethaldus[9] abbas, (61) Marcoardus[10] abbas, (62) Hunbertus abbas, (63) Eginardus[11] abbas; (64) Fulco[12] vassus dominicus et comes palatii, (65) Ragenarius[13] vassus dominicus et comes palatii, (66) Teutfridus vassus dominicus, (67) Adalelmus vassus dominicus, (68) Hericus vassus dominicus, (69) Enghiscardus vassus dominicus, (70) Diso vassus dominicus, (71) Franco vassus dominicus, (72) Teoto vassus dominicus, (73) Folcradus vassus dominicus, (74) Bernuinus vassus dominicus, (75) Evrardus vassus dominicus, (76) Salaman vassus dominicus, (77) Egibertus vassus dominicus, (78) Winitmarus vassus dominicus, (79) Witbaldus vassus dominicus, (80) Radulfus vassus dominicus, (81) Gunzo[14] vassus dominicus, (82) Odorricus vassus dominicus, (83) Cadilo vassus dominicus, (84) Letricus vassus dominicus, (85) Nantharius vassus dominicus, (86) Robertus vassus dominicus, (87) Isaac vassus dominicus, (88) Hugo vassus dominicus, (89) Dagobertus vassus dominicus, (90) Ebruinus vassus dominicus et reliqui innumerabiles, quorum nomina propter prolixitatem hic non inseruimus[15].

B. IUDICIUM CONCILII CARISIACENSIS SPURIUM DE MONASTERIO ANISOLENSI[16].

838. Sept. 6.

Cum in nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi domnus Hludovicus imperator anno incarnationis dominicae DCCCXXXVIII. ad universorum causas audiendas vel recta iudicia terminanda in Carisiaco palatio publice resedisset et conventum generalem tocius populi una cum Pipino et Karolo filiis suis, gloriosis vide-

Lemma: Noticia de monasterio sancti Karilephi in generali sinodo in Carisiaco palatio regio facta ab Aldrico episcopo per iudicium episcoporum accepta, sicut in ea continetur insertum.

1) *Sanctonicus (Saintonge); cf. ibid. II, 222.* 2) *Parisiensis vel Claramontanus; cf. ibid. II, 173. 222.* 3) *In pago 'Grabfeld'; cf. ibid. II, 177. 199. 214.* 4) *Cf. ibid. II, 306 s. v.* 5) *Comes palatii?; cf. ibid. II, 176. 244.* 6) *Centulensis (St. Riquier).* 7) *S. Dyonisii.* 8) *S. Salvatoris Valentianensis; cf. Simson, l. l. I, 266 sq.* 9) *An Tetta Herfordiensis?; cf. ibid. II, 280.* 10) *Prumiensis; cf. ibid. II, 315 s. v.* 11) *Seligenstadensis; cf. F. Kurze, 'Einhard' (Berol. 1899), p. 87 sq.* 12) *Cf. Simson, l. l. II, 243. sed v. eiusdem 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 127 ann. 4 de hoc et n. 65.* 13) *Cf. Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, 318 s. v. Reginher.* 14) *An senescalcus?; cf. ibid. I, 261. II, 241.* 15) *Cf. Simson, 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 58 sqq. et supra p. 836 ann. 2.* 16) *Gesta domni Aldrici edd. Charles et Froger p. 150—155 (= c. 50 apud Baluze, Miscellanea III, 132—137). — Reg.: R. Hübner, 'Gerichtsurkunden der fränkischen Zeit' I (1891), p. 52 n. 293. 'Neues Archiv' XXIV, 495; cf. praeterea Mühlbacher[2] n. 980.*

licet regibus, et synodum episcoporum et reliquorum sacerdotum ibidem generaliter ad ecclesiastica sive mundana negocia tractanda necnon et ad utilitatem sanctae Dei ecclesiae fulciendam coadunatum haberet ibique venientes monachi de monasterio Anisolae, in quo sanctus Karilephus corpore requiescit, ante praedictum domnum Hludovicum imperatorem amplius quam viginti una cum Sigemundo, qui dudum eorum abbas fuerat, qui se reclamaverunt iniuste de eorum monasterio eiectos esse[1], quorum causam domnus imperator in generali conventu ibidem habito diligenter discutere et enucleatim[2] inquirere praecepit. Cum autem in conspectu episcoporum et abbatum ac reliquorum sacerdotum se pro predicta causa advenientes reclamarent, interrogatum est Aldrico eorum et Cenomannice parrochie episcopo et eiusdem monasterii abbati, si eos eiecisset ex eorum monasterio aut a quo eiecti taliter vagantes discurrerent relicto loco, in quo seculo renunciaverunt, in quo etiam ecclesiasticis vel secularibus negociis diebus vite eorum permanere deberent. Qui respondens ait: 'Nec ego eos eieci nec scivi eos eiectos esse'. Tunc adlata est coram rege et optimatibus eius traditio sancti Karilephi, quam fecit sancto Innocenti episcopo per licentiam et consensum Childeberti regis et aliae multae auctoritates[3], quas enumerare longum est, de quibus saepedictus pontifex coram omnibus in eodem concilio consistentibus habuit suos testes tam sacerdotes quam et veridicos laicos nobiles et bonos et legitimos sufficienter, qui eadem strumenta cartarum approbaverunt et ea infra legitimos annos canonice et legibus[4] vestita viderunt et pleniter atque legibus testificabantur plus per iusticiam et legem canonicam et mundanam praedictum Anisolae monasterium cum omnibus ad se pertinentibus ad ius Cenomannice matris ecclesie pertinere quam aliubi aut fiscus dominicus aut proprium domni imperatoris aut alicuius hominis esse debere. Sed nullus inventus est, qui contra hec aliquid dicere aut approbare voluisset. Tunc praefatus domnus Drogo archiepiscopus[5] et senior capellanus et ceteri, qui preterito tempore Aquisgrani palatio fuerunt, quando hec ratio ventilata est et ad liquidum perscrutata canoniceque et legibus definita[6], respondentes dixerunt: 'Non est necesse hec modo iterum per omnia

1) *Cf. Hludowici mandata genuinum et spurium s. d. (Gesta Aldrici cc. 48 et 49) ed. laud. p. 148 sq. 149 sq.; Mühlbacher² n. 975. 976). In mandato genuino verba fiunt de monachis, qui* ex monasterio sancti Karilephi in egressu praesumptivo idem monasterium expoliassent ornamentis ecclesiasticis tam in thesauro quamque in vasis seu vestimentis necnon et libris. *Admonentur Ionas episcopus Aurelianensis et Henricus abbas monasterii ignoti,* ut vos omni diligentia illud inquiratis et cum omni integritate res ecclesiasticas eidem ecclesie restituere faciatis. *In mandato spurio item agitur de monachis illis de proprio monasterio egressis, qui* hoc non ob aliud fecerunt, nisi quod abbas eorum *(Sigimundus)* nobis inobediens apparuit et nos eidem abbati idem monasterium tulimus et illud Aldrico episcopo ecclesieque sibi commisse legaliter, sicut a suis praedecessoribus possessum et constructum fuit, reddidimus, sicut lator eius epistolae tibi *(scil. Ionae Aurelianensi episcopo)* dicere poterit, quia prolixum est nobis in hac epistola omnia inserere *(v. supra p. 847 ann. 15),* qualiter actum et definitum rationabiliter fuit, et quia in nullo sentimus contrarium esse auctoritati canonum monachos subiectos episcopis fieri debere *(v. infra p. 849 l. 22 sqq.).* Quapropter volumus, ut missus noster sis una cum Henrico abbate et eosdem monachos plena auctoritate canonum et regulari atque nostra ad proprium monasterium redire compellatis. Si vero quispiam eorum vos non obaudierit, volumus, ut compellatis eum venire ad nostram praesentiam in proximo placito, quod habituri sumus Domino annuente Carisiacum. 2) *Cf. Simson, 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 68 sq.* 3) *V. supra p. 844 l. 3 sqq.* 4) *Haec verba occurrunt tribus vicibus in hoc iudicio, scil. hoc loco, infra p. 849 l. 1 et 36, praeterea autem in lemmate relationis Aldrici; supra p. 836 l. 37.* 5) *Mettensis.* 6) *V. supra p. 838 sqq.*

removere neque singula retractare, quia scimus te canonice et legibus memoratum monasterium habere conquisitum et evindicatum. Sed de istis monachis, qui modo se reclamant eiectos esse de eorum monasterio, quod domnus imperator nobis inquirere precepit modo agendum est'. Sed postquam perscrutatum est prescriptos monachos nullius eiectione nec aliqua indigentia nec culpa aut facto praedicti Aldrici episcopi exisse ab eorum monasterio, sed eorum libitu et contumatia hoc eos perpetrasse et ut iam dictum monasterium predicto episcopo auferrent et a iure sue sedis ecclesiae quoquo modo potuissent subtraherent vel alienarent sibique evindicarent, tunc eis preceptum est, ut reverterentur ad eorum monasterium, quo renuntiaverunt, ibique ieiuniis et orationibus insisterent et Domino regulariter militarent. Illi vero econtra stomachando responderunt atque illuc reverti nolle dixerunt. Tunc videntes eos omnes episcopi et reliqui sacerdotes tante stulticie esse et taliter domno imperatori et omni sancte synodo atque eorum proprio episcopo inobedientes existere eorumque iussionibus et piis ac iustis consiliis resistere, praeceperunt afferre regulam sancti Benedicti et in conspectu omnium sententias eius legere, quibus in omnibus repugnabant, et ad ultimum de humilitatis gradibus [1] sententiam legere iusserunt, de quibus eis nullum tenere visum est, sed magis propriis voluntatibus inservire et eorum libitui insistere quam regule. Tunc considerantes dixerunt, quoniam ea, que leni et blando medicamine sanari non possunt, ferro abscindi necesse est, et praeceperunt afferre canones, e quibus in praesentia omnium in plenaria synodo relecta est sententia concilii Calcidonensis de clericis, qui praesunt ptochiis vel monasteriis, capitulum VIII. continens hec: Clerici [2], qui praeficiuntur in ptochiis vel qui ordinantur in monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones potestate permaneant neque per contumatiam ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere huiusmodi formam quocumque modo nec proprio subiciuntur episcopo, si quidem clerici sunt, canonum correptionibus subiacebunt, si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur. Perlecta autem hac sententia iterum interrogati sunt, si adhuc essent ita inobedientes sicut prius. Illi vero in eadem pertinatia permanentes tunc iudicio omnium episcoporum et universalis sancti concilii secundum hanc sententiam ab omnibus episcopis et reliquis sacerdotibus exclusi sunt ab omni sacerdotali catalogo et communione et extorres, si inrevocabiles persisterent, a catholica ecclesia facti sunt. Tunc ergo ab omnibus episcopis et reliquis Dei servis sive a generali conventu iudicatum est, ut reciperet praefatus Aldricus episcopus suos monachos et faceret ex eis quicquid ei libitum fuerit; et aliqui ei per manus a sancto concilio redditi sunt. Et iudicatum est ei ab universa sancta synodo, quod legibus evindicatam habebat suam causam et prefatum monasterium cum omnibus ad se pertinentibus canonice et legibus conquisitum et ecclesiae sibi commissae futuris temporibus suisque successoribus lucratum et quicquid inde ecclesiastico ordine facere et disponere Domino annuente decreverit liberam in omnibus habeat potestatem faciendi [3]. Idcirco necesse fuit, ut praefatus episcopus et ministri sue sedis ecclesie hoc evindicatum vel hanc noticiam consilio et iudicio omnium ad praedictam synodum convenien-

9 reverterent *c.* 17 libitu *c.* 20 plenari *c.* 28 universali *c.* 30 cartalogo *c.* exterres *c.* 35 evindicatum *c.*

1) *Cf. regula Bened. c. 7; ed. Woelfflin p. 17.* 2) *Concil. Chalced. c. 8; Mansi VII, 375.* 3) *Ex iudicio synodi Vermeriensis d. d. 863 Oct. 29 (Havet, 'Questions Mérovingiennes' IV, 96 = 'Bibliothèque de l'école des chartes' XLVIII, 246) apparet Adalardum comitem, Hludowici imperatoris* secretorum conscium et administrum, *testatum esse* ipsum monasterium . . . Haldrico non restitutionis, sed beneficii iure largitum.

tium episcoporum et reliquorum sacerdotum acciperent, ut, si post hunc diem, quod fieri minime credimus, de hac causa aliqua causatio vel repeticio vel quedam calumpnia instigantibus malivolis hominibus orta fuerit, coram omnibus haec noticia vel evindicatio declarata appareat, ut quod repetit evindicare non valeat, sed praesens conscriptio omni tempore vel noticia firma et stabilis permaneat.

His praesentibus actum fuit: (1) Drogo archiepiscopus[1] et senior capellanus subscripsit. (2) Autcarius[2] archiepiscopus subscripsit. (3) Agobardus[3] archiepiscopus subscripsit. (4) Bernardus[4] archiepiscopus subscripsit. (5) Bernegarius[5] Narbonensis archiepiscopus subscripsit. (6) Agiulfus[6] Biturice urbis archiepiscopus subscripsit. (7) Notho Arelatensis archiepiscopus subscripsit. (8) Abtadus Genevensis episcopus subscripsit. (9) Harinbertus Baiocensis episcopus subscripsit. (10) Frethulfus Luxoviensis episcopus subscripsit. (11) Teodoricus Cameracensis episcopus subscripsit. (12) Erardus[7] Tungrensis urbis episcopus subscripsit. (13) Ragenarius Ambianensis episcopus subscripsit. (14) Ecchardus[8] Noviomacensis episcopus subscripsit. (15) Ebroinus[9] Pictavensis episcopus subscripsit. (16) Gundacher Limoticinensis episcopus subscripsit. (17) Ionas[10] Aurelianensis urbis episcopus subscripsit. (18) Moduinus Ostudunensis[11] episcopus subscripsit. (19) Heribaldus Altisiodorensis episcopus subscripsit. (20) Adalbertus Tricacensis episcopus subscripsit. (21) Dodo Andegavensis episcopus subscripsit. (22) Herchenradus[12] Parisiacae urbis episcopus subscripsit. (23) Humbertus[13] humilis episcopus subscripsit. (24) Fulcarius[14] humilis episcopus subscripsit. (25) Godofredus Senlitensis episcopus subscripsit. (26) Fawo Cavilonensis episcopus subscripsit. (27) Hildi Virdunensis episcopus subscripsit. (28) Lupus Cadolonensis episcopus subscripsit. (29) Stephanus[13] humilis episcopus subscripsit.

Walafridus diaconus rogatus recognovi et subscripsi.

Data VIII. Idus Septembris anno Christo propitio imperii domni Hludovici piissimi Augusti XXV., indictione I.; actum Aquisgrani[15] palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

11 Baicensis *c*.

1) *Mettensis; in memoriali Aldrici (supra p. 846) legitur sub n. 3.* 2) *Moguntinus; in A (= memoriale Aldrici) sub n. 4.* 3) *Lugdunensis; cf. autem de hoc, de Viennensi et Narbonensi Simson, 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 121 sq.* 4) *Viennensis.* 5) *Legendum erit cum Baluze (l. l. III, 136 in marg.) et Simson (l. l. p. 122) Bartholomaeus; v. etiam Simson, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen' II, 137 ann. 7, p. 138 ann. 3.* 6) *In A sub n. 7.* 7) *In A sub n. 10.* 8) *In A sub n. 9.* 9) *In A sub n. 11.* 10) *In A sub n. 18.* 11) *Id est Augustodunensis.* 12) *In A sub n. 17.* 13) *Sedis ignotae.* 14) *Biturrensis (Béziers) aut Cadurcensis (Cahors).* 15) *Supra p. 847 l. 28 verba fiunt de Carisiaco, hoc loco de Aquisgrano. Hludowicus imperator in Carisiacensi palatio a. 838. inde a mensibus Augusti et Septembris moratus est (cf. Mühlbacher[2] n. 978a — 982a); die 7. mensis Septembris 838 ibi duo diplomata concessisse dicitur, unum dubium, quo petente Aldrico monasterio Anisolae, quod* suum *(id est Aldrici) appellatur, immunitatem confirmat (Gesta Aldrici c. 41 ed. laud. p. 117; Mühlbacher[2] n. 981), alterum mere spurium, quo Aldrico et ecclesiae Cenomannensi monasterium Anisolae restituitur,* ut quicquid more ecclesiastico de eo disponere voluerint liberam habeant potestatem neque ullo deinceps tempore a iure praescriptae sedis eiusque rectorum qualibet occasione aut violentia segregetur, sed semper in illius rectorumque eius potestate et dispositione et voluntate ad divinum cultum propensius exequendum cum omnibus ad se pertinentibus integerrime sincerissimeque perpetuo

C. DE RESPONSIONE HLUDOWICI IMPERATORIS[1].

Quando Aquisgrani palatio anno imperii domni Hludovici piissimi Augusti XXV. coram eo et principibus suis tam ecclesiasticis quam et secularibus in generali conventu querela de monasterio Anisole et rebus suis inter Aldricum Cenomannice urbis episcopum et Sigemundum eiusdem monasterii abbatem agebatur et diligentius scrutabatur atque iam dictus pontifex inter reliqua strumenta cartarum et precepta regalia unum praeceptum, quod domnus Karolus facere iussit, sua videlicet propria manu roboratum et anulo suo subter sigillatum, per quod ipse iam dictum monasterium Franconi episcopo ecclesieque sibi commisse reddidit[2], et monachi praedicti Sigemundi quoddam praeceptum de electione eorum, ut de semetipsis haberent licentiam eligendi abbatem, quod dicebant iussu domni Hludovici piissimi imperatoris esse conscriptum[3]. Ad quod respondit domnus imperator: 'Si ego hoc praeceptum fieri iussi, nesciebam, quod praedictum monasterium de episcopio Cenomannico esset, et ignorabam, quod pater meus illud ibi per suum praeceptum redderet. Sed quia vos et pares vestri hec mihi celastis et per fraudem et malum ingenium facere suasistis, idcirco ipsum praeceptum, quod mihi praecipere fieri dicitis, vestro mendacio infirmatur, quia causa, ubi fraus intercedit, non valet, sed magis reproba efficitur. Et ideo vestrum praeceptum stare non poterit, quia vestro mendacio et vestra fraude perit et funditus destruitur, sive si nos unam vobis tantum electionem concessimus, ipsam cito finitam esse cognoscimus, quia Sigemundus, quem vobis abbatem elegistis, memoratum monasterium sua culpa perdidit, quia nobis inoboediens et infidelis extitit'. Haec taliter praedictus domnus imperator agens interrogavit cunctos circumstantes, quid super hac re eis rectius videbatur. Qui respondentes dixerunt tam episcopi quam abbates sive comites et reliqui omnes: 'Haec posteriora praecepta, quae isti monachi afferunt, non possunt destruere anteriora, quae Aldricus episcopus et aecclesia sibi commissa habet; sed anterioribus cedendum est et posteriora, quae fraude et malo ingenio impetrata fuerunt, infirmantur et stare non possunt, quia actio, qua in quibuscumque negotiis fraus intercesserit, non valebit. Et ut ratione et lege firmentur ea, quae testamur, aliqua ex autenticis nostris vobis testimonia indicantes proferimus. Constitutum est a sanctis

Lemma: De responsione Hludovici imperatoris et iudicio optimatum suorum contra precepta, que monachi de monasterio Anisolae attulerunt coram eo, quando contra Aldricum episcopum de praedicto monasterio in rationes venerunt.

11 conscriptum] proferebant *vel simile quid deesse videtur.* 18 vestra] nostra *c.* 29 iudicantes *c.*

consistat *(Gesta Aldrici c. 39 ed. laud. p. 112; Mühlbacher² n. 982). Apparet diem horum diplomatum et iudicii Carisiacensis spurii coniungi non posse cum illo, quem exhibet relatio Aldrici (v. supra p. 839 l. 38, p. 842 l. 38 sqq.), neque cum eo, quem praebent versus quidam inter carmina Cenomannensia (MG. Poetae aevi Carolini II, 634 sq.), ubi legitur Aldricum in monasterio Anisolae dicasse aram anno 838. die 11. mensis Maii* (Undenos Maios propria vertigine mensis Perficiens celeres mundo abeunte dies Praedictus praesul tunc aram iure dicavit Ecclesiae, recubat qua Karilephus ovans), *eodem igitur die, cui Gesta Aldrici (c. 43 ed. laud. p. 122) dedicationem altaris adscribunt.*

1) *Gesta domni Aldrici edd. Charles et Froger p. 155—158 (= c. 51 apud Baluze, Miscellanea III, 137—139).* 2) *Cf. Karoli M. diploma spurium d. d. 802 Mart. 17; MG. Diplom. Karol. I, p. 381 n. 263 (Mühlb.² n. 383); v. supra p. 846 ann. 3.* 3) *Cf. privilegium Hludowici genuinum d. d. 825 Mai 31; Froger, 'Cartulaire de St. Calais' 23 (Mühlbacher² n. 795).*

patribus et bonis imperatoribus et lege decretum[1]: Quicquid[2] falsa peticio a principe obtinuerit, quia fraus intervenit, non valebit.

Item alibi: Quaecumque[3] contra ius conscripta fuerint non valebunt, quocumque modo fuerint impetrata.

Item alibi: Qui[4] falso principum praecepta detulerint puniantur.

Item alibi: Dolus[5] malus est, cum aliter agitur, aliud simulatur.

Item alibi: Qui[6] dolum et metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque et de vi et de doli actione tenebitur.

Item alibi: Dolus[7] malus est, si per falsitatem voluerit quis prius definita convellere.

Item alibi: Redintegrandum[8] est a praesentibus iudicibus et in eius, unde abscessit, potestate revocandum quod quacumque conditione temporis aut dolo aut captivitate aut virtute maiorum timore faciente deperierit.

Item alibi: Quicquid[9] vera seu falsa peticio a principe obtinuerit, quia fraus intercessit non valebit.

Magna fraus fuit, quando predicti monachi memoratum monasterium de iure Cenomannicae sedis aecclesiae esse sciebant, quia non sunt adhuc XXX anni, quod a pontificibus memoratae sedis possessum est; et haec celantes vobisque mencientes praecepta sibi sine consensu praedictae sedis pontificis, cui iuste debetur, facere suade-

1 decretum] ut *add. C.* 7 vi *deest c.* 12 timore] *ita c, num* timorem *legendum est?* 17 vobisque] *id est Hludowico imperatori.*

1) *De excerptis ex lege Romana Visigothorum cf. Simson, 'Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen' p. 82 sq., praeterea M. Conrat, 'Geschichte der Quellen und Literatur des römischen Rechts' I, p. 311 ann. 4 et A. v. Wretschko apud Mommsen et Meyer, Theodosiani libri XVI (Berolini 1905), vol. I, p. CCCXXII, qui non dubitat, quin epitome ignota in responsione scribenda usui fuerit, id quod iam M. Conrat (l. l.) coniecit.* 2) *Cod. Theodos. I, 2, 4 interpr. ed. Haenel, l. l. p. 18 (= I, 2, 6 interpr. apud Mommsen, l. l. I, p. 31):* Quidquid non vera, sed falsa petitio a principe obtinuerit, quia fraus intervenit, non valebit *(= Epitome monachi ed. Haenel, l. l. p. 19). Epitome Aegidii (ib. p. 18):* Quicquid petitio falsa a principe obtinerit, quia fraus intervenit, non valebit. *Scintilla (Epitome Parisiensis vel epit. suppl. lat. 215; ib. p. 19):* Quicquid petitio falsa a principe obtinuerit, quia fraus interfuit, non valebit. 3) *Cod. Theodos. I, 2, 1 ed. Haenel, l. l. p. 16 (= I, 2, 2 apud Mommsen, l. l. I, p. 30):* Contra ius rescribta non valeant, quocumque modo fuerint inpetrata; *Interpr. (l. l.):* Quaecumque contra leges fuerint a principibus obtenta non valeant. 4) *L. Rom. Vis. Paul. sent. I, 12, 1, Epitome Aegidii (Haenel, l. l. p. 348):* Qui falsa principum rescripta detulerint ut falsarii puniuntur. 5) *Lex Rom. Vis. Paul. sent. I, 8, 1 (ib. p. 346):* Dolus malus est, quum aliud agitur, aliud simulatur. 6) *Lex Rom. Vis. Paul. sent. I, 8, 2 (Haenel p. 346):* Si qui dolum aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi et dolo actione tenebitur; *Epitome monachi (ib. p. 347):* Qui dolum vel metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi et de dolo actione tenebitur. 7) *L. Rom. Vis. Cod. Theod. II, 15, 1, Scintilla (Epit. Parisiensis vel epit. suppl. lat. 215):* Dolus malus est si per falsitatem chartarum voluerit quis prius definita convellere *(ib. p. 53).* 8) *L. Rom. Vis. Paul. sent. I, 7, 2, Epitome Aegidii:* Redintegrandum est a praesentibus iudicibus et in eius, unde abscessit, potestate revocandum quod quacunque conditione temporis aut dolo aut captivitate aut fraude aut virtute maiorum aut per quamcunque iniustam necessitatem substantiam suam aut statum ingenuitatis perdidisse noscuntur *(ib. p. 344). Haenel, l. l. p. 344 ann. c, verba supra in textu laudata ex parte deperdita Scintillae (Epitomes Parisiensis vel epit. suppl. lat. 215; v. etiam ib. p. 273 ann. b) fluxisse putat, aliter M. Conrat, 'Geschichte der Quellen und Litteratur des römischen Rechts' I, 311 ann. 4.* 9) *V. supra ann. 2.*

bant. Et hoc iustum esset, ut, si aliquis laicorum hoc fecisset, magnum detrimentum sustineret[1]; sed et pro certo iudicaretur illi, ut capitali sentencia puniretur. Sed quia non laici, sed iam dicti monachi hoc fecerunt, dignum est, ut ita coherceantur nec alii monachi deinceps talia agere praesumant'.

Propterea nonnulli praefati monasterii monachi cum Sigimundo praedicto eorum abbate exilio dampnati sunt. Et sic confirmatum est sepedictum monasterium Aldrico episcopo et eius episcopio, sicut in eius noticiis et praeceptis et aliis monimentis cartarum continetur insertum[2].

1 fecisset] ut *add. c.*

1) *Cf. Karoli Magni capitula 803—813 c. 2:* Si inventus fuerit quis cartam falsam fecisse aut falsum testimonium dixisse, manum perdat aut redimat *(MG. Capitularia I, 143; Mühlbacher² n. 455).* 2) *V. supra p. 836 l. 16, p. 847 l. 22, p. 848 l. 39.*

10. CONCILIUM FLORIACENSE SPURIUM.

839. Maii 12(?).

V. cl. M. Tangl invenit nuper in bibliotheca Parisiensi, insertam in collectione q. d. Brequigny vol. 46 saec. XVIII. (= P) fol. 31'—38, seriem quandam documentorum, quae mirum in modum inter se coniunguntur. Primum locum obtinet exemplar documenti q. d. Vidimus anno 1444. die quodam mensis Augusti conscripti[1]. *In hoc legitur alterum q. d. Vidimus d. d. 1414 Octobr. 24* (anno Domini millesimo quadringentesimo decimo quarto, die Mercurii post festum beati Lucae evangelistae, vicesima quarta mensis Octobris; *fol. 31'), quo circumcluditur tertium q. d. Vidimus d. d. 1335 Septembr. 12* (Datum et actum die Martis praedicta post festum nativitatis beate Marie virginis anno Domini 1335.; *fol. 37'). In hoc tertio documento denique inest privilegium quoddam Radulfi archiepiscopi Viennensis aliorumque episcoporum, anno 839. monasterio Masciacensi (hodie 'Massay') in concilio Floriacensi (hodie 'St.-Benoît-sur-Loire' prope 'Fleury') concessum (= A). In A autem servatur diploma Stephani papae, quo Hludowicus Pius imperator monetur, ut libertates ab eodem ipso Romano pontifice monachis illius monasterii indultas tueatur ratasque habeat (= B).*

Mittimus quaerere, utrum tria illa documenta annorum 1444., 1414. et 1335. genuina an illorum unum vel duo spuria sint; hoc loco de A et B tantum agendum est. Utrumque spurium esse non est cur fusius disseramus, postquam iam in annalibus nostris ('Neues Archiv' XXX, 389 sqq.) de eorum indole egimus. Paucis repetimus argumenta. In A displicent significatio anni, cycli decemnovennalis, feriae, deinde nomina episcoporum, inter quos Arduinus Vellavensis ('Le Puy en Vellay') inde ab anno 860.

1) *Significationes diei inter se discrepant:* le vendredy 25. jour d'aoust l'an 1444, *ut legitur P fol. 38, erroribus madet. Anno 1444 dies 25. mensis Augusti erat feria tertia, dies 28. feria sexta vel dies Veneris. — Quae nova afferimus post dissertatiunculam nostram mox laudandam, ea operae v. d. M. Krammer debemus.*

usque ad annum 866. sedem suam obtinebat, reliqui omnes ecclesias regebant inter annos 823. et 867, rectius (v. quae ad Amalricum Turonensem annotabimus) inter annos 849. et 855.; apparet eorum conventui interesse non potuisse Hludowicum imperatorem (814 — 840), cuius aequalis primus episcoporum Radulfus Bituricensis (845 — 866) non fuit. Aeque displicet documenti A prima pars. Radulfi titulus (prime sedis Aquitanie Bituricensium archiepiscopus) *contrarium est usui saeculi noni; Hludowicus* rex *dicitur ac* dux nostre patrie; *fabulosa narrantur de historia monasterii Masciacensis, de Karolo Magno, de Turcis denique, qui a scriptoribus saeculorum octavi ac noni potius Sarraceni appellantur. Mittamus argumenta e genere verborum desumpta, ex. gr. illa verba* nobilitatio et libertas *monasterii,* auctoritatem auctoritati conferre; *A sine dubio opus falsarii cuiusdam est, qui B quoque temere confecit. Nam, ut paucis absolvam, quem Stephanum papam statues? Utrum quartum (816 — 817), cuius anni non quadrant neque in annos Radulfi nec ceterorum episcoporum, an quintum (885 — 891), qui nullius aut Hludowici Pii aut cuiuspiam episcopi fuit aequalis? Abhorret titulus papae* (non suis meritis Romanae eclesie praesul) *a consuetudine, quae etiam violatur, cum Hludowicus et* imperator Galliarum *et* rex *appelletur. Singulae denique concessiones alienae sunt a statu alicuius monasterii saeculo nono privilegiati, ut potius eas congestas censeas saeculo duodecimo, si modo recte de aetate falsarii iudicavimus (l. l. p. 391).*

Editionem ipsam ita instituimus, ut textui exemplaris Parisiensis leves adspergeremus correcturas, postquam frustra in archivo Bituricensi de traditione vetustiore vel fonte codicis P investigatum est.

Ed.: Werminghoff, 'Neues Archiv' XXX (1905), 397.

Radulfus[1] prime sedis Aquitanie Bituricensium archiepiscopus omnibus Christianis.

Cum ecclesia Dei in unanimitate catholicorum totius mundi una sit, et membra Christi ubique gentium in electis dispersa unum corpus eclesiae efficiunt, eiusdem Christi benignissimi fide collecta, ita ut ecclesia Christo velut capiti, Christus ecclesie miseri-
Act. 17, 28. corditer inereat et principetur velut caput corpori iuxta illud divini Pauli: *In ipso enim vivimus et movemur et sumus,* et ipse est caput totius ecclesie. Vos fideles, qui tanto capite nobiscum gloriamini, eiusdem beneficiis nobis benignissime impertitis
I. Cor. 12, 26. nobis congratulari debetis, cum scriptum sit: *Dum gaudet unum membrum, tum gaudent omnia membra.* Ergo, dilectissimi, gaudeamus in illo capite nostro, qui summe bonus, a quo et per quem et in quo bona, qui bonis votis sue eclesie non desinit nec desinet in perpetuum consulere ipse, cum malis timorem, bonis
Matth. 28, 20. vero conferens consolationem, ascensurus in coelum, dixerit: *Ecce ego vobiscum omnibus diebus usque ad consummationem seculi,* acsi diceret: 'Insistite bonis, reprimite mala, quia, etsi corpore discedo, potestate tamen nusquam desum nec deero, sed ex alto suspectans intente, certus retributor ero'. Haec et alia exhortamina ex dictis et factis domini Iesu nobis sufficere ad correctionem deberent, ut unusquisque nostrum scripturam sub timore Dei legens, christianitatis iura fideliter complens, omnes actus

23 Rodulphus *P.* 25 et] *intellige:* ita etiam. 27 collecta] contra *P, emendationem proposuit v. cl. A. Gercke Gryphiswaldensis.* 28 inereat] *intellige:* inhereat. 29 movemur] inovemur *P.* 31 nobis congratulari] nobiscum gratulari *P.* 35 dixit *P.* vobiscum] *supple:* sum. 36 consommationem *P.* 38 suspectans = suspiciens; *cf. Psalm. 101, 20.* ex *deest P.* 39 correptionem *P.* 40 scripturam] scriptum *P.* legens] regens *P.*

1) *843 — 866. De titulo cf. Gallia christiana II, instr. p. 11. 23 sqq.; v. etiam F. Schneider, 'Neues Archiv' XXXII, 476 sqq.*

suos illius semper examinationi expositos credens, hunc ducem, principem ac regem assiduis orationibus sibi asciscens, hunc exactorem operum et ultorem malorum indubitanter venturum cognoscens, cordis domicilium, ut eius, quam promisit, cohabitatio ibi inoffensa permaneat, odoribus vere caritatis repleat. Sed divina praescientia, duritiam cordis nostri non solum verbis, sed etiam verberibus inflexibilem cognoscens, multum nobis etiam in hac parte consulens, submisit rectores et praepositos sue eclesie, qui fungerentur illius vice, *ad vindictam* scilicet *malefactorum, laudem vero bonorum,* 1. Petr. 2, 14. quorum timore ad bonum cogerentur illi, qui nec amore nec timore Domini a malis detraherentur. Hinc in eclesia esse reges et iudices, iura et leges, adstipulante divino Paulo, cognoscimus, qui ait: *Principes non sunt timori boni operis, sed mali.* Rom. 13, 3.

Ex quibus nostris temporibus velut lucifer inter astra emersit rex Ludovicus, qui, quantum potentia videtur praecellere, tantum suos omni bonitate nititur praeire; nam catholica religione diligentissime imbutus, virtute conspicuus, caritate splendidus, pietati deditus, pacis et veritatis amator, recti executor, gloria eclesiarum, consolatio profligatorum, laus bonorum, pernicies malorum, factis complet illud Salomonis dictorum: *Rex, qui sedet in solio iudicii, intuitu suo dissipat omne malum.* Prov. 20, 8. Hinc ergo, carissimi, hinc nos oportet gaudere, hinc summo regi regum Christo sedulo tripudiare, qui tantum ducem contulit nostre patrie, cuius provida moderatione Christiana plebs fruetur diuturna pace, cuius animus, cum per omne bonum excellat, hoc vero quasi singulare amat, scilicet monasteria construere, constructa visitare, religionem monasticam approbare et privilegiis suae auctoritatis decorare. Multis[1] sane monasteriis hoc affectum sue dilectionis exhibuit, impensius tamen Masciacensi ecclesiae, quae quondam a Carolo Magno in territorio Biturige urbis fundata et a Turcis hanc regionem devastantibus ad solum redacta, postea vero a Egone, clarissimo duce Aquitanorum, optime restaurata et in honore sancti Martini consecrata immensisque praediis ab eo dotata et, ne aliquis mortalium ex suis sibi aliquid usurparet, regie tuitioni ab eodem addicta . . . . . Hanc vero quadam prerogativa caritate excoluit, huic affectum suum adeo indulsit, ut non solum privilegium, ut predecessores eius fecerant, pro nobilitatione et libertate illius eclesiae fieri iuberet, sed etiam illud privilegium apostolice sublimitati per me, qui tum forte Romam pergebam, mitteret, quo et apostolicus affectum principis circa ipsum locum cognosceret et, suam auctoritatem auctoritati regiae conferens, ipsum locum magis ac magis nobilitaret. Accepit igitur a me Stephanus papa mandatum regis et, gratulatus admodum eius bonitati et fidei, rescripsit ei in his verbis:

2 asciscens] assistens *P.* 3 promisit] *scil. Christus.* 4 caritatis] charit- *P semper.* replens *P.* 6 submisit] substituit *fortasse corrigendum est.* propositos *P.* 8 quorum] *scil. rectorum et praepositorum.* 9 divino] domino *P, sed cf. supra p. 854 l. 28.* 10 timoris *P.* 15 complens *P.* 17 carissimi] chariss- *P semper.* opportet *P.* 19 frueretur *P.* per *deest P.* 21 auctoritatis] author- *P semper.* 22 Maciacensis *P.* 23 Turis *P.* 26 addicta . . .] abdicta *P, ita ut fortasse* est *supplendum sit.* 32 Accepto *P.* 33 regis et] regis *P.* 34 hiis *P.*

1) *Cf. annales Masciacenses ad a. 732.:* Karolus *(id est Karolus Martellus, quem cum nepote Karolo Magno confudit falsarius)* contra Sarracenos pugnavit Pictavis; *ad a. 738.:* Initium monasterii Masciacensis, ab Egone comite; *ad a. 814.:* Adventus monachorum in Masciaco *(MG. SS. III, 169). In vita Hludowici Pii enumeratur Masciacense monasterium inter illa ab hoc imperatore* reparata, immo a fundamentis aedificata *(c. 19; ib. II, 616). Privilegium huic concessum ab Hludowico, quoad videmus, non exstat; cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXX, 395 sq.*

Stephanus[1] non suis meritis Romanae eclesie praesul carissimo filio Ludovico imperatori Galliarum sic mortalibus imperare, ut Deum possit servare. Gaudemus[2] in Domino, dilectissime, qui cum sceptro terreni honoris contulit tibi tantum Domini virtutis, ut non solum tu pietati et misericordiae insisteres, verum etiam humili supplicatione nos ad eadem imitanda inclinares. Unde mox ut per Radulfum fratrem nostrum, Biturige archiepiscopum, tua mandata suscepimus, ad nos introrsus recurrentes, respectu tuae pietatis circa sanctam ecclesiam nosmetipsos redarguimus, qui ad id a te invitabamur, ad quod te invitare deberemus, dico autem nobilitationem eclesie. Quocirca tanto libentius et solidius tibi obtemperavimus, quanto apostolicum piis votis principum adsentari debere scimus. Ergo tuae auctoritati nostram, ut voluisti, conferimus et Masciaco monasterio, ut predecessores nostri fecerunt, aeternam immunitatem scripto privilegio concedimus. Praecipimus autem, ut tu tuique successores tuitionem tantum eiusdem loci vestram noscatis, nulli mortalium eum in mundiburdio aut in tuitione conferre praesumatis nullumque exactorem aut iudicem aut teloncarium ibi insistere faciatis, sed monachi ex praemissa libertate omnes redibitiones et consuetudines ipsi possideant, ut quiete et sine penuria ... mercatum et monetam eis concedimus. Nullus regum aut comitum aut episcoporum aut alius aliquis hunc locum inquietare presumat aut quasi regis fultus assensu ex eclesiis ac possessionibus, quas hodie habet vel est habiturus, sibi aliquid usurpet; meminisse enim debetis, quantum eundem locum non ad deceptionem, sed ad tuitionem suscepistis. Sed et hoc nostro dono cum nostra voluntate monachis illis concedimus, uti, in cuiuscumque episcopi parrochia eclesias habuerint, abbas et monachi eas immunes possideant. Presbiteros ibi pro sua voluntate abbas constituat nec sinodum nec aliquod debitum cuiquam hominum inde solvat, sed et presbiteri ipsi, si quid forisfecerint aut episcopo aut alicui, per abbatem examinentur et iudicentur, et per nos reconciliatio eorum habeatur. Sed et, si forte episcopi parrochias suas excommunicaverint, in illorum eclesiis divina officia non minus persolvantur, retentis foris laicis, si culpa exegerit. Monasterium autem ipsum virtute Christi passionis, dico autem spinea corona inlustratum, ita nostrae iustitiae reservamus, ut nullus episcoporum, excepto dumtaxat apostolico, hoc excommunicare possit nec presumat, sed, si episcopus adversus abbatem vel monachos causas habuerit, liceat eis apostolicam expectare audientiam, si sibi placuerit, sive pro magnis sive pro minimis. Ubi abbas ipsius loci morte defecerit, de se ipsis monachi sibi cum timore Dei abbatem preficiant sine ullo consultu regis aut episcopi aut ullius principis. Electus autem in ipsa sua sancta regali eclesia per manus episcopi ordinetur. Nec presumat episcopus, quod a quibusdam fieri audio, ibi frequentius in visitando manere aut abbatem ad se pro quibuslibet negotiis arcessere nisi sinodi gratia. Si quis ingenuus aut servus dominum fugiens aut alicuius criminis reus portas abbatiae illius ingredi poterit, absque terrore ibi erit, nec ulla potestas eum invadere aut abigere inde poterit; et ibidem, si monachus illuc commigraverit, quantum abbati ip-

2 servire *P, sed attende ad clausulas verborum* imperare *et* servare. 4 insistens *P.* verum] rerum *P.* 5 imitando *P.* Rodulfum *P.* 8 quod] que *P.* 10 adscentari *P.* 12 Praecepimus *P.* 13 eum] *scil. locum,* cum *P.* mudiburdio *P.* 14 in tuitione] *ita emendat v. cl. K. Zeumer,* intimatione *P.* 15 monachis *P.* ex *deest P.* 16 penuria ...] *lacuna supplenda est fortasse per* vivant et. 20 eodem loco *P.* suscepisti *P.* 23 sinodum] *v. Ducange s. v.* 29 nullius *P.* duntaxat *P.* 32 monachis *P.* 35 in visitando] incursitando *P.* 36 accessere *P.* 39 illic *P.*

1) *Privilegium spurium deest inter Regesta pontificum ed. Jaffé.* 2) *Verba* Gaudemus in Domino *congruunt cum initio epistolae spuriae Leonis I. papae de anno 451., Decretales Pseudoisidorianae ed. P. Hinschius p. 606 (Jaffé-K. n. 460).*

sius loci placuerit, sine calumnia ibi sit. In cuiuscumque terra aut parrochia monachi illi vineas habuerint vel semina iecerint ad suos usus, nulli mortalium aut cuilibet alicuius eclesiae decimam aut alias consuetudines reddant, sed ipsi eas ad usum hospitalitatis et elemosine habeant. Debitam consuetudinem mercis aut telonei in omni regno tuo vendentes et ementes non reddant. Haec omnia, carissime, ut in perpetuum rata sint, per nostram vestramque auctoritatem imperamus. Et si quis hanc nostram auctoritatem violaverit et haec cognoscens non poenituerit, ex beati Petri et nostra auctoritate aeterno anathemate feriatur et morti perpetue tradatur; obedientes autem beati Petri et beati Martini iuvamine a malis eruantur. Vale, carissime'.

Ego itaque Radulfus, perfectis rite pro quibus eram Romae, rediens et regi hoc apostolicum regium privilegium referens, inveni eum apud Floriacum cum maximo conventu episcoporum [1] ibique coram pontificibus et rege dicta apostolica relegens dixi omnibus, qui aderant: 'Audistis, fratres carissimi, praecepta principum terrae, quibus non est fas contraire. Date ergo assensum vestrum et vos; auctoritate eorum sine hesitatione debetis etenim facere, nam quidquid episcopi possident apostolico et regio indultu habent. Itaque, sicuti apostolici et regis nomina ad auctoritatem Masciacensis ecclesiae in hac cartula continentur, nomina vestra, principibus et loco sancto faventes, subsignate, ut illorum indultu nostroque assensu aeternam immunitatem, sicut supradictum est [2], possideat locus ille, et quisquis haec violaverit illorum vestroque feriatur anathemate'. His auditis episcopi dederunt assensum libenter, nominibus suis signatam cartam firmantes.

(1) Radulfus Bituricensis [3] archiepiscopus hoc privilegium Roma detulit et apud Floriacum cum episcopis, qui aderant ante dominum Ludovicum regem, primus dato signo firmavit et ratum iudicavit, sicut placuerat domino papae et regi, s. (2) Fridegisus [4] episcopus assensum praebuit, s. (3) Isarnus [4] episcopus, s. (4) R .... colenus [5] episcopus, s. (5) Ruthenensis [6] sedis. (6) Arduinus Vellavensis [7] episcopus, s. (7) Bartholomaeus [5] episcopus Albensis [8]. (8) Hermannus episcopus Nivernensis [9], s. (9) Stolidus episcopus Lemovicensis [10], s. (10) Stablus episcopus Arvernorum [11], s. (11) Bladericus [5] episcopus Galvadariensis [12], s. (12) Amalricus Turonum archiepiscopus [13], s. (13) Aldricus episcopus Cenomannensis [14], s. (14) Guenilo archiepiscopus Senonum [15], s. (15) Agius episcopus Aurelianorum [16], s. (16) Launus [17] archicapellanus, s.

3 ea *P.* 4 eleemosine *P.* 10 Rudolfus *P.* perfectis] profectus *P.* Romam *P.* 13 chrarissimi *P.* 14 assensum vestrum] assentiam vestram *P.* 15 hesitatione] resitatione *P.* 16 Masciacenses *P.* 20 Hiis *P.* 22 Rodulfus *P.* 24 iudicabit *P.* s.] *hic et infra intelligatur:* signum. 25 R ... colenus] *ita P.* 26 Ruthenensis] Ruthene *P.* Arduinus Vellavensis] Ardimius Vallavorum *P.* 27 Albensis] Albecuns *P.* Hermannus] Rermannus *P.* Nivernensis] Nivemensis *P.* 28 Lemovicensis] Lemovicum *P.* Stablus] Stabilis *P.* Arvernorum] Arvemorum *P.* 30 Cenomannensis] Caenomams *P.* Guenilo] Gerrilo *P.* Senonum] Rhemorum *P.* Agius] Aegidius *P.* 31 archicappellanus *P.*

1) *Hludowicum Pium ullo tempore apud Floriacum moratum esse nullibi legitur; cf. 'Neues Archiv' XXX, 394.* 2) *V. supra p. 856 l. 11 sqq.* 3) *Bourges (845—866).* 4) *Non inveni.* 5) *Frustra quaesivi.* 6) *Rodez.* 7) *Le Puy-en-Velay (860—866).* 8) *Alby; sed v. Gams, Series episcoporum p. 484.* 9) *Nevers (841—860).* 10) *Limoges (850—861).* 11) *Clermont (823—860),* 12) *Non inveni. Fortasse legendum est* Glandavensis *(Glandève) aut* Gabalensis (Gebaldanensis, *Mende*); *v. Gams, l. l. p. 554. 577.* 13) *Tours (849—855).* 14) *Le Mans (832—856).* 15) *Sens (840—865).* 16) *Orléans (843—867).* 17) *Non inveni; sed v. Mansi, Concilia XV, 561 ad a. 860., ubi Launus episcopus Engolismensis (Angoulême) occurrit.*

Actum Floriaco domino papa et imperante et gloriosissimo Ludovico rege adstante in publico conventu cum consensu omnium, anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXXXVIIII., indictione secunda, sub ciclo decemnovennali I., mediante Maio, luna XXVI., feria[1] II.

1 domino papa et (ed *P*) imperante] *verba admodum corrupta sanari vix possunt.* 2 incarnatione *P*. 3 I.] *ita P, rectius*: IIII. 4 Maiio *P*. lunae *P*.

1) *Feria secunda non congruit cum luna; luna enim 26. quadrat tantum in feriam tertiam, id est in diem 13. mensis Maii 839.*

---

11. CONCILIUM AUDOMARENSE SPURIUM.

839. Iun. 20.

Privilegium Folquini episcopi Morinensis vel Tarawensis (ca. 816—855; de eius sede Thérouanne cf. Schroers, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' 27 ann. 2), quo quae Fridogisus abbas Sithiensis de canonicis s. Audomari et monachis s. Bertini statuerat irrita esse iubentur, primus O. Holder-Egger ('Neues Archiv' VI, 421 ann. 4), secundus W. Pückert ('Aniane und Gellone', Lipsiae 1899, p. 261 sqq.) gravissimis rationibus spurium esse demonstraverunt. Deerat in autographo Folquini, qui decimo saeculo cartularium Sithiense composuit, quasi illi nondum notum, ita ut duodecimo demum saeculo insertum videatur esse cartulario. Accedit, quod ad verbum fere describit Hugonis abbatis Sithiensis privilegium suspectum, complurium praeterea testium nominibus iteratis, protocollo tantum mutato. Quae denique in privilegio leguntur conditionibus iuris non conveniunt, id quod Pückert l. l. sagaciter diligenterque exposuit.

Exstat autem privilegium in cartulario Sithiensi codicis Boloniensis 146 saec. XII. in., quem edidit M. Guérard ('Collection de documents inédits sur l'histoire de France. Collection des cartulaires de France III: Cartulaires de l'abbaye de Saint Bertin', Paris. 1840, p. 85) et in collectione bibliothecae Parisiensis q. d. Moreau (tom. I fol. 123—124), ubi exstat apographum a C. de Witte saec. XVIII. confectum. Quod etsi ex originali documento in archivo sancti Bertini reposito sumptum esse dicitur, dubium tamen esse non potest, quin haec copia ex cartularii Sithiensis codice posteriore fluxerit, cuius alio quoque loco ab eodem C. de Witte fit mentio (cf. MG. SS. XIII, 616 l. 50 sqq.).

Editionem subsequentem ita instituimus, ut Guerardum quasi ducem sequeremur (= G), variam lectionem reciperemus ex copia saec. XVIII. (= W) et privilegio Hugonis abbatis (= H), quod typis expressum est apud Guérard, l. l. p. 87.

Edd.: Mabillon, Acta SS. ord. s. Benedicti III, 1, 122. Le Cointe VIII, 583. Gousset, 'Les actes de la province ecclésiastique de Reims' I, 197. Guérard, l. l. p. 85. Fragmenta leguntur apud Malbrancq, De Morinis II (1647), p. 235. Mabillon, Ann. ord. s. Benedicti II, 6, 11; ed. 2. II, 570 (ad diem 20. mens. Februarii). Miraeus, Opp. diplom. IV, 345. Mansi XIV, 771.

Reg.: D. Haigneré, 'Les chartes de Saint-Bertin I (Saint-Omer' 1886), p. 12 n. 35. O. Bled, 'Regestes des évêques de Thérouanne I (Saint-Omer' 1904), p. 52 n. 77. 'Neues Archiv' XXIV, 495.

In nomine patris et filii et Spiritus sancti. Ego Folquinus Dei gratia Morinorum episcopus omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus.

Quicquid ob amorem Dei exigentes rei veritatem memoriae futurorum noscendum reliquerimus, valde id animabus nostris profuturum speramus, dum et vera innotescimus et falsata dampnamus. Melius est enim ipsam veritatem ad laudem Dei manifestare quam pro lucro aut negotio terreno eam celare, ne scilicet homo peccator offensam Dei et sanctorum eius in hoc videatur incurrere.

Igitur ego Folquinus episcopus suggestione Hugonis abbatis Sithiensis coenobii, quod est constructum in insula Sithiu in honore beati Petri principis apostolorum, ubi beatus Bertinus corpore quiescit, perpendens iniustitiam lacrimabilem, quam Fridogisus, predecessor supra memorati abbatis, eidem sancto loco intulerat, tota intentione excogitare cepi, qualiter eundem locum ad pristinum honorem valerem reducere. Omnibus certe notum est fidelibus, quoniam sancti confessores Christi, Audomarus atque Bertinus, dum adhuc in corpore essent, cimiterium in villa Sithiu in superiori loco ad tumulanda sua et monachorum corpora communi opere fecerunt, in cuius medio basilicam in honore sanctae Mariae construxerant, quam etiam beatus Audomarus sancto Bertino suisque successoribus donans per privilegium quoddam episcopale[1] confirmaverat et suum inter eos corpusculum sepeliri in eodem privilegio rogaverat. Quam predictus abba Fridogisus non solum sancto Bertino tulit, sed etiam, quod dictu horribile est, monachos eius Deo honeste ibidem servientes cum magno dedecore expulit canonicosque ibi statuit, dum scilicet a temporibus sanctorum Audomari atque Bertini religio monachica ibidem Deo famulans religiosissime floreret. Quorum lacrimosae iniustitiae reclamationique incessabili conpatiens et petitioni Hugonis venerabilis abbatis adquiescens edilitatem seu custodiam ipsius basilicae sancto Petro sanctoque Bertino reddendam et monachum ad custodiam ibi ponendum censui et statui et ut quattuor temporibus in anno missarum sollempnia celebrarent stabilivi, hoc est III. feria in diebus rogationum[2], in festivitate quoque beati Iohannis baptiste[3] et in depositione sancti Audomari[4], in festivitate etiam omnium sanctorum[5]; et quicquid ad ipsum altare veniret monachi sancti Bertini absque ulla contradictione iuxta morem pristinum secundum decretum beati Audomari, quod in privilegio de traditione ipsius loci istius loci coenobitis scripsit et interdixit, haberent, tenerent et in perpetuo perhenni iure possiderent; nec episcopus aut eius archidiaconus seu aliquis clericorum vel iudex forensium rerum aliquid sibi exinde vendicent. Denique iam quidam emerserant audacia temeritatis decepti, dicentes primatum locorum ad se pertinere debere. Quorum presumptuose superbiae resistens per descriptionem capitularem coram quibusdam primatibus regalis palatii et huius patriae, eos huic loco subegi et conatum eorum adnichilavi*. Hoc etiam scriptum posteris relinquendum fore

*) *H ita pergit:* Quia vero omnimodis canonici invident monachorum honori, hoc scriptum posteris relinquendum fore ratum duxi, ut quandoque invidorum per hoc resistere

1 In — presentibus *desunt H.* 3 exigente *W.* veritate *W*, veritates *H.* 5 damnamus *W.* 8 Folquinus — abbatis] Hugo abbas huius *H.* 9 beati] sancti *H.* 10 quam — abbatis] quam predecessor meus Fridogisus abbas *H.* Fridegisus *W.* 14 fecerant *H.* 15 construxerunt *W.* 16 episcopalem *G.* 18 abbas *G.* Fridegisus *H.* 19 statuit] constituit *G.* 20 Deo *deest G.* 22 et — adquiescens] cum consilio venerabilis Folquini Taruanensis episcopi *H.* 23 sanctoque] et sancto *H.* reddendam] reddidi *H.* ponendum censui et *desunt H.* 24 et ut] ut et *G.* sollemnia *W.* 25 dierum *G.* festivitatem *G.* 26 etiam *deest G.* 30 eius archidiaconus] archidiaconus eius *G.* aliquid] aliquis *W.* 31 vindicent *H.* 33 quibusdam *deest H.*

1) *Exstat in Folquini cartularii Sithiensis lib. I n. VII d. d. 662 Apr. 14; Guérard, l. l. p. 23.* 2) *Dies rogationum sunt primi tres dies quintae post Pascha hebdomadae.* 3) *Iun. 24.* 4) *Sept. 9.; cf. quae Acta SS. Boll. Sept. III (1865), p. 391 afferunt ex calendariis.* 5) *Nov. 1.*

ratum duxi, ut per hoc quandoque resistatur invidorum male voluntati et hoc infringere volentium iniquo conatui. Quod quicunque futuris temporibus vel infringere vel adnichilare presumpserit, quod absit, auctoritate patris et filii et Spiritus sancti anathema sit, nisi digna penitentia resipuerit.

Actum est anno incarnationis dominicae DCCCXXXIX., indictione II., imperii autem Hludovici regis anno XXVI., presulatus quoque nostri anno XXIII., in ecclesia sanctae Mariae XII. Kal. Iulii, presente universali sinodo.

Ego (1) Folquinus ex consensu et precepto domni Hludovici imperatoris haec voluntarie firmavi et cum episcopali interminatione subscripsi. Ego (2) Maximus archidiaconus subscripsi. Ego (3) Hugo abbas subscripsi. Signum (4) Adalardi monachi. Signum (5) Amalberti monachi. Signum (6) Mori monachi. Signum (7) Unrici comitis. Signum (8) Odgrimi advocati. Signum (9) Everwini militis. Signum (10) Berarii militis.

Ego (11) Guntbertus levita et monachus iussu domini Folquini presulis hanc kartam scripsi et subscripsi.

---

possent malae voluntati. Actum in basilica sancti Petri apostoli in die sollempnitatis eius III. Kal. Iulii, post sinodum ante festivitatem sancti Iohannis baptistae celebratam, anno incarnationis dominicae DCCCXXXIX., indictione II., imperii autem Ludovici regis anno XXVI., praesulatus quoque almi presulis Folquini anno XXIII. et nostri regiminis anno VI. *(= 839 Iun. 29).* Ego (1) Hugo[1] abbas ex consensu domni Ludovici imperatoris haec voluntarie firmavi ipsumque, ut subscriberet, rogavi. Signum venerabilis (2) Folquini[2] episcopi cum episcopali interminatione. Signum (3) Maximi[3] archidiaconi. Signum (4) Alardi[4] monachi. Signum (5) Amalberti[5] monachi. Signum (6) Mori[6] monachi. Signum (7) Bavonis monachi. Signum (8) Undrici[7] comitis. Signum (9) Odgrini[8] advocati. Signum (10) Everwini[9] militis. Signum (11) Berharii[10] militis. Signum (12) Otillefridi. Signum (13) Guntberti. Signum (14) Angonis. Signum (15) Megelfridi. Ego (16) Guntbertus[11] levita et monachus iussu domini Hugonis abbatis hanc cartulam scripsi et subscripsi.

2 adnichilare] adnullare *W.* 3 presumserit *W.* 6 Ludoico *hic et infra H.* XXVI.] XXIII. *W.* 9 Ego Maximus archidiaconus subscripsi] Signum Maximi archidiaconi *H.* 10 Adalardi] Alardi *H.* 11 Unroci *W.* Odgrini *H.* 12 Everuini *G.* Berharii *H.* 13 domni *W.* Folquini presulis] Hugonis abbatis *H.* cartam *W*, cartulam *H.*

1) *Supra (l. 8 sqq.) n. 3.* 2) *Supra n. 1.* 3) *Supra n. 2.* 4) *Supra n. 4.* 5) *Supra n. 5.* 6) *Supra n. 6.* 7) *Supra n. 7.* 8) *Supra n. 8.* 9) *Supra n. 9.* 10) *Supra n. 10.* 11) *Supra n. 11.*

INDICES
TOMI II. CONCILIORUM.

I.

INDEX ALPHABETICUS CONCILIORUM.

Sub numeris asterisco notatis nonnisi regesta actorum synodalium praebentur, cruciculis indicantur spuria.

1) *De tempore concilii v. inter Additamenta et Corrigenda.*

II.

INDEX ALPHABETICUS INITIORUM.

Index hic, in quo maior numerus paginam et minor quinas lineas indicat, tali ratione confectus est, ut comprehendat initia omnium actorum synodalium inde ab anno 742. usque ad annum 843., canonum igitur, epistolarum, diplomatum, libellorum. Eorum autem gestorum synodalium initia, quae hoc in tomo secundo conciliorum aevi Karolini non impressa sunt, asterisco notantur insuperque ex verbis allatis elucet, in quo tomo vel Capitularium regum Francorum vel Epistolarum inveniantur. Cruciculae indicant spuriorum canonum etc. initia.

III.

INDEX CANONUM RECEPTORUM IN DECRETO GRATIANI.

Indicem canonum illorum, quos Gratianus in decreto suo recepit, iam hoc loco sistimus, cum aptissime indicem alphabeticum initiorum sequi videatur; quos fontes adhibuerit Gratianus, a nobis non est prosequendum: maximum certe numerum canonum ex collectionibus iuris canonici saec. IX.—XI. compilatis deprompsit. Index hic duplex est: sub littera A ordinem invenies chronologicum conciliorum, quorum acta excerpta sunt, sub littera B ordinem decreti, adiecto fonte uniuscuiusque canonis; tabula ab E. Friedberg in editione Corporis iuris canonici (vol. I, Lipsiae 1879, p. XXIII sq. XL) confecta in utraque parte indicis nostri loco fundamenti adhibita est.

A.

Concilium q. d. Germanicum a. 742.
(supra p. 2 sqq.).

c. 2 (*v. p.* 3, 10. 15) — c(anon) 3 D(istinctio) 34.

Concilium Romanum a. 743.
(supra p. 11 sqq.).

c. 3 (*v. p.* 12, 10 — *p.* 13, 1) — c(anon) 3 C(ausa) 21 qu(aestio) 4.
c. 4 (*v. p.* 13, 5. 10) — c. 4 D. 93.
c. 9 (*v. p.* 15, 15 — *p.* 16, 1) — c. 14 C. 26 qu. 7.
c. 13 (*v. p.* 18, 5. 10) — c. 57 D. 1 de consecr(atione).
c. 14 (*v. p.* 18, 25. 30) — c. 57 D. 1 de consecr.
c. 15 (*v. p.* 21, 5 *sqq.*) — c. 23 D. 81.

Concilium Vermeriense a. 756.
(Capitulare Pippini, MG. Capitularia I, 40 sq.).

c. 5 (*v. p.* 40, 25) — c. 6 C. 31 qu. 1.
c. 6 (*v. p.* 40, 25. 30) *cf.* c. 4 C. 29 qu. 2.
c. 9 (*v. p.* 41, 1. 5) — c. 4 C. 34 qu. 1 et 2.
cc. 10 et 11 (*v. p.* 41, 5. 10) — c. 24 C. 32 qu. 7.
c. 12 (*v. p.* 41, 10. 15) — c. 30 C. 27 qu. 2 = c. 21 C. 32 qu. 7.
c. 21 (*v. p.* 41, 30) *cf.* c. 10 C. 33 qu. 5.

Concilium Compendiense a. 757.
(Capitulare Pippini, MG. Capitularia I, 37 sqq.).

c. 5 (*v. p.* 38, 5) — c. 3 C. 33 qu. 5.
c. 8 (*v. p.* 38, 15) — c. 5 C. 29 qu. 2.
c. 11 (*v. p.* 38, 25) *cf.* c. 19 C. 32 qu. 7.
c. 13 (*v. p.* 38, 30. 35) *cf.* c. 32 C. 27 qu. 2.
c. 15 (*v. p.* 38, 35. 40) — c. 2 C. 30 qu. 1.
c. 17 (*v. p.* 39, 1. 5) *cf.* c. 9 C. 34 qu. 1 et 2 = c. 5 C. 35 qu. 2 et 3.
c. 20 (*v. p.* 39, 10. 15) — c. 3 C. 33 qu. 1.

Concilium Romanum a. 769.
(supra p. 74 sqq.).

Actio III. (*v. p.* 86, 20) — c. 3 D. 79.
Actio III. (*v. p.* 76, 45. 86, 25) — c. 4 D. 79.
Actio IIII. (*v. p.* 88, 1. 5) — c. 5 D. 79.
Actio IIII. (*v. p.* 88, 15) — c. 5 § 1 D. 79.

Concilium Romanum a. 800.
(supra p. 226 sq.).

Iusiurandum Leonis (*v. p.* 226 *sq.*) — c. 18 C. 2 qu. 5.

Concilium Arelatense a. 813.
(supra p. 248 sqq.).

c. 20 (*v. p.* 252, 30) *cf.* c. 43 C. 16 qu. 1 *(v. infra quae ex concilio Moguntinensi a. 813. proferemus).*

Concilium Moguntinense a. 813.
(supra p. 259 sqq.).

c. 9 (*v. p.* 262, 35 — *p.* 263, 1) — c. 34 D. 5 de consecr.
c. 10 (*v. p.* 263, 5) — c. 3 D. 23.
c. 29 (*v. p.* 268, 10) — c. 37 C. 16 qu. 7.
c. 34 (*v. p.* 269, 10) — c. 2 D. 76.
c. 38 (*v. p.* 270, 15. 20) — c. 2. C. 16 qu. 2.
c. 39 (*v. p.* 271, 1) — c. 9 C. 17 qu. 4.
c. 41 (*v. p.* 271, 5) *cf.* c. 43 C. 16 qu. 1 *(cf. supra quae ex concilio Arelatensi a. 813. protulimus).*

c. 51 (*v. p.* 272, 20) — c. 37 D. 1 de consecr.
c. 52 (*v. p.* 272, 20) — c. 18 C. 13 qu. 2.
c. 54 (*v. p.* 273, 1) — c. 21 C. 35 qu. 2 et 3.
c. 56 (*v. p.* 273, 5. 10) — c. 20 C. 32 qu. 7.

Concilium Cabillonense a. 813.

(supra p. 274 sqq.).

c. 7 (*v. p.* 275, 25. 30) — c. 42 C. 16 qu. 7 = c. 5 C. 20 qu. 3.
c. 14 (*v. p.* 276, 20—35) — c. 7 C. 10 qu. 3.
c. 15 (*v. p.* 277, 1. 5) — c. 3 D. 94.
c. 16 (*v. p.* 277, 10) — c. 106 C. 1 qu. 1.
c. 19 (*v. p.* 277, 25. 30) — c. 46 C. 16 qu. 1.
c. 27 (*v. p.* 279, 1) — c. 8 D. 5 de consecr.
c. 29 (*v. p.* 279, 5. 10) — c. 14 C. 35 qu. 2 et 3.
c. 30 (*v. p.* 279, 10. 15) — c. 8 C. 29 qu. 2.
c. 31 (*v. p.* 279, 15. 20) — c. 4 C 30 qu. 1.
c. 33 (*v. p.* 280, 1—10) — c. 90 D. 1 de poenit(entia).
c. 39 (*v. p.* 281, 15—25) — c. 72 D. 1 de consecr.
c. 40 (*v. p.* 281, 25 — *p.* 282, 1) — c. 8 D. 81.
c. 42 (*v. p.* 282, 10) — c. 38 C. 16 qu. 7.
c. 47 (*v. p.* 283, 15) — c. 17 D. 2 de consecr.

Concilium Turonense a. 813.

(supra p. 286 sqq.).

c. 41 (*v. p.* 292, 1. 5) — c. 22 C. 23 qu. 5.
c. 42 (*v. p.* 292, 10. 15) — c. 15 C. 26 qu. 7.
c. 50 (*v. p.* 293, 15. 20) — c. 16 D. 2 de consecr.

Concilium Aquisgranense a. 817.

(Hludowici capitulare, MG. Capitularia I, 344 sqq.).

c. 16 (*v. p.* 344, 30) — c. 104 D. 4 de consecr.

Concilium Aquisgranense a. 819.

(Hludowici capitulare, MG. Capitularia I, 275 sqq.).

prooemium (*v. p.* 275, 35 — *p.* 276, 5) — c. 59 C. 16 qu. 1.
c. 2 (*v. p.* 276, 5. 10) — c. 34 D. 63.
c. 6 (*v. p.* 276, 25—40) — c. 6 D. 54.
c. 6 (*v. p.* 276, 40 — *p.* 277, 1) — c. 8 D. 54.
c. 10 (*v. p.* 277, 25 *et Concilia II,* 822, 1. 5) — c. 25 C. 23 qu. 8.
c. 23 (*v. p.* 278, 35. 40) — c. 4 C. 36 qu. 2.
c. 24 (*v. p.* 279, 1. 5) — cc. 33 et 34 C. 27 qu. 2.

Concilium Olonnense a. 825.

(Hlotharii capitulare primum, MG. Capitularia I, 326 sq.).

c. 10 (*v. p.* 327, 25. 30) — c. 6 C. 10 qu. 2.

Concilium Romanum a. 826.

(supra p. 560 sqq.).

c. 6 (*v. p.* 569, 20 — *p.* 570, 5 = *p.* 570, 15. 20) — c. 3 C. 12 qu. 1.
c. 12 (*v. p.* 573, 1. 5) — c. 4 C. 21 qu. 4.
c. 13 (*v. p.* 573, 10. 15) — c. 2 C. 14 qu. 2.
c. 14 (*v. p.* 573, 20 — *p.* 574, 1) — c. 7 D. 81.
c. 15 (*v. p.* 574, 5) — c. 22 D. 81.
c. 16 (*v. p.* 574, 15. 20) — c. 27 C. 12 qu. 1.
c. 18 (*v. p.* 575, 10) — c. 1 D. 72.
c. 19 (*v. p.* 575, 15. 20) — c. 3 C. 5 qu. 3.
c. 21 (*v. p.* 576, 5. 10) — c. 33 C. 16 qu. 7.
c. 26 (*v. p.* 578, 5. 10) — c. 62 C. 16 qu. 1.
c. 29 (*v. p.* 579, 10. 15) — c. 31 C. 27 qu. 1.
c. 32 (*v. p.* 580, 15) — c. 9 C. 20 qu. 1.
c. 33 (*v. p.* 581, 1. 5) — c. 30 D. 2 de consecr.
c. 34 (*v. p.* 581, 5. 10) — c. 12 D. 37.
c. 36 (*v. p.* 582, 5. 10) — c. 23 C. 27 qu. 2.

Concilium Parisiense a. 829.

(supra p. 606 sqq.).

Liber I c. 16 (*v. p.* 623, 25. 30) — c. 4 C. 12 qu. 5.
Liber I c. 33 (*v. p.* 633, 25 *sqq.*) — c. 7 D. 5 de consecr.
Liber I c. 43 (*v. p.* 638, 30. 35) — c. 3 C. 20 qu. 2.

B.

Gratiani decretum.

c(anon) 3 D(istinctio) 23 — Concilium Moguntinense 813 c. 10 (*v. p.* 263, 5).
c. 3 D. 34 — Concilium q. d. Germanicum 742 c. 2 (*v. p.* 3, 10. 15).
c. 12 D. 37 — Concilium Romanum 826 c. 34 (*v. p.* 581, 5. 10).
c. 6 D. 54 — Concilium Aquisgranense 819 c. 6 (*Capit. I,* 276, 25—40).
c. 8 D. 54 — ib. c. 6 (*Capit. I,* 276, 40 — *p.* 277, 1).
c. 34 D. 63 — ib. 819 c. 2 (*Capit. I,* 276, 5. 10).
c. 1 D. 72 — Concilium Romanum 826 c. 18 (*v. p.* 575, 10).
c. 2 D. 76 — Concilium Moguntinense 813 c. 34 (*v. p.* 269, 10).
c. 3 D. 79 — Concilium Romanum 769 actio III. (*v. p.* 86, 20).
c. 4 D. 79 — ib. actio III. (*v. p.* 76, 45. 86, 25).
c. 5 D. 79 — ib. actio IIII. (*v. p.* 88, 1. 5).
c. 5 § 1 D. 79 — ib. actio IIII. (*v. p.* 88, 15).
c. 7 D. 81 — Concilium Romanum 826 c. 14 (*v. p.* 573, 20 — *p.* 574, 1).
c. 8 D. 81 — Concilium Cabillonense 813 c. 40 (*v. p.* 281, 25 — *p.* 282, 1).
c. 22 D. 81 — Concilium Romanum 826 c. 15 (*v. p.* 574, 5).
c. 23 D. 81 — Concilium Romanum 743 c. 15 (*v. p.* 21, 5 *sqq.*).
c. 4 D. 93 — ib. c. 4 (*v. p.* 13, 5. 10).
c. 3 D. 94 — Concilium Cabillonense 813 c. 15 (*v. p.* 277, 1. 5).
c(anon) 106 C(ausa) 1 qu(aestio) 1 — ib. c. 16 (*v. p.* 277, 10).
c. 18 C. 2 qu. 5 — Concilium Romanum 800, iusiurandum Leonis (*v. p.* 226 *sq.*).
c. 3 C. 5 qu. 3 — Concilium Romanum 826 c. 19 (*v. p.* 575, 15. 20).
c. 6 C. 10 qu. 2 — Concilium Olonnense 825 c. 10 (*Capit. I,* 327, 25. 30).
c. 7 C. 10 qu. 3 — Concilium Cabillonense 813 c. 14 (*v. p.* 276, 20—35).
c. 3 C. 12 qu. 1 — Concilium Romanum 826 c. 6 (*v. p.* 569, 20 — *p.* 570, 5 = *p.* 570, 15. 20).
c. 27 C. 12 qu. 1 — ib. c. 16 (*v. p.* 574, 15. 20).
c. 4 C. 12 qu. 5 — Concilium Parisiense 829 liber I c. 16 (*v. p.* 623, 25. 30).
c. 18 C. 13 qu. 2 — Concilium Moguntinense 813 c. 52 (*v. p.* 272, 20).
c. 2 C. 14 qu. 2 — Concilium Romanum 826 c. 13 (*v. p.* 573, 10. 15).
c. 43 C. 16 qu. 1 *cf.* Concilium Arelatense 813 c. 20 (*v. p.* 252, 30).

IIII.

INDEX AUCTORITATUM.

Index hic ita confectus est, ut facile perspiciatur, quorum patrum ecclesiasticorum opera, quorum conciliorum vel paparum canones et decreta in actis synodalibus inde ab anno 742. usque ad annum 843. eorumque additamentis usui fuerint. Ordinem secuti sumus alphabeticum: in prima linea uniuscuiusque articuli legitur nomen fontis, in secunda editionis, quam in apparatu nostro laudavimus, sequuntur loci ex fontibus excerpti secundum seriem editionum praeviarum, antepositis paginis editionis nostrae lineisque quinis, ubi epitomae ipsae typis expressae sunt, allatis etiam binis verbis, quibus epitomae incipiunt ac finiunt. Non inventa statim inventis adiunximus; item excerpta ex scriptis spuriis apposuimus illis ex operibus genuinis depromptis.

Ps.-Athanasius.

Augustinus († 430).

(Opera ed. Benedict. I — XI. Parisiis 1679 sqq.).

1) *Exstat etiam inter opera Hieronymi (ed. Vallarsi XI, 127 sqq.), quorum paginas uncis inclusas, anteposita littera H, apponimus.*

p. 153, 15. 20: Ergo Dei — unus filius = *De ecclesiasticis dogmatibus c. 2; l. l. VIII, app. p. 75.*

p. 238, 35. 40 *(perperam Augustino attributa)*: In illa — filioque procedit = *Fulgentius Ruspensis, De fide c. 1; Opp. ed. Mangeant p. 503.*

p. 538, 20 *(perperam Augustino attributa)*: Sicut in — ludificando ingerunt = *Libellus synodalis Parisiensis a. 825.; MG. Concilia II,* 487, 5.

p. 544, 20 *(perperam Augustino attributa, sicut p.* 529, 40 *Ambrosio)*: Qua ratione — adorari vetuerint = *ib.; l. l. p.* 494, 10. 15.

---

p. 405, 15. 20: Vestis eius — sinistram declinans = *Possidius, Vita Augustini c. 22; Opp. Augustini X, 2, 272.*

Basilius († 379).

(Opera ed. Benedict. I—III. Parisiis 1721 sqq.).

p. 511, 10. 15: Nam et — imitationem demonstrat = *Homilia XIX in quadraginta martyres § 2: l. l. II, 149.*

p. 510, 35 — *p.* 511, 1: Quoniam imperator — formam transit = *De Spiritu sancto c. 18 § 45; l. l. III, 38.*

Ps.-Basilius.

p. 511, 1—10: Secundum id — designante historiam = *Epistola 360; l. l. III, 462.*

Beda († 735).

p. 517, 30: Roboratus confirmatione — Cantia potentissimus = *Historia Anglorum I c. 25; Opp. ed. Giles II (Londinii 1843), p. 100.*

p. 517, 30—40: Post alias — Domino supplicabant = *ib. I c. 25; l. l. II, 100.*

p. 517, 40 — *p.* 518, 1: Fertur autem — quoniam peccavimus = *ib.; l. l. II, 102.*

p. 620, 20: Neque hoc — morte figurata = *De tabernaculo III c. 2; Migne, Patrol. lat. XCI, 465.*

p. 762, 5. 10: Quia sermone — templum Domini = *Expositio in evangelium Marci c. 12; Migne, l. l. XCII, 257.*

p. 644, 15. 20: Quod impietatis — Sabaoth introibit = *Expositio in epistolam Iacobi c. 5; Migne, l. l. XCIII, 36.*

p. 644, 20: Dominus Sabaoth — eris adiutor = *ib. c. 5; l. l. XCIII, 36.*

p. 653, 35. 40: Non quod — agentes remuneret = *Expositio in I. epistolam Petri c. 2; Migne, l. l. XCIII, 52.*

Non inveni:

p. 266, 10 *(in tractatu evangelii Lucae)*: Ipse enim — compensare curato.

p. 409, 5—15 *(in expositione evangelii Lucae)*: Non latet — psallam tibi.

p. 759, 20: Salomon rex — compagem adgregat.

Benedictus († post a. 542).

(Regula monachorum ed. E. Woelfflin. Lipsiae 1895).

p. 266, 20. 25: Monasterium autem — animabus eorum = *Regula c. 66; l. l. p. 65.*

p. 210, 30: Quia plurima destructio est = *ib. c. 67; l. l. p. 66.*

Bonifacius I. papa (418—422).

p. 840, 5: Nulli dubium = dilationibus putat *cf. Epistola ad episcopos Galliae; Migne, Patrol. lat. LXXXIV, 677.*

p. 840, 15: astuta eorum cavillatio *(perperam Caelestino attributa) cf. ibidem.*

p. 840, 10: Praecavendum est — non lucretur *cf. ib.; l. l. LXXXIV, 679 sq.*

p. 840, 1. 5: Manifestum est — confessione constet = *ib.; l. l. LXXXIV, 680.*

p. 840, 10 *(perperam Bonifacio attributa)*: Que male — et emendentur *cf. Leonis I. papae epistola ad universos episcopos c. 2; Migne, l. l. LXXXIV, 762.*

Bonifatius († 754).

p. 38, 20 — *p.* 40, 20: Excellentissimo patri — dierum optamus = *Epistola Bonifatii in concilio Romano a. 745. relecta.*

Caelestinus I. papa (422—432).

p. 569, 5 = *p.* 572, 5: Nullus invitis — esse requirendum *cf. Decreta c. 18; reg.: Jaffé-K. n. 369.*

p. 840, 10. 15: Non caret — ergo corripiantur *cf. Epistola ad episcopos Galliae; Migne, Patrol. lat. LXXXIV, 681.*

p. 840, 20 *(perperam Innocentio attributa)*: Nec otiosa — negligenda donavit *cf. ib.; l. l. LXXXIV, 686.*

p. 776, 20: Didicimus quosdam — fidei puritati = *Epistola ad episcopos provinciae Viennensis c. 2; ed. Coustant, Epistolae Romanorum pontificum I, 1066.*

p. 776, 20—35: Amicti pallio — praecepta sunt = *ib.; l. l. I, 1066.*

Caesarius Arelatensis († 542).

(Opera ed. Gallandi, Bibliotheca veterum patrum XI, Venetiis 1776, p. 36 sqq.).

p. 434, 10 — *p.* 437, 10: Gaudete et — saeculorum. Amen = *Sermo ad sanctimoniales; l. l. XI, 36 sqq.*

p. 443, 1—10: Audi ergo — sororibus affectaveris = *Epistola ad Oratoriam; l. l. XI, 38.*

p. 443, 10: Prius cauta — operibus praebeas = *ibidem.*

p. 443, 10: Prior in — postrema exeas = *ibidem.*

p. 443, 10: Par sis — mensa consessu = *ibidem.*

p. 443, 10. 15: Abstinentiam quam — plenus venter = *ibidem.*

p. 443, 15: Et in — ipsa gradiaris = *ibidem.*

p. 443, 15: Non sis — sed moribus = *ibidem.*

p. 443, 15 — *p.* 444, 1: Non quae — saeculorum. Amen = *ib.; l. l. XI, 38 sq.*

Canones q. d. apostolorum.

(Mansi, Concilia I, 49 sqq.).

p. 264, 15: Ministri autem — omnino abstineant *cf. c. 7 rubr.; l. l. I, 51 (v. etiam infra inter Addenda et Corrigenda).*

p. 622, 30. 35: Praecipimus ut — sollicitudine ministrentur = *c. 41; l. l. I, 55 sq.*

Cassiodorus († ca. a. 583).

(Opera ed. Garet. Rotomagi 1679).

p. 503, 1—10: In his — congressibus proeliorum = *Historia tripartita I c. 4; l. l. I, 207.*

p. 503, 10—25: Hoc enim — captivitatis perpessum = *ib. I c. 5; l. l. I, 208.*

p. 503, 25: Dicitur autem — extensus est = *ib. II c. 18; l. l. I, 232.*

p. 503, 25—35: Audivi enim — piis hominibus = *ib. II c. 19; l. l. I, 233.*

p. 487, 15. 20 = *p.* 517, 15—25 *(Sozomeno attributa)* = *p.* 538, 35 — *p.* 539, 5: Illud quoque — hactenus reservatur = *ib. VI c. 42; l. l. I, 297.*

p. 517, 25. 30: Hoc itaque — debet incredulum = *ib. VI c. 42; l. l. I, 297.*

Concilium Africanum [1].

(Mansi, Concilia III, 731 sqq.).

Concilium Pseudo-Agathense.

Concilium Ancyranum a. 314.

(Mansi, Concilia II, 521 sqq.).

Concilium Antiochenum a. 341.

(Mansi, Concilia II, 1319 sqq.).

Concilium Carthaginiense.

(Mansi, Concilia III, 699 sqq.).

Concilium Chalcedonense a. 451.

(Mansi, Concilia VII, 371 sqq.)

Concilium Epaonense a. 517.

(MG. Concilia I, 15 sqq.).

Concilium Gangrense ca. a. 324.

(Mansi, Concilia II, 1105 sqq.)

1) *Concilia Africanum, Ancyranum, Antiochenum, Carthaginiense, Chalcedonense, Gangrense, Laodicense, Neocaesariense, Nicenum I. a. 325., Sardicense allegantur secundum interpretationem a Dionysio Exigio saec. V. VI. confectam, cuius collectio edita est a Pithoeo, Codex canonum vetus ecclesiae Romanae, Lutetiae Parisiorum 1609 (= Migne, Patrol. lat. LXVII, 139 sqq.); nos remittimus ad conciliorum tomos editos a Mansi, qui partes collectionis Dionysianae ad annos singulorum conciliorum dispertivit.*

Concilium spurium Gradense a. 579.

(Mansi, Concilia IX, 923).

Concilium Laodicense ca. a. 360.

(Mansi, Concilia II, 577 sqq.).

Concilium Neocaesariense ca. a. 320.

(Mansi, Concilia II, 543 sqq.).

Concilium Nicenum I. a. 325.

(Mansi, Concilia II, 678 sqq.).

Concilium Nicenum II. a. 787.

(Mansi, Concilia XII, 951 sqq. XIII, 1 sqq.).

Concilium Parisiense a. 825.

(Libellus synodalis, MG. Concilia II, 481 sqq. — Loci patrum ex hoc libello in epitome, l. l. II, 535 sqq., repetiti inter singulos patres annotati sunt).

Concilium Parisiense a. 829.

(MG. Concilia II, 606 sqq. — Quae capita recepta sint in relatione episcoporum ad Hludowicum imperatorem a. 829. (MG. Capit. II, 26 sqq.) et iterum in concilio Aquisgranensi a. 836. (MG. Concilia II, 705 sqq.) repetita, elucidare conati sumus. V. etiam infra sub: Relatio episcoporum ad Hludovicum imperatorem a. 829.).

Concilium Romanum a. 465.

(Mansi, Concilia VII, 959 sqq.).

Concilium Romanum a. 502.

(Mansi, Concilia VIII, 261 sqq.).

Concilium Romanum a. 595.

(Opera Gregorii M. II, app. col. 1288 sqq. = Mansi, Concilia IX, 1226 sqq.).

Concilium Romanum a. 721.

(Mansi, Concilia XII, 261 sqq.).

Concilium Romanum a. 743.

(Forma minor, MG. Concilia II, 30 sqq.).

Concilium Sardicense a. 347.

(Mansi, Concilia III, 21 sqq.).

Concilium Seligenstadense a. 1023.

(MG. Constitutiones I, 635 sqq.).

Concilium Toletanum IV. a. 633.

(Mansi, Concilia X, 611 sqq.).

Concilium Toletanum IX. a. 655.

(Mansi, Concilia XI, 23 sqq.).

Concilium Trullanum a. 692.

(Mansi, Concilia XI, 922 sqq.).

Cyprianus († 258).

(Opera ed. Hartel I—III. Vindobonae 1868 sqq.).

Gelasius I. papa (492—496).

Gennadius (saec. V. ex.).

(De ecclesiasticis dogmatibus ed. Opera Augustini ed. Benedict. VIII, app. p. 75 sqq. — V. etiam supra p. 891 sq. sub Ps.-Augustino).

Germanus patriarcha Constantinopolitanus (715—730).

Gregorius I. papa (590—604).

(Opera ed. Benedict. I—IV. Parisiis 1705. — Epistolae: MG. Epistolae I. II. — De Taione v. MG. Concilia II, 336 ann. 4 et infra in hoc indice).

Non inveni:

Gregorius II. papa (715—731).

Gregorius III. papa (731—741).

Non inveni:

Ps.-Hieronymus.

(v. etiam sub Ps.-Athanasio supra p. 889).

Hilarius Pictaviensis († 366).

(Opera ed. Maffei I. II. Veronae 1730).

p. 153, 5: Numquidnam etiam — hoc nomen = *ib. VII c. 45; l. l. II, 167.*

p. 158, 5—15: Quere virtutem — non pepercit = *ib. VII c. 45; l. l. II, 167.*

p. 153, 15: Sentisne quid — potest dicere = *ib. VIII c. 27; l. l. II, 233.*

p. 144, 20 *(perperam Hilario attributa)*: Nam et — est filius = *Ambrosius, De incarnationis dominicae sacramento c. 8 § 87; Opp. II, 723.*

Hlotharius imperator († 855).

(v. infra: Hludowicus et Hlotharius).

p. 804, 5 — *p.* 805, 10: In nomine — indictione III. = *Edictum de restitutione Ebonis a. 840., MG. Concilia II, 792 sq., cum interpolatione Ebonis.*

Hludowicus imperator († 840).

(v. infra: Hludowicus et Hlotharius).

p. 822, 1. 5: Sancitum est — servitium impendant = *Capitulare ecclesiasticum a. 818/819. c. 10; MG. Capitularia I, 277.*

Hludowicus et Hlotharius imperatores.

(Constitutio de synodis anno 829. in regno Francorum habendis a. 828., MG. Concilia II, 596 sq.).

p. 608, 20. 25: Quapropter statuerunt — inventum fuisset *cf. l. l. II, 596, 30 — p. 597, 5.*

p. 679, 15: Quid a — non teneatur *cf. l. l. II, 597, 5.*

p. 679, 25: id effecerint — tramite deviassent *cf. l. l. II, 597, 5.*

p. 688, 1. 5: Inter que — notum facerent *cf. l. l. II,* 597, *5. 10.*

Ildefonsus *v.* **Missale Muzarabicum.**

Innocentius I. papa (402—417).

p. 840, 20: Veritas saepius — sepius recenseri = *Epistola ad episcopos Macedoniae; Migne, Patrol. lat. LXXXIV, 655.*

p. 840, 20 *(perperam Innocentio attributa)*: Nec otiosa — negligenda donavit = *Caelestinus, Epistola ad episcopos Galliae; Migne, l. l. LXXXIV, 686.*

Iohannes Aquileiensis (ca. 607).

p. 586, 10—20: Qualis autem — per vim = *Epistola ad Agilulfum regem directa; MG. Epistolae III, 693.*

p. 586, 20. 25: Laborate et — omnium retributor = *ib.; l. l. III, 693.*

Iohannes Chrysostomus († 407).

(Opera ed. Montfaucon I—XIII. Parisiis 1718 sqq.).

p. 504, 5. 10 = *p.* 549, 30. 35: Hodierna die — abunda largitio = *Homilia 1 de cruce et latrone § 1; l. l. II, 403.*

p. 504, 10. 15 = *p.* 549, 35. 40: Volo et — crucem noncupavit = *ib. § 4; l. l. II, 407.*

p. 504, 15. 20 = *p.* 550, 1. 5: Et tum — adventum nuntiant = *ib. § 4; l. l. II, 408.*

p. 504, 20. 25 = *p.* 550, 5: Sola enim — saeculorum. Amen = *Homilia 2 de cruce et latrone § 1; l. l. II, 411.*

Non inveni:

p. 92, 20. 25: Omnes tibi — vultum venerentur.

p. 510, 25. 30 *(in sermone coenae Domini)*: Omnia facta — figuram reveretur; *sed cf. Mansi, Concilia XII, 1068.*

p. 510, 30. 35 *(de parabola seminis)*: Indumentum imperiale — imperatorem deducit; *sed cf. Mansi, l. l. XII, 1068.*

p. 541, 30 *(in expositione epistolae ad Hebreos omilia XII.)*: Nam quae — autem nequaquam.

Ps.-Iohannes Chrysostomus.

p. 504, 25 — *p.* 505, 1 = *p.* 550, 5—25: Et si — vestitus invenietur = *Sermo in venerabilem crucem; l. l. II, 812 sq.*

p. 485, 35. 40 = *p.* 537, 10—20: Pictores imitantur — videntibus praestant = *Homilia in titulum psalmi L. § 1; l. l. V, 572.*

Ionas Aurelianensis († 843).

(De institutione laicali, Migne, Patrol. lat. CVI, 121 sqq.; De institutione regia, ib. CVI, 279 sqq. — Quae capita primum a Iona in concilio Parisiensi anni 829. scripta sunt, tum in relatione episcoporum anni 829. recepta, deinde in Ionae libro de institutione regia, denique in concilio Aquisgranensi a. 836. ad 837., de cuius tempore inter Addenda et Corrigenda agemus, ea hoc loco non est enumerare; cf. supra p. 649 ann. 2 sqq., p. 715 ann. 2 sqq., p. 894 sq. sub Concilio Parisiensi a. 829. et infra sub Relatione episcoporum ad Hludowicum imperatorem a. 829.).

p. 663, 10 — *p.* 664, 20: Quod ad — praesbiteris fieri = *De institutione laicali I c. 11; l. l. CVI, 143 sq.*

p. 663, 30 — *p.* 666, 20: Quod in — sibi accumulent = *ib. I c. 13; l. l. CVI, 147 sqq.*

p. 666, 20 — 667, 10: Quod et — pingat crucem = *ib. I c. 14; l. l. CVI, 149 sq.*

p. 661, 25 — *p.* 662, 1: Quod gravius — volutabro luti = *ib. I c. 19; l. l. CVI, 158.*

p. 657, 5. 10: Quod vero — demonstratum est *cf. ib. I c. 19; l. l. CVI, 158.*

p. 662, 1 — *p.* 663, 5: Et Dominus — operibus insistatur = *ib. I c. 19; l. l. CVI, 158 sqq.*

p. 663, 5. 10: Admonet quippe — operibus exornanda *cf. ib. I c. 19; l. l. CVI, 160 sq.*

p. 656, 35 — *p.* 657, 5: Si mundanarum — observanda censentur = *ib. I c. 20; l. l. CVI, 161.*

p. 657, 10 — *p.* 658, 1: Quodsi acta — Deo largiris = *ib. I c. 20; l. l. CVI, 163 sq.*

p. 658, 1—20: In primordio — conlaudant coquorum = *ib. I c. 20; l. l. CVI, 164.*

p. 658, 20. 25: Est et — contempnere praesumat = *ib. I c. 20; l. l. CVI, 165.*

p. 658, 25—40: Homines condunt — non potest = *ib. I c. 20; l. l. CVI, 165 sq.*

p. 658, 40 — *p.* 659, 10: Perspicue hinc — inculpabiliter credunt = *ib. I c. 20; l. l. CVI, 166.*

p. 670, 25 — *p.* 671, 15: Quod nosse — longum est *cf. lemmata capitum institutionis laicalis II cc. 1. 2. 4—7. 12. 13. 8, I cc. 11. 13, II cc. 24. 26, III c. 7.*

p. 718, 25. 30: Licet enim — Christi pertinet = *De institutione regia c. 2; l. l. CVI, 287; v. supra in lemmate huius articuli.*

p. 729, 30 — *p.* 767, 20: Inclito caelestique — efficiat. Amen = *Epistola concilii Aquisgranensis ad Pippinum regem directa a Iona confecta et a concilio approbata est (cf. p. 729, 40. 45; 734 ann. 1; 753 ann. 1), id quod antea non constabat.*

Isidorus Hispalensis († 636).

(Opera ed. Arevalo I—VII. Romae 1797 sqq.).

p. 113, 5 = *p.* 117, 20: Primogenitus autem — esset primogenitus = *Etymol. VII c. 2 § 13; l. l. III, 301.*

Iulianus *v.* Missale Muzarabicum.

Iulianus Pomerius (saec. V.).

(Semper fere Prosper vocatus. — De vita contemplativa libri III editi in appendice operum Prosperi ed. Benedict. Parisiis 1711).

Karolus Magnus imperator († 814).

Firmianus Lactantius († ca. 340).

(Opera ed. Brandt I. II. Vindobonae 1890 sqq.).

Leo I. papa (440—461).

(Opera edd. Ballerinii I—III. Venetiis 1753 sqq.).

Leontius episcopus Neapolitanus Cypri (saec. VII. in.).

Lex Romana Visigothorum a. 506.

(ed. G. Haenel. Lipsiae 1849).

p. 714, 30. 35: De his — porrigenda devovimus = *ib. c. 55; l. l. II, 46, 20. 25 (cf. conc. Paris. 829 lib. III. praef.; l. l. II, 668, 15).*

p. 714, 35 — *p.* 715, 1: Ut aperte — nostrarum fideliter = *ib. II c 55; l. l. II, 46, 25 (cf. conc. Paris. 829 lib. III. praef.; l. l. II, 668, 20).*

p. 715, 1—10: Ut quid — pacificare noverunt = *ib. c. 56; l. l. II, 46 sq. (Conc. Paris. 829 lib. II c. 1; l. l. II, 649 sq.).*

p. 715, 10—30: Ad quid — thronus eius = *c. 56; l. l. II, 47 (Conc. Paris. 829 lib. II c. 1; l. l. II, 650).*

p. 716, 1—10: Regale namque — divinitus commisso = *ib. c. 56; l. l. II, 47, 10—30 (Conc. Paris. 829 lib. II c. 2; l. l. II, 651 sq.*

p. 716, 10—30: De ministerio — est illi = *c. 56; l. l. II, 47, 30 — p. 48, 5 (Conc. Paris. 829 lib. II c. 2; l. l. II, 652 sq.).*

p. 716, 30. 35: Extant et — imitandi sitis = *ib. 56; l. l. II, 48, 5—15.*

p. 723, 30 — *p.* 724, 1: Verum quod — salvus erit = *ib. c. 56; l. l. II, 48, 15—25.*

p. 719, 15: Iterum monendo — periculum generabitur *ib c. 57; l. l. II, 48 (Conc. Paris. 829 lib. III c. 22; l. l. II, 677).*

p. 719, 20: Similiter deposcimus — crebrius manifestatum = *ib. c. 58; l. l. II, 48 (Conc. Paris. 829 lib. III c. 23; l. l. II, 677).*

p. 719, 20 — *p.* 720, 5: Sed et — cupido munerum = *ib. c. 59; l. l. II, 48 sq. (Conc. Paris. 829 lib. III c. 23; l. l. II, 677 sq.).*

p. 720, 5—15: Rogamus etiam — minime repperiatur = *ib. c. 59; l. l. II, 49 (Conc. Paris. 829 lib. III c. 24; l. l. II, 678).*

p. 720, 20 — *p.* 721, 1: Nam et — virtute sua = *ib. c. 60; l. l. II, 49 sq. (Conc. Paris. 829 lib. III c. 25; l. l. II, 678 sq.).*

p. 721, 5. 10: His omnibus — tenebantur corrigentur = *ib. c. 61; l. l. II, 50 (Conc. Paris. 829 lib. III c. 26; l. l. II, 679).*

p. 721, 15—30: Nam et — exposcebat habuimus = *ib. c. 61; l. l. II, 50 sq. (Conc. Paris. 829 lib. III c. 26; l. l. II, 679 sq.).*

p. 721, 30 — *p.* 722, 1: Porro de — potius augeatur = *ib. c. 62; l. l. II, 51 (Conc. Paris. 829 lib. III c. 27; l. l. II, 680).*

Sedulius (saec. V. in.).

(Opera ed. Huemer. Vindobonae 1885).

p. 505, 10—20: Pax crucis — undique mundum = *Carminum lib. V v. 184—195; l. l. p. 128.*

Severianus Gabaliensis († post a. 408.).

p. 515, 25—35: Putas non — imaginem salvatoris = = *Homilia de serpente c. 2; Opp. Chrysostomi ed. Montfaucon VI, 513.*

Siricius papa (384—399).

p. 261, 20: In qualibet — celeritate succurri = *Decreta c. 2; reg.: Jaffé-K. n. 255.*

Sozomenus *v.* **Cassiodorus.**

Stephanus episcopus Bostrae.

p. 511, 35 — *p.* 512, 30: De imaginibus — referre Deo *cf. Mansi, Concilia XII, 1069 et 1072.*

Stephanus III. papa (768—772).

p. 89, 5. 10: Si quis — apostolicae ecclesiae *cf. MG. Epistolae V, 11.*

p. 90, 20—30: Sed nec — vos perducat *cf. ib. V, 23.*

Taio Caesaraugustanus (ca. 650).

(Libri sententiarum, e Gregorii I. operibus collecti ed. Risco, España sagrada XXXI, Matriti 1776, p. 166 sqq. = Migne, Patrol. lat. LXXX, 727 sqq. — Quae opera Gregorii adhibita sint, supra p. 897 sqq. indicatum est).

p. 336, 25 — *p.* 338, 25: Cum rerum — culpis aliorum = *ib. II c. 32; l. l. XXXI, 304 sqq. (Migne LXXX, 821 sqq.).*

p. 343, 30 — *p.* 344, 15: Sit rector — esse pertimescat = *ib. II c. 34; l. l. XXXI, 311 sq. (M. LXXX, 827).*

p. 345, 20 — *p.* 347, 10: Quia igitur — iniquitates increpare = *ib. II c. 35; l. l. XXXI, 313 sqq. (M. LXXX, 827 sqq.).*

p. 354, 30 — *p.* 356, 25: Omnis spiritalis — rectitudine oberret = *ib. II c. 36; l. l. XXXI, 315 sqq. (M. LXXX, 829 sqq.).*

p. 338, 25 — *p.* 340, 30: Sunt plerique — vulnus portat = *ib. II c. 37; l. l. XXXI, 318 sqq. (M. LXXX, 832 sqq.).*

p. 358, 35 — *p.* 359, 30: Praedicatores sancti — erat fiat = *ib. II c. 38; l. l. XXXI, 322 sqq. (M. LXXX, 834 sq.).*

p. 348, 25 — *p.* 351, 20: Sunt nonnulli — mundo loquuntur = *ib. II c. 39; l. l. XXXI, 324 sqq. (M. LXXX, 835 sqq.).*

p. 359, 35 — *p.* 360, 20: Nonnulli episcoporum — ore quaerit = *ib. II c. 40; l. l. XXXI, 329 sq. (M. LXXX, 839 sq.).*

p. 341, 20 — *p.* 342, 10: Sunt nonnulli — invitus oboedire = *ib. II c. 41; l. l. XXXI, 330 sq. (M. LXXX, 840 sq.).*

p. 379, 1 — *p.* 380, 5: Ammonendi sunt — imitari noluerunt = *ib. II c. 42; l. l. XXXI, 331 sqq. (M. LXXX, 841 sq.).*

p. 380, 20 — *p.* 381, 20: Plerumque subditi — nodonceri = *ib. II c. 43; l. l. XXXI, 333 sqq. (M. LXXX, 842 sq.).*

p. 378, 15. 30: Clericus ammonendus — plurimis increpentur = *ib. II c. 44; l. l. XXXI, 335 (M. LXXX, 843 sq.).*

p. 404, 20 — *p.* 405, 1: Nemo aestimet — feminas prohibere = *ib. V c. 2; l. l. XXXI, 502 (M. LXXX, 958).*

Theodorus patriarcha Hierosolymitanus.

p. 90, 35 — *p.* 91, 1: Restat mihi — sanctitas patet; *cf. MG. Epistolae V, 23.*

Non inveni hos locos:

p. 57, 1: Qui illum — evadit iratum.

p. 82, 30: Si caput — sana efficiuntur *(v. etiam p. 328, 30).*

p. 121, 25: Si iuniori — senior taceat.

p. 121, 25: Consilium multorum — contempseris unus.

p. 452, 1: Frons hominis — corda gerit.

p. 556, 20: Sacerdotes non — et praedicatione.

p. 707, 25. 30: Legitur — bibisse videatur.

p. 770, 25: Si quid — integrum remanebit[1].

1) *Si recte numeravimus, excerpta patrum etc. circiter 1200 in editionibus praeviis inventa sunt, non autem detecta circiter 60, id quod aliqua ex parte falsis inscriptionibus effectum videtur esse, quarum nonnullae apud Ambrosium, Augustinum aliosque corrigi potuerunt.*

V.

INDEX CODICUM.

Index codicum omnes complectitur libros scriptos, quorum hoc in tomo mentio facta est. Quae concilia aut quorum conciliorum partes in se contineant, qualis sit librorum origo vel historia, in paginis lineisque quinis invenietur, quas nomini saeculoque uniuscuiusque codicis apposuimus.

c) Bibliotheca Mazariniana.

Codices Pragenses.

a) Bibliotheca universitatis.

b) Museum Bohemicum.

Codices Remenses.

Codices Romani.

a) Bibliotheca Barberiniana.

b) Bibliotheca Chisiana.

c) Bibliotheca Corsiniana.

d) Bibliotheca Vallicellana.

e) Bibliotheca Vaticana.

[illegible]

Codex Vaticanus inter codices reginae Christinae 290 saec. X. XIV.; r. p. 208, 5.

Codex Vaticanus inter codices reginae Christinae 363 saec. X. XIV.; r. p. 207, 5.

Codex Vaticanus inter codices reginae Christinae 417 saec. X. XI.; r. p. 208, 20.

Codex Vaticanus inter codices reginae Christinae 520 saec. X. XI.; r. p. 208, 20.

Codex Vaticanus inter codices reginae Christinae 846 saec. IX. X.; r. p. 108, 20.

Codex Vaticanus inter codices reginae Christinae 1038 saec. XV. XVI.; r. p. 108, 25. 30.

Codex Vaticanus inter codices reginae Christinae 1042 saec. X. XI.; r. p. 33, 10. 15. 34, 10. 15. 179, 10. 15. 598, 5. 15. 308, 5. 20.

Codex Vaticanus inter codices reginae Christinae 1775 saec. XIII.; r. p. 311, 30.

Armarium Vaticanum.

Copia saec. XVI servata in archivo Vaticano Arm. XII. caps. II n. 4; r. p. 64, 15. 65, 1.

2) Bibliotheca Vittorio Emmanuele.

Codex Romanus bibliothecae regiae Vittorio Emmanuele 2098 saec. XI.; r. p. 311, 25.

Codex Rotomagensis 1385 saec. X. XI.; r. p. 466, 10.

Codices Salisburgenses.

Codex Salisburgensis S. Petri a. VIII. 7 saec. XII.; r. p. 335, 10.

Codex Salisburgensis S. Petri a. IX. 32 saec. XI.; r. p. 1, 15. 6, 15.

De codice capituli Salisburgensis r. Schedae Pruggeri.

De chronico Salisburgensi manuscripto r. p. 215, 25. 30.

Fasciculus archivi consistorialis Salisburgensis (Synodalakten 796) saec. XVI. in.; r. p. 213, 15. 214, 10.

Codices Sangallenses.

Codex Sangallensis 286 saec. IX.; r. p. 311, 25.

Codex Sangallensis 671 saec. X.; r. p. 19, 25.

Codex Sangallensis 733 saec. IX.; r. p. 106, 5.

Codex [illegible] 1390a saec. IX.; r. p. 311, [illegible]

Codex [illegible] bibliothecae [illegible] 74 saec. XI. XII.; r. p. 500, 20.

[illegible]

[illegible] Pruggeri ex codice capituli Salisburgensis; r. [illegible]

[illegible]; r. p. 222, 20. 25.

Codices [illegible].

Codex [illegible] 29 saec. XII.; r. p. 37, 15.

Codex [illegible] 44 saec. XI.; r. p. 311, 25.

Codex [illegible] 45 saec. XIII.; r. p. 311, 25.

De codice [illegible] saec. IX.; r. p. 422, 20.

Codices Taurinenses.

Codex Taurinensis G. V. 4 saec. X.; r. p. 466, 10.

Codex Taurinensis G. V. 26 saec. X.; r. p. 466, 15.

De codice universitatis Taurinensis r. p. 240, 20. 25.

Codex T[illegible] 14. 23 saec. XI.; r. p. 111, 15. 20. 120, [illegible]

Codex [illegible] 1291 saec. XIII.; r. p. 311, 25.

Codices Veneti.

Codex Venetus S. Marci, lat. cat. II saec. XV.; r. p. 274, 20.

Codex Venetus S. Marci, Zanetti 169 saec. XV. XVI.; r. p. [illegible] 49, 25. 30.

Codices Vercellenses.

Codex capituli Vercellensis LXXVI saec. IX. X.; r. p. [illegible]

Codex capituli Vercellensis CXI saec. X.; r. p. 30, 5. 560, [illegible]

Codex capituli Vercellensis 174 saec. IX. X.; r. p. 473, 20.

Codex capituli Vercellensis 175 saec. IX.; r. p. 473, 10.

Codices Veronenses.

Codex capituli Veronensis LVII saec. XI.; r. p. 79, 20.

Codex capituli Veronensis LXII saec. XI.; r. p. 79, 20.

Codex capituli Veronensis LXIII saec. XI.; r. p. 30, 10. 560, 5.

Codex capituli Veronensis LXIV saec. XI.; r. p. 311, 20.

Codex Vici Ausonensis, Cath. 41 saec. XI.; r. p. 311, 20.

Codices Vindobonenses.

Codex Vindobonensis 406 saec. XII.; r. p. 98, 20. 25.

Codex Vindobonensis 458 saec. X.; r. p. 172, 10. 15.

Codex Vindobonensis 501 saec. X.; r. p. 311, 20.

Codex Vindobonensis 751 saec. IX. X.; r. p. 1, 20. 6, 20. 45, 20. 247, 20. 258, 15. 273, 25. 286, 5. 301, 25. 30.

Codex Vindobonensis 2090 saec. XI. XII.; r. p. 311, 20.

Codex Vindobonensis 2195 saec. XI. XII.; r. p. 823, 25.

Codex Vindobonensis 2198 saec. X.; r. p. 19, 25. 99, 10. 259, 20. 25. 274, 1.

Codices Virdunenses.

Codex Virdunensis 6 saec. XIII.; r. p. 311, 30.

Codex Virdunensis 46 saec. XI.; r. p. 30, 5. 560, 10.

Codex Viterbiensis, Cath. saec. XIII.; r. p. 311, 30.

Codices Wirziburgenses.

Codex universitatis Wirziburgensis mp. theol. q. 25 saec. IX.; r. p. 422, 10. 15.

Codex universitatis Wirziburgensis theol. fol. 46 saec. IX.; r. p. 226, 10.

VI.

INDEX EDITIONUM.

Praebet hic index ordine alphabetico titulos omnium editionum praeviarum, quae continent acta synodalia in hoc tomo recepta et quas in commentariolis unicuique concilio praemissis laudavimus. Invitus feci, ut omitterem numeros paginarum, quibus acta synodalia inveniuntur; nam talis conspectus vires nostras excessisset insuperque molem numerorum perspicere difficillimum fuisset. Certe qui editionem praeviam repperit allegatam facile in nostra quid scire vult deteget, propterea quod ordo chronologicus hunc laborem quoad fieri potest deminuit.

'Abhandlungen der churfürstlich-baierischen Akademie der Wissenschaften' I. 'München' 1763.
L. d'Achéry, Spicilegium VII. Parisiis 1666. Ed. 2ª. per F. J. de la Barre III. ib. 1723.
J. S. de Aguirre, Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae et novi orbis IV. Ed. 2ª. Romae 1754.
P. Albers, Consuetudines monasticae III. Typis Montis Casini 1907.
E. Amort, Vetus disciplina canonicorum regularium et saecularium I. Venetiis 1747.
Analecta Divionensia I. 'Dijon' 1875.
'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII. 'Hannover' 1839.
'Archivio della R. società Romana di Storia patria' XXII. 'Roma' 1899.
M. L. Bail, Summa conciliorum omnium I. II. Parisiis 1659.
P. et H. Ballerinii, Ratherii Veronensis opera. Veronae 1765.
St. Baluze, S. Agobardi archiepiscopi Lugdunensis opera II. Lugduni 1666.
St. Baluze, Capitularia regum Francorum I. II. Parisiis 1677.
St. Baluze, Miscellanea III. Parisiis 1680.
C. Baronius, Annales ecclesiastici ad a. 742—843. Editio Moguntinensis in folio VIII. IX. 1601—05.
D. Bartolini, 'Di S. Zaccaria papa e degli anni di suo pontificato. Ratisbona' 1879.
Bibliotheca maxima veterum patrum et antiquorum scriptorum . . . XIV. Lugduni 1677.
M. de la Bigne, Bibliotheca sanctorum patrum IV. Ed. 4ª. Parisiis 1624.
S. Binius, Concilia generalia et provincialia III, 1. Coloniae Agrippinae 1606.
A. J. Binterim, 'Pragmatische Geschichte der deutschen National-, Provinzial- und vorzüglichsten Diöcesanconcilien' I. 'Mainz' 1835. II. ib. 1836.
Th. Bitterauf, 'Die Traditionen des Hochstifts Freising' I. ('Quellen und Erörterungen zur Bayerischen und Deutschen Geschichte NF.' IV.). 'München' 1905.
Bollanus et Nicolini, Conciliorum omnium tam generalium quam provincialium . . . vol. III. Venetiis 1585.
J. du Bouchet, 'La véritable origine de la seconde et troisième ligne de la maison royale de France. Paris' 1646.
M. Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules et de la France'. V. 'Paris' 1744. VI. ib. 1749. VII. ib. 1749. VIII. ib. 1752.
A. Brunner, Annales virtutis et fortunae Boiorum II. Monachii 1629. Ed. 2ª. Francofurti ad Moenum 1710.
Bullarium diplomatum et privilegiorum sanctorum Romanorum pontificum (Taurinensis editio) I. Augustae Taurinorum 1857.
Burchardi Wormatiensis episcopi decretum ed. Parisiensis. 1549.
S. Calles, Annales ecclesiastici Germaniae II. Viennae Austriae 1756.
A. Calmet, 'Histoire de Lorraine' I. 'Nancy' 1728. Ed. 2ª. II. ib. 1745.
F. P. Canciani, Barbarorum leges antiquae I. Venetiis 1781. II. ib. 1783.
H. Canisius, Chronicon Victoris . . . Synodus Bauarica sub Tassilone Bauariae duce . . . Ingolstadii 1600.
D. P. Carpentier, Alphabetum Tironianum. Lutetiae Parisiorum 1747.
G. de Catel, 'Mémoires de l'histoire du Languedoc. Tolose' 1633.

G. Cenni, Concilium Lateranense Stephani III. a. DCCLXIX. Romae 1735.
R. Charles et L. Froger, Gesta domni Aldrici Cenomannensis urbis episcopi. 'Mamers' 1889.
J. J. Chifflet, Opera politico-historica ad pacem publicam spectantia I. Antverpiae 1650.
Codex diplomaticus Cavensis edd. M. Morcaldi, M. Schiani, S. de Stephano IV. Mediolani, Pisis, Neapoli 1877.
Codex diplomaticus Langobardiae (Historiae patriae monumenta XIII). Augustae Taurinorum 1873.
C. Le Cointe, Annales ecclesiastici Francorum V. Parisiis 1673. VI. ib. 1676. VII. ib. 1678. VIII. ib. 1683.
Conciliorum omnium generalium et provincialium collectio regia XVII. XVIII. XX. XXI. Parisiis 1644.
J. Cordesius, Opuscula et epistolae Hincmari Remensis archiepiscopi. Lutetiae Parisiorum 1615.
P. Crabbe, Conciliorum omnium tam generalium quam particularium . . . tomus II. Coloniae 1538. Ed. 2ª. II. ib. 1551.
F. Dalham, Concilia Salisburgensia provincialia et dioecesana. Augustae apud Vindelicos 1788.
P. Delalande, Conciliorum antiquorum Galliae . . . supplementa. Lutetiae Parisiorum 1666.
Cl. Devic et J. Vaissete, 'Histoire générale de Languedoc' I. 'Paris' 1730. Ed. 2ª. II. 'Toulouse' 1875.
A. Duchesne (Quercetanus), B. Flacci Albini sive Alchvvini . . . opera. Lutetiae Parisiorum 1617.
A. Duchesne, Historiae Francorum scriptores II. Lutetiae Parisiorum 1636.
L. Duchesne, 'Le Liber pontificalis' I. 'Paris' 1886.
F. Dückher, 'Saltzburgische Chronica. Saltzburg' 1666.
J. G. ab Eckhart, Commentarii de rebus Franciae orientalis II. Wirzeburgi 1729.
M. Félibien, 'Histoire de l'abbaye royale de St. Denys en France. Paris' 1706.
M. Flacius Illyricus, Catalogus testium veritatis. Ed. 4ª. II. Lugduni 1597. Ed. 5ª. s. l. 1608.
M. Flacius Illyricus, J. Wigand, M. Judex, Eccleciastica historia . . . secundum singulas centurias . . . digesta, cent. VIII. Basileae 1564, cent. IX., ib. 1565.
Florez, 'España sagrada' V. 'Madrid' 1763.
F. Forster, Concilium Aschaimense sub Tassilone II. duce Baioariae anno rep. sal. 763. celebratum. Ratisbonae 1767.
J. François et N. Tabouillot, 'Histoire générale de Metz' III. 'Metz' 1775.
E. Friedberg, Corpus iuris canonici I. Lipsiae 1879.
Froben, B. Flacci Albini seu Alcuini opera I. II. Ratisbonae 1777.
Fronto, Ivonis Carnotensis decretum. Parisiis 1647.
V. de La Fuente, 'Historia ecclesiastica de España'. Ed. 2ª. III. 'Madrid' 1875.
M. Furter, Ivonis Carnotensis decretum. s. l. 1499.
C. Gärtner, 'Salzburgische gelehrte Unterhaltungen' I. 'Salzburg' 1812.
A. Galante, Fontes iuris canonici selecti. Oeniponte 1906.
Gallia christiana VI. Parisiis 1739. IX. ib. 1751. XIII. ib. 1785.
H. G. Gengler, 'Germanische Rechtsdenkmäler. Erlangen' 1875.
P. Georgisch, Corpus iuris Germanici antiqui. Halae Magdeburgicae 1738.
J. A. Giles, S. Bonifacii archiepiscopi et martyris opera quae extant omnia II. Londinii 1844.
M. Goldast, Collectio constitutionum imperialium I. Francofurdiae ad Moenum 1615. II. ib. 1613. III. Hanoviae 1609. IV. Francofurti 1713.
M. Goldast, Imperialia decreta de cultu imaginum in utroque imperio tam orientis quam occidentis promulgata. Francofurti 1608.
Th. Gousset, 'Les actes de la province ecclésiastique de Reims' I. 'Reims' 1842.
J. H. Gradonicus, Brixia sacra. Pontificum Brixianorum series. Brixiae 1765.
E. G. Graff, 'Diutisca' I. 'Stuttgart und Tübingen' 1826.
J. Gretser, Divi Bambergenses cum diplomatibus. Ingolstadii 1611.
J. Gretser, Opera omnia X. Ratisbonae 1735.
M. Guérard, 'Cartulaire de l'abbaye de Saint-Bertin (Collection des cartulaires de France' III.). 'Paris' 1840.
A. W. Haddan and W. Stubbs, 'Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland' III. 'Oxford' 1878.
M. Hansiz, Germania sacra II. Augustae Vindelicorum 1729.
J. Harduin, Acta conciliorum III—V. Parisiis 1714.
J. Hartzheim, Concilia Germaniae I. Coloniae Augustae Agrippinensium 1759. II. ib. 1760.
A. Helfferich, 'Der westgothische Arianismus und die spanische Ketzergeschichte. Berlin' 1860.
G. Henschen, De tribus Dagobertis Francorum regibus. Antverpiae 1655.
A. d'Herbomez, 'Cartulaire de l'abbaye de Gorze' (Mettensia II). 'Paris' 1898—1900.
J. Herold, Orthodoxographa theologiae sacrosanctae ac superioris fidei doctores. Basileae 1555.
Herrgott, Vetus disciplina monastica. Parisiis 1726.
J. Heumann, Commentarii de re diplomatica imperatorum ac regum Germanorum I. Norimbergae 1745.
F. X. Himmelstein, Synodicon Herbipolense. 'Würzburg' 1855.
L. Holsten, Collectio Romana bipartita I. II. Romae 1662.

Ph. Jaffé, Bibliotheca rerum Germanicarum III. Berolini 1866. IV. ib. 1867. VI. ib. 1873.
J. J. Ideler, 'Leben und Wandel Karls des Grossen' II. 'Hamburg und Gotha' 1839.
F. Joverius, Sanctiones ecclesiasticae tam synodicae quam pontificiae II. Parisiis 1555.
Fr. Th. von Kleinmayrn, 'Nachrichten vom Zustande der Gegenden und der Stadt Juvavia. Salzburg' 1784.
Ph. Labbe et G. Cossart, Sacrosancta concilia VI—VIII. Lutetiae Parisiorum 1671. Ed. 2ª. cur. N. Coleti VIII. IX. Venetiis 1729.
Cl. Le Laboureur, 'Les masvres de l'abbaye royale de l'Isle Barbe' I. 'Lyon et Paris' 1665.
W. Levison, Vitae s. Bonifatii archiepiscopi Moguntini. Hannoverae et Lipsiae 1905.
Fr. Lindenbrog, Codex legum antiquarum. Francofurti 1613.
J. Chr. Lünig, 'Reichsarchiv' IV (= Des teutschen Reichsarchivs' partis generalis . . . contin. II.) 'Leipzig' 1720. XV (= Spicilegium ecclesiasticum 'des teutschen Reichsarchivs' I.) ib. 1716. XVI (= Spicilegium ecclesiasticum . . . II). ib. 1716.
J. Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti III, 1. 2. Luteciae Parisiorum 1672. IV, 1. ib. 1677.
J. Mabillon, Annales ordinis S. Benedicti II. Luteciae Parisiorum 1704. Ed. 2ª. II. Lucae 1739.
J. Mabillon, De re diplomatica libri VI. Luteciae Parisiorum 1681. Ed. 2ª. ib. 1709. Ed. 3ª. cur. J. Ademari. Neapoli 1789.
J. Mabillon, Vetera analecta I. Luteciae Parisiorum 1675. Ed. 2ª. Parisiis 1723.
J. J. Mader, M. Adami scriptoris vetusti historia ecclesiastica. Helmstadii 1670.
J. F. Madrisi, S. patris nostri Paulini patriarchae Aquileiensis opera. Venetiis 1737.
J. Malbrancq, De Morinis et Morinorum rebus II. Tornaci Nerviorum 1647.
J. D. Mansi, Sanctorum conciliorum . . . collectio nova seu . . . supplementum I. Lucae 1748.
J. D. Mansi, Sanctorum conciliorum nova et amplissima collectio XII. Florentiae 1766. XIII. ib. 1767. XIV. Venetiis 1769. XV. ib. 1770. XVII. ib. 1772.
P. de Marca, Dissertationum de concordia sacerdotii et imperii . . . libri 8. II. Parisiis 1663. Ed. 2ª. Francofurti 1708. Ed. 3ª. III. Neapoli 1771. Ed. 4ª. III. Bambergae 1788.
G. Marlot, Metropolis Remensis I. Insulis 1666.
E. Martène et U. Durand, Veterum scriptorum et monumentorum . . . amplissima collectio VII. Parisiis 1727. IX. ib. 1729.
P. Masson, S. Agobardi episcopi ecclesiae Lugdunensis opera. Parisiis 1605.
P. C. Meichelbeck, Historia Frisingensis I, 2. Augustae Vindelicorum et Graecii 1724.
Ménard, 'Histoire civile, ecclésiastique et littéraire de la ville de Nime' I. Parisiis 1750.
J. P. Migne, Patrologia latina LXXXIX. Paris 1863. LXXXXV—LXXXXIX. ib. 1862. CI. ib. 1863. CIV. ib. 1864. CV. ib. 1864. CXVI. ib. 1852. CXIX. ib. 1859. CXXXV. ib. 1879. CXXXVI. ib. 1853. CXXXVIII. ib. 1853.
A. Miraeus, Codex donationum piarum. Bruxellis 1624.
A. Miraeus, Opera diplomatica et historica I. Ed. 2ª. Bruxellis 1723. IV. ib. 1748.
'Mittheilungen der Gesellschaft für Salzburger Landeskunde' XII. 'Salzburg' 1872.
Monumenta Boica VI. Monachi 1766.
Monumenta Germaniae historica: Capitularia I. 1883. II. 1897. Constitutiones et acta publica imperatorum et regum I. 1893. Epistolae III. 1892. IV. 1895. V. 1899. Leges I. 1835. II. 1837. III. 1851—1863. IV. 1868. Libelli de lite imperatorum et pontificum saec. XI. et XII. conscripti III. 1897. Scriptores VI. 1844. XIII. 1881. Scriptores rerum Langobardicarum et Italicarum saec. VI.—IX. 1877.
L. A. Muratori, Antiquitates Italicae V. Mediolani 1741.
L. A. Muratori, Rerum Italicarum scriptores I, 2. Mediolani 1725. II, 2. ib. 1726.
'Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' XX. 'Hannover' 1895. XXV. ib. 1900. XXVII. ib. 1902. XXX. ib. 1905.
A. J. Nürnberger, 'Die römische Synode vom Jahre 743'. Synodus Romana habita a S. Zacharia papa in basilica S. Petri anno Christi 743. 'Mainz' 1898.
A. Pagi, Critica hist.-chronologica in universos annales ecclesiasticos C. Baronii (ed. cur. A. Theiner XIII. Barri-Ducis 1868).
Paulinus *v.* Synodus Parisiensis.
B. Pez, Thesaurus anecdotorum novissimus II, 3. Augustae Vindelicorum 1721. VI, 1. ib. 1729.
J. von Pflugk-Harttung, Acta pontificum Romanorum inedita II. 'Stuttgart' 1884.
P. Pithoeus, Annalium et historiae Francorum . . . scriptores coaetanei XII. Ed. Germ. Francofurti 1595.
P. Pithou, 'Preuves des libertez de l'église Gallicane' II. Ed. 2ª. 'Paris' 1651.
M. Quantin, 'Cartulaire général de l'Yonne' I. 'Auxerre' 1854.
F. A. baro ab Reiffenberg, Petrus a Thymo, Historia Brabantiae diplomatica I. Bruxellis 1830.
J. Resch, Annales ecclesiae Sabionensis nunc Brixinensis I—III. Augustae Vindelicorum 1755—1765.
J. Roberti, Historia s. Huberti . . . primi Leodiensis episcopi. Luxemburgi 1621.
J. F. B. M. de Rubeis, Monumenta ecclesiae Aquileiensis. Argentinae 1740.
J. F. B. M. de Rubeis, De schismate ecclesiae Aquileiensis dissertatio historica. Venetiis 1732.
J. Sagittarius, Canones conciliorum omnium. Basileae 1553.

J. A. Sassi, Archiepiscoporum Mediolanensium series historico-chronologica II. Mediolani 1765.
H. J. Schmitz, 'Die Bussbücher und die Bussdisciplin der Kirche. Mainz' 1883.
W. Schmitz, Monumenta tachygraphica codicis Parisiensis latini 2718, fasc. I. Hannoverae 1883.
N. Serarius, Epistolae S. Bonifaci martyris. Moguntiae 1605
J. Sirmond, Concilia antiqua Galliae I. II. Lutetiae Parisiorum 1629.
J. Sirmond, Hincmari archiepiscopi Remensis opera I. Lutetiae Parisiorum 1645.
F. L. Surius, Conciliorum omnium tum generalium tum provincialium ... tom. III. Coloniae Agrippinae 1567.
Synodus Parisiensis de imaginibus habita a. Chr. DCCCXXIV. ex vetustissimo codice descripta et nunc primum in lucem edita apud heredes Wecheli etc. Francofurti ad Moenum 1596. Ed. 2ª. saec. XVII. confecta locum bibliopolae annumque ed. 1. retinuit. Appositus est: Paulini Aquileiensis episcopi adversus Felicem Urgelitanum et Eliphantum Toletanum episcopos libellus, ed. incerti loci anni 1549.
J. Tardif, 'Monuments historiques (Archives de l'Empire. Inventaires et documents). Paris' 1866.
A. Theiner, Disquisitiones criticae in praecipuas canonum et decretalium canones. Romae 1836.
D. F. Ughelli, Italia sacra II. Venetiis 1647. Ed. 2ª. II. ib. 1718. X. ib. 1722.
P. M. F. M. de Villanuño, Summa conciliorum Hispaniae II. Matriti 1784. Ed. 2ª. I. Barcinone 1850.
J. Ph. a Vorburg, Historiarum ... imperii Romano-Germanici ... vol. IX. Francofurti 1659, X. ib. 1659, XI. ib. 1660.
de Vosmedanio, Ivonis Carnotensis Panormia. Lovanii 1557.
F. Walter, Corpus iuris Germanici antiqui I — III. Berolini 1824.
F. Walter, Fontes iuris ecclesiastici antiqui et hodierni. Bonnae 1862.
F. G. A. Wasserschleben, Reginonis Prumiensis libri duo de synodalibus causis et disciplinis ecclesiasticis. Lipsiae 1840.
H. Wasserschleben, 'Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen. Leipzig' 1839.
M. Welser, Rerum boicarum libri quinque. Augustae Vindelicorum 1602. Ed. 2ª. cur. J. C. Lippert. ib. 1777.
M. Welser, Opera historica et philologica. Norimbergae 1682.
L. Westenrieder, 'Beiträge zur vaterländischen Historie' I. 'München' 1788.
V. Wolf von Glanvell, 'Die Kanonessammlung des Kardinals Deusdedit. Paderborn' 1905.
St. A. Würdtwein, Epistolae S. Bonifacii archiepiscopi et martyris. Magontiae 1789.

VII.

INDEX LIBRORUM, IN QUIBUS REGESTA CONCILIORUM INVENIUNTUR.

VIII.

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM.

Maior numerus paginam, minor quinas litteras indicat. — Omissa sunt nomina biblica. Annos episcoporum addimus secundum P. Gams (Series episcoporum. Ratisbonae 1873 sqq.) et A. Hauck ('Kirchengeschichte Deutschlands' II. ed. 2. Lipsiae 1900, p. 783 sqq.).

A.

C.

D.

E.

H.

N.

O.

Q.

R.

IX.

INDEX VERBORUM ET RERUM.

Ab hoc indice, item totum tomum comprehendente, seclusi sunt praeter verba sententiasque biblica omnes loci aliunde velut ex patribus ecclesiasticis sim. deprompti, quorum tabulam supra p. 888—907 invenies. — Maior numerus paginam, minor quinas lineas indicat.

e.

K.

L.

O.

W.

X.

Y.

Z.

X.

CONCORDANTIAE EDITIONUM.

SCRIPSIT RICARDVS SALOMON.

(Editiones priores secundum tomum et paginam sive columnam, nostra secundum numerum allegantur. — Numeri paginarum, qui hic inveniuntur, errata quaedam in singulis lemmatibus editionis nostrae corrigunt. — app. = appendix, sp. = spurium.)

1. Ordo editionis Labbei-Cossartii novaeque editionis Coletii.

Labb.-Coss.		Col.		Ed. nostra
VI, 1533—1536	=	VIII, 269—271	=	1
VI, 1546—1551	=	VIII, 283—290	=	3 B
VI, 1537—1538	=	VIII, 273—275	=	2
VI, 1552—1554	=	VIII, 289—293	=	4
VI, 1556—1563	=	VIII, 299—307	=	5
VI, 1656—1659	=	VIII, 405—408	=	(*9)
VI, 1664—1669	=	VIII, 415—422	=	(*8)
VI, 1689—1694	=	VIII, 445—450	=	12
VI, 1694—1697	=	VIII, 449—453	=	(*11 A)
VI, 1698—1700	=	VIII, 454—456	=	11 B
VI, 1702	=	VIII, 461—463	=	13
VI, 1788—1789	=	VIII, 550—551	=	18
VI, 1794—1795	=	VIII, 557—558	=	15 A
VI, 1795—1796	=	VIII, 558—559	=	15 B
VI, 1796		VIII, 559	=	16 B
VI, 1796—1798	=	VIII, 559—561	=	16 A
VI, 1824—1826	=	VIII, 589—592	=	(*17 col. 1)
VII, 964—966	=	IX, 1—4	=	sp. 6
VII, 991—1009	=	IX, 31—50	=	21
VII, 1014—1021	=	IX, 57—66	=	19 C
VII, 1022—1032	=	IX, 66—76	=	19 D
VII, 1032—1047	=	IX, 76—91	=	19 E
VII, 1047—1054	=	IX, 91—98	=	19 F
VII, 1056—1064	=	IX, 99—108	=	19 G
VII, 1149—1151	=	IX, 213—215	=	23
VII, 1178—1180	=	IX, 250—252	=	(*27 A)
		IX, 274—276	=	32
VII, 1194—1198	=	IX, 278—282	=	33 B
VII, 1199—1202	=	IX, 283—286	=	33 A
VII, 1231—1239	=	IX, 319—326	=	34
VII, 1239—1252	=	IX, 327—340	=	36
VII, 1253—1259	=	IX, 339—346	=	35
VII, 1259—1270	=	IX, 348—358	=	38
VII, 1270—1286	=	IX, 357—373	=	37
VII, 1287—1289	=	IX, 375—376	=	38 app. A
VII, 1307—1406	=	IX, 399—495	=	39 A
VII, 1406—1437	=	IX, 495—525	=	39 B
VII, 1437—1439	=	IX, 526—528	=	39 C col. 1
VII, 1440—1443	=	IX, 529—531	=	39 C col. 2
VII, 1478—1484	=	IX, 569—574	=	(*41 B)
VII, 1505—1512	=	IX, 597—602	=	(*40)
VII, 1519—1520	=	IX, 611—614	=	(*sp. 8 A)
VII, 1520—1521	=	IX, 614—615	=	(*sp. 8 B)
VII, 1648 [1]—1649	=	IX, 647—648	=	44 D
VII, 1649—1650	=	IX, 648—650	=	44 C
		IX, 657—662	=	47
VII, 1580—1581	=	IX, 692—693	=	50 A
VII, 1581—1582	=	IX, 693—694	=	50 B
VII, 1590—1592	=	IX, 701—704	=	50 B cum nota
VII, 1592—1667	=	IX, 704—777	=	50 D
VII, 1858—1862	=	IX, 217—222	=	25
VII, 1686—1691	=	IX, 801—806	=	(*54 A)
VII, 1691—1692	=	IX, 806—807	=	(*54 B)
VII, 1700—1727	=	IX, 815—842	=	56 A
VII, 1727—1767	=	IX, 842—882	=	56 B
VII, 1771	=	IX, 905—906	=	61
VII, 1772—1776	=	IX, 907—912	=	61 app. 1
VIII, 103—113	=	IX, 1117—1127	=	46 B

1) *1648—1650 in hoc tomo per errorem pro 1548—1550 excussa sunt.*

2. Ordo editionis Harduini.

Hard.		Ed. nostra.
III, 1919—1922	=	1
III, 1921—1922	=	2
III, 1927—1932	=	3 B
III, 1931—1934	=	4
III, 1935—1942	=	5
III, 1989—1992	=	(*9)
III, 1993—1998	=	(*8)
III, 1999—2004	=	12
III, 2003—2006	=	(*11 A)
III, 2007—2010	=	11 B
III, 2009—2012	=	13
III, 2025—2026	=	18
III, 2029—2030	=	15 A
III, 2031 A	=	15 B
III, 2031 C—E	=	16 B
III, 2031 E—2034	=	16 A
IV, 821—822	=	sp. 6
IV, 847—862	=	21
IV, 865—872	=	19 C
IV, 873—882	=	19 D
IV, 882—896	=	19 E
IV, 896—903	=	19 F
IV, 903—909	=	19 G
IV, 927—928	=	23
IV, 929—934	=	25
IV, 957—959	=	(*27 A)
IV, 969—973	=	33 B
IV, 973—976	=	33 A
IV, 1001—1006	=	34
IV, 1007—1018	=	36
IV, 1017—1022	=	35
IV, 1021—1030	=	38
IV, 1029—1042	=	37
IV, 1043—1044	=	38 app. A
IV, 1055—1147	=	39 A
IV, 1147—1175	=	39 B
IV, 1176—1178	=	39 C col. 1
IV, 1178—1180	=	39 C col. 2
IV, 1213—1218	=	(*41 B)
IV, 1228—1233	=	(*40)
IV, 1237—1239	=	(*sp. 8 A)
IV, 1239—1240	=	(*sp. 8 B)
IV, 1259—1260	=	44 D
IV, 1260—1262	=	44 C
IV, 1279—1280	=	50 A
IV, 1280—1281	=	50 B
IV, 1289—1291	=	50 B cum nota
IV, 1291—1360	=	50 D
IV, 1377—1382	=	(*54 A)
IV, 1382—1384	=	54 B
IV, 1387 - 1408	=	56 A
IV, 1408—1446	=	56 B
IV, 1447—1449	=	61
IV, 1449—1454	=	61 app. 1
V, 61—69	=	46 B

3. Ordo editionis Hartzheimii.

Hartzh.		Ed. nostra.
I, 32—33	=	sp. 1
I, 48—50	=	1
I, 57—58	=	4
I, 60—66	=	5
I, 128—129	=	16 B
I, 129—130	=	15 A
I, 130	=	15 B
I, 239—241	=	(*17)
I, 241—242	=	18
I, 288—295	=	19 C
I, 295—303	=	19 D
I, 304—316	=	19 E
I, 316—321	=	19 F
I, 323—329	=	19 G
I, 336—339	=	25
I, 384—385	=	30
I, 389—390	=	32
I, 391—394	=	33 A
I, 394—397	=	33 B
I, 404—413	=	36
I, 414—415	=	38 app. A
I, 430—514	=	39 A
I, 514—539	=	39 B
I, 540—541	=	39 C col. 1
I, 542—543	=	(*41 A)
I, 542—548	=	(*41 B)
II, 3—7	=	(*40)
II, 23—24	=	(*sp. 8 A)
II, 24—25	=	(*sp. 8 B)
II, 43	=	50 A
II, 44	=	50 B
II, 52—53	=	50 B cum nota
II, 66—67	=	57 B init.
II, 67—72	=	(*57 A)
II, 73—91	=	56 A
II, 91—126	=	56 B
II, 136—137	=	58
II, 139	=	61
II, 691—692	=	22 A

4. Ordo amplissimae collectionis Mansii.

Mansi		Ed. nostra.
XII, 343—344	=	6 B
XII, 365—367	=	1
XII, 369—372	=	2
XII, 381—370bis[1]	=	3
XII, 373bis—381bis	=	5
XII, 567—568	=	sp. 3
XII, 577—584	=	(*8)
XII, 645—650	=	12
XII, 653—656	=	11 B
XII, 663—670	=	10
XII, 675—676	=	13
XII, 713—722	=	14
XII, 851—852	=	15 A
XII, 852—853	=	15 B
XII, 853	=	16 B
XII, 853—855	=	16 A
XII, 893—898	=	(*17 col. 1)
XII, app. 103—106	=	1
XII, app. 105—106	=	2
XII, app. 109—114	=	4
XII, app. 113—118	=	(*9)
XII, app. 127—132	=	(*11 A)
XII, app. 145—146	=	18
XIII, 821—824	=	sp. 6
XIII, 833—853	=	21
XIII, 865 -873	=	19 C
XIII, 873—883	=	19 D
XIII, 883—899	=	19 E
XIII, 899—906	=	19 F
XIII, 909	=	19G c. 1—2
XIII, 921—926	=	20
XIII, 1025—1028	=	7
XIII, 1029—1030	=	22 A
XIII, 1031—1032	=	23
XIII, 1040—1035	=	25
XIII, 1075—1077 A	=	(*17 col. 2)
XIII, app. 187—196	=	19G c. 3—56
XIV, 9—12	=	30
XIV, 15—16	=	32

1) *Paginarum numeri 365—384 in hoc tomo per errorem typographi bis habentur.*

Mansi		Ed. nostra.
XIV, 18—22	=	33 B
XIV, 23—26	=	33 A
XIV, 55—62	=	34
XIV, 63—76	=	36
XIV, 75—82	=	35
XIV, 81—92	=	38
XIV, 91—106	=	37
XIV, 147—246	=	39 A
XIV, 246—277	=	39 B
XIV, 277—279	=	39 C col. 1
XIV, 280—282	=	39 C col. 2
XIV, 389—390	=	(*sp. 8 A)
XIV, 390—391	=	(*sp. 8 B)
XIV, 417—422	=	44 A
XIV, 421—474	=	44 B
XIV, 483—485	=	(*43 A)
XIV, 493—498	=	47
XIV, 529—531	=	50B cum nota
XIV, 532—604	=	50 D
XIV, 633—635	=	52
XIV, 636—640	=	53
XIV, 647—651	=	(*54 A)
XIV, 652—653	=	(*54 B)
XIV, 663—670	=	(*57 A)
XIV, 663—664	=	57 B init. (usque ad pag. 770 lin. 37)
XIV, 671—695	=	56 A
XIV, 696—733	=	56 B
XIV, 741—745	=	57 C
XIV, 745—754	=	57 B pars II (inde a pag. 770 lin. 37)
XIV, 771—774	=	sp. 11
XIV, 773—774	=	61
XIV, 776—780	=	61 app. 1
XIV, 779—782	=	60
XIV, 791—794	=	62
XIV, 999—1009	=	46 B
XIV, app. 255—258	=	(*27 A)
XIV, app. 343—346	=	38 app. A
XIV, app. 361—364	=	(*27 B)
XIV, app. 375—378	=	39 C col. 2
XIV, app. 377—380	=	39 C col. 1
XIV, app. 379—382	=	(*41 A)
XIV, app. 381—388	=	(*41 B)
XIV, app. 393—400	=	(*40)
XV, app. 425—426	=	(*sp. 8 A)
XV, app. 425—428	=	(*sp. 8 B)
XV, app. 435—436	=	44 C
XV, app. 437—438	=	44 D
XV, app. 441—442	=	50 A
XV, app. 441—444	=	50 B
XV, app. 443—446	=	50B cum nota
XVII, app. VII, 233—234	=	61

5. Ordo editionis Pertzii (MG. Leges I. II).

Pertz		Ed. nostra.
I, 16—17	=	1
I, 18	=	2
I, 20—21	=	4
I, 22—23	=	(*9)
I, 24—27	=	(*8)
I, 27—29	=	(*11 A)
I, 29—30	=	13
I, 36—39	=	(*17)
I, 39—40	=	18
I, 71—75	=	19 G
I, 77—81	=	24 A
I, 87—88	=	(*27 A)
I, 160—161	=	(*27 B)
I, 189—190	=	38 app. A
I, 201—204	=	(*40)
I, 204—206	=	(*41 A)
I, 206—209	=	(*41 B)
I, 219—223	=	39 C
I, 231	=	42
I, 238—239	=	48
I, 248—249	=	(*43 A)
I, 250	=	(*43 B)
I, 326—327	=	49
I, 327	=	50 A
I, 329—330	=	50 B
I, 329—331	=	50B cum nota
I, 332—349	=	(*50 E)
I, 366—369	=	(*54 A)
I, 369	=	(*54 B)
I, 370	=	55 A
I, 374	=	61
II, p. 1, 15	=	26
II, p. 1, 552—554	=	38 app. B
II, p. 2, 5	=	(*sp. 8 A)
II, p. 2, 6	=	(*sp. 8 B)
II, p. 2, 12—14	=	46 A
II, p. 2, 14—17	=	46 B

6. Ordo editionis capitularium quam paraverunt Boretius et Krause. (MG. Legum sectio II. tom. I. II.)

Bor.-Kr.		Ed. nostra.
I, 24—26	=	1
I, 26—28	=	2
I, 28—30	=	4
I, 32—37	=	(*8)
I, 37—39	=	(*11 A)
I, 39—41	=	(*9)
I, 46—51	=	(*17)
I, 51—52	=	18
I, 73—78	=	19 G
I, 105—107	=	(*27 A)
I, 173—175	=	38 app. A
I, 221—222	=	13
I, 226—230	=	24 A
I, 237—238	=	(*27 B)
I, 273—275	=	(*41 A)
I, 275—280	=	(*41 B)
I, 310—311	=	(*45 c. 1—2)
I, 311—314	=	(*45 c. 3—18)
I, 326—327	=	(*43 A)
I, 328—329	=	(*43 B)
I, 338—342	=	39 C
I, 343—349	=	(*40)
I, 357—358	=	42
I, 359—361	=	(*sp. 8 A)
I, 361—362	=	(*sp. 8 B)
I, 366—368	=	49
I, 368—370	=	48
I, 370—377	=	46 B
I, 420—423	=	(*45)
II, 2—3	=	50 A
II, 3—6	=	50 B
II, 26—51	=	(*50 E)
II, 51—55	=	(*54 A)
II, 56—57	=	(*54 B)
II, 57—58	=	(*55 A)
II, 111—112	=	61

ADDENDA ET CORRIGENDA
AD PARTEM PRIOREM[1].

pag. 2 lin. 2 adde: Vitae s. Bonifatii archiepiscopi Moguntini recognovit W. Levison (Hannoverae et Lipsiae 1905), p. 149.

p. 3 l. 11—13: V. quae W. Lüders, 'Archiv für Urkundenforschung' II, p. 18 sqq. exposuit.

p. 6 l. 3 pro 'vicesimo septimo' lege: 'decimo quarto vel sexto vel vicesimo'.

p. 6 l. 19 adde: v. quae contra L. Levillain ('Bibliothèque de l'école des chartes' XLVI, p. 683 sqq.) exposuimus 'Neues Archiv' XXXII, p. 221 sqq.

p. 6 l. 29 adde: Vitae s. Bonifatii recogn. W. Levison p. 151, sed Othlo initium capitularis et caput primum omisit.

p. 29 l. 9 pro: Factum [2] *lege:* Factum [1].

p. 29 l. 10 pro: Feliciter [1] *lege:* Feliciter [2].

p. 33 l. 2 pro: 744. Mart. 2 *lege:* 744. Mart. 3.

p. 33 l. 25 pro: die VI. Nonas *lege:* die V. Nonas.

p. 33 l. 32 pro: 'VI] *ita P 1,* V. *V,* II. *P 2; lunae XIIII. dies VI. Nonas Martii respondet, Boretius' lege:* V.] *ita V,* VI. *P 1,* II. *P 2; v. quae recte monuit B. Krusch, 'Neues Archiv' XXX, p. 708 sq.*

p. 37 l. 18 adde: Vitae s. Bonifatii recogn. W. Levison p. 169.

p. 39 l. 42 ad verbum Ungulas *addenda est haec annotatio 4: Usum superstitiosum honorificandi ungulas et capillos iam antiquis temporibus cognitum fuisse docuit nos v. cl. L. Deubner Regiomontanus, qui laudat ex. gr. Plinii naturalem historiam XXVIII cc. 5. 40. 70. 86 ed. Jan-Mayhoff IV (Lipsiae 1897), p. 277. 290. 300. 305.*

p. 48 l. 32 adde: Vitae s. Bonifatii recogn. W. Levison p. 178.

p. 53 l. 20 adde: E. Seckel, 'Neues Archiv' XXIX, p. 313 ann. 3, p. 320 ann. 9.

p. 54 l. 27 pro: 'Verneuil' lege: 'Ver'

p. 57 l. 36 post 'non inveni' adde: v. etiam Vitam Haimhrammi c. 29; MG. SS. rer. Merov. IV, 502.

p. 60 l. 42 in ann. 2 adde: V. L. Davillé, 'Annales de l'Est et du Nord' II (1906), p. 1 sqq. 219 sqq.

p. 64 l. 22 post 'crediderim' adde: (v. etiam P. Scheffer-Boichorst, 'Gesammelte Schriften' I, Berolini 1903, p. 17 sq.).

p. 66 l. 50 pro: iuiuria *lege:* iniuria.

p. 76 l. 37 pro 'libro I capitulo 206' lege: libro I capitulo 255 (206).

p. 76 l. 39 pro Tuscie *lege* Tusciae, *pro* consedentibus *lege* considentibus, *l. 40 pro* presbyteris *lege* presbiteris, *l. 41 pro* apostolice *lege* apostolicae, *l. 44 pro* presbyter *lege* presbiter, *l. 45 pro* ordinem promoveri *(ed. Martinucci 135) lege* honorem promoveri *(ed. V. Wolf von Glanvell, 'Die Kanonessammlung des Kardinals Deusdedit, Paderborn' 1905, p. 146).*

p. 80 l. 41 pro: 'quibus scriptus est codex ille Lugdunensis' lege: quibus scripta est vita Stephani III., brevi igitur post mortem huius papae († 772).

p. 82 l. 49 adde: et infra p. 328 l. 33.

p. 84 l. 44 adde: Cf. L. M. Hartmann, 'Geschichte Italiens im Mittelalter II, 2 (Gotha' 1903), p. 231 sqq.

p. 93 sqq. et 98 sqq.: B. Sepp concilia Dingolfingense anno 770., Neuchingense anno 771. tribuenda esse censet; 'Altbayerische Monatsschrift' 1908, p. 26 sqq.

p. 93 l. 29 post 'Jaffé-E. n. 2274' adde: v. etiam B. Krusch, MG. SS. rer. Merov. IV, p. 456 l. 6 sqq.

p. 103 l. 43 ann. 3 post Hartzheim I, 55 adde: cf. E. Seckel, 'Neues Archiv' XXIX, p. 296.

p. 166 l. 14 sq.: Cf. W. Lüders, 'Archiv für Urkundenforschung' II, p. 37 ann. 1.

1) *Addenda supra in parte piore p. XII. edita hoc loco aucta repetimus; v. etiam quae R. Salomon supra p. 1007 adnotavit. — Levia typographi errata non correximus.*

p. 167 l. 42 in ann. 2 adde: E. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale. Provinces, métropolitains, primats en Gaule et Germanie depuis la réforme de saint Boniface jusqu'à la mort d'Hincmar 742—882 (Lille et Paris' 1905), p. 64 sqq. M. Tangl in libro: 'Festschrift zu Gustav Schmollers 70. Geburtstag. Beiträge zur brandenburgischen und preussischen Geschichte, herausgegeben vom Verein für Geschichte der Mark Brandenburg (Leipzig' 1908), p. 390, ubi etiam remittitur ad synodum Remensem a. 814. — gesta non exstant, sed de eis refert Flodoardus, Historia Remensis ecclesiae II c. 8 (MG. SS. XIII, 466) —, qua in synodo sicut in concilio Francofurtensi a. 794. actum est de finibus duarum diocesium, Noviomacensis scil. et Suessionensis.

p. 171 l. 25 in ann. 8 adde: v. quae M. Tangl ('Neues Archiv' XXXII, p. 183 ann. 1) et W. Lüders ('Archiv für Urkundenforschung' II, p. 30 sqq.) exposuerunt.

p. 172 l. 13 adde: A. Mörki, 'Miscellanea di studi storici e ricerche critiche raccolta per cura della commissione per le onoranze al patriarca Paolino d'Aquileja, Milano' 1905, p. 166 sqq.

p. 187 l. 47 ann. 3 adde: V. Capetti, 'Miscellanea . . . per le onoranze al patriarca Paolino d'Aquileja' p. 81 sqq.

p. 192 l. 47 adde ad c. 10 concilii hanc annotationem 2: Cf. P. S. Leicht, 'Miscellanea' etc. p. 45 sqq.

p. 195 l. 44 adde: F. Brandileone, 'A proposito del ultimo canone del concilio Foroiuliano. Perugia' 1905; 'Miscellanea' etc. p. 37 sqq.

p. 202 l. 1 pro 32 *lege:* 23.

p. 203 l. 12 adde inter editiones: La Fuente III, 428.

p. 220 l. 42 pro 'Haskoin' lege 'Gaskoin', ut v. cl. A. Hauck monuit.

p. 221 l. 3 adde inter editiones: La Fuente III, 430.

p. 228 l. 31 in ann. 1 adde: v. etiam M. Tangl, 'Mitteilungen des Instituts für Österreichische Geschichtsforschung' XX, p. 247 sq.

p. 251—288: Canones conciliorum anni 813. statim enumerandi occurrunt etiam, ut v. cl. E. Seckel nos docuit, in concilio Moguntinensi 847 (MG. Capitularia II, 173 sqq.). Sunt autem hi: Arelatensis c. 6 (supra p. 251, 7—9) = Conc. Mog. 847 c. 13, l. l. II, 179, 15—18. — Remensis c. 17 (supra p. 255, 21—24) = ib. c. 13, l. l. II, 179, 35 — 180, 3. — Remensis c. 18 (supra p. 255, 25—28) = ib. c. 13, l. l. II, 179, 29—35. — Remensis c. 31 (supra p. 256, 21. 22) = ib. c. 31, l. l. II, 184, 3. 4. — Cabillonensis c. 20 (supra p. 277, 31—36) = ib. c. 4, l. l. II, 177, 14—20. — Cabillonensis c. 25 (supra p. 278, 22. 23) cf. ib. c. 31, l. l. II, 184, 4. 5. — Cabillonensis c. 37 (supra p. 281, 4—8) = ib. c. 2, l. l. II, 176, 7—11. — Cabillonenses cc. 57—59 (supra p. 284, 29 — 285, 7) = ib. c. 16, l. l. II, 180, 19—23. — Turonensis c. 16 (supra p. 288, 22. 23) = ib. c. 10, l. l. II, 178, 37—39 (v. etiam ib. II, 540, 56 sqq.).

p. 251 l. 25—31: Verba De incestis coniunctionibus nihil prorsus — consobrinae se societ; si quis — polluatur *repetita sunt ex concilio Pseudo-Agathensi c. 61; Migne, Patrol. lat. LXXXIV, 272 (v. etiam concilium Epaonense c. 30; MG. Concilia I, 26 l. 20 sqq.). Haec igitur verba litteris minoribus imprimi necesse fuit. Synodales autem Arelatenses ex suo addiderunt l. 25:* sicut a sanctis — institutum est, *l. 20* suae, *l. 31. 32:* vel si — inmergit *(Seckel).*

p. 252 l. 26: Verba Genus — sacramenti est *fluxerunt ex Innocentii decretis c. 8 (Jaffé-K. n. 311) litterisque minoribus imprimenda erant (Seckel).*

p. 259 ann. 1 adde: W. Lüders, 'Capella. Die Hofkapelle der Karolinger; Archiv für Urkundenforschung' II, p. 34 ann. 2.

p. 262 l. 25 pro: In *lege:* In², *ita ut ib. l. 48 pro: v. etiam — de consecr. legendum sit: 3) Cf. c. 34 D. 5 de consecr.*

p. 264 l. 17. 18: Verba Ministri, altaris, saecularibus, abstineant *fluxerunt ex canonibus q. d. apostolorum c. 7 rubr. (Mansi I, 51) imprimique ea necesse fuit litteris minoribus (Seckel).*

p. 268 l. 45 praemittenda est ante ann. 2 haec ad c. 28 spectans annotatio: Cf. J. Braun, 'Die priesterlichen Gewänder des Abendlandes (Freiburg i. Br.' 1897), p. 103.

p. 269 l. 43 in ann. 3 lege haec: Cf. Walafridus Strabo, De exordiis et incrementis quarundam in observationibus ecclesiasticis rerum c. 29 (MG. Capit. II, 513): Laetanias, id est rogationes publicas, quas maiores vocamus, Romani una die denominata, id est VII. Kal. Maii *(= Apr. 25; v. supra p. 269 l. 6),* annuatim facere solent . . . . Triduanae autem laetaniae, quae proximis diebus ante ascensionem Domini annue per omnes Galliarum vel Germaniae ecclesias celebrantur, in Galliis sunt constitutae. *V. etiam Ducange s. v. litania. De c. 33 a Reginone interpolato cf. V. Krause, 'Neues Archiv' XVII, p. 310 (Seckel).*

p. 275 l. 24: Verba quibus episcopi non ut propriis, sed ut commendatis uti debent *conflata sunt secundum Statuta ecclesiae antiqua c. 15 (Migne, Patrol. lat. LVI, 882):* Ut episcopi rebus ecclesiae tanquam commendatis, non tanquam propriis utantur *(Seckel).*

p. 276 l. 4 pro: Ab *lege* Ab¹; *l. 19 pro* Ut¹ *lege:* Ut.

p. 576 l. 45: Loco verborum: Cf. concil. Nicenum — 582) lege: Cf. Concil. Chalcedonense c. 3 (Mansi VII, 373 sq.) et infra p. 630 sq. c. 28 et p. 711 c. 26 (Seckel).

p. 280 sq. l. 37 sq.: Cum verbis: **Non ergo idcirco quis peccare debet, ut elemosynam faciat, sed ideo elemosynam facere debet, quia peccavit** *cf. Gregorii M. Registrum IX, 218 (MG. Epp. II, 207):* **Nam aliud est propter peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata committere** *(Seckel).*

p. 281 l. 2 sq.: Cum verbis: **Mentem enim et corpus, quae libido traxit ad culpam, afflictio et contritio debet reducere ad veniam** *cf. Ps.-Gregorius apud Reginonem App. I c. 33 ed. Wasserschleben p. 405:* **Quem caro laeta traxit ad culpam, afflicta reducit ad veniam** *(Seckel).*

p. 291 l. 10 adde in marg.: Cf. Rom. 1, 32 *(Seckel).*

p. 301 l. 31 lege: 'Archiv' ed. G. H. Pertz VII ('Hannover' 1839), p. 791.

p. 306 l. 27 adde: B. Albers, Consuetudines monasticae III, Typis Montis Casini 1907, p. 79. — In appendice huius libri p. 186 sqq. leguntur excerpta ex conciliis et capitularibus inde ab anno 742., scil. ex concilio q. d. Germanico 742 (supra p. 1), Liftinensi 743 (s. p. 5), Suessionensi 744 (s. p. 33), Vernensi 755 (s. p. 54), in Francia habito 779 vel 780 (s. p. 108), Francofurtensi 794 (s. p. 165), Aquisgranensibus 801 vel 802 (s. p. 228 sqq.), capitulis ex canonibus excerptis 813 (s. p. 294), conciliis Rispacensi, Frisingensi, Salisburgensi 800 (s. p. 205). Haec singula excerpta suis quoque locis inter editiones conciliorum integras non enumeranda esse credimus.

p. 349 l. 45 ann. 1 lege: Regula pastoralis I c. 2.

p. 397 l. 42 in ann. 1 adde: Postquam E. Loening nomen canonicorum ex canone, id est indice clericorum, ubi eorum legerentur nomina, fluxisse opinatus est, H. K. Schäfer deinde ex canonibus, id est canonum praeceptis legalibus, quibus quasi norma vitae uterentur, nuper A. Pöschl ('Bischofsgut und Mensa episcopalis I, Bonn' 1908, p. 48 sqq.) tertiam proposuit coniecturam. Canonicos enim eos fuisse clericos censet, quibus praecipuum sit munus celebrandi officium canonicum, id est peragendi servitium chori horis canonicis prima etc. et in missis sollemnibus. Ceterum libri a vv. dd. Schäfer et Pöschl conscripti omnibus locis adhibendi erunt, quibus de canonicis in hoc volumine agitur; eorum paginas lineasque invenies ope indicis supra p. 951 col. 2 s. v. canonicus.

p. 402 l. 48 pro '383' lege: 382.

p. 403 l. 39 post corum *adde: Cf. H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I (ed. 2. Lipsiae 1906), p. 316 ann. 26.*

p. 416 l. 47 adde: Non recte ut videtur A. Pöschl, 'Bischofsgut und Mensa episcopalis' I, p. 107 sq. coniecit matricularios eos fuisse, qui, miraculo sancti alicuius sanati, vitam in servitio illius degebant.

p. 416 l. 49 lege: Schäfer, l. l. p. 35 ann. 2 et p. 176 ann. 1.

p. 421 l. 41 adde: Nuperrime H. K. Schäfer in libro: 'Die Kanonissenstifter im deutschen Mittelalter (Stuttgart' 1907) multis locis de institutione sanctimonialium Aquisgranensi egit; item A. Pöschl in libro laudato (v. quae ad p. 397 et 416 addidimus) saepius de feminis canonicis verba fecit. Duos hos libros semper adhibendos esse ad intelligendos eos locos, quibus de illis feminis agitur (v. supra indicem p. 951 col. 2 et p. 996 col. 1 s. v. canonica *et* sanctimonialis*) non superfluum videtur adnotare.*

p. 439 l. 47 ann. 4 pro: '947' lege: 647.

p. 457 l. 41 pro: 'Labereur' lege: Laboureur.

p. 465 l. 38 lege: Hoc autem capitulare, de quo nuper egerunt B. Albers ('Die Reformsynode von 817 und das von ihr erlassene Kapitular; 'Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner- und Cistercienserorden' XXVIII, p. 528 sqq.) et J. Koschek ('Die Klosterreform Ludwigs des Frommen im Verhältnis zur Regel Benedikts von Nursia'. Diss. Gryphiswaldensis 1908), legitur . . .

p. 466 l. 12: 23. Taurinensis G. V. 38 saec. X.; 24. Turicensis bibliothecae universitatis 28 saec. IX. X.; Turicensis hic addendus est p. 912 col. 2 post l. 16.

ADDENDA ET CORRIGENDA
AD PARTEM ALTERAM.

pag. 473 l. 16 post I, 326 adde: A. Galante, Fontes iuris canonici selecti (Oeniponte 1906), p. 151.

p. 473 l. 25 post I, 328 adde: Galante, Fontes iuris canonici selecti p. 152.

p. 474 l. 5 post potuissemus *adde: (infra p. 522 l. 40—43).*

p. 477 l. 19 in margine pro Ecclt *lege:* Eccli.

p. 478 l. 26 pro: consistentum *lege:* consistentium.

p. 480 l. 30 sqq.: Fragmenta lexici Tironiani a nobis anno 1899. reperta (cf. 'Neues Archiv' XXVI, p. 19) edita sunt a. P. Legendre, 'Un manuel tironien du Xe siècle publié d'après le manuscrit 1597 A de la bibliothèque nationale. Paris 1905'; v. etiam Chr. Johnen, 'Archiv für Stenographie NF.' I (1905), p. 84 sqq. 113 sqq. 145 sqq. G. Gundermann, ib. II (1906), p. 273 sqq. 312 sqq. Codicem ipsum saeculo nono magis quam decimo attribuere malim.

p. 490 l. 6 pro quam *lege:* quem.

p. 492 l. 41 ann. 1 pro 'Non inveni' lege: Augustinus, Quaestiones ex utroque testamento mixtim § 114; Opp. III, 2, 117.

p. 494 l. 45 ann. 2 pro: 'Non inveni' lege: Augustinus, Liber de diversis quaestionibus LXXXIII quaest. 78; Opp. VI, 69.

p. 515 ann. 6 adde: Verba Augustini fortasse deprompta sunt ex parte deperdita illius sermonis, cuius reliquias A. Mai (Nova patrum bibliotheca I, Romae 1852, p. 49 sqq.) edidit.

p. 519 l 38 pro Tyrannos *lege:* Tyrannus.

p. 558 l. 26 in margine lege: cf. ib. 7, 8. 9.

p. 571 l. 23 col. 1 pro conservari *lege:* conversari.

p. 571 l. 34 col. 2 pro permittitur *lege:* permittit.

p. 581 l. 20. 21: Verba: tales enim — maioribus revertuntur *conflata sunt secundum Augustinum, Sermo 106 § 1 ed. A. Mai, Nova patrum bibliotheca I (Romae 1852), p. 222 et minoribus typis imprimenda erant. Addenda est haec correctura etiam infra p. 891 col. 2 post l. 22 (Seckel).*

p. 598 l. 43 adde: M. Bondois in libro: 'La translation des saints Marcellin et Pierre (Paris' 1907), p. 95 sq. coniecturam proposuit formam maiorem conflatam esse ab episcopis Parisiensis concilii a. 829., ut sibimet ipsis maiorem auctoritatem tribuerent quam missis imperatoris insuperque precibus suis maiorem darent vim; sed v. O. Holder-Egger, 'Neues Archiv' XXXIII (1908), p. 233 sq.

p. 606 l. 45 dele verbum 'spurio' et pro 'concessum — I, 34' (l. 46) lege: concessum, sed postea interpolatum est; MG. Dipl. Karolinorum I, 259 n. 193.

p. 610 l. 4 in marg. adde: cf. Hebr. 11, 6 *(Seckel).*

p. 622 l. 5 in marg. adde: cf. Numeri 5, 9; Levit. 27, 21 *(Seckel).*

p. 626 l. 46 in ann. 2 pro: Opp. Gregorii M. II, app. V, col. 1289 legendum est: Gregorii M. Registrum V, 57a c. 2; MG. Epp. I, 363 (Seckel).

p. 665 l. 47 in ann. 4, quae ad l. 31—38 (Plures sunt — ecclesia revertuntur) *spectat, haec legenda sunt: Augustinus, Sermo 106 § 1 ed. A. Mai, Nova patrum bibliotheca I (Romae 1852), p. 221 sq. (Seckel).*

p. 665 ann. 5: v. quae supra ad v. 581 l. 20. 21 addidimus.

p. 666 ann. 1 lege: Augustinus, Sermo 106 § 2 ed. A. Mai, Nova patrum bibliotheca I, 222 (Seckel).

p. 666 ann. 2 lege: Augustinus Sermo 106 § 3 ed. A. Mai, Nova patrum bibliotheca I, 222 sq. (Seckel).

p. 669 l. 46 in ann. 2 adde: V. etiam J. Hansen, 'Zauberwahn, Inquisition und Hexenprozess im Mittelalter (München und Leipzig' 1900), p. 67.

p. 671 l. 3 in marg. adde: Cf. 1. Petr. 3, 7 *(Seckel).*

p. 671 l. 8 in marg. pro cf. ib. *legendum est:* Cf. Matth. 19, 9; Marc. 10, 11; Luc. 16, 18 *(Seckel).*

p. 676 l. 45 in ann. 5 adde: W. Lüders, 'Archiv für Urkundenforschung' II, p. 62 sq. 85.

p. 692 l. 49 exciderunt annotationes 36 et 37 ad verba Tellis *(l. 28) et* Bracio *(l. 29) spectantes: Non inveni.*

p. 702 ann. 5 adde: Artissime congruit cum resignatione Ebonis resignatio Arnulfi archiepiscopi item Remensis a. 991. die 17. mensis Iunii conscripta, ut eius textum hic repetere liceat: Ego Arnulfus gratia Dei Remorum quondam episcopus, recognoscens fragilitatem meam et pondera peccatorum meorum, testes confessores meos Siguinum archiepiscopum *(Senonensem, 977—999),* Daibertum archiepiscopum *(Bituricensem, 987—1013),* Arnulfum episcopum *(Aurelianensem, 987—1003),* Godesmannum episcopum *(Ambianensem, 985—991),* Heriveum episcopum *(Bellovacensem, 987—997),* Ratbodum episcopum *(Noviomacensem, 989—997),* Walterum episcopum *(Augustodunensem, ca. 977—1024),* Brunonem episcopum *(Lingonensem, 981—1015/16),* Milonem episcopum *(Matisconensem, ca. 981—996),* Adalberonem episcopum *(Laudunensem, 977—1030),* Odonem episcopum *(Silvanectensem, 989—993),* Widonem episcopum *(Suessionensem, 972—995),* Heribertum episcopum *(Autisiodorensem, 971—996)* constitui mihi iudices delictorum meorum et puram ipsis confessionem dedi, quaerens remedium penitendi et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, et alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus peccasse secreto ipsis confessus sum et de quibus publice arguebar, eo scilicet modo ut ipsi sint testes et potestatem habeant substituendi et consecrandi alium in loco meo, qui digne praeesse et prodesse possit aecclesiae, cui actenus indignus praefui. Et ut inde ultra nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu mea propria subscribens firmavi. Quo ita perlecto ita subscripsi. Ego Arnulfus quondam Remorum archiepiscopus subscripsi *(Richeri Hist. IV c. 72; MG. SS. III, 647 sq.). Richerus haec addit:* Necnon et adstantes episcopi ab eo rogati, ut subscriberent, subscripserunt atque sic ei responderunt: Secundum professionem et subscriptionem tuam cessa ab officio *(v. supra p. 699 l. 38). Arnulfus Remensis inde ab anno 988. archiepiscopus, a. 991. depositus, a. 996. restitutus vixit usque ad a. 1021.*

p. 704: De anno concilii Aquisgranensis, quod mense Februario 836 congregatum esse diximus, v. cl. K. Zeumer valde dubitat. Primum quidem Prudentii auctoritatem non tam parvi aestimandam esse censet, sicut a nobis factum est; deinde annus XXIIII. imperii Hludowici, quem praebet unicus ille codex Guelferbytanus (v. p. 705 l. 9), currebat inde a die 5. vel 4. Kalendas Februarias 837, id quod minime pugnat contra dies a Prudentio et in codice laudatos (v. p. 704 l. 4 sq. 21 sq., p. 705 l. 14); tum diplomata Pippini regis Aquitaniae d. d. 837 Apr. 23 et Dec. 25 (v. p. 767 l. 37 sqq. et G. Eiten, 'Das Unterkönigtum im Reiche der Merovinger und Karolinger, Heidelberg' 1907, p. 110 ann. 1) magis adpropinquant ad tempus concilii, si id anno 837. celebratum putatur, quam ad annum 836., praesertim cum alias spatium anno uno maius inter concilium et privilegia intercessisse putandum sit. Restant fateor duae difficultates: annus incarnationis Iesu DCCCXXXIII., quem praebet codex (v. p. 705 l. 29), et numerus indictionis XIIII. (v. p. 705 l. 13), qui quadrat in solum annum 836. Hosne duos errores esse statues? Si apud Böhmer-Mühlbacher, Regg. imperii I², p. 387 n. 954a haec leguntur data: VIII. Id. Febr. ind. XIV. a. Christi 836. Gregorii p. IX. Lud. imp. XXIII. *animadvertendum est annum Gregorii IV. papae (827—844) nonum — currebat inde a mense Decembri anni 835. usque ad eundem mensem anni 836. — in codice non legi, sed inscriptioni concilii, non textui additum esse a Mansi (Concilia XIV, 681; cf. col. 673). Quae cum ita sint, concilium Aquisgranense anno 837. mense Februario, quo Hludowicus in Aquisgranensi palatio versatus videtur esse (cf. Mühlbacher² p. 590 sq. n. 963f et 964 sq.), habitum esse censebis. In omnibus paginarum 704—767 lemmatibus numerus 836 in 837 mutandus erit.*

p. 716 l. 49 pro: 21. 23 lege: 21—23.

p. 723 l. 11 sq.: Verba: ut praedicatorum — insistentia perornetur *sapiunt initium capitis 38 in relatione episcoporum saepe laudata, MG. Capit. II, 40 (Seckel).*

p. 741 l. 28: Verba: si parva magnis conparari possunt *scripta sunt fortasse secundum illud Vergilianum:* si parva licet componere magnis; *Georg. IV v. 176 (Seckel).*

p. 767 l. 40 adde: V. etiam epistolam Nicolai I. papae a. 866. ad nobiles primoresque Aquitaniae directam; MG. Epp. VI, 317 sq. (Jaffé-E. n. 2826).

p. 789 l. 17 pro cum cellis et omnibus seu consuetis *v. d. M. Krammer e coniectura proponit:* cum cellis et omnibus suis casatis.

p. 794 sqq.: P. Fournier, 'Etude sur les fausses décrétales (Extrait de la Revue d'histoire ecclésiastique VII n. 1—4. VIII n. 1. Louvain' 1907), p. 54 sqq. (= 'Revue' etc. VII, p. 559 sqq.) praeter epistolam spuriam Gregorii IV. papae (ed. MG. Epp. V, 81 sqq.) narrationem q. d. clericorum Remensium (supra p. 806 sqq.) et duas apologetici Ebonis recensiones (supra p. 794 sqq. et 799 sqq.) a Wulfado aut ab eius assectatoribus post synodum Suessionensem anni 853., versus annum 866., quo eorum restitutio ventilari coepta est (cf. H. Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' p. 61 sqq. 270 sqq.), compositas esse coniecit: hoc vero nobis minime probavit.

p. 800 l. 10 in marg. adde: Cf. Galat. 5, 20 sq. *(Seckel).*

p. 804 l. 43 ann. 4 adde: W. Lüders, 'Archiv für Urkundenforschung' II, p. 65 ann. 8, p. 98 ann. 1.

p. 805 l. 35 pro iterum *lege: iterum; cf. p. 793 l. 23.*

p. 811 l. 46 ann. 4 adde: W. Lüders, 'Archiv für Urkundenforschung' II, p. 57 ann. 4.

p. 819 sq.: De privilegio v. nunc H. Grasshoff, 'Langobardisch-fränkisches Klosterwesen in Italien' (Diss. Gottingensis 1907), p. 53 sq., qui verba privilegii Et quoniam — nostra sede *(supra p. 820 l. 18—25) ex diplomate genuino Sergii archiepiscopi Ravennatensis (748—770) deperdito fluxisse putat.*

p. 848 l. 46 pro: 'tribus' lege: 'quattuor' et adde post verbum 'infra': p. 848 l. 26 sq.

p. 855 l. 28 sq., 32, p. 856 l. 8 occurrunt verba nobilitatio eclesiae, locum nobilitare, *quae inter alia argumenta diploma spurium esse evicerunt; cf. quae exposuimus 'Neues Archiv' XXX, p. 396. His autem locis alio sensu usurpata sunt quam in Gestis abbatum Fontanellensium c. 17 (MG. SS. II, p. 294), ubi haec de Ansegiso abbate narrantur: (Post Einhardum coenobium Fontanellense)* divina . . . iussione ac gloriosissimi imperatoris Hludovici largitione domnus Ansegisus ad gubernandum suscepit . . . Quod . . . sollerti studio summaque industria nobilitavit. *Hoc loco* nobilitare *idem est ac ornare, in diplomate vero spurio idem videtur ac in monasterium virorum nobilium mutare.*

p. 896 col. 2: Tres loci ex Rufini interpretatione Eusebianae Historiae ecclesiasticae deprompti inveniuntur in editione recentissima, quam addidit Th. Mommsen libro: 'Eusebius Kirchengeschichte bearbeitet von E. Schwartz [Griechische christliche Schriftsteller IX, 2], Leipzig' 1908, p. 673. 827 sq. 961.

p. 912 col. 2 post l. 16 (cf. supra ad p. 466 l. 12) adde: Turicensis bibliothecae universitatis 28 saec. IX. X.

p. 927 col. 2 s. v. Eichstadensis *adde:* Uuillibaldus *episcopus* 73, 10.

p. 934 col. 1 s. v. Leo *archiepiscopus Ravennas lege:* Leo *archiepiscopus Ravennas (770—777/8)* 75, 15; *cf.* 80, 40. — *V. etiam quae supra ad p. 80 l. 41 addidimus.*

p. 940 col. 2: Sergius *archiepiscopus Ravennas (748—770).*

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

